
HISTORIA
INGVLPHI





The Right Honorable
Sir John Trollope, Bar.t M.P.

pretium 10-6


JOHN FINES

Wg F 2525.

RERUM ANGLICARUM SCRIPTORUM VETERUM

Tom. I.

Quorum
INGULFUS nunc primum integer, cæteri nunc primum prodeunt.



OXONIÆ,
E *THEATRO SHELDONIANO,*
M. DC. LXXXIV.

INGULFI Croylandenſis Hiſtoria.
PETRI Bleſenſis Continuatio.
Chronica de Mailros.
Annales Burtonenſes.
Hiſtoriæ Croylandenſis Continuatio.

Lectori.

R*Erum* Anglicarum *Scriptores varios varii ediderunt; Lectoribus etiam exteris adeo non ingratos, ut pleroſque typis ſuis recuſos nobis remiſerint. Plures tamen adhuc latent, luce non indigni: Quales & hoſce, quos nunc damus, Lector æquus, uti ſpes eſt, judicabit. De quibus pauca præmittenda ſunt.*

Ingulphum *vero* Croylandenſem *primum ponimus, licet jam olim ex parte editum; ſed ex parte tantum, è Codice, ut videtur, mutilo: Quod non latuit V. Cl.* Henricum Savilium, *ut hæc ejus nota in fine ſuæ Editionis ſatis innuit*, Videtur hic leges *Edwardi* inſeruiſſe, quæ deſunt. *Has igitur* leges *quæſivit & invenit Cl.* Johannes Seldenus, *eaſque exhibuit in ſuo ad* Eadmerum Spicilegio, *ex Codice, ut videtur* Cottoniano; *nam licet Autographum* Croylandiæ *tum ſervatum audierat, idque* nanciſci impenſe & volebat & nitebatur, *fruſtra tamen fuit. Atqui Cl. D.* Henricus Spelman, *librum ipſum quem* veterrimum *vocat*, ſub tertia clave conſervatum, *inſpexit. Qui tamen hodie non comparet, ut nobis quærentibus relatum eſt.* I. INGULFUS *Croylandenſ.* *p.* 173. *Concil. Angl. Tom.* I. *p.* 623.

Horum vero neuter notat, alia etiam præter iſtas Leges *ab* Ingulfo *fuiſſe addita: Quæ omnia nobis ſuppeditavit Exemplar MS. vetus Ornatiſſimi viri* Johannis Marſhami, *filii natu maximi viri & meritis & ſcriptis ſuis celeberrimi D.* Johannis Marſhami; *quod ut magis integrum, & melioris notæ, in hac Editione plerumque ſecuti ſumus. Ex hoc itaque, non ſolum poſteriorem* Ingulfi *partem nunc primum damus, ſed & quaſdam in priori lacunas ſupplevimus, præcipue p.* 41. *à lin.* 13. *uſque ad lin.* 47. *ubi tamen nota Typographi feſtinatione omiſſa eſt. Interim, & folium unicum, mala manu abſciſſum p.* 104. *à D. tamen* Thoma Gale *nobis communicatum ex Codice inſtructiſſimæ Bibliothecæ Illuſtris D.* Johannis Cottoni, *viri animo in literas propenſiſſimo, adjiciendum curavimus, ad finem* Petri Bleſenſis, *p.* 131.

Jam de Ingulfo *Autore, ut multis agamus, non opus eſt. Ipſe utique & genus & geſta ſua Hiſtoriæ huic intexuit. Ex qua liquet, virum fuiſſe magnum, eruditione non vulgari, rerum uſu, Principum, Procerumque amicitia celeberrimum. Natus eſt* Londini *circa Annum* M. XXX. *obiit grandævus* Decemb. XVII. *Anno* M. CIX. *Scripſit etiam librum* De vita & Miraculis S. *Guthlaci*, Croylandenſium *Patroni, ut ipſe teſtatur; qui tamen hodie extare non videtur.* *p.* 73 *& deinceps.* *Obiit Anno* 1109.

Hunc

II. PETRUS *Bleſenſis.* *Hunc excipit* Petrus Bleſenſis, *nec dignitate nec doctrina inferior. Erat enim Archidiaconus* Bathonienſis, *& poſtea* Londinenſis, *Regiſque Vicecancellarius. Sed & hujus vitam conſcripſere, qui*
Præfix. Edit. Parſ. 1667. *ejus opera collegerunt & ediderunt. Hujuſce autem Hiſtoriæ, illorum nemo meminit; Quam tamen* Ingulfo *annexam exhibent MSS.* Cottonianus *&* Marſhamianus, *neuter vero integram.* Cottonianus *enim defecit, p.* 120. *initio fere iſtius paragraphi,* Feſto igitur cum omnium jocunditate & beneplacito feliciter conſummato, Dominis etiam univerſis, cum ceteris familiis ad ſua dimiſſis; Venerabilis Abbas. *Ipſe etiam* Marſhamianus *Codex in fine mutilus; Sed non multa deeſſe videntur. Produxit enim hanc Hiſtoriam Autor ad initia tantum* Stephani *Regis, temporaque* Waldevi *Abbatis,*
v. p. 545. *qui* Joffrido *ſucceſſit; licet plures inde interceſſerint Abbates inter* Waldevum *&* Henricum *de* Longo Campo, *ad quem ſcripſit* Petrus, *poſt Ann.* M. CXC. *ipſeque tandem obiit circa Ann.* M. CC.
Ob. 1200.

III. *Chronica de Mailros.* *Sequuntur* Chronica de *Mailros*, Inchoata, *ut fert Inſcriptio,* per Abbatem de *Dundrainand* ab Ann. DCC. XXXV. Continuata per varios ad Annum Domini M. CCLXX. *Quis ille fuerit Abbas, vel quinam alii Continuatores, non ſatis liquet.* Mailroſenſe *vero Monaſterium, cujus nomine hæc cenſentur Chronica, non fuit illud quidem vetus,* in ripa Tuidi fluminis poſitum, *a* Beda *Venerabili ſæpius me-*
l. 4. *c.* 27. *moratum, & a* Danis, Northumbriæ *Regno diutius incubantibus,*
l. 3. *c.* 26. *ut videtur, deſtructum: ſed recentius, eodem loco, a* Scotis *jam occu-*
l. 5. *c.* 10. *pato, a* Davide *eorum Rege reſtitutum, Ann.* M. CXXXVI. *Unde fortaſſe ducta fuerit Colonia ad* Dundraynan *in* Galweya, *Ann.* M. CXLII. *quo & iſtud Monaſterium fundatum eſt, ut hæc teſtantur Chronica. Quæ licet plerumque breviuſcula ſint, multa tamen exhibent ſcitu non injucunda, præcipue* Scotorum *Regum ſeriem, ut & aliorum, in Borealibus iſtis oris, Principum, Procerum, Epiſcoporum, Abbatum denique ſucceſſiones.* Verſus *vero de* Scotorum *Regibus, quos aliquoties promittere videtur exemplaris noſtri margo, non tamen exhibet; ex collectaneis Reverendiſſ. D.* Jacobi Uſſerii, *Archiepiſcopi* Armachani, Hiberniæ, *& hujuſcemodi Literarum Primatis, adjecimus p.* 595. *manu ſua plerunque ex Codice* Cottoniano *tranſcriptos, & adjunctis quibuſdam notulis, correctos: debemus viro Ornatiſſ.* Jacobo Tyrrel, *Armigero, ejuſdem ex filia Nepoti.*
p. 223. *Ab Anno vero* M. CCLXII. *novam telam orditur Monachus quidam ſatis ineptus* Melroſenſis, *qui* Simonis *de* Monteforti, *turbulenti iſtius Comitis* Leyceſtrenſis, *Encomium inſtituiſſe videtur: quod cum p.* 240. explicit, *cetera fortaſſe ab alia manu fuerint.*

IV. *Annales Burtonenſ. p.* 250. Annales *etiam* Burtonenſes *incerti ſunt Autoris: Qui ab initio fere* Johannis *Regis*, Rogerum *de* Hovedene *(quem tamen* Hugonem

nem *vocat) continuare velle videtur; ejuſque exemplo multa ſeculi ſui Memorialia congerit: quorum ſi quædam* Matthæus *etiam* Pariſius *exhibeat; plura tamen ſunt, eaque non vulgaris notæ, quæ fruſtra apud* Matthæum, *vel alios typis excuſos quæras. Quin & Autor, quiſquis fuerit, eodem tempore cum* Matthæo *vixit ſcripſitque; adeoque hi duo ſibi invicem & lucem addunt, & fidem adſtruunt. Interim meminerit Lector, nos in horum comparatione ſecutos eſſe* Pariſii *Editionem* Londinenſem *Anni* M. DCXL.

Hiſtoriæ denique Croylandenſis *Continuationem, licet alicubi mancam, quod fortaſſe non ſatis advertit excriptor, adjiciendam duximus; non ideo tantum, quod ejus Autor, vel potius Autores, operam ſuam* Ingulfo & Petro Bleſenſi *ſuccenturiatam voluiſſe videntur: ſed præcipue, quod poſteriora* Henrici *Sexti, & integra* Edwardi *Quarti tempora percurrant, quæ nemo noſtrum, qui hactenus typis excuſi ſunt, Latine tradidit.* V. *Hiſtoriæ Croyland. Continuatio.*

In hiſce vero recenſendis, multos nævos, non quidem omnes ſuſtulimus: Lectiones varias, & conjecturas, illorum, ut videtur, qui è membranis exemplaria noſtra tranſcripſerunt, in inferiori margine retinuimus; non paucas etiam adjecimus, ex collatione plerunque aliorum ſcriptorum, qui eadem tempora tractarunt. Plura meditanti aurem vellit Operarum feſtinatio: Quæ etiam fortaſſe non pauca reliquerit Lectoribus excuſanda. Quibus ſi hæc qualiacunque arridere viderimus; & alia poſthæc hujuſmodi, ſi non potiora, majori ſaltem cura, in lucem producenda ſperamus.

DESCRIPTIO COMPILATA

Per Dominum INGULPHUM Abbatem Monaſterii Croyland, *natione Anglicum, quondam Monachum* Fontanillenſem, *& ſic ingeſta* [a] [*per* P. Bleſ.]

CUM ego *Ingulphus* Divinæ pietatis patientia Abbas Monaſterii Croyland, per officium mihi impoſitum rebus Eccleſiaſticis curam impendere compellor, primo mihi fore videtur opportunum, qui ſunt noſtri Monaſterii fundatores ſcire, & benefactores; quo tempore fundatum, de quorum eleemoſynis victualia & cetera neceſſaria nobis miniſtrantur; ſed & quæ prædia aut poſſeſſiones ſinguli benefactores noſtri nobis in eleemoſynam contulerunt, ut & hic manifeſtum fiat tam vobis quam poſteris noſtris, pro quibus Dei miſericordiam implorare & efflagitare coarctamur. Sed quoniam perlongum eſſet in horum ſingulis immorari, prout materiæ tractatus undique profert copiam; de his ſaltem, quæ nobis modernis ac etiam ſucceſſorum noſtrorum notitiæ magis neceſſaria in poſterum reperientur, ſub compendio tamen, inſerere nullatenus differam, prout accepi per maturum conſilium tam fratrum meorum nunc reſidentium, à prædeceſſoribus ſuis veridica relatione informatorum, quam per ſollicitam inſpectionem memorandorum antiquorum, & ceterorum munimentorum viciſſim examinatorum; juxta illud Pſalmiſtæ propheticum, *Quanta audivimus, & cognovimus ea, & patres noſtri nunciaverunt nobis.* Et item, *Exſurgent filii, & narrabunt filiis ſuis, ut cognoſcatur à generatione in generationem.* Et alibi, *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.*

Unde inprimis ſcribere diſpoſui de quorundam Regum *Merciorum* progreſſu, noviſſimis temporibus ad fidem catholicam converſorum. Et licet *Penda* fanaticus & impius, apud Mercios tamen Regis nomen & regnum ſibi uſurpavit, ſanctumque *Oſwaldum* Regem tyrannica rabie martyrizavit: ſed & filios habuit Chriſtianæ Religionis cultores devotiſſimos, videlicet *Peadam*, *Wlferum*, *Ethelredum*, *Merwaldum*, & *Mercellmum*, filias vero *Kynenburgam* & *Kyneſwitham*, ambas ſancta continentia præcellentes. Ejuſdem vero *Pendæ*, hæretico furore diu agitati, effrænis cupiditas idoneum finem meritis ſuis invenit. Quem Dei virtute, ſancti *Oſwaldi* frater & ſucceſſor *Oſwius* [ut eorum memoria fiat in ejus benedictione perpetua qui ſolus reddet ſingulis juxta opera] extinxit, & ſic infernalium auxit numerum animarum.

Penda R. Merc. 626.

655.

Cui *Peada* filius ejus ſenior ſucceſſit in Regnum. Iſte vero *Peada* Monaſterium de [b] Medeſhamſted fundaſſe diſpoſuit, ſed præmatura morte præventus, fervorem ſuum fratri ſuo *Wlfero* ad regnum ſuccedenti, & *Saxulpho* viro præpotenti reliquit. Quod Monaſterium per eoſdem poſtmodum fundatum eſſe non eſt dubium, in anno ab Incarnatione Domini noſtri *Jeſu Chriſti* DCLXIIII. Idem vero *Wlferus* XVI. annis regnavit, & in XVII. anno obiit. Poſt cujus obitum *Ethelredus* frater ejus ſuccedens ad Regnum, regnavit XXX. annis, & poſtea factus eſt Monachus in Bardeney Monaſterio. Cui ſucceſſit in Regnum *Kenredus* filius *Wlferi*; & hic regnavit

Peada.

Wlferus.

Monaſter. de Medeſhamſted. 664.

Ethelredus.

Kenredus.

a [] deſ in impreſſ *b Medeſhamſted.*

Celredus.

regnavit IV. annis, & in V. anno, Regno relicto, *Romam* peregre profectus eſt, ibique ad Apoſtolorum limina vitam finivit. Poſt *Kenredum*, *Celredus*, filius *Ethelredi* quondam Regis, VIII. annis regnavit.

Ethelbaldus. *Guthlacus.*

Illis in temporibus Clito [a] *Ethelbaldus*, exul, pronepos *Pendæ* ex *Alwio* fratre, elegantis erat ſtaturæ, validus corpore, bellicoſus animo; ſed (quod multum dolendum eſt) corde nimium elatus erat, & lubricæ temeritatis ſectator immoderatus: & ob tanti facinoris culpam (ut credere fas eſt) multa perpeſſus eſt diſcrimina, nec non à regni gubernaculo repulſam ſuſtinuit prolixiorem. Quem ſupra nominatus Rex *Celredus* huc & illuc valde perſequebatur: & inter dubia pericula, exinanitis viribus ſuis, & ſuorum, ad virum Dei *Guthlacum*, confeſſorem ſuum (ut aſſolet) pervenit, ut ubi conſilium defecit humanum, Divinum acquireret; tribulationis ſuæ querimoniam illi humiliter patefecit. Quem ut ſanctus Dei audivit, blande conſolatus eſt, & velut Divini oraculi interpres, quæ ventura eſſent ſibi, ex ordine propalavit, promittendo ei gentis ſuæ dominationem, inimicorum conculcationem, & populorum principatum. Nec quod iſta evenirent cum pugna, plaga, vel ſanguinis effuſione; ſed hæc omnia cum Divina potentia, & virtute, ſe habiturum confideret. Et admonendo eum, dixit, *Agnoſce Dominum Deum tuum, & ſuper omnia time; ſanctam Eccleſiam ſtudeas etiam venerari; mala ſcelerum tuorum frequenter deplora, propoſitumque bonæ vitæ conſtanter obſerva; & ſecurum Domini ſpera ſubſidium, ſi ante ipſum boni operis obtuleris meritum.* In quibus verbis & doctrina tantum refocillatus eſt in animo præfatus *Ethelbaldus*, ut abſque mora in præſentia patris ſui *Guthlaci*, & aliorum tunc circumaſtantium, quod corde concepit, ore promiſit, cum ſe ad regni gubernacula pacifica venire contingeret, Religioſorum ibidem Monaſterium fundare inchoaret ad laudem Dei, & in memoriam præfati patris ſui *Guthlaci*. Quod poſtmodum efficaciter, & devote complevit. Sed interim poſt aliquanti temporis evolutionem præfatus exul *Ethelbaldus* in remotis adhuc latitans regionibus, audita ſancti viri morte, mœrens & lugens illuc advenit: cui poſt lacrymas & longam orationem in proxima caſula vigilanti ſanctus apparuit, & eum conſolatus eſt, dicens, *Confide fili, & noli contriſtari, quia Dominus per meam interceſſionem audivit preces tuas, & ante præſentis anni curſum circularem, ſceptris regni dominaberis in felicitate longævo dierum ſpatio fruiturus.* Ille vero reſpondit, *Domine, quod ſignum mihi erit, quod iſta ſic evenient?* Et ſanctus, *Craſtina die ante horam diei tertiam habitantibus in hac inſula Croylandiæ cibaria inſperata dabuntur.* Exin ipſe omnia, quæ ſibi dicta erant recordans, & indubitata ſpe futura fore credebat. Nec fides illum fefellit, quia cuncta juxta viri Dei vaticinium effectui mancipata perpendit.

Monaſter. de Croyland. 716.

Defuncto igitur ac ſepulto Dei famulo *Guthlaco*, ſigna virtutum ac ſanitatum per invocationem interceſſionis illius coruſcare frequenter cœperunt, ut in libro de vita ac miraculis ejus clarius & luculento ſtylo (prout de memorandis veſtris colligere potui) ſeriatim panduntur. Rex autem *Ethelbaldus*, ut beatum conſolatorem ſuum miraculis coruſcare comperit, locum ſepulturæ ejus gaudens & devotus expetiit, & ea, quæ dicto viro Dei adhuc viventi, jam regnum adeptus, ante promiſerat, plene perſolvit. Accerſito namque quantocyus quodam famoſæ religionis monacho *Eveſhamenſi*, nomine *Kenulpho*, ut ibi cœnobium aggregaret, ſibi & Deo ſervientibus ibidem perenniter conceſſit, dedit, & confirmavit, & ab omni redditu & conſuetudine ſeculari totam inſulam *Croylandiæ* omnino abſolvit, & inde chartam ſuam in præſentia Epiſcoporum procerumque regni ſui ſecuram ſtatuit, quæ ſequitur in hæc verba.

Charta Ethelbaldi.

Ethelbaldus *Divina diſpenſatione Rex Merciorum, omnibus catholicæ fidei cultoribus ſalutem perpetuam. Regi regum omnium & univerſorum creatori magna cum exultatione gratias* [b] *ago, qui me uſque ad præſens cunctis involutum*

a Ethelb. b Refero.

lutum ſceleribus patienter ſuſtinuit, miſericorditer attraxit, & ad ſui nominis agnitionem parumper erexit. Unde Deo adhærere mihi bonum eſt, & in ipſo ponere ſpem meam. Sed quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Ut placeam coram eo in lumine viventium; cum ſine ipſo nihil habemus, nihil ſumus, nihilque valemus. Magna enim aviditate noſtræ ſalutis auctor, & univerſorum largitor, acceptat noſtra minima, ut cauſam habeat retribuendi maxima, & infinita gaudia. Sectantes ejus doctrinam per opera miſericordiæ, ſic conſolatur dicens, Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. *Hinc eſt, quod cum dilecti confeſſoris mei* Guthlaci *Anachoritæ devoti inſtructus fuiſſem conſilio, precibuſque pulſatus, gratanter in hunc modum adquievi. Ad perpetuæ ſecuritatis memoriam hoc chirographo patenti, dono, trado, & concedo omnipotenti Deo, Beatæ* Mariæ *& ſancto* Bartholomæo *de dominicis meis ad fundationem Monaſterii nigrorum Monachorum, ſub norma ſancti* Benedicti *Deo famulantium, totam inſulam* Croylandiæ *ad ſedem Abbathiæ ſeparatam, & ſeparaliter obtinendam, cum quatuor aquis interclusam; videlicet cum aqua, quæ dicitur* **Schepiſhee**, *verſus Orientem, & cum aqua, quæ vocatur* **Nene**, *verſus Occidentem, & cum aqua, quæ vocatur* **Southee**, *verſus Auſtrum, & cum aqua vocata* **Asendyk**, *verſus Aquilonem, ubi communis Sewera eſt inter* **Spaldelyng** *& dictam inſulam. Et continet dicta inſula in longitudine quatuor leucas, & tres leucas in latitudine, cum Mariſcis adjacentibus verſus Occidentem ex oppoſito ejuſdem inſulæ ex utraque parte aquæ de* **Weland**: *cujus una pars verſus Boream, vocata* **Goggiſlound**, *continet duas leucas in longitudine a ponte de* **Croyland**, *ubi fit ingreſſus ad inſulam, uſque ad* **Aſpath**, *& unam leucam in latitudine ab aqua* **Weland** *in Auſtrali parte, uſque ad* **Apenholt**, *verſus Boream juxta ripam, & habet per totam longitudinem æqualitatem latitudinis; & altera pars Mariſci in Auſtrali parte aquæ de* **Weland**, *continet in longitudine duas leucas a ponte de* **Croyland** *uſque ad* **Southlake** *juxta ripam ex oppoſito de* **Aſpath**, *& habet in latitudine duas leucas ab aqua de* **Weland** *uſque ad* **Fynſet** *juxta aquam de* **Nene** *in Auſtrali parte ejuſdem Mariſci, cum ſeparali piſcaria in aquis de* **Weland** *&* **Neene** *uſque ad ſupradictos utriuſque Mariſci limites, & in aquis omnibus ſupradictam inſulam * ambientibus. Unde quendam cœnobitam* Eveſhamenſem, *probatæ religionis virum, nomine* Kenulphum, *ut ſecum ejuſdem ordinis Monachos probatos ibidem congregaret, Abbatem conſtitui, præbens eis de theſauro meo ad ædificationem Monaſterii ejuſdem, primo anno trecentas libras legalis monetæ, & per decem annos proximo ſequentes, quolibet anno centum libras, concedendo eiſdem licentiam ad villam ædificandam ibidem, ſive includendam, quantum ex hiis duobus mariſcis verſus Occidentem dictis Monachis pro ſe & ſuis placuerit. Quare volo, quod prædicti Monachi habeant iſta dona mea cum omnibus appendiciis, libera & ſoluta ab omni onere ſeculari, in perpetuam eleemoſynam meam, cum omni commodo, quod evenire aut extorqueri poterit infra dictos limites tam ſubter terram, quam ſupra, cum communa paſturæ pro omni genere animalium, omnibus ſeiſonis ſibi, & hominibus ſuis, ſive tenentibus ſuis ſecum ibidem moram facientibus ex utraque parte aquæ de* **Weland**, *videlicet ex una parte uſque ad agrum de* **Medeſhamſted**, *& ex altera parte ad ædificia de* **Spaldelyng**, *cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, quas Regia poteſtas liberius alicui Eccleſiæ in Regno meo contulerit temporibus retroactis. Et diſtricte præcipio, quod ſi quis contra hoc meæ auctoritatis teſtamentum aliquod machinari impedimentum præſumſerit, quo minus pacifice poſſideant aliqua per me data & conceſſa, centum libras legalis monetæ theſauro meo perſolvet, nec non dictis monachis pro damnis & expenſis digne ſatisfaciat. Deprecor omnes poſteros meos mihi ad regnum ſuccedentes, ut hanc pœnam & cenſuram meam ita obſervent inviolatam, ſicut voluerint recipere debitæ juſtitiæ præmium, & evadere rapacitatis ſupplicium. Qui vero iſtam eleemoſynam meam provexerit & defenſaverit, in ſorte electorum Dei remuneretur æternaliter. Firmatum eſt hoc chirographum meum in anno ab Incarnatione* Chriſti DCCXVI. *quod & his probabilibus teſtibus*

Margin notes: 716. — *Inſulæ Croyland. limites.* — *Kenulphus Abbas I.* — 716.

* Circumvenientibus.

716. *ctæ crucis indicio ſubnotatur.* ✠ *Ego* Ethelbaldus *Rex Merciorum gratuito conſenſu confirmavi.* ✠ *Ego* [a] Brithwaldus *Dorobernienſis Archiepiſcopus ratificavi.* ✠ *Ego* Wynfridus *Merciorum Epiſcopus approbavi.* ✠ *Ego* Ingwaldus *Londonienſis Epiſcop. mere conſenſi.* ✠ *Ego* Aldwinus *Licheſſeld. Epiſcopus adoptavi.* ✠ *Ego* Tobias *Roffenſis Epiſcopus collaudavi.* ✠ *Ego* Ethelredus *Abbas de* Bardeney *multum affectavi.* ✠ *Ego* Egbaldus *Abbas de* Medeſhamſted *illud fieri devote rogavi.* ✠ *Ego* Egga *Comes* Lincoln. *conſilium dedi.* ✠ *Ego* Leuricus *Comes* Leyceſtriæ *aſſenſum præbui.* ✠ *Ego* Saxulphus *filius* Saxulphi *Comitis corroboravi.* ✠ *Ego* Ingulphus *Presbyter & humilis miniſter vocatus audivi.* ✠ *Ego* Ethelbaldus, *licet indignus, patientia tamen Divina regni Merciorum gero gubernacula, ſumma cum fiducia auctori meo* Chriſto *redeo humiliter; de quo prophetice ſcribitur in Pſalmo,* Miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus: *ejuſdem pietati me totum ſubmitto, & ſanctæ matris Eccleſiæ precibus, beneficiiſque ſpiritualibus commendo.*

Hinc quidam [b] Poeta ſic dixit,

Ethelbaldus *ego Rex ſub Domino ſuper Anglos*
Hanc Abbathiam conſtruo, Chriſte, *tibi.*
Inſula de Croyland, *vaſtum Regis ſpeciale,*
Dicitur hæc terra, quam tibi trado, Iheſu.
Hanc totam terram cum circueuntibus undis
Quæ claudunt illam, do tibi, [c] *ſumme Deus.*
Inſuper argenti primo fabricantibus anno
Trecentas latomis annumerabo libras:
Annis inde decem dabo centum quolibet anno
Libras in latomos, qui ſteterint ad opus.
Kenulphus *Monachus profeſſus* Eveſhamienſis
Abbas primus erit, huic ego trado locum.
Cunctaque confirmo Magnatum dona meorum,
Si dederint terras ſeu tenementa Deo.
Iſtum Kenulphum *ſi quis vexaverit Anglus,*
Rex condemno mihi cuncta catalla ſua:
Inde meis monachis de damnis omnibus ultra
Vſque ſatisfaciat, carcere clauſus erit.
Adſunt ante Deum teſtes hujus dationis
Anglorum proceres, pontificeſque mei.
Sanctus Guthlacus *confeſſor & Anachorita*
Hic jacet, in cujus auribus iſta loquor.
Oret pro nobis ſanctiſſimus iſte ſacerdos,
Ad tumbam cujus hæc mea dona dedi.

Et quia paluſtris humus Croyland (ut ipſum nomen indicat, nam *crudam terram* & *cœnoſam* ſignificat) lapideam molem ſuſtinere non poterat, præfatus Rex ingentes palos quercinos & alcinos innumeræ multitudinis humo defigi fecit, duramque terram novem milliariis per aquam de *Vplanda*, id eſt, de *ſuperiori terra*, ſcaphis deferrri, & paludibus commiſceri juſſit; & ſic lapideam, quia ſanctus *Guthlacus* prius oratorio contentus erat ligneo, Baſilicam cœpit & conſummavit, Cœnobium condidit, ornamentis & fundis, aliiſque divitiis locum illum ditavit, eundemque locum in tota vita ſua tenerrime dilexit. Nec unquam poſt primam fundationem, quam idem Rex ſtatuit & fecit, Monaſterium Croyland Religioſorum inhabitatione Monachorum caruit, uſque in diem hodiernum.

Eremitæ Croyland. Erant etiam in eadem inſula illis in temporibus nonnulli vitam eremiticam ducentes, qui viro Dei ſancta familiaritate, quoad vixit, adhærentes, tanquam infirmi ad medicum, in cujus informatione & exemplo frequentem carpebant animæ ſalutem. Ex quibus unus noviter erat ad fidem catholicam

a Brichtwald. b Poetice. c Domne.

catholicam converſus, nobilitate generoſus, quondam præpotens in mundialibus, nomine *Ciſſa*, qui relictis omnibus ſequutus eſt Dominum ſuum *Chriſtum*. Alius erat [a] *Bettellinus*, ſervus præfati patris familiariſſimus. Tertius erat *Egbertus*, ſecretorum ejus præ cæteris conſcius. Quartus erat *Tatwinus*, ad eandem inſulam quondam ductor ejus & nauclerus. Qui omnes in ſingulis caſulis non longe ab oratorio ſancti patris *Guthlaci*, de licentia ſupra memorati *Kenulphi* Abbatis, uſque ad vitæ terminum ſeparatas manſiones habuerunt. Sancta vero *Pega*, ſoror præfati ſancti patris noſtri *Guthlaci* cito poſt primi anni revolutionem ab obitu ejuſdem, relicto prius ibidem in manibus *Kenulphi* Abbatis flagello Sancti *Bartholomæi*, & pſalterio fratris ſui, cum nonnullis aliis Reliquiis, ad cellam ſuam navigio remeavit, ab oratorio prænominati fratris ſui per quatuor leucas in Occidentali plaga diſtantem: Ubi completo biennio, & tribus menſibus, in lugubri lamentatione, ad Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* limina in frigore & abſtinentia multa peregre profecta eſt. Cumque civitatem *Romanam* ingrederetur, omnium ſignorum claſſicum repentinum perſonans, per ſpatium unius horæ, ſanctitatis ejus meritum univerſis civibus indicavit; ubi divino ſervitio mancipata, in timore Domini dies ſuos demum complevit; ac ejus ſacro corpore terræ illic inter multa alia Romana Sanctuaria commendato, ſpiritus ejus de præſentis vitæ labore ad æternam requiem aſcendit. *De receſſu Sanctæ Pegæ ab Inſula.*

Prædictus vero Rex *Ethelbaldus* perfecto ac plene conſummato Monaſterio ſuo **Croyland**, ad promovendam ſanctam Eccleſiam ubique per Regnum ſuum, & ad alia etiam Religioſorum virorum ac mulierum cœnobia dignitatibus & privilegiis emancipanda, jugiter animo intendebat. Unde pro libertate eccleſiaſtica per ſuum regnum roboranda, tertio anno regni ſui tale ſtatutum legitur edidiſſe.

Cum plerumque contingere ſoleat, pro incerta temporum viciſſitudine, ut ea, quæ multarum & fidelium perſonarum teſtimonio conſilioque roborata fuerunt, per contumaciam plurimorum, & machinamenta ſimulationis fraudulentæ, & ſine ulla conſideratione rationis in animarum ſuarum periculo diſſipentur, niſi auctoritate literarum, & teſtimonio chirographorum in perpetuam memoriam fuerint conſignata: Quapropter ego Ethelbaldus *Rex Merciorum, pro amore cæleſtis patriæ, & pro redemtione animæ meæ,* [b] *ſtatuendum eſſe prævidi, ut eam per bona opera liberam efficerem ab omni vinculo delictorum. Dum enim mihi omnipotens per miſericordiam clementiæ ſuæ abſque ullo antecedente merito, ſceptra Regni largitus eſt, ideo libenter ex eo, quod dedit, retribuo. Hujus rei gratia hanc donationem meam me vivente concedo, ut omnia monaſteria & Eccleſiæ regni mei à publicis vectigalibus, operibus, & oneribus abſolvantur, niſi in inſtructionibus Archium vel pontium, quæ nunquam ulli poſſunt laxari. Præterea habeant famuli Dei propriam libertatem in proficuo ſylvarum, in fructu agrorum, & in captura piſcium: nec munuſcula præbeant Regi, vel principibus, niſi voluntaria; ſed liberi Domino ſerviant in contemplatione pacifica per totum Regnum meum, uſque in ævum.* *Statutum Ethelbaldi Regis.*

Cumque prædictus Rex *Ethelbaldus* XL. & uno annis Regnaſſet, juxta prophetiam ſancti patris *Guthlaci*, bello minus provide inito ſuper *Seggeſwold*, à *Bernredo* tyranno extitit interemtus. *Bernredus* vero tyrannus non diu tanta tyrannide gloriatus, eodem anno periit. *Æthelbalduſque* rex apud *Ripadium*, id eſt, **Ripedune**, tunc temporis celeberrimum monaſterium tumulatus, regnum Merciorum nepoti patruelis ſui, videlicet *Offæ* filio *Dignferti*, filii *Ænulphi*, filii *Oſmodi*, filii *Eoppæ*, filii *Wibbæ* patris regis *Pendæ*, conſentientibus totius Merciæ proceribus, reliquit. Iſte *Offa* regnavit annis XL. & fundavit Monaſterium nigrorum monachorum in *Verolami* civitate, ad honorem Dei, & protomartyris Anglorum, ſcilicet ſancti *Albani*: ac ſatis devotus ubique ad ſanctos Dei, & virorum religio- *Obiit rex Ethelbaldus 755.* *Rex Offa fundavit monaſterium S. Albani.*

a *Bettelmus.* b Studendum.

ſorum precibus ſemper acclinis, domino *Patricio* Abbate *Croylandiæ*, qui *Kenulpho* primo ejus Abbati ſucceſſerat, ſupplicante, Monaſterium ſuum Croylandiæ per chartam ſuam confirmavit in his verbis.

Charta Offæ Regis de Croyland. 793. Offa *Rex Merciorum omnibus per univerſum regnum Merciæ Philochriſtis ſalutem perpetuam. Indeſinenter recolens, quod breves dies hominis ſunt, & in hac paucitate dierum noſtrorum, quæcunque ſeminaverit homo, hæc & metet; cupio per vitæ [meæ] præſentis ſancta opera mercari mihi, & metere in futuro præmia ſempiterna. Ideoque* Patricium *Abbatem Croylandiæ, ac monachos ſuos ibidem Deo ſervientes, & ſervos ſuos univerſos, ipſumque locum* **Croyland**, *& omnia, quæ ſua ſunt, accipio in manum meam, & tanqam fratres meos monachos de ſancto* Albano, *liberos & ſolutos eſſe ab omni onere ſeculari, & quietos ubique per Regnum meum ab omnibus vectigalibus haberi præcipio: & confirmo eiſdem prædictum monaſterium ſuum, & cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, ac aliis rebus,* [a] *quaſcunque cognatus meus, quondam inclytus Rex* Æthelbaldus *fundator dicti monaſterii contulerat eiſdem, & quæcunque proceres ſui vel mei poſtea contulerunt, ſeu conferent in futurum, vel quæcunque fideles* Chriſti *dicto monaſterio Croylandiæ conferent in æternum. Iſtud chirographum anno incarnationis Domini noſtri* Jeſu Chriſti *ſeptingenteſimo nonageſimo tertio ego* Offa *Rex Merciorum conceſſi & confirmavi.* ✠ *Ego* Æthe-
793. lardus *Archiepiſcopus* Dorobornienſ. *conſenſi.* ✠ *Ego* Ægbaldus *Epiſcopus* [b] **Winchester** *ſubſcripſi.* ✠ *Ego* Aldredus *Epiſcopus* Dorcaceſtrenſ. *ſubnotavi.* ✠ *Ego* Aldulphus *Epiſcopus* **Lichefeld** *collaudavi.* ✠ *Ego* Benna *Abbas de* **Medeshamsted** *corroboravi.* ✠ *Ego* Ceolburga *Abbatiſſa de* **Berdea** *aſpiravi.* ✠ *Ego* Heabrichtus *Comes ad imperium domini mei Regis conſignavi.* ✠ *Ego* Tilherus *preybyter domini mei Regis* Offæ, *ad ejus præceptum, hoc chirographum manu mea ſcripſi.*

794. Porro proximo anno ſequente, prædicto Regi Merciorum *Offæ* IIII. Kalendas Auguſti defuncto, filius ejus *Egbertus* in regni gloriam ſucceſſit, & CXLI. diebus regnavit, morboque correptus obiit. Cui vir magnificus, & *Kenulphus.* ſancta ſobole felix [c] *Kenulphus* ſucceſſor, in pace, pietate ac juſtitia per XXVI. annos regni gubernacula glorioſiſſime ſuſtentavit. Ad Abbathiæ vero *Croylandenſis* Monaſterii officium paſtorale poſt *Kenulphum* primum ejus Abbatem, ſucceſſit præfatus *Patricius*: at illi tempore prædicti *Kenwlphi* Regis, tertius dicti monaſterii Abbas nomine *Siwardus*, qui regi *Kenwlpho* carne propinquus, & multa religione confeſſor familiariſſimus, ex munificentia regia duodecimo anno regni ſui chartam hujuſmodi impetravit.

Charta Kenulphi Regis. 806. Kenulphus *Dei miſericordia Rex Merciorum, omnibus mediterraneis Anglis per univerſam Merciam fidem confitentibus Chriſtianam, pacem perfectam, ſempiternamque ſalutem. Omnes & ſinguli ſcitote, quia Dominus ſanctum ſuum mirificavit ſignis celeberrimis, & præclaris prodigiis, beatiſſimum* Chriſti *confeſſorem* Guthlacum, *in monaſterio* Croylandenſi *corporaliter quieſcentem, & novis ac innumeris miraculis, prout ego ac Regina mea in noſtra peregrinatione nuper oculis noſtris vidimus, quotidie clarius ad totius mundi notitiam coruſcantem. Unde ad ſupplicationem religioſiſſimi viri, & ſpiritualis patris ac conſiliarii noſtri, domini* Siwardi *Abbatis dicti monaſterii, conſulente idem ac commonente venerabili patre domino* Wlfredo *Archiepiſcopo Dorobornenſ. tunc noſtræ peregrinationis comite, dictum Monaſterium Croylandiæ cum tota inſula adjacente, ſicut in charta quondam regis* Ethelbaldi *fundatoris ſui per limites eſt diſtincta. Monachos etiam ejuſdem monaſterii, & converſos, ac ſervos univerſos in cuſtodiam capio meæ protectionis. Inſuper peregrinos omnes illuc cauſa devotionis accedentes, & cum ſigno ſancti* Guthlaci *in ſuis capuciis, vel capellis recedentes, liberos & ſolutos ab omni paſſagio, & telonio, ubicunque venerint per totum regnum Merciæ perenniter eſſe volo. Sed & eleemoſymam quam* Thoroldus *vicecomes Lincoln. dedit dictis monachis in* **Bokenhale**;

a Quæcunque. b Wynt. c Kynewlphus.

item

item eleemoſynam quam Geolphus *filius* Malti *dedit illis in* Halington; *item* 806.
eleemoſynam quam Fregeſtus *miles valdiſſimus, quondam magiſter meus de-*
dit illis in Langtoft; *& eleemoſynam quam* Algarus, *miles etiam dudum*
meus, dedit illis in Baſton, *& in* Repingale, *Deo ac ſancto* Guthlaco, *di-*
ctoque monaſterio ac monachis in eo Deo ſervientibus in perpetuam poſſeſſionem
concedo, confero, & confirmo. Anno incarnationis Chriſti octingenteſimo ſex-
to, iſtud chirographum ego Kenulphus *Merciorum Rex ſigno ſanctæ crucis con-*
ſignavi. ✠ *Ego* Wlfredus *Archiepiſcopo Dorobern. fieri conſului.* ✠ *Ego*
Kynebertus *Epiſcopus* Wincheſter *ſubnotavi.* ✠ *Ego* Wonwona *Epi-*
ſcopus Legeceſtrenſ. conſenſi. ✠ *Ego* Celredus *Abbas de* Medeſhamſted,
germanus frater domini Siwardi *Abbatis multum procuravi.* ✠ *Ego*
Cuthredus *rex Cantuariorum, ad imperium domini mei Regis* Kenulphi, *aſſen-*
ſum dedi. ✠ *Ego* Celwlphus, *frater domini regis* Kenulphi *approbavi.* ✠ *Ego*
Algarus *miniſter affui.* ✠ *Ego* Sigga *presbyter, præcipiente domino meo rege*
Kenulpho, *chirographum, manu mea ſcriptum in præſentia dictorum venera-*
bilium patrum & dominorum meorum, præfato venerabili domino Siwardo
Abbati Croylandiæ commendavi.

Anno [a] *Chriſti* Domini DCCC decimo nono, iſte inclytus Rex Merciorum 819.
Kenulphus, exactis in regno XXVI. annis, poſt multa bona opera, quæ in
vita ſua tam ſancte quam ſtrenue geſſerat, hujus temporalis vitæ cum
omnium dolore finem fecit; & *Wynchelcumbæ* monaſterio nigrorum mo-
nachorum, quod à fundamentis conſtruxerat, corpus traditur ſepulturæ, ſed
felix anima cœleſtia regna petivit. Filium vero ſuum ſanctum *Kenel-* *Kenelmus.*
mum puerum ſeptennem regni reliquit hæredem; qui dolo germanæ ſuæ
Quendredæ (tanta ambitione ad regni ſceptrum mulier ſceleratiſſima aſ-
pirabat) paucis menſibus à patris obitu devolutis, in quadam ſylva, qua
ſpatiatum adveſperaſcente die ductus erat, ab *Aſceberto* nutritore ſuo
puer innocentiſſimus crudeliſſime martyrizatus eſt; & divino demum
miraculo, radio lucis immenſæ tota nocte ſuper corpus martyris rutilante
repertus eſt, & ad *Winchelcumbam* juxta patris ſui mauſoleum celebri
traditur ſepulturæ. Poſt cujus martyrium, *Ceolwlphus* patruus ejus, frater
Kenulphi regis, in regnum Merciorum ſucceſſit, qui regnavit anno uno; *Ceolwlphus.*
& ſecundo anno regni ſui à *Bernulpho* quodam fatuoſo, & divitiis ac po-
tentia pollenti, in nulloque lineam regalem contingente expulſus eſt. *Ber-* *Bernulphus.*
nulphus vero tertio anno regni ſui ab *Egbirto* Rege *Weſtſaxonum* bello vi-
ctus eſt & fugatus; [&] in Orientales Anglos, qui prece pretioque in il-
lum commoverant *Weſtſaxones*, vecordiam ſuam vindicare molitus, ex-
ercitum duxit, qui mox ab iiſdem aperto bello ſuperatus & occiſus eſt.
Cui ſucceſſit in regnum *Ludecanus* propinquus ſuus, qui cum biennio re-
gnaſſet, & mortem *Bernulphi*, in *Orientales Anglos* ducto exercitu, vin-
dicare pararet, ad eiſdem oppreſſus & occiſus eſt.

Sublatis ergo in brevi tyrannis qui contra fas purpuram induerant, &
regno vehementer oppreſſo, totam militiam ejus, quæ quondam plurima
extiterat, & victorioſiſſima, ſua imprudentia perdiderant; omnium con-
ſenſu *Wichtlaſius* Dux *Wicciorum*, cujus filius *Wymundus Alfledam* filiam *Cel-*
wlphi quondam regis, & fratris *Kenulphi* regis nobiliſſimi duxerat in uxo- *Witlaſius.* 825.
rem, in regem levatus eſt, & XIII. annis regnavit, ſub ditione tamen &
tributo *Egbirti* regis Weſtſaxonum. Mox enim ut rex factus eſt, [&]
antequam exercitum poterat colligere, à ducibus *Egbirti* per totam Mer-
ciam quæſitus, induſtria domini *Siwardi* abbatis, quatuor menſium ſpatio
cella ſanctiſſimæ virginis *Etheldrithæ* (*Offæ* quondam regis Merciorum fi-
liæ, ac ſponſæ ſancti martyris *Ethelberti* quondam regis Eſtangliæ, in cu-
jus nomine jam ſedes epiſcopalis *Herfordiæ* dedicatur; ſed tunc pro *Chriſti*
ſponſi ſui amore, in Auſtrali parte eccleſiæ *Croylandenſis* contra ma-
num altare in quadam [b] parte cellæ recluſæ) nullo alio conſcio abſcon-

a Igitur Dom. b Cella recluſæ.)

debatur,

debatur; tutaſque latebras illic agens quouſque mediante dicto Abbate venerabili *Siwardo* cum dicto rege Weſtſaxonum concordatus eſt, & promiſſa tributi annualis penſione, ad regnum redire pacifice permiſſus. Unde poſtmodum chartam hujuſmodi pulcherrima privilegia continentem dicto monaſterio *Croylandiæ* fecit in his verbis.

Charta Witlaſii regis.
833.

[a] Witlafius *diſpoſitione divina rex Merciorum, omnibus Chriſticolis univerſam Merciam inhabitantibus ſalutem* [b] *ſempiternam. Magnalia Dei prædicare & publicare minime mihi verecundum, ſed vere videtur honorificum & glorioſum: unde aperte confitebor Domino, qui in altis habitat, humilia reſpiciens in cœlo & in terra, quoniam ad tempus iratus eſt mihi, converſus eſt furor ſuus, & conſolatus eſt me, humilians in ira ſua peccatorem uſque ad terram, detrahens uſque ad pulverem, & iterum in miſericordia ſua ſuſcitans de pulvere egenum, & de ſtercore erigens pauperem, ut ſedeam cum principibus, & ſolium gloriæ teneam. In die igitur bonorum ne immemor ſim malorum; memor ero* Raab *& Babylonis ſcientium me; non* Rahab *meretricis, ſed* Etheldrithæ *ſanctiſſimæ virginis, cognatæ meæ, pro ſponſi ſui agni immaculati amore* Croylandiæ *recluſæ, & in tempore tribulationis meæ me in cella ſua quatuor menſium ſpatio diligentiſſime abſcondentis à facie inimici & perſequentis: memor etiam ero* Babylonis, *non turris confuſionis, ſed ſanctiſſimæ eccleſiæ* Croylandenſis, *quæ terra turris ad cœlum aſcendens vigiliis & orationibus, pſalmis & lectionibus, diſciplinis & afflictionibus, lacrymis & ſingultibus, eleemoſynis & innumeris aliis devotionibus pietatiſque operibus, pro ſeculo peccatore fortiſſimam violentiam regno cœlorum ingerit die ac nocte. Itaque quoniam venerabilis pater dominus* Siwardus *Abbas Croylandiæ protexit me in tabernacalo ſuo in die malorum, celans ac ſalvans a facie tribulantis: ultra privilegia meorum anteceſſorum Regum Merciorum, qui prædictum monaſterium variis libertatibus & donariis nobiliter illuſtrarunt, offero & ego magno altari prædicti Monaſterii de* [c] *paupertate mea, calicem aureum, crucem auream, & tabulam capellæ propriæ laminis aureis deauratam, me profitens dictæ eccleſiæ perpetuum pro viribus defenſorem. Inſuper præcipio omnibus miniſtris meis per univerſam* Merciam *conſtitutis, quod Abbati* Croylandiæ, *Monachis, & omnibus fratribus illius ſanctiſſimi Monaſterii, cum ad civitates & caſtella regia pro quocunque negotio acceſſerint, tanquam* Wymundo *filio meo, vel mihi, obediant in omnibus & miniſtrent, nihil pro expenſis, quas ipſi, vel ſui fecerint ibidem, ab iis accipientes, ſed cum litera vel ſigno dictorum Monachorum Arcarius meus omnes expenſas hujuſmodi, cum dicti miniſtri mei annumeraverint, pro fiſco integre acceptabit.*

Fugitivi.

Volo etiam & præcipio, quod quicunque in regno meo pro quocunque delicto reus inventus & legibus obnoxius fuerit, ſi fugerit ad dictum Monaſterium, & coram Abbate dicti Monaſterii, qui pro tempore fuerit, gratiam ſanctiſſimi confeſſoris Guthlaci *ibidem corporaliter quieſcentis invocans, fidelitatem ei & ſervitium juraverit ſompiternum; ſalvus & ſecurus ſub protectione Abbatis & Monachorum ſuorum, in quocunque ſervitio per totam inſulam* Croylandiæ *ipſum poſuerint, ſicut in aſylo, vel in camera mea propria, pace mea & impu-*
833. *nitate gaudeat, nulluſque miniſtrorum meorum ultra illum inſequi audeat, nec in aliquo moleſtare, ſub pœna perditionis dextri ſui pedis, quicunque* [d] *in meo regno iſtud meum privilegium tentaverit in aliquo violare: Licebitque dicto fugitivo in quinque aquis, quæ dictam inſulam ambiunt, navigare & piſcari, ac aliter, quocunque modo à dominis ſuis aſſignatus fuerit, laborare, abſque miniſtrorum meorum, vel alicujus alterius calumnia vel gravamine. Quod ſi extra dictas aquas, vel metas dicti Monaſterii captus aliquando fuerit, pœnam, quam quondam meruit, ſive mortem, ſive membrorum ſuorum mutilationem, ſi miniſtri mei, vel quicunque ſui adverſarii per juramentum ſex hominum fide dignorum probare poterunt, quod extra metas ſuas inventus fuerit, abſque ulla gratia ſuſtinebit. Dictas vero metas Monaſterii* Croyland [e] *in*

a Wichtladſius. b Perpetuam. c Paupertatula. d De. e Et.

quinque

quinque ejus aquas prædictas, tam miniſtris meis, quam Abbati & monachis ſuis, pro ſuis dictis fugitivis, deſcribere feci & notare. Dictæ namque aquæ vocantur iſtis nominibus; videlicet **Schepiſhee** *ad Orientem, in cujus ripa Occidentali crux lignea ſtat vetuſta, & diſtat ab ipſa aqua per decem pedes, æqualiter poſita in medio inter duos angulos ejuſdem inſulæ, ſcilicet* **Aſwiktoft**, *qui eſt angulus & meta dictæ inſulæ contra Vulturnum, &* [a] **Tedwarker**, *qui eſt angulus & meta dictæ inſulæ contra ſubſolanum. Secunda aqua, quæ claudit dictam inſulam ad Auſtrum, vocatur* **Southee**, *in cujus ripa eſt poſita crux lapidea diſtans a* **Namanlandhirne** *per quinque perticatas, & a* **Southee** *per ſex perticatas, ubi* **Southee** *intrat in aquam de* **Neene**, *quæ currit ad pontem de* **Croyland**; *ſed metæ fugitivorum in illa parte diriguntur in Mariſcum occidentale per* **Fynfet** *contra Africum, & ſic uſque ad* **Folwardſtakyng** *contra Corum, & ſic divertendo ad Boream, ubi* **Southlake** *intrat in aquam de* **Weland** *ex oppoſito lapideæ crucis, quæ ſtat in Boreali ripa dictæ aquæ de* **Weland**, *diſtans ab ipſa aqua per quinque pedes, quæ currit inde ad prædictum pontem de* **Croyland**; *ſed metæ fugitivorum ab illa cruce diriguntur in Mariſcum Boreale directe uſque ad* **Oggot**, *qui eſt angulus metarum contra Favonium, & ſic redeundo verſus orientem per* **Wodelade** *uſque ad* **Appyholt**, *& ibi aſcendendo per aquam de* **Weland**, *quæ eſt quarta aqua claudens inſulam in illa parte, ſicut tertia aqua de* **Nene** *claudit eam ex altera parte pontis de* **Croyland**, *uſque ad Seweram de* **Aſendyk** *cadentis in* **Weland**, *ubi ſtans fracta crux lapidea diſtat ab ipſa aqua de* **Aſendyk** *per tres perticatas in ejus ripa Auſtrali; & ipſa aqua de* **Aſendyk** *eſt quinta aqua claudens ab illo loco inſulam prædictam, contra Aquilonem uſque ad* **Aſwyktoft**. *Si extra iſtas quinque aquas & metas prænotatas fugitivus inventus fuerit, tanquam* Semei *extra Jeruſalem, publicis legibus ſubjiciendus, pœnam, quam meruit, patietur. Quod ſi infra prædictas metas, & prædictarum aquarum ripas exteriores homicidium, furtum, vel aliam forisfacturam fecerit, per ballivos dicti Monaſterii capiendus, juxta demerita in ipſa inſula, cujus immunitatem perdidit, patietur, & ibidem judicandus in carcere Abbatis condemnabitur. Et ut iſtud meum privilegium firmius & fortius ad poſteros perſeveret, per dominum meum* Egbertum *Regem Weſtſaxoniæ, &* Athelwlphum *filium ejus, illud obtinui confirmari.* 833.

Offero etiam ſecretario dicti monaſterii, in miniſterium ſanctiſſimi altaris, chlamydem coccineam, qua indutus eram in coronatione mea, ad capam inde ſive caſulam faciendam; & in eccleſiæ ſanctiſſimæ ornamentum, velum meum [b] *aureum, quo inſuitur excidium* Trojæ, *in meo anniverſario (ſi ſibi placuerit) in parietibus ſuſpendendum. Offero etiam Refectorario dicti Monaſterii, ad uſum præſidentis quotidie in refectorio, ſcyphum meum deauratum, & per totam partem exteriorem barbaris vinitoribus ad dracones pugnantibus cælatum, quem* crucibolum *meum ſolitus ſum vocare, quia ſignum crucis per tranſverſum ſcyphi imprimitur interius, cum quatuor angulis ſimili impreſſione protuberantibus; & cornu menſæ meæ, ut ſenes Monaſterii bibant inde in feſtis ſanctorum, & in ſuis benedictionibus meminerint aliquando animæ* [c] *donatoris* Witlafii.

Confirmo etiam dicto Monaſterio omnes terras & tenementa, poſſeſſiones, & earum peculia, & omnia alia donaria, quæ prædeceſſores mei Reges Merciorum, & eorum proceres, vel alii fideles Chriſtiani, ſive Judæi, dictis monachis dederunt, vendiderunt, vel invadiaverunt, aut aliquo alio modo in perpetuam poſſeſſionem tradiderunt: & ſpecialiter donum Thoroldi *quondam Vicecomitis* Lincoln. *in* **Bokenhale**, *videlicet duas carucatas terræ & dimidiam, & viginti ſex acras prati, & quinquaginta acras ſylvæ, [&* LXX. *acras] de* **Bruſche**. *Item donum* Geolphi *filii* Maltæ *in* **Halington**, *videlicet quatuor bovatas terræ de* **Juland**, *& decem bovatas in ſervitio, & triginti*

a *Tedwarchar.* b Rubeum. c *Wichlaſii* donatoris.

B *tres*

833. *tres acras prati in* **Gernthorp**. *Item donum* Fregiſti *militis, viz. totam villam de* **Langtoft**, *& in campis ejuſdem villæ ſex carucatas terræ arabilis, habentes in longitudine quindecim quarentenas, & novem quarentenas in latitudine, & centum acras prati; & ſylvam & Mariſcum duarum leucarum in longitudine, & duarum leucarum in latitudine. Et Eccleſiam ejuſdem villæ, &* XL. *acras de eodem feodo in campo de* **Depyng**. *Item donum* Algari *militis, [filii* Northlang,] *ſcilicet* **Northland** *in* **Baſton**, *viz. quatuor carucatas terræ arabilis, continentes in longitudine octo quarentenas, & octo quarentenas, in latitudine; &* XLV. *acras prati, & Mariſcum continens in longitudine* XVI. *quarentenas, &* VIII. *quarentenas in latitudine; & ecleſiam ejuſdem villæ, & unum molendinum, & dimidium alterius molendini, & totam piſcariam in aqua a molendino verſus Occidentem uſque ad finem [ejuſdem] Mariſci [ejuſdem villæ] verſus Orientem. Item donum ejuſdem* Algari *militis in* **Repyngale**, *viz. tres carucatas terræ arabilis, &* XL. *acras prati. Item d num* Normanni *quondam vicecomitis in* **Sutton**, *juxta* **Boſworthe**, *duas carucatas terræ, & unum molendinum ventricium. Item donum ejuſdem* Normanni *in* **Stapilton**, *viz. minerium, & duas carucatas terræ. Item donum ejuſdem in* [a] **Badby**, *viz. quatuor hidas terræ cum appendiciis. Item donum domini* Algari *comitis in* **Holbecke**, *& in* **Cappelade**, *viz. quatuor carucatas, & ſex bovatas, & octodecim acras prati, &* [b] *mariſcum. Item donum ejuſdem in villa ſua de* **Spaldelyng**, *videlicet tres carucatas terræ. Item donum ejuſdem in villa ſua de* **Pyncebek**, *videlicet unam carucatam terræ. Item donum ejuſdem in* **Algarkirke** *villa ſua, videlicet undecim bovatas terræ: & in parochia de* **Sutterton** *tres carucatas terræ, & unam bovatam, & viginti ſex acras prati, & quatuor ſalinas, cum Eccleſia ejuſdem villæ. Item donum* Oſwii *militis in* Draytona, *videlicet octo hidas terræ, & quatuor virgatas, & Eccleſiam ejuſdem villæ. Item donum* Asketelli *coci mei in* **Glapthorn**, *videlicet tres virgatas terræ. Item donum* Wlgeti *[quondam] Pincernæ mei, in* **Peiekyrke** *tres virgatas terræ. Item donum* [Edulphi] *nuncii mei in* **Laithorp**, *unam bovatam terræ. Item donum* Siwardi *vicecomitis in* **Kyrkeby**, *tres bovatas terræ, unam manſionem, & tria cotagia. Et in* **Staundon** *donum* Sigburgæ *comitiſſæ, quinque hidas terræ. Et donum* Wlnoti *dapiferi mei in* Adyngtona, *videlicet duas hidas terræ, & piſcariam, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ; & in alia* Adyngtona *ex dono ejuſdem, unam virgatam terræ. Iſtas terras & tenementa prædicto monaſterio* Croylandiæ, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, in pacificam & perpetuam poſſeſſionem concedo, trado, & confirmo, habenda de me & hæredibus meis quibuſcunque Regibus Merciorum poſt me ſucceſſuris, in perpetuam & puram eleemoſynam, libere, quiete, & ſolute ab omnibus oneribus* [c] *ſecularibus, exactionibus, vectigalibus univerſis, quocunque nomine cenſeantur. Quod ſi quis adverſarius, inſtigante diabolo, in quibuſcunque prædictis terris aut tenementis, tot regum ſpatio pacifice poſſeſſis, & eorum auctoritate confirmatis, calumniam ponere voluerit in futurum, me & ſucceſſores meos Reges Merciorum profiteor præſenti chirographo & polliceor, dicti monaſterii futuros in perpetuum defenſores.*

Iſtud chirographum meum domino Siwardo *Abbati patri meo, &* Etheldrithæ *ſanctiſſimæ virgini, pro* Chriſti *amore ibidem recluſæ, carne quidem cognatæ meæ, ſed (quod magis eſt) in* Chriſto *cariſſimæ ſorori, quondam promiſſum in præſentia dominorum meorum* Egberti *Regis Weſtſaxoniæ, &* Athelwlphi *filii ejus, coram pontificibus & proceribus majoribus totius Angliæ, in civitate* Londonia *(ubi omnes congregati fuimus pro conſilio capiendo contra* Danicos *piratas littora Angliæ aſſidue infeſtantes) ſigno ſanctæ crucis confirmavi.* ✠ *Ego* Celnothus *Archiepiſcopus* [d] *Dorobornienſis conſului.* ✠ *Ego* Enbaldus *Archiepiſcopus Eboracenſis conſignavi.* ✠ *Ego* Oſmundus *Londonienſis Epiſcopus collaudavi.* ✠ *Ego* Helmſtanus *Epiſcopus Wintonienſ. aſ-*

a Baddeby. *b* Merſcum. *c* Seculi. *d* Doroberniæ.

ſenſum

ſenſum præbui. ✠ *Ego* Herewinus *Epiſcopus Lichefeldenſis conſenſi.* ✠ *Ego* 833.
Cedda *Herfordenſis Epiſcopus aſpiravi.* ✠ *Ego* Adelſtanus *Schireburnenſis Epiſcopus procuravi.* ✠ *Ego* Humbrichtus *Helman. Epiſcopus approbavi.* ✠ *Ego* Wilredus *Dommocenſis Epiſcopus annui.* ✠ *Ego* Herferdus *Wigorn. Epiſcopus gratum habui.* ✠ *Ego* Godwinus *Roffen. Epiſcopus favi.* ✠ *Ego* Hedda *Abbas de* Medeſhamſted *ratificavi.* ✠ *Ego* Ambertus *Abbas Ripadii interfui.* ✠ *Ego* Kynewinus *Abbas de* Bardeney *aſtiti.* ✠ *Ego* Egbertus *Rex Weſtſaxoniæ conceſſi.* ✠ *Ego* Adelwlphus *filius Regis Weſtſaxoniæ conſenſum dedi.* ✠ *Ego* Wlhardus *Dux affui.* ✠ *Ego* Athelmus *Dux audivi.* ✠ *Ego* Herenbrichtus *Dux acceptavi.* ✠ *Ego* Swithunus *Presbyter Regis* Egberti *præſens fui.* ✠ *Ego* Boſa *ſcriba Regis* Withlafii *manu mea chirographum iſtud ſcripſi.* ✠ *Ego* Withlafius *Domini noſtri* Jeſu Chriſti *gratia Rex Merciorum, ad ſanctæ Matris Eccleſiæ honorem, & divini cultus exaltationem, anno Incarnationis ejuſdem noſtri Salvatoris octingenteſimo triceſimo tertio, in feſto ſancti* Auguſtini *confeſſoris, doctoris, & Apoſtoli noſtræ gentis, hæc* [a] *pauca offero, pluraque offerrem, quin corpus meum in morte mea tam ſancto Monaſterio promitterem, niſi ante ſepulturam meam* Ripadio *devoviſſem. Veruntamen ſpiritus meus permanebit vobiſcum in æternum.*

Perſeveravit iſte Rex *Withlafius* conſtantiſſime uſque ad mortem ſuam in amore, quem ad Monaſterium *Croylandenſe* conceperat, ita ut omni anno vitæ ſuæ ſaltem ſemel feretrum ſancti *Guthlaci* cum multa compunctione viſitaret, & aliquod pretioſum notabileque jocale offerret. Et cum obitum ſanctiſſimæ virginis *Etheldrithæ* primitus intellexit, tanto dolore conſternatus eſt, ut longo tempore lecto decumbentem omnes ſui jam morti proximum formidarent. Tandem, favente Dei gratia, convaleſcens aliqualiter, & ad ſepulcrum ejus accedens (tumulata namque fuerat ad caput ſancti viri *Tatwini*, quondam ſancti patris *Guthlaci* in dictam inſulam ductoris & naucleri) quaſi extaſim paſſus, tot lacrymas, recuperato ſpiritu, ſuper tumulum fudit, tanquam uxorem, & filium, aut totam familiam ſuam ſubito infortunio perdidiſſet; donec dominus *Siwardus* [Abbas,] (quem, ut patrem ſuum, ſemper tenerrime venerabatur) ſeverius eum corripiens, invitum & renitentem de tumulo ad cameram ſuam abduxit. Nec multo poſt, *Wymundum* filium ſuum longa dyſenteria defunctum, ad latus virginis dextrum tumulavit. Uxorem etiam *Celfredam* conſequenter infra unius anni ſpatium decedentem, ad latus ſiniſtrum ejuſdem virginis, Regio apparatu lacrymiſque irremediabilibus ſepelivit. Ipſe vero tertio decimo anno regni ſui mortuus eſt, & (ut antea voverat) *Ripadio* Monaſterio ſepultus.

Cui ſucceſſit in regnum *Bertulphus* frater ſuus, regnavitque ſimiliter *Bertulphus* tredecim annos, *Athelwlphi* Regis Weſtſaxoniæ tributarius: ſed non more, 838.
nec amore fratris ſui *Withlafii* Regis, ſanctos Dei, neque *Croylandiam* amplexatus. *Berfertus* namque filius ſuus, in ſancta vigilia Pentecoſtes, conſenſu patris ſui *Bertulphi*, cognatum ſuum ſanctum *Wiſtanum*, filium *Wimundi* filii Regis *Withlafii* & *Alfledæ* filiæ *Ceolwlphi* quondam Regis (tanta ferebatur ad regnandum ambitione!) crudeliter ac impie interfecit. Corpus innocentiſſimi martyris tunc *Ripadio* delatum, juxta *Withlafium* avum ſuum humatum, poſterioribus annis per fidelium devotionem ad *Eveſhamium* eſt tranſlatum. *Bertulphus* vero pater deprædator Monaſteriorum, etiam tranſiens per *Croylandiam*, quæcunque frater ſuus *Withlafius*, vel alii Reges Merciorum, jocalia plurima in ſanctæ eccleſiæ ornamentum larga manu contulerant, omnia una cum tota pecunia, quam in Monaſterio invenire potuit, ſceleratiſſime diripuit, & conducens inde milites, cum bellum contra *Danos*, qui circa *Londonias* debacchabantur, iniret, ab iiſdem Paganis ſuperatus & fugatus eſt. In recompenſationem

[a] Paucula.

tamen aliqualem pecuniæ direptæ, hujuſmodi chartam pulcherrima privilegia continentem fecit *Croylandiæ* de terris ſuis & libertatibus, in his verbis.

851. Bertulphus *Rex Merciorum venerabili patri domino* Siwardo *Abbati Croylandiæ, omnibuſque fratribus ſuis Monachis ejuſdem monaſterii præſentibus & futuris, ſalutem in Domino ſempiternam. Gratias debitas vobis omnibus digniſſime reddo pro pecunia, qua me per vos dudum prætereuntem, in mea maxima indigentia, contra Paganorum violentiam gratiſſimo & liberaliſſimo animo refoviſtis. Quo tempore quia de injurioſis damnis, vobis per quoſdam veſtros adverſarios malitioſe nimium illatis, mihi graviter conqueſti eſtis, qui nequiter inſidiantes in exterioribus ripis aquarum veſtrarum, ſi dictas ripas aſcenderent in piſcando qui de fugitivis ſervi veſtri ſunt effecti, & pari modo multotiens cuſtodientes* [*terminos*] *Mariſcorum veſtrorum, ſi forte oves & boves aut cetera animalia veſtra longius errantia revocare dicti ſervi veſtri excederent, ut eoſdem ſervos veſtros extra veſtram inſulam inventos, velut impunitatis ſuæ violatores, publicis legibus ſubjicerent & damnarent, ſicque neceſſe fuit frequentiſſime vel dictos ſervos veſtros in manus hoſtium ſuorum incidere & perire, vel eorum labores ad juſtum commodum veſtrum non procedere. Propoſita ergo tali querela veſtra per fratrem* Askillum *commonachum veſtrum palam coram Prælatis & Proceribus totius regni mei Merciæ apud* **Benigndon** *ultimo congregatis, omnibus tenerrime compatientibus ſuper* [a] *ejuſmodi vobis illatis injuriis, ad honorem Dei & ſanctæ matris Eccleſiæ relevationem, conſiderantibus etiam & collaudantibus univerſis perfectionem ſanctiſſimæ religionis veſtræ, pro majore pace & quiete veſtri ſacri Monaſterii, complacuit privilegia domini* Withlafii *Regis, fratris, & prædeceſſoris mei, de impunitate vobis conceſſa, declarare & dilatare, in eleemoſynam animæ meæ, declarataque ac dilatata meo chirographo confirmare.*

Quapropter præcepi Radboto *vicedomino* Lincoln. *ceteriſque miniſtris meis in illa patria conſtitutis, inſulam veſtram* Croylandiæ, *ac terminos Mariſcorum veſtrorum circuire & deſcribere, mihique & conſilio meo, ubicunque in ultimo Paſchæ fuiſſemus, fideliter & lucide demonſtrare: qui juſſa complentes, iſtis nominibus inſulæ veſtræ mariſcorum veſtrorum circuitum mihi, & conſilio meo, ſanctum paſcha noſtrum tunc apud* **Kyngeſbury** *tenentibus, aperte deſcriptum obtulerunt. Claudit enim inſulam veſtram de* **Croyland** *ad ejus Orientem (prout antiquitus per eam dotavit monaſterium veſtrum inclytus quondam Rex Merciæ* Ethelbaldus *fundator veſter, & ceteri Reges Merciorum ſui ſucceſſores ſuis chirographis confirmaverunt) ab* **Aſwyktofthirne** *uſque ad* **Tedwarthar** *aqua de* **Schepiſhee,** *habens dictam inſulam in parte ſua Occidentali, & mariſcum de* **Cappelade** *in parte ſua Orientali: & de* **Tedwarthar** *uſque ad* **Namanſlandhirne** *claudit eam aqua de* **Southee,** *habens dictam inſulam in parte ſua Boreali, & ſylvam de* **Ancarig** *in parte ſua Auſtrali: & de* **Namanſlandhirne** *uſque ad pontem de* **Croyland** *claudit eam aqua de* **Neene,** *habens dictam inſulam in parte ſua Orientali, & mariſcum veſtrum dictum* **Alderlound** *in parte ſua Occidentali: & de ponte de* **Croyland** *uſque ad* **Wodeladmouth** *claudit eam aqua de* **Weland,** *habens dictam inſulam in parte ſua Orientali, & mariſcum veſtrum dictum* **Goggiſlound** *in parte ſua Occidentali: & de* **Wodelademouth** *uſque ad communem Seweram de* **Aſendyk** *claudit eam prædicta aqua de* **Weland,** *habens dictam inſulam in parte ſua Auſtrali, & mariſcum de* **Spaldelyng** *in parte ſua Boreali: & de prædicta Sewera uſque ad* **Aſwyktoft** *claudit eam prædicta aqua de* **Aſendyk,** *habens dictam inſulam in parte ſua Auſtrali, & mariſcos de* **Spaldelyng, Weſton,** *&* **Multon** *in parte ſua Boreali. Mariſcorum vero veſtrorum, jacentium ex oppoſito inſulæ veſtræ de* **Croyland** *ad ejus occidentem, limites & termini,*

[a] Hujuſmodi.

per

per eoſdem miniſtros meos deſcripti, nominibus iſtis mihi ſunt oblati: viz. 851.
de Namanſlandhyrne *uſque ad* Fynſet, *& inde uſque ad* Groynes, *&*
inde uſque ad Folwardſtakyng, *& inde verſus Boream uſque ad* Weland,
ubi Southlake *intrat in* Weland, *& ſic tranſeundo ipſam aquam de* We-
land, *& aſcendendo ad* Aſpath, *& inde verſus Boream uſque ad* Werwer-
lake, *& ſic per* Harynholt, *uſque ad* Mengerlake, *& inde uſque ad* Og-
got *ſive* Dedmanſlake, *& ſic per* Apynholt *&* Wodelade *verſus Orientem*
uſque ad Wodeladmouth, *qui eſt terminus inſulæ veſtræ in illa parte con-*
tra Boream, ſicut Namanſlandhyrne *eſt terminus inſulæ veſtræ contra Au-*
ſtrum. Communia etiam paſturæ omnium animalium veſtrorum protenditur
ultra dictos terminos mariſcorum veſtrorum verſus Auſtrum uſque ad agrum
monachorum [Eccleſiæ] de Medeſhamſted, *& verſus Occidentem uſque ad*
agrum monachorum Eccleſiæ ſanctæ Pegæ *in Auſtrali mariſco de* Weland, *&*
in Boreali mariſco protenditur verſus Occidentem uſque ad ædificia de De-
pyng, *& verſus Boream uſque ad ædificia de* Spaldelyng, *omnibus anni*
temporibus, prout a fundatione Monaſterii veſtri hactenus omnia prætacta
pacifice poſſediſtis. Pro ſervis ergo veſtris, quos de fugitivis ſive piſcatores,
ſive paſtores vobis facietis, cum communi conſilio totius regni mei concedo ſan-
cto monaſterio veſtro ultra exteriores ripas quinque agrorum claudentium in-
ſulam veſtram viginti pedes in latitudine ab ipſa aqua, ubicunque aſcende-
rint ad retia ſua extrahenda, aut ad alia ſua neceſſaria in terra ſolida per-
agenda. Similiter quocunque protenditur animalium veſtrorum communia in
prædictis mariſcis, illuc extenditur etiam fugitivorum veſtrorum licentia, ut
ſi forte in agros contiguos ex tempeſtate, vel alio infortunio, vel latrocinio
abducta fuerint; conſentientibus omnibus Prælatis & Proceribus meis, con-
cedo ipſis fugitivis veſtris, quod ſicut alii liberi homines, animalia veſtra [a] *præ-*
dicta perſequantur, & meliori modo, quo poterunt, repetant & reducant, & qua-
ſi in eccleſia ſua eſſent, pace mea & impunitate per totam viam ſuam gau-
deant: ſubque mutilatione membri magis neceſſarii nullus eos audeat mole-
ſtare, vel in aliquo [b] *contrariari.*

Inſuper pro dicti Withlafii *quondam Regis, fratris & prædeceſſoris mei, pro-* *Pro etiam anima Domini Withlafii.*
que redemtione meorum peccatorum, cum communi conſilio gratuitoque con-
ſenſu omnium magnatum Regni mei concedo Deo, & beatiſſimo confeſſori ſuo
S. Guthlaco, *ſacratiſſimoque monaſterio veſtro* Croylandiæ, *quod per totum*
regnum meum Merciæ Abbas, monachus, converſuſve ſacri monaſterii veſtri,
qui nunc eſtis, vel qui vobis ſuccedent in futurum poſt vos, ibidem Domino ſer-
vituri, pro quocunque negotio proceſſerint, de dictis fugitivis viæ ſuæ famulos
licenter ſibi faciant & producant; inque præſentia dicti Abbatis, monachi, vel
converſi, ubique per regnum meum, ſicut in Eccleſia ſua Croyland, *ſalvi per-*
maneant & ſecuri, ac ab omni periculo immunes penitus & indemnes, ſub muti-
latione membri magis dilecti, ſi quis iſtud privilegium meum attentaverit, in
aliquo temere violare. Quod ſi extra prædictos viginti pedes in ripis exteriori-
bus aquarum veſtrarum, aut extra villatas, quæ communia vobiſcum vendi-
cant in Occidentalibus mariſcis veſtris, ex utraque parte aquæ de Weland, *aut*
alibi, vobis abſentibus, abſque viatica litera Abbatis loci veſtri, talis fugiti-
vus repertus fuerit, juxta demerita legali ſupplicio ſubjacebit.

Declaratis itaque terminis tam inſulæ veſtræ, quam mariſcorum veſtrorum,
[c] *declaratis etiam ad honorem Dei privilegiis domini* Withlafii, *ac aliorum Re-*
gum Merciæ, prædeceſſorum meorum, vobis magnifice conceſſis, complacuit
unanimiter mihi ac univerſo conſilio meo, veſtra omnia loca mei auctorita-
te regii chirographi confirmare. Confirmo ergo vobis, & [omnibus] ſucceſ-
ſoribus veſtris regulam ſancti Benedicti *ſub habitu veſtro tam nunc profeſ-*
ſis, quam poſt vos profeſſuris, principalem veſtram Eccleſiam Croylandiæ, *in*
qua venerandæ reliquiæ ſanctiſſimi Chriſti *confeſſoris, & patroni veſtri beati*
Guthlaci *corporaliter tumulati, ultimam reſurrectionem feliciter expectant;*

a Perdita proſequantur. *b* contraire. *c* Dilatatis.

851. totamque inſulam adjacentem, prout per terminos ſuos ſuperius declaratos miniſtrorum meorum diligentia ſufficientiſſime eſt deſcripta, in ſedem ſeparalem Abbathiæ veſtræ, in ſitum ſpecialem Monaſterii veſtri, & in veſtrum plenum dominium ſingulariter & perpetuo poſſidendum, una cum duobus Mariſcis jacentibus ad ejus Occidentem, viz. Alderlound in Auſtrali parte aquæ de Weland, & Goggiſdound in ejuſdem aquæ parte Boreali, per terminos ſimiliter ſuperius declaratos. Hæc eſt hæreditas Domini, dos Eccleſiæ Chriſti, ſolum ſanctæ Mariæ & beati Bartholomæi Apoſtoli,, ſancti Guthlaci monachorumque ſuorum ſanctuarium ſacratiſſimum, & monaſterium ab omni terreno ſervitio liberrimum, Illuſtriſſimorum Regum eleemoſyna ſpecialis, & in omni tribulatione univerſis locus refugii ſingularis, manſio ſanctorum perpetua, & poſſeſſio viris religioſis communi Regni conſilio [a] ſpecialiter appropriata, proque frequentibus miraculis ſanctiſſimi confeſſoris, inter vineas Engaddi balſami mater ſemper fertilis, & pro Regum privilegiis Boſor in ſolitudine, omnibus pœnitentibus civitas gratiæ & ſalutis. Si quis ſacrarium hoc violaverit, vel in aliquo vexaverit, vindicabit in illum dextera mea, & hæredes mei, quicunque poſt me fuerint hujus regni Merciæ perenniter ſceptrigeri ſucceſſores.

Confirmo etiam Deo & ſancto Guthlaco, ſacroque monaſterio veſtro Croylandiæ de dono Fregiſti, quondam Militis domini Kenulphi Regis, Eccleſiæ de Langtoft & in campis ejuſdem villæ ſex carucatas terræ, habentes in longitudine quindecim quarentenas, & novem quarentenas in latitudine, & centum acras prati & ſylvam & mariſcum duarum leucarum in longitudine, & duarum leucarum in latitudine, & XL. acras de eodem feodo in campis de Depyng. Confirmo etiam Deo & ſancto Guthlaco, ſacroque monaſterio veſtro, de dono Algari militis, filii Northlang, Eccleſiam de Tetford cum capella ſancti Johannis Evangeliſtæ de Baston, & in eadem parochia quatuor carucatas terræ, continentes in longitudine octo quarentenas, & octo quarentenas in latitudine, & XLV. acras prati, & mariſcum continentem in longitudine ſexdecim quarentenas, & octo quarentenas in latitudine; & unum molendinum, & dimidium alterius molendini, & totam piſcariam in aqua, ſicut circuit pratum veſtrum verſus Orientem; & de dono ejuſdem Algari militis in Repingale tres carucatas terræ, & LX. acras prati. Confirmo etiam Deo & S. Guthlaco, ſacroque monaſterio veſtro de Croyland, ex dono Algari Comitis, patris junioris Algari, qui nunc eſt, eccleſiam de Cappelade, cum capella ſancti Johannis Baptiſtæ in eadem villa, & in campis tam de Holbeth, quam de Cappelade, quatuor carucatas terræ arabilis, & ſex bovatas, & octodecim acras prati, & mariſcum duo mille acrarum, & mariſcum tres mille acrarum: & de dono ejuſdem Algari Comitis ſenioris, ligneam capellam ſanctæ Mariæ per Spaldeling, quæ Anglice Stokkym appellata, ſita eſt in Orientali parte fluminis ejuſdem villæ; & in campis tam de Pynchbek, quam de Spaldelyng, quatuor carucatas terræ, & totam piſcariam prædicti fluminis a ponte quæ ducit de cœmeterio prædictæ capellæ ſanctæ Mariæ, ad cœmeterium lapideæ capellæ ſancti Nicholai, & Anglice Stonyn appellatæ, quæ ſita eſt in Occidentali ripa, in manerio prædicti Comitis Algari, qui dedit ipſam piſcationem a prædicto ponte uſque ad Seweram de Aſendyk, Deo & ſancto Guthlaco de Croyland, pro anniverſario die patris ſui omnibus annis in veſtro monaſterio ſolenniter celebrando. Confirmo etiam Deo & ſancto Guthlaco, ſacroque monaſterio veſtro, de dono ejuſdem Comitis Algari ſenioris, Eccleſiam de Sutterton, & tam in campis de Algarkyrk, quam de Sutterton, tres carucatas terræ arabilis, & duodecim bovatas, & viginti ſex acras prati, & quatuor ſalinas. Et de dono Oſwii Militis in Drayton, octo hidas terræ, & quatuor virgatas. Confirmo etiam Deo & ſancto Guthlaco, ſacroque monaſterio veſtro, de dono Asketelli, tres virgatas terræ in Glapthorne. Et de dono Wlgeti tres virgatas terræ in Peiekyrk. Et de dono Edulphi de Laithorpe, unam bovatam terræ. Et de dono Siwardi

a Separaliter.

vicedomini

vicedomini in Kyrkeby *tres bovatas terræ, unam manſionem; tria cotagia. Et de dono* Sigburgæ *Comitiſſæ, in* Staundon *quinque hidas terræ. Et de dono* Wlnoti *in* Adyngton *duas hidas terræ, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ; & in alia* Adyngton *de dono ejuſdem, unam virgatam terræ. Confirmo etiam Deo & ſancto* Guthlaco *ſacroque monaſterio veſtro, de dono* Thoroldi *vicedomini Lincoln. in* Bukenhale *duas carucatas terræ & dimidiam, & viginti ſex acras prati, &* L. *acras ſylvæ, [& ſeptuaginta acras] de* Bruſce. *Confirmo etiam Deo & ſancto* Guthlaco *ſacroque monaſterio veſtro, de dono* Geolphi *filii* Malti *in* Halyngton *quatuor bovatas terræ de* Julando, *& decem bovatas in ſervitio, &* XXXIII. *acras prati in* Gernthorpe *de eodem feodo. Hæc omnia ſupradicta, Eccleſias, capellas, terras, tenementa, paſturas, piſcationes, maneria, manſiones, molendina, merſca, & mariſcos, libera & ſoluta ab omni ſervitio ſeculari & onere terreno, concedo vobis & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum; & præſenti meo Chirographo confirmo in regiam eleemoſynam meam, pro anima domini* Withlafii *quondam Regis, fratris & prædeceſſoris mei, & pro animabus omnium progenitorum, parentum, & amicorum meorum. Et emancipo ab omni debito Regis, & omnis alterius domini, & hominis, cujuſcunque fuerit dignitatis, excellentiæ, vel honoris, ut nihil a modo de veſtri ſacri monaſterii* Croylandiæ *monachis, literatis, aut laicis, ſervis, aut tenentibus veſtris, exigere* [a] *poterunt, præter orationes veſtras & beneficia ſpiritualia, quo gratiam beatiſſimi confeſſoris* Chriſti *ſancti* Guthlaci *apud vos corporaliter quieſcentis, in noſtris adipiſci neceſſitatibus jugiter mereamur.* 851.

Cum ergo unanimi conſenſu totius præſentis conſilii hic apud Kyngesbyry *anno Incarnationis Chriſti Domini octingenteſimo quinquageſimo primo, feria ſexta, in hebdomada paſchæ, pro regni negotiis congregati, iſtud meum regium chirographum ſanctæ crucis ſigno ſtabiliter & immutabiliter confirmavi.* ✠ *Ego* Ceolnothus *Archiepiſcopus Dorobernen. ſanus & incolumis tam mente quam membris, manu mea conſignavi.* ✠ *Ego* Swithulphus *Londonienſis Epiſcopus, in meipſo expertus gratiam Dei, & ſanctiſſimi confeſſoris ſui* Guthlaci, *humili devotione ad juſſionem domini mei Regis iſtud chirographum dictavi, & inter ceteros dominos Epiſcopos in ordine meo ſubſcripſi.* ✠ *Ego* Swithunus *Wintonienſis Epiſcopus, gaudens & lætus quotiens aliquibus miraculis piiſſimus Dominus lætificat civitatem ſuam, ſanctam matrem noſtram Eccleſiam, huic Regis chirographo ſubnotavi.* ✠ *Ego* [b] Elſtanus *Schireburnenſis Epiſcopus, devotus & perpetuus debitor ſancti* Guthlaci, *privilegio ſanctæ Eccleſiæ ſuæ congratulans, ſignum feci.* ✠ *Ego* Orkenwaldus *Lichefelden. Epiſcopus, hilaris ac alacer in cunctis ſanctæ Eccleſiæ proſperis ſucceſſibus, promto animo collaudavi.* ✠ *Ego* Rethunus *Legerecenſis Epiſcopus, filius ac famulus ſancti* Guthlaci, *quamdiu vixero, gratanter procuravi.* ✠ *Ego* Godwinus [c] *Roffenſ. Epiſcopus, honorem Dei per hoc chirographum ardenter affectavi.* ✠ *Ego* Wlfardus *Abbas Eveſhamen. approbavi.* ✠ *Ego* Livingus *Abbas Winchelcumbæ commendavi.* ✠ *Ego* Hedda *Abbas de* Medeſhamſted *diligenter procuravi.* ✠ *Ego* Enulphus *Dux conſenſi.* ✠ *Ego* [d] Oſrithus *Dux conſului.* ✠ *Ego* Serlo *Comes conſenſum præbui.* ✠ *Ego* Elherus *Comes annui.* ✠ *Ego* Huda *Comes aſſenſum dedi.* ✠ *Ego* Oſlac *pincerna Regis* Ethelwlphi, *& legatus ipſius domini mei, & filiorum ſuorum, nomine illorum & omnium Weſtſaxonum, iſtud chirographum domini* Bertulphi *Regis plurimum commendavi.* ✠ *Ego* Bertulphus *Rex Merciorum, palam omnibus Prælatis & Proceribus Regni mei, Divinam deprecor majeſtatem, quatenus per interceſſionem ſanctiſſimi confeſſoris ſui ſancti* Guthlaci, *omniumque ſanctorum ſuorum, dimittat mihi & omni populo meo peccata noſtra: & ſicut per aperta miracula ſua nobis oſtendere dignatus eſt miſericordiam ſuam, ſic ſuper Paganos hoſtes ſuos dare nobis dignetur in omni certamine victoriam; & poſt præſentis vitæ fragilem curſum, in conſortio ſanctorum ſuorum gloriam ſempiternam. Amen.*

a Poterimus. *b* Elfſtanus. *c* Roſſi. *d* Oſricus.

Fecit

Guthlaci miraculum. 851. Fecit Deus in iſto conſilio ad honorem ſanctiſſimi confeſſoris ſui *Guthlaci* celeberrimum miraculum, quo devotio totius terræ ad peregrinationem peragendam *Croylandiæ* jam plus ſolito tepidam, deinceps fieret frequentiſſima, & per omnes vias ab omnibus provinciis redderetur quotidie rediviva. Cum enim totam *Angliam* contereret hoc anno quidam morbus, quaſi paralyſis, nervis hominum, mulierum, ac infantium frigore repentino & exceſſivo hyemis durius orientis, nullo prævalente pannorum remedio repercuſſis, ac maxime brachiis ac manibus hominum inutilibus factis & totaliter arefactis, quem quidem morbum præiens quaſi nuncius ejus certiſſimus, dolor intolerabilis membrum ſic ægrotans præoccupavit: contigit in hoc conſilio plures tam majores quam minores dicto incommodo laborare. Cumque regni negotia proponerentur, dominus *Ceolnothus*, Archiepiſcopus Doroborn. qui dicto morbo vexabatur, aperte conſuluit, divina negotia debere primitus proponi, & ſic humana negotia, *Chriſti* ſuffragante gratia, finem proſperum poſſe ſortiri. Aſſentientibuſque univerſis, cum dominus *Siwardus* Abbas [*Croylandiæ*] quæreretur, eo quod in conciliis & ſynodis, pro magna facundia ſua & religione ſancta, quaſi divinus interpres multis jam annis extiterat, & innumerabilium negotiorum totius cleri gratioſiſſimus expoſitor ac promotor, ac pro nimia ſenectute non adeſſet, quin per fratrem [a] *Askillum* commonachum ſuum, ſuam abſentiam longi ſenii ſui gravitate humillima litera excuſaret: ipſemet Rex *Bertulphus* querelæ Eccleſiæ *Croyland.* reminiſcens, coram concilio injurias domino *Siwardo* Abbati, ac Monaſterio ſuo *Croylandiæ* adverſariorum ſuorum fatuo furore ſæpius illatas patenter expoſuit, & ut remedium apponeretur, decerni communi conſilio imperavit. Cum ergo iſtud negotium in medio verſaretur, & petitio domini *Siwardi* Abbatis ſuper hoc per prædictum fratrem *Askillum* propoſita, de manu ad manum Prælatorum ac Procerum totius concilii cucurriſſet, aliuſque aliud conſuleret, dominus *Ceolnothus* Dorobornenſ. Archiepiſcopus alta voce de morbo ſuo ſe ſanum & incolumem exclamavit meritis ſanctiſſimi confeſſoris *Chriſti* beatiſſimi *Guthlaci*, cujus negotia tunc in manibus tractabantur. Exclamant [b] item plures alii potentiſſimi in dicto concilio tam Pontifices, quam Magnates, ſe dicto morbo laboraſſe, ſed jam per Dei gratiam, & ſanctiſſimi *Guthlaci* merita, nihil doloris ex prædicto incommodo in membris aliquibus ſe ſentire. Omneſque ad viſitandum ſacratiſſimam tumbam ſanctiſſimi *Guthlaci* Croyland devota peregrinatione, quam citius poterant, voto mox arctiſſimo ſuas conſcientias aſtrinxerunt. Quapropter dominus Rex *Bertulphus* Epiſcopo Londonien. præcepit (qui tunc optimus notarius habebatur, & dictator eloquentiſſimus, inſuper dicto morbo contactus, jam ſe ſanatum maximo gaudio prædicabat) privilegium Croyland in manus aſſumere, & medicum ſuum ſanctum *Guthlacum* chirographo ſuo, prout concilium ſtatueret, inſiſteret honorare. Quod & factum eſt. Ideo in ſubſcriptionibus Regii chirographi, Archiepiſcopus Doroborn. *Ceolnothus ſe ſanum & incolumem* confitetur. Sanctus *Swithunus* Epiſcopus Wynton. *de Domini miraculis lætatur.* *Ælfſtanus* Schireburnen. & *Orkenwaldus* Lichefelden. Epiſcopi de *profectibus Eccleſiæ* gratulantur. Et *Rethunus* Legerecenſis Epiſcopus ſe ſancto *Guthlaco famulum, quoad viveret*, pollicetur. Univerſique concilii optimates affectu ardentiſſimo regiæ benevolentiæ penes ſanctum *Guthlacum* in omnibus obſequuntur.

Confluentibus itaque quotidie de tota terra populis innumeris languidorum ad ſacratiſſimam ſancti *Guthlaci* tumbam, & devotione debita per merita ſanctiſſimi confeſſoris divinam gratiam implorantibus, Dominoque aperiente univerſis fontem largiſſimum miſericordiæ ſalutaris, ita ut una die aliquotiens ultra centum hujuſmodi paralytici curarentur:

a *Askitellum.* b Pariter.

ditatus eſt Abbas *Siwardus* ſupra modum, & vehementer magnus effectus, in tantum, ut, qui cum beato *Job* infima paupertate probatus erat, & ex omni monaſterii ſui theſauro etiam ad quadrantem ultimum ſpoliatus, quia maledixit minime diebus ſuis, nec aliquid ſtultum locutus contra Dominum, ſed ſemper illæſam patientiam conſervavit, cœpit (largiente Domino) bonis omnibus abundare, ut tam in theſauris ac ſtauris, quam in terris ac tenementis, ei pro primis amiſſis, duplicia poſtmodum redderentur, fieretque ſenectus ejus [a] multo fertilior, & in duplo fœlicior, quam inventus. 851.

Acceſſit ad proſperitatem ſenii ſui, quod inclytus Rex Weſtſaxonum *Ethelwlphus*, cum de Roma, ubi limina Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, ac ſanctiſſimum Papam *Leonem*, multa devotione una cum juniore filio ſuo *Alfredo* peregre viſitaverat, noviter revertiſſet, omnium Prælatorum ac Principum ſuorum, qui ſub ipſo variis provinciis totius *Angliæ* præerant, gratuito conſenſu, tunc primo cum decimis omnium terrarum, ac bonorum aliorum ſive catallorum, univerſam dotaverat Eccleſiam Anglicanam per ſuum Regium chirographum confectum inde in hunc modum.

Charta Ethelwlphi Regis de decimis totius Angliæ. 855.

Regnante Domino noſtro in perpetuum; dum in noſtris temporibus bellorum incendia, & direptiones opum noſtrarum, nec non & vaſtantium crudeliſſimas hoſtium deprædationes barbararum paganarumque nationum, multiplices tribulationes ad affligendum nos pro peccatis noſtris uſque ad internecionem, tempora cernimus incumbere periculoſa: quamobrem ego Ethelwlphus *Rex Weſtſaxonum, cum concilio Epiſcoporum ac Principum meorum, conſilium ſalubre atque uniforme remedium affirmantes, conſenſimus, ut aliquam portionem terrarum hereditariam antea poſſidentibus omnibus gradibus, ſive famulis & famulabus Dei Deo ſervientibus, ſive laicis miſeris, ſemper decimam manſionem, ubi minimum ſit, tum decimam partem omnium bonorum, in libertatem perpetuam donari ſanctæ Eccleſiæ dijudicavi, ut ſit tuta & munita ab omnibus ſecularibus ſervitutibus, imo Regalibus tributis, majoribus & minoribus, ſive taxationibus, quæ nos dicimus* **Wynterden**, *ſitque libera omnium rerum, pro remiſſione animarum & peccatorum noſtrorum, aut ſerviendum Deo ſoli, ſine expeditione, & pontis extructione, & arcis munitione, ut eo diligentius pro nobis ad Deum ſine ceſſatione preces fundant, [quo] eorum ſervitutem in aliqua parte levigamus. Acta ſunt hæc apud Wintoniam in Eccleſia ſancti* Petri, *anno Dominicæ incarnationis* DCCC.LV. *indictione tertia, Nonas Novembris, ante majus altare, pro honore glorioſæ virginis, & Dei genetricis,* Mariæ, *ſanctique* Michaelis *Archangeli, & beati* Petri *Apoſtolorum principis, nec non & beati patris noſtri* Gregorii *papæ, præſentibus & ſubſcribentibus Archiepiſcopis & Epiſcopis Angliæ univerſis, nec non* Beorredo *rege Merciæ, &* Edmundo *Eſtanglorum rege, Abbatum, & Abbatiſſarum, Ducum, Comitum, procerumque totius terræ, aliorumque fidelium infinita multitudine, qui omnes regium chirographum laudaverunt, dignitates vero ſua nomina ſubſcripſerunt.* Rex vero *Ethelwlphus* pro firmitate ampliore obtulit hanc chartulam ſcriptam ſuper altare ſancti *Petri* Apoſtoli; & Epiſcopi pro fide Dei illam acceperunt, & per omnes eccleſias poſtea tranſmiſerunt in ſuis parochiis publicandam.

Beorredus, R. Merc.

Porro *Bertulpho* Regi Merciorum, poſtquam XIII. annis regnaverat, mortuo, *Beorredus* in regnum ſucceſſit. In cujus tempore prædictus venerabilis pater dominus *Siwardus*, plenus dierum & decrepitus, LXII. annis officio paſtorali ſtrenuiſſime adminiſtrato obiit. Cui ad officium Abbatis Monaſterii Croylandenſis dominus *Theodorus* ſuccedebat. In ejus tempore Dani ubique per terram prædas agentes, maxime Northumbriam & Merciam devaſtarunt. Mortuo ſimul *Ethelwlpho* Rege Weſtſaxonum, *Ethelbaldus* & *Ethelbertus* filii ejus regnum paternum inter ſe partiuntur ſuccedentes. *Ethelbaldus* thorum patris ſui aſcendens, (quod nec inter gentes uſquam eſt auditum) propriam novercam *Judittam*, quondam filiam regis Francorum ſumtam à patre *Ethelwlpho* in conjugium, cum omni-

Ethelbaldus R. Weſtſ. 858.

[a] multum.

um comprovincialium ſcelus ſuum abhorrentium maximo ſtupore, duxit in uxorem; qui biennio in tam vili volutabro decurſo moritur, parſque

Ethelbertus. 860. ſua fratri ſuo *Ethelberto* integre adunatur. At iſte validiſſimus adoleſcens, & Danorum triumphator invictus, ſtrenue per quinquennium regno defenſo defungitur.

Ethelredus. 866. Et *Ethelredus* tertius frater in [a] regnum elevatur. Tempore cujus cum graviſſimæ afflictiones bellorum fierent, Paganis undique irrumpentibus, qui & Northumbriorum partes invadentes, Eboracum occupaverant, & etiam Eſtangliam depopulantes, Merciam invaſerant, ac apud **Nothingham** anno Domini DCCCLXVI. hyemabant: *Beorredus*, collecto grandi exercitu, firmatus etiam viribus *Ethelredi* Regis Weſtſaxonum, ac *Alfredi* fratris ſui, quorum ſororem deſponſaverat, Paganos **Nothingham** relinquere coegit, & Eboracum repetere.

Algarus *jun.* *Comes.* Qua expeditione cum Comes *Algarus* junior magna militaris probitatis geſta feciſſet, ac *Beorredo* Regi, & duobus fratribus Weſtſaxoniæ, cauſa ſuæ nobilis militiæ, præcipuus & [b] cariſſimus haberetur, *Croylandenſis* etiam Monaſterii amiciſſimus, ac domino *Theodoro* Abbati multum familiaris, (ſicut domino *Siwardo* antea fuerat) in omnibus negotiis & neceſſitatibus exiſteret adjutor promtiſſimus: etiam de manerio ſuo [c] **Spaldinge**, quod ante paucos dies tunc *Theodoro* Abbati pro anima Comitis *Algari* ſenioris, patris ſui, contulerat, nec non de omnibus terris & tenementis tunc monaſterio *Croyland.* pertinentibus hujuſmodi confirmationem de rege *Beorredo* impetravit eidem Abbati *Theodoro* in his verbis:

Beorredi Charta. Beorredus, *largiente Dei gratia, Rex Merciorum, omnibus provinciis, & populis earum univerſam Merciam inhabitantibus, & fidem catholicam conſervantibus, ſalutem* [d] *ſempiternam in Domino noſtro* Jheſu Chriſto. *Quoniam, peccatis noſtris exigentibus, manum Domini ſuper nos extenſam quotidie cum virga ferrea cernimus noſtris cervicibus imminere; neceſſarium nobis & ſalubre arbitror, piis ſanctæ matris Eccleſiæ precibus, eleemoſynarumque liberis largitionibuſque iratum Dominum placatum reddere, & dignis devotionibus ejus gratiam in noſtris neceſſitatibus auxiliariam implorare: ideoque & ad petitionem ſtrenuiſſimi Comitis* [Algari,] *mihi meritoque dilectiſſimi, conceſſi Regio chirographo meo* Theodoro *Abbati* Croylandiæ, *tam donum dicti Comitis* Algari, *quam dona aliorum fidelium præteritorum ac præſentium dicto ſuo ſancto Monaſterio, in eleemoſynam etiam animæ meæ, & in remiſſionem meorum criminum, devotione libera confirmare. Confirmo ergo Deo, & ſanctiſſimo confeſſori ſuo* Guthlaco *Croylandiæ, monachiſque omnibus ibidem Deo ſervientibus, & in perpetuum ſervituris, totam inſulam ſuam Monaſterio adjacentem, prout in chirographis inclyti quondam Regis Merciorum* Ethelbaldi *fundatoris ſui, ac aliorum regum prædeceſſorum meorum, per limites & terminos eſt deſcripta, in ſitum ſeparalem Abbathiæ ſuæ, cum duobus mariſcis jacentibus ex oppoſito ejuſdem inſulæ ad* [e] *Orientem ex utraque parte aquæ de* **Weland**, *viz. cum* **Alderlound** *in parte Auſtrali, & cum* **Goggiſlound** *in parte Boreali, eiſdem terminis quibus eos ab initio habuerunt. Confirmo etiam prædicto monaſterio* Croylandiæ, *de dono prædicti dilectiſſimi mihi inclyti Comitis* Algari, *manerium ſuum, quod ſitum eſt in Orientali parte fluminis in* **Spaldelyng**, *cum quatuor carucatis terræ arabilis, &* XXIV. *manſionibus, &* LXXX. *cotagiis in eadem villa de* **Spaldelyng**; *& de dono Comitis* Algari *ſenioris, patris ſui, ligneam capellam ſanctæ* Mariæ, *ſitam in eadem parte fluminis in* **Spaldelyng**, *cum quatuor carucatis terræ adjacentibus ex utraque parte fluminis, tam in campis de* **Pynchebek** *quam de* **Spaldeling**; *& de dono ejuſdem Comitis* Algari *Eccleſiam de* **Cappelade**, *cum quatuor carucatis terræ, &* VI. *bovatis, &* XVIII. *acris prati, & merſco duarum acrarum in litore maris, & mariſco* III. *acrarum contiguo aquæ de* **Shepiſhee**, *claudenti inſulam ſuam de* **Croyland** *ad ejus Orientem; & de dono ejuſdem Comitis* Al-

a Regem. *b* Clariſſimus. *c* Spaldingiæ. *d* Perpetuam. *e* Occidentem.

gari

gari *Eccleſiam de* **Sutherton** *cum capella de* **Saltenẽy**, *&* III. *carucatas ter-* 868.
ræ, XXII. *bovatas, &* XXXVI. *acras prati, tam in campis de* **Algarkyrke**, *quam de* **Sutherton**, *& cum quatuor ſalinis in eadem villa. Similiter confirmo prædicto Monaſterio de* **Croyland**, *de dono* Oſwii *militis, in Dreytona*, VIII. *hidas terræ, &* IV. *virgatas, & Eccleſiam ejuſdem villæ. Similiter confirmo prædicto Monaſterio, de dono* Morcardi *militis mei, totam terram ſuam de* **Depyng**, *cum* CC. *manſionibus, & cotagiis* CCCC. *& duabus Eccleſiis; viz. quicquid habuit in eadem villa, & in campis ejus, ab aqua de* **Weland** *ad Auſtrum, uſque ad campos de* **Langetoſt** *ad ejus Aquilonem, & inter campos de* **Talington** *ad ejus Occidentem uſque ad* **Aſpath** *in mariſco ad ejus Orientem. Similiter confirmo prædicto monaſterio, de dono* Fregiſti *militis, totam villam de* **Langetoſt**, *cum omnibus terris, & mariſcis, quæ prædictus* Fregiſtus *habuit in eadem villa, & cum Eccleſia ejuſdem villæ. Similiter confirmo prædicto Monaſterio, de dono* Algari *militis filii* **Northlang**, *in* **Batton**, *& in* **Tetford** *omnes terras, & tenementa quas dictus* Algarus *habuit in Eccleſia, & capella ſancti* Johannis *in eadem villa; & de dono ejuſdem* Algari *in* **Repyngale**, III. *carucatas terræ arabilis, &* LX. *acras prati. Similiter confirmo prædicto Monaſterio, de dono* Normanni *quondam vicedomini in* **Sutton** *juxta* **Boſworthe**, *duas carucatas terræ, & unum molendinum ventricium; & de dono ejuſdem* Normanni *in* **Stapilton**, *manerium ſuum, & duas carucatas terræ; & de dono ejuſdem* Normanni *in* [a] **Badby**, IV. *hidas terræ, cum manerio, &* XXX. *acris prati. Similiter confirmo prædicto Monaſterio, de dono* Thoroldi *quondam vicedomini* [b] Lincoln. *in* **Bokenhale**, II. *carucatas terræ & dimidiam, &* XXVI. *acras prati, &* L. *acras ſylvæ,* [*&* LXX. *acras*] *de* **Bruſche**. *Similiter confirmo prædicto Monaſterio, de dono* Geolphi *filii* Malti *in* **Halyngton**, *quatuor bovatas terræ de* **Juland**, *&* X. *bovatas in ſervitio, &* XXX. *acras prati de eodem feodo de* **Geruntho**r**pe**. *Similiter confirmo prædicto Monaſterio, de dono* Aſketelli *in* **Glapthorn**, *tres virgatas terræ; & de dono* Wulgeti *in* **Peykyrk** *tres virgatas terræ; & de dono* Siwardi *in* **Kyrkeby**, III. *bovatas terræ, unam manſionem, &* III. *cotagia; & de dono* Edulphi *in* **Laythorpe**, *unam bovatam terræ; & de dono* Wulnoti *in* **Adyngton**, *duas hidas terræ & piſcariam, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ; & in alia* **Adyngton**, *unam virgatam terræ; & de dono* Sigburgæ *Comitiſſæ in* **Staundon**, V. *hidas terræ; & de dono* Grymketelli, *unam hidam & dimidiam in* [c] **Thirning**.

Hæc omnia prænominata, inſulam, mariſcos, & merſca, Eccleſias, & capellas, maneria, manſiones, & cotagia, ſylvas, terras, & prata, concedo, conſtituo, & confirmo Deo, & ſancto Guthlaco, *libera, ſoluta, & emancipata ab omni onere terreno & ſervitio ſeculari, pro animabus prædictarum rerum donatorum, & pro merito animæ meæ, & animarum omnium progenitorum, ac hæredum meorum, in eleemoſynam æternam Abbati* Theodoro, *& monachis ſuis in* Croylandenſi *Monaſterio Domino ſervientibus perpetuo poſſidendam. Iſtud regium chirographum meum anno incarnationis Domini noſtri* Jheſu Chriſti *octingenteſimo ſexageſimo octavo, Calend. Auguſti, apud* **Snothryngham** *coram fratribus, & amicis, & omni populo meo in obſidione Paganorum congregatis, ſanctæ crucis munimine confirmavi.* ✠ *Ego* Ceolnothus *Archiepiſcopos Doroborn. ſubnotavi.* ✠ *Ego* Elſtanus *Londonienſis epiſcopus corroboravi.* ✠ *Ego* Edmundus *Schireburnen. epiſcopus collaudavi.* ✠ *Ego* Alcwinus [d] *Winton. epiſcopus commendavi.* ✠ *Ego* Kynebertus *Lichefelden. epiſcopus conſignavi.* ✠ *Ego* Ethelbertus *Hereford. epiſcopus crucem meam feci.* ✠ *Ego* Wlfius *abbas Eveſhamen. approbavi.* ✠ *Ego* Hedda *de* **Medeſhamſted** *abbas conſenſenſum dedi.* ✠ *Ego* * Tivinus *abbas de ſancto* Albano *conſului.* ✠ *Ego* Ethelredus *Rex Weſtſaxoniæ aſſenſum præbui.* ✠ *Ego* Alfredus *frater Regis Weſtſaxoniæ conſenſi.* ✠ *Ego* Edmundus *Rex Eſtangliæ procuravi.* ✠ *Ego*

a Baddeby. *b* Lyndcoll. *c Thyrning.* *d* Wigornenſis.

 Adel-

868. Adelredus *dux favi.* ✠ *Ego* Osbirtus *dux annui.* ✠ *Ego* Algarus *Comes i-*
ſtud devote fieri deprecans à domino meo Rege gratioſe impetravi. ✠ *Ego*
[a] Wulkelnus *Comes adjuvi.* ✠ *Ego* Adelwlphus *Comes conceſſi.* ✠ *Ego* Tur-
gotus *Comes conſenſi.* ✠ *Ego* Alcmundus *Comes conſideravi.* ✠ *Ego* Diga
Comes interfui. ✠ *Ego* Lefwinus *Comes aſpexi.* ✠ *Ego* Burkardus *Comes con-*
ſcripſi. ✠ *Ego* Aſcerus *Comes affui.* ✠ *Ego* Thurſtanus *Comes ſtabilivi.*
✠ *Ego* Reynardus *Comes conſului.* ✠ *Ego* Tilbrandus *Comes ſubſcripſi.* ✠ *Ego*
Beorredus *Rex Merciorum intimo animi affectu, totiſque præcordiis, gratias*
exolvo ſpeciales omni exercitui meo; maxime tamen viris eccleſiaſticis, Epiſco-
pis, & Abbatibus, aliis etiam inferioris ſtatus & dignitatis; qui, licet piiſſi-
mæ memoriæ Rex quondam Ethelwlphus *pater meus per ſacratiſſimam char-*
tam ſuam, ab omni expeditione militari vos liberos reddiderit, & ab omni
ſervitio ſeculari penitus abſolutos, digniſſima tamen miſeratione ſuper op-
preſſiones Chriſtianæ plebis, Eccleſiarumque, ac Monaſteriorum deſtructiones
luctuoſas benigniſſime compaſſi, contra nefandiſſimos Paganos in exercitum
Domini promti & ſpontanei conveniſtis, ut, tanquam Martyres, Chriſti *cul-*
tus ſancto ſanguine veſtro augeatur, & barbarorum ſuperſtitioſa crudelitas
effugetur.

Porro, ſicut [b] Chronici tradunt, in obſidione prætacta cum pagani mu-
nitione fortiſſimorum murorum, & arcis validiſſimæ confidentes, egredi
ad bellum detrectarent, & Chriſtiani muros frangere non valerent, pace
inter Chriſtianos & paganos facta, pagani relicto caſtello cum ingenti præda
Northumbriam repetunt. [Et *Ethelredus* Rex & frater ſuus *Alfredus* cum
869. ſuis cohortibus in *Weſtſaxoniam* revertuntur.] Anno vero proxime ſequen-
te, paganorum exercitus, apud *Eboracum* cum aliquandiu moram feciſſet,
hyeme finita in Lindiſſy navigio tranſvehitur, & apud **Humberſtan** a-
ſcendens, univerſam patriam depopulatur: quo tempore deſtructum eſt per
illos celeberrimum & antiquum monaſterium de **Bardeney**, monachis o-
mnibus abſque ulla miſericordia in Eccleſia interfectis. Cumque ibidem
per totam illam æſtatem terram ad cineres reſcidiſſent ferro flammaque de-
vorantes, circa feſtum ſancti *Michaelis* in **Keſteven** ingreſſi, omnia con-
870. terunt, interficiunt, & incendunt. Tandem, anno incarnationis Domi-
nicæ octingenteſimo ſeptuageſimo, menſe Septembri, contraxit univerſam
juventutem *Hoylandiæ* ſtrenuiſſimus Comes *Algarus*, duoque milites [c] Sche-
neſcalli ſui, *Wibertus* & *Leofricus* (de quorum nominibus adhuc villis, in
quibus manſerant, nomina retinentibus, ſenes & ruſtici remanentes voca-
bula dederant, [ſcilicet] **Wiberton**, id eſt, *villam Wiburti*, & **Lefrink-
ton**, id eſt, *villam Leofrici* appellantes) una cum cohorte *Croylandiæ* mo-
naſterii, videlicet cc. bellatoribus robuſtiſſimis, eo quod maxima pars illo-
rum de fugitivis fuerat, (quibus præfuit frater *Tolius*, Monachus conver-
ſus ejuſdem monaſterii, miles ante ſuam converſionem per totam *Merciam*
in bellicis artibus nominatiſſimus; ſed tunc amore cœleſtis patriæ, relicto
ſeculo, ſpirituali militiæ apud Croylandiam mancipatus) contrahentes e-
tiam ſecum de **Deping**, **Langtoft** & **Baſton** circa ccc. viros fortes, & a-
ptos ad bellum; inſuper *Morcardum* dominum de **Brunne** cum familia
ſua, quæ fortiſſima fuit, & numeroſa; occurrenteque vicedomino Lyn-
coln. nomine *Oſgoto*, veterano & validiſſimo bellatore, cum cuneo [d] Lin-
colnienſi numero D. omnes collecti in **Keſteven**, in feſto ſancti *Mauricii*
martyris bellum cum paganis commiſerunt, & largiente Domino victori-
Tres Danorum Reges cæſi. riam, occiſis tribus regibus cum ingenti multitudine, Chriſtiani cædentes
barbaros uſque ad portas tentoriorum ſuorum perſequebantur; ubi cum
reſiſterent acerrime, nox bellum diremit, & invictiſſimus Comes exercitum
revocavit.

Venerunt in ipſa nocte in caſtra Paganorum omnes ceteri Reges de pa-

a Wulfketel. *b* Chronicæ. *c* Seneſcalli. *d* Lyncollienſi.

tria,

tria, quo [a] divellentes inter ſe provinciam ad deprædandum proceſſerant, 870
ſcilicet [b] *Gogroum*, *Baſeg*, *Oskitel*, *Halfden*, & *Hamond*; & totidem Comites, ſcilicet *Frena*, *Unguar*, *Ubba*, & uterque [c] *Sidrok*, ſenior, & junior, cum ſuis exercitibus, & præda magna nimis, mulierumque ac parvulorum multitudine numeroſa. Quorum adventu cognito, Chriſtianorum pars maxima timore perterrita, noctanter diffugit, & remanſerunt cum prædicto Comite ac ducibus ſuis [d] de octo centum virorum vix [e] ducenti: cum quibus ſummo diluculo, auditis divinis officiis, & ſumto ſacro viatico, omnes ad moriendum pro *Chriſti* fide, patriæque ſuæ defenſione paratiſſimi, in campum contra barbaros proceſſerunt. Et videns validiſſimus Comes ſuum exercitum nimis immunitum, ſtatuit iterum fratrem *Tolium* cum ſuis D. viris, eo quod fortiſſimi fuerant, in dextro cornu, aſſignans ei alam etiam fortiſſimam, illuſtrem militem *Morcardum* de **Brunne** cum omnibus, qui ejus vexillum ſequebantur: inclytum vero vicedominum [Linc.] *Oſgotum* cum ſuis D. in cornu ſiniſtro poſuit, donans ei alam [f] ſtrenuam, ſcilicet militem *Hardingum* de **Rehale** cum omnibus Stanfordenſibus, eo quod omnes juvenes erant, & nimium bellicoſi. Ipſeque cum ſuis Seneſcallis in acie media verſabatur, utroque cornu, cum neceſſe cerneret, affuturus. Dani vero pro cœde ſuorum magis efferati, ſummo mane ſepelientes tres Reges ſuos in villa, quæ antea **Laundon** vocabatur, nunc vero pro trium Regum Danorum ſepultura, **Trekyngham** nuncupatur, [g] ſimiliter quatuor Reges, & VIII. Comites; Nam duo Reges & quatuor Comites caſtra & captivos ſuos conſervabant. Porro Chriſtiani pro paucitate ſua in unum cuneum conglobati, contra ſagittariorum impetum duriſſimam teſtudinem clypeorum, & contra violentiam equitum denſiſſimam aciem lancearum, omnes optime inſtructi à ducibus ſuis, tota die ſtatione immobili prætendebant. Cumque ſic invicti uſque ad veſperam perduraſſent, & adverſariorum ſagittarii tela ſua in vacuum perdidiſſent, equiteſque jam longo labore laſſati, deficere inciperent, barbari ex condicto fugam fingentes, campum relinquere cœperunt. Quod videntes Chriſtiani, ducibus ſuis invitis & multum diſſuadentibus, aciem ſuam diſſolvunt, & perſequendo paganos diſperſi per planitiem, abſque ordine, ducumque cuſtodia dividuntur. Revertentes autem barbari, tanquam leones in paucas oviculas debacchantur. Strenuiſſimus Comes *Algarus*, præclariſſimique milites prædicti, & frater *Tolius*, in quodam campi tumulo cetera planitie aliquantulum altiore in orbem [h] conferti, barbaros arietantes diutiſſime ſuſtinuerunt. Cumque præfatus Comes illuſtriſſimus, & in perpetuum memorandus *Algarus*, prætactique VI. duces robuſtiſſimi, *Algarus Comes cæſus.* omnes fortiſſimos ſui exercitus cecidiſſe cernerent, in confertiſſimum tumulum corporum Chriſtianorum ſimul irrumpentes, ibique pro viribus, quicunque acceſſiſſet, ſuum ſanguinem vindicantes, tandem innumeris confoſſi vulneribus ſuper fratrum ſuorum cadavera corruerunt. Pauci juvenes de **Sutton** & **Gedeney** projectis armis in vicinam ſylvam, vix evadentes proxima nocte ſequente monaſterium **Croyland** ingreſſi, ſtragem Chriſtianorum & fratris *Tolii*, totius cohortis ſuæ internecionem, dum Abbas *Theodorus* & conventus ſuus ſuas matutinas vigilias perſolverent, lugubri ac lacrymabili ejulatu clamantes, ad oſtium Eccleſiæ nunciabant.

Cunctis itaque de nuncio confuſis, Abbas retentis ſecum ſenioribus monachis, & paucis infantibus, (forſitan illorum imbecillitas ad pietatem barbaros inclinaret) non recolens illud poeticum,

Nulla fides pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur;

omnes fortiores & adoleſcentiores, aſſumtis ſecum ſacris Reliquiis Monaſterii, ſcilicet ſacratiſſima gleba corporis ſancti *Guthlaci*, flagello, pſal-

a Dividentes *b* Godruun *c* Cidrok. *d* VIII. *e* II. *f* Strenuum ſcilicet. *g* Scilicet. *h* Conferti.

 terioque

870. terioque ſuo, aliiſque præcipuis jocalibus, ac monumentis, ſcil. chartis fundationis *Ethelbaldi* Regis, ac aliorum Regum confirmationibus, regiſque *Witlafii* quibuſdam donariis, præcipit in proximas paludes fugere, & ibidem belli exitum expectare. Qui cum multa cordium ſuorum mœſtitia juſſis obtemperantes, onerata navicula cum prædictis Reliquiis, & Regum monumentis, tabulam magni altaris laminis aureis contectam, quam Rex *Witlafius* aliquando dederat, decemque calices cum lavatoriis pelvibus, ollis, patellis, & aliis vaſis æneis in fontem clauſtri projecerunt; quæ cum demergerentur, ſemper finis tabulæ pro ſua longitudine ſuper undam apparebat; unde illam extractam (cernentes ignes de villis in **Keſteven** paulatim appropinquare, & Paganos citius adeſſe pertimeſcentes) cum Abbate, ſenibuſque prædictis dimiſerunt; navimque ſuam ſumentes, ad ſylvam de **Ancarig** contiguam inſulæ ſuæ verſus Auſtrum perveniunt, & cum fratre *Toreto* anachorita tunc ibidem, ac aliis fratribus commanentibus, quatriduo commorati ſunt, numero xxx. de quibus x. ſacerdotes, ceteri inferiorum graduum extiterant. Abbas autem *Theodorus* aſſumtis ſecum duobus ſenibus prætactam tabulam extra Eccleſiam in parte Boreali ubi abſconderit, uſque in præſens non potuit deprehendi. Poſtea vero induentes ſe ſacris veſtimentis tam abbas, quam ceteri omnes, & in choro coadunati, regulares horas officii divini, poſteaque Davidicum pſalterium ex integro perſolvunt; deinde magnam Miſſam ipſe dominus abbas celebrabat, miniſtrabantque frater *Elfgetus* diaconus, frater *Savinus* ſubdiaconus, & fratres *Egelredus*, & *Wlricus* pueri ceroferarii. Cumque completa Miſſa, Abbas & miniſtri ſui prædicti ſacris myſteriis communicaſſent, irrumpentibus in Eccleſiam Paganis, venerabilis abbas ſuper ſanctum altare per manum crudeliſſimi Regis *Osketuli*, verus martyr, & *Chriſti* hoſtia immolatur: miniſtri circumaſtantes omnes per barbaros capitibus detruncati: ſenes & infantes incipientes de choro fugere, capti, ac duriſſimis tormentis, ut Eccleſiæ ſuæ theſauros oſtenderent, examinati & exanimati ſunt; dominus *Askerus* Prior in veſtiaria; dominus *Lethwynus* Subprior in refectorio, quem frater [a] *Tugarius*, infans x. annorum, facie corporiſque forma venuſtiſſimus, greſſu individuo in refectorium conſequutus, cum ſeniorem ſuum cerneret occidi, commori, & ſimul interfici cum eo inſtantiſſime ſupplicabat. At junior Comes *Sidrok* miſericordia motus ſuper puerum, exuebat eum de cuculla ſua, & dato Danico collobio, juſſit eum ubique ſua veſtigia imitari; ſicque de omnibus ſenioribus & junioribus remanentibus in monaſterio, ſolus ſervatus eſt, intrans & exiens inter Danos toto tempore moræ ſuæ, tanquam unus ex illis, per prædicti Comitis gratiam, & protectionem. Occiſis itaque omnibus monachis à quæſtionariis, & theſauris monaſterii minime adhuc inventis, Dani omnia ſarcophaga ſanctorum, qui altis tumulis marmoreis circa tumbam ſancti patris *Guthlaci* ad dextram & ad ſiniſtram ejus quieſcebant, cultris & ligonibus confregerunt; ſcil. ad dextram tumulum ſancti *Ciſſæ* ſacerdotis, & anachoritæ, & tumulum ſancti *Bettelmi* viri Dei, & quondam miniſtri ſancti *Guthlaci*, [tumulumque piæ memoriæ Domini *Siwardi* Abbatis, ad ſiniſtram vero ſanctiſſimi Patris *Guthlaci* tumulum Sancti *Egberti* à ſecretis & confeſſoris quondam ſancti *Guthlaci*:] tumulum etiam ſancti *Tatwini*, quondam ducis ad **Croyland** & naucleri ſancti *Guthlaci*; tumulum etiam ſanctiſſimi virginis *Etheldrithæ*, nec non & tumulos *Celfredæ* quondam Reginæ, & *Wymundi* filii Regis *Withlafii*, barbari confringentes, cum ſperatos theſauros non invenirent, nimium indignati, univerſa ſanctorum corpora in unum acervum miſerabiliter contracta, immiſſo igne, die tertio adventus ſui, cum Eccleſia & omnibus monaſterii ædificiis, ſcilicet ſeptimo Calendarum Septembris, [b] funeſtiſſime combuſſerunt.

Excidium Croyland.

[a] Turgarus. [b] Funeſtiſſimi.

Quaro

Quarto tandem die, cum animalium ac jumentorum innumeris gregibus, verſus Medeſhamſted tranſmigrabant: ubi primam collectam infra monaſterium, portaſque obſeratas offendentes, ſagittariis ac machinis undique muros aggrediuntur. Secundo aſſultu irrumpentibus Paganis, [a] *Tulba*, frater *Hulbæ* Comitis, jactu lapidis graviter læſus corruit in ipſo introitu, & manibus ſatellitum ſuorum portatus in tentorium *Hulbæ* fratris ſui, etiam de vita deſperatus eſt. Unde *Hulba* ſupra modum ira æſtuans, & maxime in monachos efferatus, omnes ſanctæ religionis ſchemate veſtitos manu ſua interfecit; ceteri in ceteros graſſabantur; nemo de toto monaſterio ſalvatus eſt; tam venerabilis pater dominus *Hedda* Abbas, quam monachi ſui univerſi cum omnibus compatriotis occiduntur. Monitus eſt tunc frater *Turgarus* per *Sidroc* dominum ſuum, ne in aliquo loco unquam *Hulbæ* Comiti obviaret. Altaria omnia ſuffoſſa, monumenta univerſa confracta, ſanctorum librorum ingens bibliotheca combuſta, chartarum monaſterii immenſa copia diſcerpta, ſanctarum virginum *Kyneburgæ*, *Kyneſwitæ*, ac *Tibbæ* pretioſa pignora pedibus conculcata, muri funditus everſi, ipſa Eccleſia cum omnibus officinis concremata, per totam quindenam ſequentem jugi incendio conflagrabat.

870. *Excidium Medeſhamſted.*

Porro quarto die cum prædis innumeris de tota patria congeſtis, exercitus congregatus verſus Hundyngdoun procedebat. Cumque duo Comites *Sidroc* in tranſitu fluviorum ad tutandum caudam totius exercitus ſemper ultimi proficiſcerentur, totuſque exercitus eorum fluvium de Nene ſalvus pertranſiſſet; ipſi tandem tranſeuntes, in gurgite fluvii ad lævam pontis lapidei profundiſſimo duos currus immenſis opibus, & varia ſupellectili onuſtos, cum omnibus jumentis demerſis, & antequam extrahi poterant, enecatis, ſubito infortunio perdiderunt. Occupataque tota familia junioris *Sidroc* ad extrahendam dictos currus, ut in alia plauſtra & vehicula prædas contentas omnes ſoliciti tranſmutarent, frater [b] *Turgarus* per fugam elapſus in proximam ſylvam, perque totam noctem ambulans, ſummo diluculo Croylandiam ingreſſus eſt. Invenit ergo fratres ſuos commonachos de Ancarig pridie rediiſſe, & ad extinguendum ignes adhuc in multis monaſterii ruinis dominantes fortiſſime inſudare. Quem cum ſanum & incolumem cernerent, aliqualiter confortati, ſed audientes ab eodem, quibus in locis tam Abbas eorum, quam ceteri ſeniores, & confratres ſui occiſi jacebant, & quomodo omnia ſanctorum ſepulcra confracta, & monumenta omnia, ſacraque volumina ſua cum corporibus Sanctorum combuſta, inæſtimabili dolore omnes conſternati ſunt; planctuſque & ploratus diutiſſime factus eſt. Tandem ſatiati lacrymis, ad extinguendum incendia revertuntur. Egerentes autem ruinam tecti Eccleſiæ, circa magnum altare corpus venerabilis patris abbatis ſui *Theodori*, capite truncatum, omnibuſque nudatum veſtibus, & ſemiuſtulatum, caſu etiam [c] lignorum contritum & ad terram compreſſum, octavo die ab occiſione ſua inter torres extinctos paululum ſemotius à loco, quo extinctus erat, cum ceteris miniſtris, qui ſimul occubuerant, ſimiliter conquaſſatis ad terram pondere ruderum corporibus eorum, præter *Wlricum* ceroferarium, repererunt. Sed hæc variis temporibus. Nam quorundam fratrum corpora poſt dimidium annum à die, quo martyrizati fuerant, ac etiam aliis locis, quam occiſi ſunt erant inventa. Dom. enim *Paulinus*, & dominus *Herbertus* ſeniores valde, ac longa ætate decrepiti, in ipſo choro manibus mutilati, & ad mortem torti, cum diligentiſſime ibidem fuiſſent quæſiti, tandem in Capitulo reperti ſunt: & dominus *Grimketulus*, & dominus *Agamundus*, qui ambo centum ætatis annos exegerant, gladiis in Clauſtro transfoſſi, in loquutorio ſunt inventi. Sed & ceteri tam infantes, quam ſenes, licet in diverſis locis, & diutiſſime quærerentur, tum fratre

a Lubba. *b* Thurgarus. *c* Tignorum.

Tur-

870. *Turgaro* de cæde uniuſcujuſque plenius edocente, tandem omnes uſque ad unum *Wlricum* cum luctu lugubri, & lacrymis innumeris ſunt reperti. Dominus autem [a] *Bricſtanus*, quondam Cantor monaſterii, muſicus periтiſſimus, & poeta facundiſſimus, inter ſuperſtites præcipuus, ſcripſit in cineres monaſterii Croylandiæ tunc illas threnas, quæ in multis locis habentur; & ſic incipiunt,

Quomodo ſola ſedes dudum regina domorum,
Nobilis Eccleſia, [&] *nuper amica Dei! &c.*

Eruderato ergo monaſterio toto cum longo maximoque labore, & de cineribus, ac aliis immundiſſimis ſordibus juxta poſſibilitatem temporis expurgato, de paſtore inter eos eligendo invicem colloquuntur: celebrataque electione, venerabilis pater *Godricus* omnium conſenſu, licet invitus & multum renitens, Abbas tandem eſt effectus. Ad quem veniens venerabilis ſenex Prior de Ancarig *Toretus*, & ejus Subprior dominus *Tiſa*, ambo anachoritæ ſanctiſſimi [b] devotiſſimique, ſupplicabant, quatenus aſſumtis ſecum quibuſdam fratribus, dignaretur Medeſhamſted adire, & Abbatis ſui, ac aliorum confratrum ſuorum corpora, feris avibuſque adhuc obnoxia, & inſepulta, Chriſtianæ ſepulturæ caritatis intuitu commendare. Obtemperans itaque precibus eorum venerabilis Abbas *Godricus*, cum multis fratribus, inter quos frater *Thurgarus* aderat, occurrentibus eis ibidem omnibus fratribus Ancarig, Medeſhamſted adiit: & multo ſudore omnia monachorum dicti monaſterii corpora comportata, numero LXXXIIII. in medio cœmeterio dicti monaſterii, contra frontem Eccleſiæ quondam Orientalem, ſcilicet in uno latiſſimo tumulo ad hoc aptato, in feſto ſanctæ *Ceciliæ* virginis ſepelivit; ponens ſupra corpus Abbatis, in medio filiorum ſuorum quieſcentis, petram pyramidalem tres pedes in altitudine, & tres in longitudine, & unum in latitudine continentem, inſculptaſque imagines Abbatis, ac monachorum ſuorum circumſtantium geſtantem; quam in memoriam monaſterii deſtructi Medeſhamſted deinceps vocari mandavit; & omni anno, quamdiu vixit, ſemel viſitans, ſupraque petram ſuum tentorium figens, pro animabus ibidem ſepultorum Miſſas per biduum devotione continua celebravit. Jacebat enim Regia via per medium cœmeterii, habens dictam petram aſcendentibus de prædicto ponte lapideo verſus *Hoylandiam* ad dextram, & crucem lapideam ſimiliter imagine Salvatoris inſculptam, quam prædictus Abbas *Godricus* tunc ibidem poſuit, ad ſiniſtram; ut tranſeuntes viatores, memores monaſterii ſanctiſſimi, pro animabus fidelium in ipſo cœmeterio quieſcentium preces Domino ſolverent, & à maleficiis ac latrociniis in dicti monaſterii parietinis nullo modo patrandis ſaltem pro *Chriſti* reverentia continerent.

Excidium Elien. Monaſt. Interim pagani deprædantes provincias uſque ad *Grantebrigiam*, [Monaſterium] ſanctimonialium celeberrimum inſula *Helyenſi* ſituatum, omnibus inventis in eo tam virginibus quam viris crudeliter interemtis, catallis ac immenſis divitiis (de tota patria pro loci ſecuritate allatis) per barbaros direptis, ignibus ultimo tradiderunt. Et tranſeuntes in *Eſtangliam*, ſtrenuiſſimum Comitem *Wlketulum* occurrentem contra eos cum exercitu, & fortiſſime reſiſtentem, tandem cum ſuis omnibus occiderunt, *Edmundus R. Eſtangl. cæſus.* Regem etiam ejuſdem provinciæ ſanctiſſimum *Edmundum* captum per eoſdem, & ad quendam ſtipitem alligatum, tanquam ſignum ad ſagittam, barbari crudeliſſimi telis ſuis & ſagittis aggreſſi ſunt, horrendaque
871. crudelitate perfodientes, pro fide *Chriſti*, & patriæ ſuæ defenſione decollantes, martyrizaverunt. Sic tota *Eſtanglia* ab eis obtenta & occupata, ibidem per totam hyemem reſidebant. Anno vero [vigeſimo] [c] primo ſequente *Weſtſaxoniam* petentes, cum Rege *Ethelredo*, & fratre

a *Briſtanus.* b Devotiſſime. c Proximo.

ſuo

ſuo *Alfredo* varia fortuna prælia graviſſima geſſerunt: in quibus cæſis regibus (id eſt, *Baſeg* & *Orguil*,) Comitibus vero multis (videlicet, utroque *Sidroc*, ſeniore & juniore, *Frena* Comite, *Osbern* Comite, & [a] *Harola* Comite, ac *Fungo* Comite) cum ingenti multitudine paganorum, Chriſtiani victoriam adepti ſunt. 871.

Beorredus R. terras Monaſter. fiſco applicat.

Beorredus autem Rex Merciorum hoc intermedio cum *Britonibus* occupatus, qui crebris irruptionibus Occidentalem partem Regni ſui *Merciæ* inquietabant, audienſque *Danos* plagam ejus Orientalem plaga miſerabili percuſſiſſe, venit *Londonias*; & contracto maximo exercitu, pertranſiens per regni ſui [b] plagas Orientales, totam *Helyenſem* inſulam fiſco ſuo applicavit; procedenſque in patriam *Girviorum*, omnes terras de *Medeſhamſtedenſi* monaſterio in manum ſuam cepit, ſcilicet quicquid inter **Stanford**, **Huntyngdoun**, & **Wyſebech** dicto monaſterio dudum pertinuerat; remotiores vero terras ſparſim per patriam jacentes ſtipendiariis militibus exercitus ſui aſſignavit: [c] id fecit de terris monaſterii ſanctæ *Pegæ* de **Peykyrk**, quaſdam ſibi retinuit, quaſdam militibus ſuis dedit: [c] id fecit [etiam] de terris monaſterii ſancti *Guthlaci* de **Croyland**; quaſdam ſtipendiariis militibus diſtribuit, quaſdam ſibi confiſcavit. Et licet venerabilis pater [Abbas] *Godricus*, ſæpius repetendo penes regem & miniſtros ſuos multos ſudores conſumeret, & chartas donatorum, Regumque confirmationes, una cum ſuo proprio chirographo ſæpiſſime oſtenderet; nihil ſemper niſi vacua verba reportans, demum de negotii ſui propoſito penitus deſperabat. Cernens itaque malitiam temporis nimiam, & [d] malitiam Regis terrarum cupidiſſimam, ſtatuit tandem ſecum hujuſmodi regias donationes ſurdo tempore pertranſire, ac, uſque meliora tempora ſuccederent, deinceps ſub ſilentio diſſimulare; lætus nimium, & exultans, quod totam circumjacentem inſulam [ſuam] liberam, & ab omni exactione regali abſolutam multum ſpecialius ſibi, quam multis aliis monaſteriis tunc contigerat, regia gratia conceſſiſſet. Receſſerunt ergo illo tempore de dicto monaſterio **Croyland**, & uſque ad præſentem diem non redierunt illæ poſſeſſiones: ſcilicet manerium de **Spaldyng**, datum *Adelwlpho* Comiti, cum omnibus pertinentiis ſuis; manerium de **Depyng**, datum *Langfero* militi, & panetario Regis, cum omnibus pertinentiis ſuis; manerium de **Croxton**, datum [e] *Fernodo* militi, & vexillario Regis, cum omnibus pertinentiis ſuis; [manerium de] **Kyrkoton** & **Kymerby** in **Lyndeſy** cum omnibus pertinentiis [f] datum Comiti *Turgoto*. **Bukenhale** vero, & **Halyngton** tunc fiſco appropriata, poſtea per induſtriam domini *Turketuli* Abbatis **Croyland**, & donationem piiſſimi Regis *Edredi* reſtauratoris, dicto monaſterio fuerant reſtituta. Similiter omnes ceteræ terræ aliquando Croylandiæ pertinentes, quas rex *Beorredus* fiſco ſuo aſſumſerat, ſc. **Quappelade**, **Sutterton**, **Langtoft**, **Baſton**, **Repingale** **Kyrkeby**, **Drayton**, [g] **Thirning**, **Glapthorn**, **Adyngton**, **Staundon**, & [h] **Badby**, per gratiam inclyti Regis *Edredi*, & diligentiam Abbatis *Turketuli*, Croylandiæ reddebantur. Tranſiens tunc Rex *Beorredus* cum ſuo exercitu in **Lyndeſy**, latiſſimas terras monaſterio de **Bardeney** dudum pertinentes fiſco ſuo accepit; remotas vero, & in diverſis patriis [i] diviſas jacentes, militibus ſuis dedit.

Anno namque incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſeptuageſimo [k] ſecundo, rex *Ethelredus* multis præliis contra Danos vexatus, ſed ſemper invictus, obiit, [l] Winburnæ, & ſepultus eſt. Cui ſucceſſit in Regnum *Alfredus* frater ſuus ultimus, & junior filius *Ethelwlphi* Regis; qui cum patre quondam Romam adiens, à Papa *Leone* inunctus, & in filium adoptatus, jam in Regem levatus, laborioſiſſime ſed fortiſſime viginti octi annis & dimidio regnavit. Continuis namque novem annis cum Danis dimicans, 872.

Ælfredus R.

a Hareld. *b* Pagos. *c* Idem. *d* Militiam. *e* Fernoto. *f* Data Comiti Turgoto erant. *g* *Thyrnyng*. *h* *Baddeby*. *i* Jacentes diviſim. *k* Ut & MS. ſed legendum videtur 871. *l* Winburnæque ſep.

D &

& eorum fallaciſſimis fœderibus frequenter illuſus, ſed toties in illuſores
872. *Ælfredus R.* ultus, ad tantam tandem exilitatem deductus eſt, ut tribus pagis, *Hamtonienſi, Wiltonienſi*, & *Somerſata*, ægre in fide retentis, ad quandam inſulam in Somerſata, *Adelyngiam* nominatam refugerit; ubi tunc arcem factam poſtea in monaſterium Monachorum ob uæ moræ memoriam ad exaltationem ſanctæ Eccleſiæ commutavit. In qua cum ſemel ſolus domi relictus, ad piſcandum in vicinis paludibus familiam ſuam univerſam deſtinaſſet, ipſe interim intentus ſacræ lectioni, aut illuſtrium virorum geſtis, aut patrum annalibus recordandis [inſudans] (prout ſemper ſui moris erat) audivit quendam pauperem pulſantem ad januam, & aliquid [a] alimenti ſibi præſtari pro Dei miſericordia deprecantem; advocanſque matrem ſuam, quæ tunc ſecum moram faciens, forte ſecus affuit, cellarium præcepit adire, & aliquod pro *Chriſti* amore pauperi Chriſtiano erogare. Illa juſſa factura, unum panem tantum in cellario reperit, ac ipſum familiæ ſuæ, quæ citius de piſcatu rediret, minus ſufficere nunciavit. Quod audiens ipſe Rex, (tantam ſcilicet in Regio penu panis penuriam) gratias devotiſſimas Deo reddidit, & *Chriſti* pauperi mediam partem continuo dari juſſit: Addiditque, *Benedictus Deus in donis ſuis. Potens eſt denique iſtam panis medietatem, ſi voluerit, in immenſum augere, qui potuit, quando voluit, de quinque panibus & duobus piſcibus quinque millia hominum ſatiare.* Et ſic demiſſo paupere, vel curarum tædio, vel lectionis longiori ſtudio, cum aliquantiſper dormitaret, videt in ſomno ſanctum *Cuthbertum* epiſcopum adeſſe, & tanquam miſſum à Domino talia nuntiare, *Pie rex* Alrede, *ſuper miſeriam Anglorum, durius ac diutius peccata ſua lugentium, miſericordia motus eſt Dominus: etiam die hodierna in pauperis forma tuam patientiam probans, & tuam dapſilitatem in tanto panis defectu gratioſius acceptans, per me tibi promiſit, quod, qui modo miſerabiliter exulas, in proximo victor hoſtium, in regni tui ſolio exultabis. Et hoc ſignum tibi erit, quod tua familia ad piſcandum in paludes emiſſa, licet glacies hyemalis artem piſcatoriam jam vehementius impediat; divina tamen diſpoſitione voti ſui compotes, piſcium admirandam copiam circa diei horam tertiam in tuum palatium comportabunt.* Et his dictis ſanctus diſparuit. Rex autem vigilans, & Matri ſuæ viſionem ſuam manifeſtans, illam in ſuo accubitu eadem hora ſoporatam, eandem viſionem vidiſſe, apparente ſimiliter eodem ſancto Epiſcopo, [b] idem reſponſa matris examinans deprehendit. Interque colloquendum, piſcatores de paludibus intrantes, tantam piſcium copiam inferebant, quod magno exercitui ſufficere putarentur.

In Æthelingea latet.

Ælfredi ſomnium.

Nec multum poſt hæc, Rex ipſe fingens ſe eſſe joculatorem, aſſumta cithara tentoria Danorum adiit; ac in loca ſecretiora receptus, omnia ſuorum hoſtium ſecreta ediſcens, cum ſuo deſiderio ſatisfeciſſet, incognitus & incolumis *Adelyngiam* remeavit. Et jam collecto exercitu, ſubito ſuos hoſtes adorſus, incredibili plaga occidit. Rex *Godroun* (quem nos *Gurmound* vocamus) cum maxima multitudine magnatum, & etiam popularium, captus vivus, baptiſmum recepit; & de ſacro fonte per regem ſuſceptus, *Eſtanglia*, id eſt, *Northfolchia*, ad inhabitandum cum ſuis, regio munere donatus eſt. Ceteri baptizari renuentes, *Anglia* abjurata, Franciam navigio petierunt.

Godroun Danorum R.

874. *Beorredus* Rex Merciorum interim, cum Rex *Alfredus* in *Adelyngia* adhuc moraretur, & pagani anno Domini DCCCLXXIIII. redeuntes in Merciam, apud *Rypadium* hyemarent, Monaſteriumque celeberrimum, omnium Regum Merciorum ſacratiſſimum Mauſoleum, funditus deſtruxiſſent, & ipſe viginti duobus annis regnaſſet, totamque terram Angliæ in omni ſuo angulo cædibus & rapinis vaſtatam barbarorum videret; vel de victoria deſperans, vel tot laborum labyrinthum faſtidiens, Regnum reliquit, & *Ro-*

Beorredus, Regno relicto, Romam petit.

a Adjumenti. *b* Eidem reſponſum.

mam

mam petens, in paucis diebus defunctus, ibidem in ſchola Anglorum ſepultus eſt. Uxor cito virum ſequuta, in via verſus Romam moritur, & *Ticinis* ſepelitur. Cui ſucceſſit in Regnum *Merciorum* ſubrogatus per Danos quidam ſervorum *Beorredi* Regis, [nomine] *Ceolwlphus*, Anglicus genere, ſed Barbarus impietate. Danis etenim juraverat fidelitatem, quod tributa impoſita eis fideliter perſolveret, & quandocunque regnum commendatum repeterent, omni reluctatione ceſſante, ſub pœna ſui capitis reſignaret. Ille itaque circuiens terram, paucos ruſticos relictos excoriavit, mercatores abſorbuit, viduas & orphanos oppreſſit, religioſos omnes tanquam conſcios theſaurorum, innumeris tormentis afflixit. Unde inter plurima mala, quæ fecit, etiam venerabili abbati Croylandenſi *Godrico*, miſeriſque fratribus ſuis vectigale mille librarum imponens, Monaſterium Croylandenſe fere adnihilavit. Nullus namque deinceps pro nimia loci paupertate ad converſionem venire voluit. Quin impotens ad ſuſtentandum ſuos profeſſos abbas *Godricus*, multos monachorum per parentes ſuos, & alios monaſterii amicos in tota patria diſperſit; pauci ſecum in monaſterio remanentes, vitam ſuam cum ſumma inopia protrahebant. Tunc omnes calices monaſterii præter tres, ac vaſa argentea univerſa præter Crucibolum *Withlafii* Regis, ac alia jocalia valde pretioſa, vel in monetam mutata, vel pro moneta vendita, vix inſatiabilem ingluviem *Ceolwlphi* ſubreguli ſaturare valuerunt. Qui tandem per Danos dominos ſuos, juſtiſſimos in hoc, depoſitus eſt, & uſque ad ipſa verenda nudatus, miſero fine vitam terminavit. Regnum quoque Merciorum hoc temporis momento, prævalente contra Danos *Alfredo* Rege, ſuo regno Weſtſaxonico ſociatum eſt, & uſque ad præſentem diem deinceps adunatum. Defecit itaque regnum Merciorum, quod ſteterat à primo anno *Pendæ*, Regis primi, uſque ad ultima tempora hujus miſeri ſubreguli *Ceolwlphi* circiter per annos CCXXX.

874. *Ceolwlfus R. à Danis ſubrog.* *Regnum Merc. Weſtſax. adunat.*

Rex autem *Alfredus* omnibus Danis vel ſubjectis, vel ejectis, civitates ſuas & caſtella ſua renovavit, turres & munitiones in locis magis neceſſariis conſtruxit, ac totam terræ faciem in formam multo meliorem immutatam, per oppida murata, & alia loca munitiſſima contra barbaros inſuperabilem fore fecit. Sibimetipſi etiam vitam regularem indicens, quotidie à ſummo mane per octo horas divino ſervitio vacabat: [deinde per octo horas alias regni negotiis intendebat; demum per octo horas diei naturalis noviſſimas, curam ſui corporis procurabat.] Habebat enim in capella ſua cereum coram Sanctorum reliquiis continue ardentem, ſecundum hæc tria octonaria proportionatum; miniſtrumque inſtitutum, qui ſingulis portionibus conſumtis & conſummatis, Regem de ſuccedente portione, vice horologii, voce viva commonebat. Quotidie ſummo mane conſumto cereo uno, alius integer cereus eſt accenſus: ſicque fiebat per ſingulos dies. Sanctorum pedibus acclivis & ſubditus, ſanctum *Neotum*, & ſanctum *Werfredum*, epiſcopum Wigorniæ, qui libros Dialogorum beati *Gregorii* Papæ in linguam Saxonicam juſſu Regis tranſtulit, in ſumma veneratione habebat. In divinis libris & ſacra lectione tam aſſiduus erat, quod Davidicum pſalterium, vel aliquem alium librum ædificatorium, in ſinu ſuo ſemper ſecum ferret; & viros literatiſſimos de terris exteris ad ſe accerſens, aliquandiu in palatio ſuo ſecum pro ſacris literis addiſcendis retentos, demum diverſis prælatiis & dignitatibus promoveret. Hinc ſanctum *Grimbaldum*, artis muſicæ peritiſſimum, & in divinis Scripturis eruditiſſimum, evocatum è Francia, ſuo novo monaſterio, quod *Wyntoniæ* conſtruxerat, præfecit in Abbatem. Similiter de veteri Saxonia *Johannem*, cognomine *Scotum*, acerrimi ingenii philoſophum, ad ſe alliciens, *Adelyngiæ* monaſterii ſui conſtituit prælatum. Ambo iſti doctores literatiſſimi, ſacerdotes gradu, & profeſſione monachi ſanctiſſimi erant. *Athelſtanum* etiam & *Werwlphum* ad ſe advocans de

Ælfredus Rex Angl. *Grimbaldus.* *Johannes Scotus.*

874. *Ælfred R.* Mercia, qui ambo ſacerdotes erant [a] doctiſſimi; *Plegimundum* etiam, poſtea promotum in Archiepiſcopum *Cantuariæ*, ac [b] *Askerum*, Abbatem *Bangorenſem*, poſtea *Schyreburnenſem* epiſcopum, illis in temporibus doctores celeberrimos, ſuo lateri adjunxit. Quorum omnium contubernio aliquandiu in palatio fruitus & doctrina, uſque ad profundam omnium liberalium artium ſcientiam penetravit.

Porro in ſui Regni negotiis providendis ſolertiſſimus & ſagaciſſimus. Exemplo namque, *Danorumque* colore, etiam quidam indigenarum latrociniis, ac rapinis incendere cœperant: Quos cupiens Rex compeſcere, & de hujuſmodi exceſſibus cohibere, totius Angliæ pagos & provincias in *Comitatus* primus omnium commutavit; Comitatus in *centurias*, id eſt, *hundredas*, & in *decimas*, id eſt, in *trithingas* diviſit; ut omnis indigena legalis in aliqua Centuria & decima exiſteret, & ſi quis ſuſpectus de aliquo latrocinio, per ſuam centuriam, vel decuriam vel condemnatus, vel [c] invadiatus pœnam demeritam vel incurreret, vel vitaret. Præfectos vero provinciarum (qui antea Vicedomini [vocabantur]) in duo officia diviſit, id eſt, in Judices, quos nunc Juſtitiarios vocamus, & in Vicecomites, qui adhuc idem nomen retinent. Horum cura & induſtria tanta pax in brevi per totam terram effloruit; ut ſi viator quantumcunque ſummam pecuniæ in campis, & publicis compitis veſpere dimiſiſſet, mane, vel poſt menſem rediens, integram & intactam indubie inveniret. In diſtributione propriæ familiæ, *Davidis* ac *Salomonis* uſus eſt ingenio: Nam dividens familiam in tres turmas, ſingulis turmis ſingulos principes impoſuit; & unuſquiſque princeps cum ſua turma per unum menſem in Regis miniſterio palatium conſervavit; uno menſe completo, exiens ad proprios agros cum ſua turma, propriis negotiis per duorum menſium ſpatium intendebat; & interim ſecundus princeps per unum menſem, & tertius princeps per alium menſem poſt illum in Regis palatio miniſtrabat: ut poſtea propriis utilitatibus per duos menſes quælibet turma vacaret. Hac revolutione ſervorum ſuorum, totiuſque familiæ ſuæ rotatione uſus eſt omni tempore vitæ ſuæ. Qua morum prudentia præditus, & pollens tam profunda peritia literarum, *Danos* poſt XIII. annos per *Arnulphum* Imperatorem de *Francia* ejectos, & ſuper *Angliam* iterum inundantes, facilius, quam prius fecerat, in omni certamine ſuperabat: cum illi Francorum bellis debiliores, ac deſidiores fierent ad invadendum, & ille viris ac viribus paratior ac peritior foret ad reſiſtendum. Inſuper ipſa regio civitatibus muratis, & turribus munitiſſimis fortiſſima de veteri ſtatu ſuo multum fuerat immutata. Repulſi ergo leviter, & cito ſuperati Dani, ad ſuos in *Northumbriam* & *Norfolchiam* refugerunt.

Regnum in Comitatus diviſum.

Vicecomites.

900. Rex ipſe *Alfredus* multis eleemoſynarum largitionibus, ac aliis bonis moribus jugiter intentus, anno Regni ſui vigeſimo nono obiit, & Wyntoniæ ſepultus eſt. Cui ſucceſſit in Regnum *Edwardus* filius ejus, dictus poſtea *Senior*, eo quod poſt illum plures ejuſdem nominis regnaverunt, quorum omnium ipſe primus erat; Patre quidem literis inferior, ſed imperii gloria multo major. Quippe *Merciam* in manum ſuam ſumens à duce *Ethelredo*, cui pater cum filia ſua eam ante dederat etiam *Norfolchiam*, *Northumbriam*, *Scotiam*, *Walliam* bellando ſubegit; & paganos de omnibus urbibus & caſtellis muratis ejiciens, Chriſtianos introduxit. Multum adjuvit eum ſoror ſua *Ethelfleda*, *Ethelredi* quondam ducis London. relicta, virago prudentiſſima, & antiquis Amazonibus præferenda. Nam pariendo ſuam ſobolem primam, difficultatem perpeſſa, tanta indignatione carnalem concubitum abhorruit, ut nunquam deinceps ad viri ſui thorum rediens, ſe cœlibatu caſtiſſimo contineret. Ipſam etiam urbibus extruendis, caſtellis muniendis, ac exercitibus ducendis deditam, ſexum mu-

Edwardus R.

Æthelfleda.

a Devotiſſimi. *b* Aſcerum. *c* Abſolutus.

taſſe

taſſe putares. Anno vero regni ſui XXIII. obiit iſte *Edwardus*, & cum patre ſuo Wyntoniæ tumulatus eſt.

Cui ſucceſſit filius ſuus primogenitus *Athelſtanus*: contra quem cum 924. *Dani* de Northumbria, & Norfolchia conſpiraſſent, aſſociatis ſibi *Conſtantino* *Æthelſtanus. R.* Rege Scottorum, multiſque aliis; ipſe collectum exercitum ducens in Northumbriam, obvios habuit plures peregrinos de *Beverlaco* ad propria venientes; quorum relatu certius edoctus de miraculis ſancti *Johannis*, *S. Johannes de Beverlaco.* ipſe cum multa devotione dictum Sanctum viſitavit. Offerens etiam cultellum ſuum Sancto ſuper altare, promiſit, in reditu ſuo, ſi Dominus daret ei victoriam de inimicis, ſe dictum cultellum digno pretio redemturum. Quod & factum eſt. Nam Domino largiente ſibi victoriam, cultellum ſuum immunitate, quam nunc obtinet ille locus, Rex redemit, ac ad honorem Dei cum multis aliis donariis in immenſum ditavit. Ceciderunt ſiquidem in illo prælio *Conſtantinus* Rex *Scottorum* ac *Sex Reges in prælio cæſi.* alii Reges numero quinque, Comites duodecim, Barbaries [a] popularium infinita. Hoc bello proſpere conſummato, non erat qui de cetero Regem auderet offendere in aliquo. Sed deinde ſororibus nuptui tradendis intentus, etiam omnia Monaſteria *Angliæ* tam vetera, quam nova meliorare, ac promovere aliquo ſpeciali donario inſudavit. Abbatem namque **Croyland** *Godricum* adhuc ſuperſtitem, ſed longo ſenio gravatum, ceteroſque confratres ſuos, tunc ad numerum ſeptenarium de XXVIII. diminutos, in ſuam curiam aſſumens, Monaſterium *Croylandiæ* reſtauraſſe propoſuit; ſed præpropera morte præventus, fratribus ſuis ſuum propoſitum perficiendum reliquit. Anno ergo XVI. regni ſui obiit, & *Malmesbyriæ* ſepelitur.

Cui ſucceſſit frater ſuus *Edmundus* adoleſcens octodecim annorum, & 941. ſex annis regnavit & dimidio. Eodem anno *Godricus* Abbas *Croylandiæ* *Ædmundus R.* obiit; infraque menſem obitus ſui, duo ſenes eum ſequuti ſunt, id eſt, frater *Sweinus*, & frater *Oſgotus*; remanſeruntque [b] tantum quinque ſenes, eſt, frater *Clarenbaldus*, frater *Swarttingus*, frater *Thurgarus*, frater *Brunus*, & frater *Aio*. Quorum iſti duo ultimi cernentes Regem *Athelſtanum* ſuum patronum, ac Abbatem ſuum *Godricum*, in fata ceſſiſſe, de Monaſterii ſui revelatione, ac ſpiritualium filiorum ſucceſſione penitus deſperantes, relicto fratrum ſuorum contubernio, prior Monaſterium *Wyntoniæ*, ſecundus Monaſterium *Malmsbyriæ* adiens, uterque & in eorum conventum receptus, & aliquot annis retentus eſt. Verum trium fratrum in Monaſterio *Croylandiæ* remanentium ſancta trinitas ſemper in Domino confidebat, quod aliquando memor miſericordiæ ſuæ mitteret eis aliquem ſalvatorem, qui tam ſanctum locum, ſanctiſſimi confeſſoris ſui *Guthlaci* ſacras reliquias continentem, in priſtinum ſtatum relevaret, & ſpirituali ſobole ſuum ſacratiſſimum Monaſterium fœcundum faceret, ac fratres ſuos jam diſperſos iterum juxta ſuum complacitum congregaret. Rex autem *Edmundus Dunſtano* ſancto tunc presbytero ſuo Monaſterium *Glaſtoniæ* tunc *Dunſtanus* in deſolatione à paucis clericis occupatum, cum omnibus pertinentiis con- *Abbas Glaſt.* tulit reſtaurandum, & Monachorum ordinem, prout antiquitus habuerat, in illo revocandum. Qui *Floriacum* adiens, & Monachus ibidem factus, cum regulares obſervantias plenius didiciſſet, valefaciens fratribus, *Glaſtoniam* eſt reverſus, Abbaſque factus ibidem, fratres ſui ſtemmatis accipiens, ſanctiſſimum in brevi collegium adunavit. Cumque illuſtriſſimus juvenis Rex *Ednundus* etiam *Croylandiam* alicui potenti viro, qui ſanctæ religionis exiſteret amator, proponeret commendare ad reſuſcitandum de cineribus ſuæ deſolationis, ſubito infortunio in feſto ſancti *Auguſtini* apud **Puklechyrche** à quodam latrunculo (proh dolor!) occiſus eſt, & *Glaſtoniæ* tumulatus.

a Populorum. *b* Tum.

946 *Ædredus R.* Cui ſucceſſit in Regnum frater ſuus *Edredus*, tertius filius *Edwardi* Regis, qui regnavit annis novem. Ipſe ſecundo anno regni ſui, quum [a] *Northumbrani Hircio* quodam ſuper ſe in regem levato, [rebellare] [b] minarentur, & *Wlſtanus* Archiepiſcopus *Eboracenſis* eorum rebellioni conſentire notaretur, dirigens inclytus Rex *Edredus* Cancellarium ſuum nomine *Turketulum*, virum quippe prudentiſſimum, ac omnis honeſtatis ac æquitatis ſectatorem, ſibi etiam carne propinquum & cognatum (filium ſcilicet [c] *Cilwardi* quondam patrui ſui) in dictaque Eccleſia *Eboracenſi* pinguiſſimam præbendam obtinentem, de fidelitate ſua continenda ſibi & Regno ſuo inſtanter ac amicabiliter commonebat. Tranſiens itaque venerabilis Cancellarius in hoc Regio negotio cum multo comitantium equitatu, eo quod ex Regali ſanguine generoſiſſimus, prædiiſque ac poſſeſſionibus latiſſimis ditiſſimus, porro LX. maneriorum dominus, divina gratia diſponente viam ſuam, verſus *Eboracum* per Monaſterium **Croyland** iter aſſumſit. *Turketulus Croylandiam venit.* Quod cum pertranſire diſpoſuiſſet, occurrentes ei tres dicti Monaſterii venerandi ſenes, multa ſupplicatione, adveſperaſcente etiam die, ad eos intrare compulerunt; & ducentes eum ad orationem in oratoriolum ſuum, quod in quodam angulo Eccleſiæ dirutæ conſtruxerant, Reliquias ſanctiſſimi *Guthlaci* Confeſſoris oſtendentes omnem hiſtoriam ſuæ deſolationis expoſuerunt. Ille vero inæſtimabili pietate miſeratus, univerſa devotiſſime auſcultavit. Deinde ſenes in ſuum hoſpitiolum tam nobilem hoſpitem ſumma cum [d] [humilitate ac] humanitate ſuſcipientes, omnia victualia, quæ habebant, miniſtris ſuis & cocis pro domini ſui cœna præparanda, licet minus idonea, & tantæ familiæ permultum inſufficientia, [e] tamen animo liberaliſſimo (ſua duo minuta) offerebant; ſoliciti pro viribus & ſupra vires ſuum ſanctum hoſpitem lætum reddere ac jucundum, & ad tantam benevolentiam inducere, quatenus penes dominum Regem interceſſor dignaretur exiſtere, & reædificationem Eccleſiæ ſuæ, quam germanus ſuus, inclytus Rex *Ethelſtanus*, ſi ei vita comes fuiſſet, animo aliquando intenderat, aut aliquod aliud beneficium ex ſua eleemoſyna pro merito ſuæ animæ procurare. Venerabilis Cancellarius & miſeriæ tanti Monaſterii multum compaſſus, & ſenum curialitatem intimis viſceribus amplexatus, illorum precibus aſſenſum præbens, & interceſſionem conceſſit, & aliquod adjutorium ex proprio peculio [in ſuo reditu] compromiſit. Summo ergo mane recedens, præcepit ſervis ſuis victualia ſufficientia uſque ad reditum ſuum ſenibus relinquere, & pro aliis neceſſariis emendis juſſit centum ſolidos erogare: tandemque valefaciens cum multis lacrymis, ſe illorum orationibus commendabat. Ab illo namque die [ac deinceps] animus ejus dictis ſenibus, ac *Croylandenſi* Monaſterio tam intimo ac individuo amore conglutinatus eſt, ut per totam viam ſuam quotidie quibuſcunque occurrentibus, tam in diverſoriis quam in viis, *Croylandenſium* ſenum humanitatem exponeret, ſanctitatem extolleret, caritatem prædicaret, calamitatemque [f] deploraret. Ab ipſoque tunc primitus proceſſit, quod **Croyland** [g] **Curteys** cognomen accepit. Perveniens itaque *Eboracum* venerabilis *Turketulus*, cum domini ſui Regis mandatum multa ſolicitudine ac prudentia penes Archiepiſcopum, & univerſum civitatis populum peregiſſet, proſpere [h] revertendo per *Croylandiam* rediit, & ſancto ductus Spiritu, ad prædictos ſenes hoſpitaturus cum ſua familia iterum declinavit. Suſceptus ipſe immenſo gaudio, iterum de ſuſtinentia conſolatur; & manum Domini ſemper ad adjuvandum ſuos potentem & promtum prædicans, auxilium divinum in proximo affuturum pollicetur. Datiſque viginti libris argenti dictis ſenibus, ad dominum ſuum Regem ſummo mane reverſus eſt.

a Northumbrii. *b* Minitarentur. *c* *Eilwardi.* *d* *Deſ. in MS.* *e* Cum. *f* Ploraret. *g* *Curteſy.* *h* Repatriando.

Cumque

Cumque Regem de reſponſo Archiepiſcopi *Eboraci*, ac totius populi civitatis ipſius, plenius inſtruxiſſet, tandem invocato Sancto Spiritu, de ruina *Croylandenſis* relevanda Monaſterii ſermonem ſagaciſſime inducebat. Porro prædicationis ſuæ de hac materia in auribus Regis cum ejus Cancellarius ac præcipuus conſiliarius finem feciſſet, gratuito conſenſu Rex aſſenſum præbuit; ſed cum bellum ferociſſimum, quod tunc in manibus habebatur, opitulante divina gratia, proſpere peregiſſet; tunc namque vacaret hujuſmodi devotionibus inſiſtere, & *Chriſti* Eccleſiam ubique per regnum pro viribus promovere. Ad quod Cancellarius, Domine, prædeceſſores veſtri ſtrenuiſſimi Reges, domini mei, duo germani veſtri, multa bona opera ad honorem Dei, ſanctæque matris Eccleſiæ exaltationem operati ſunt in diebus ſuis; & Dominus Deus juſtiſſimus judex pro hujuſmodi bonis operibus & dedit eis victoriam de omnibus inimicis, & abundare fecit etiam omnibus bonis. Ita & vos (ſi mihi creditis) per opera meritoria digniſſima recompenſatione Deum vobis obligabitis, & ſic protecti ſanctorum precibus, & adjuti ſuperum favoribus, ſecuriori conſcientia, cum placuerit, ad veſtra prælia procedetis. Hæc, & plura talia cum venerabilis Cancellarius collatione amicabili coram Rege ſæpius retexiſſet, tandem Dominum ſuum Regem ad hoc induxit, ut illud Evangelicum ei diceret, *Habete vos cuſtodiam,* & ſenes illos & locum illum cuſtodite, ſicut ſcitis; nam manus mea in omnibus erit vobiſcum, ſi adjutorio meo in aliquo egeatis. Iſtud reſponſum accipiens ille tanquam divinum oraculum, & de ſacrario Spiritus Sancti procedens, theoricum verbum non ſecus intelligens, mox ſe Monachum ibidem futurum palam promiſit, & Regium favorem ſuo propoſito affore animo devotiſſimo requiſivit. Rex hæc audiens, ſupra modum admiratus, id fieri omnimodis diſſuadet: maxime cum jam in ſenium vergeret, & nutritus in deliciis, rigorem religionis in uſu antea non haberet; præter hoc, in Regni negotiis urgentiſſimis, cum omnia in ipſo pendeant, ac ipſius auxilio & conſilio, regnum periclitari non immerito formidaret. Et Cancellarius, Domine mi Rex, [hactenus] dominis meis fratribus veſtris, & vobis debita fidelitate (Deo teſte, qui novit omnia) pro viribus militavi: jam pro merito animæ veſtræ patiatiatur veſtra clementia, me Domino Deo, ſaltem in ſenio militare. Quippe conſilium meum, & omne auxilium, quod parvitas mea poterit, quamdiu in hoc meo corpuſculo vita comes fuerit, veſtris negotiis incunctanter aderit: ſed certiſſime de cetero ſcire velit dignatio veſtra, quod manus mea arma bellica à modo non tractabit. Audiens hòc piiſſimus Rex, [a] graviter ferebat, cernenſque quotidie ſanctum ejus deſiderium in Domino creſcere, metuenſque Sanctum Spiritum extinguere (prout erat præ cunctis Regibus prædeceſſoribus ſuis puriſſimæ conſcientiæ) quadam die in ſecretum cubiculum eum advocat, & provolutus pedibus ſervi, quatenus ſui miſereatur & non derelinquat eum in die tribulationis ſuæ, etiam cum multis lacrymis ſupplicat & exorat. Videns vero Cancellarius dominum ſuum, Regem videlicet totius *Angliæ*, ſuis pedibus ſuper terram provolvi, & ipſe ruit in terram, & quatenus ſui miſereatur, ſuſpiriis & ſingultibus innumeris rogat: & tandem per ſanctum *Paulum* (cui Rex ſpecialem devotionem ſemper habebat) corditer adjurans, ſuperat, & impetrat, quod exoptat. Ambo ergo ſurgentes à terra, diem ſtatuerunt, quo *Croylandiam* adirent, ac ſanctum votum ſuum ſecuriſſimo ac honeſtiſſimo modo, quo poſſent, invicem conſummarent. Evolutis itaque paucis diebus, Rege conſentiente, voce præconaria venerabilis Cancellarius *Turketulus* per medias *Londonias* fecit proclamari, ut, ſi cui aliquo debito teneretur obnoxius, paratus erat certo loco & die deſignato ad ple-

946. *Ædredus R.* *Turketulus Croyland. cauſam agit.*

a Graviſſime.

num

946. *Ædredus R.* num perſolvere; & ſi cui aliquam injuriam aliquando irrogaſſet, promiſit in triplo, tanquam alter *Zacchæus*, ſatisfacere, ac juxta omnem juris exigentiam damna inita reſtaurare. Omnibus ergo creditoribus, ac debitoribus univerſis pacatis [& pacificatis] ſexaginta maneria ſua domino ſuo Regi contulit, decimum ſemper manerium Domino ſuo *Chriſto* reſervavit. Reſervavit itaque ſex maneria ſua de LX. quæcunque ſcilicet habebat ad Croylandiam [a] propinquiora ſituque viciniora, videlicet, [b] **Wendlingburough, Elmyngton, Worthorp, Botenham, Hokyngton,** & **Beby**: cetera vero dedit Regi.

Et veniens cum Rege ad *Croylandiam* in vigilia Aſſumtionis beatæ *Mariæ*, mox ad *Wyntoniam*, & *Malmesbyriam* pro duobus fratribus, ſcilicet *Bruno* & *Aione*, ex Regis nomine nuncios miſit. Qui audientes Dominum de cœlo *Croylandiam* reſpexiſſe, gaudentes & alacres ad ſuum Monaſterium regreſſi ſunt: & intrantes in vigilia beati *Bartholomæi* patroni ſui, ad fratres ſuos, cum ingenti gaudio ſunt recepti. Erant namque ambo viri literatiſſimi, & moribus multum honeſti ac religioſi. In craſtino *Turketulus Abb. Croylandiæ.* ergo, ſcilicet in feſto ſancti Apoſtoli, quum venerabilis *Turketulus* depoſito habitu ſeculari inter prætactos ſenes quinque monachicum ſchema ſuſcepiſſet, etiam baculo paſtorali à Rege donatus eſt, & à *Ceowlpho* Epiſcopo *Dorcaciſtrenſi* diœceſano [ſuo] tunc præſente, more Eccleſiaſtico benedictus. Eodemque die de Regis arbitrio, ac Juriſperitorum conſilio, ut in poſterum contra iniquorum violentias fortiori conſiſterent fundamento, venerabilis Abbas *Turketulus*, prætactique quinque ſenes Monachi ſui, univerſum Monaſterium ſuum, cum omnibus terris, ac tenementis, bonis, & catallis ei pertinentibus, in manum domini Regis funditus & ſponte reſignabant. Rex autem ſuſcipiens omnia in manus ſuas, in craſtino carpentarios ac cæmentarios conducens, deque propria familia quendam clericum, nomine *Egelricum*, genere ſibi propinquum, cognatumque domini *Turketuli* Abbatis, operariis & univerſo loco præficiens, expenſas de fiſco aſſumendas, ligna & lapides de proximis ſylvis & lapidicinis, tunc Regali manerio ſuo de **Caſtre** pertinentibus, in omni copia aſſignavit. Qui diligentiſſime operi [c] invicto inſiſtens [animo], in brevi Eccleſia fabricata, clauſtroque cum ceteris neceſſariis officinis ædificato, & gratias à Rege, & benedictionem à Domino meruit pro labore. Statim vero, cum Rex ipſe ſingulis operibus ſingulos operarios deputaſſet, & prædictum fidelem clericum ſuum prædictis operariis præfeciſſet, quum dies concilii approquinquabat (quod tenendum in proximo *Londoniis* pro publicis Regni negotiis ſtatuerat) aſſumto ſecum venerabili *Turketulo* Abbate cum duobus ſenibus Monachis ſuis, ſcilicet *Turgaro* & *Aione*, in feſto ſancti *Auguſtini* Epiſcopi & egregii doctoris *Londonias* repetebat.

948. *Concilium London.* In feſto ergo nativitatis beatæ *Mariæ*, cum univerſi magnates Regni per Regium edictum ſummoniti, tam Archiepiſcopi & Epiſcopi, ac Abbates, quam ceteri totius Regni Proceres & Optimates *Londoniis* conveniſſent, ad tractandum de negotiis publicis totius Regni; conſummatis omnibus, coram univerſis, domino *Turketulo* Abbati, Monachiſque ſuis accerſitis, Rex *Edredus* dedit monaſterium **Croyland** per chartam ſuam, dictatam ab eodem *Turketulo* Abbate, jamdudum Regis Cancellario, conſiliarioque familiariſſimo, & conſcriptam in his verbis:

Charta Ædredi R. *Pax in ſummæ Trinitatis nomine, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Ego* Edredus *Rex terrenus ſub imperiali potentia Regis ſeculorum æternique* [d] *principis, magnæ* Brittaniæ *temporale gerens imperium, univerſis* [e] *Chriſtianis tam præſentibus, quam poſteris, ſalutis beneficium in authore ſalutis. Vobis liqueat omnibus, quod per devotam ſuggeſtionem, & frequentem provocationem delecti Clerici & cognati mei* Tur-

[a] Propinqua. [b] *Wendlyngburgh.* [c] Injuncto. [d] Principii. [e] Chriſticolis.

keтuli

ketuli *mihi factam ſuper reparatione, reſtauratione, ac libertate ſacroſanctæ Eccleſiæ & Monaſterii* Croylandenſis, *in qua reconditæ ſunt reliquiæ ſancti* Guthlaci *confeſſoris, & anachoritæ, non modicum condolui, & compaſſus ſum, tam pro depopulatione ſanctæ matris Eccleſiæ, quam pro minoratione beneficiorum ſpiritualium, pro animabus progenitorum meorum per opera miſericordiæ multipliciter & frequenter* [a] *impenſorum; recolens, ibi cœnobium nigrorum Monachorum ordinis ſancti* Benedicti *a nobili Rege* Merciorum, Ethebaldo *nomine, quondam* Alwionis *filio eſſe fundatum, affluenter ditatum, & Regalibus privilegiis ſufficienter munitum, ut per inſpectionem chartarum ejuſdem* Ethelbaldi *ad ſecuritatem dictorum Monachorum compoſitarum, ſatis erat conſilio meo declaratum. Sed poſt multorum temporum curricula, per Paganorum exercitum erat devaſtatum, & cum omnibus ornamentis &* [b] *monumentis compluribus, igne crematum & conſumtum. Ubi prædictus* Turketulus, *qui juxta Pſalmiſtæ vocem propheticam,* [c] odit Eccleſiam malignantium, & dilexit decorem domus Domini, *pio ſtimulatus deſiderio, dictum cœnobium reparare & reædificare ſummopere molitur. Hic homo divinæ caritatis zelo in tantum accenſus eſt, ut corde ac corpore ſe ovili Dominico ibidem mancipare indeſinenter adoptat. Unde quinque Monachi ſenes in eadem inſula latitantes, de quibus duo a diſperſione regreſſi, de ejuſdem* Turketuli, *& aliorum Juriſperitorum conſilio informati, quaſi graviter formidantes jacturas & diſpendia varia, futuris temporibus inopinate emergentia,* [*prius*] *totam Abbathiam cum omnibus poſſeſſionibus* [*ſuis*] *obtentis, & ejuſdem* Turketuli *ſolicitudine recuperatis, meo etiam favore adquiſitis, cum ſex maneriis de prædiis ſuis hæreditariis, in manum meam* [*Regiam*] *funditus & ſponte reſignarunt, ut per meam redonationem de firmiori & liberiori ex tunc & in poſterum gratulentur poſſeſſione. Sed quum fœdus verbo ſolummodo initum, dum a memoria fuerit devolutum, in materiam contrahitur litigioſam, niſi rei geſtæ perennis ſcripti patrocinium ſuffragetur: hinc eſt, quod ſæpe dictum* Turketulum, *cum præfatis Monachis jam in habitu adunatum, grato meo conſenſu & aſſenſu Abbatem ejuſdem Monaſterii conſtituo; & tam Abbathiam, quam omnes poſſeſſiones ſic recuperatas, & mihi reſignatas, ex dono meo Regali de cetero in* [*perpetuam &*] *puram eleemoſynam illis Monachis, & omnibus ſucceſſoribus eorum ſub eadem regula, & eodem habitu ſancti* Benedicti *ibidem Deo ſervientibus, trado, dono, & confirmo, & in hunc modum per ſingula declarare diſpono.*

948. *Ædredus R.*

Inſulæ Croyland. limites.

Inprimis totam inſulam Croylandiæ, *pro gleba Eccleſiæ, & pro ſitu ſeparali ejuſdem Monaſterii, cum his limitibus diſtinctam; videlicet, a ponte de* **Croyland** *triangulo per aquam de* **Weland** *verſus* **Spaldelyng** *uſque ad* **Aſendyk**, *ubi* **Aſendyk** *cadit in aquam de* **Weland**, *ex Boreali parte crucis lapideæ per prædictum* Turketulum *ibidem affixæ; & ſic ſurſum verſus Orientem per* **Aſendyk** *uſque ad* **Aſwyktoft**, *& inde uſque ad* **Shepiſhee** *in Orientali parte ejuſdem inſulæ, & ſic uſque ad* **Tedwarthar**, *& ibi intrando* **Southee** *uſque ad* **Namanlandhyrne**, *ubi crucem lapideam affigi præcepit idem* Turketulus, *diſtantem a* **Southee** *per ſex perticatas; &* [*ſic*] *in illa aqua ſit diviſio duorum Comitatuum,* [d] Lincolniæ *videlicet &* Grantebrigiæ, *& diſtat eadem crux ab aqua de* **Neene** *verſus Occidentem per quinque perticatas; & inde per eandem aquam de* **Neene**, *ſicut currit ad ſupra dictum pontem de* **Croyland**: *cum ſeparali piſcaria tam in aquis omnibus ambientibus eandem inſulam, quam in ſtagnis & paludibus infra ſitum incluſis; una cum Mariſcis, & alnetis adjacentibus verſus Occidentem ex oppoſito ejuſdem inſulæ, in omnibus* Lincolniæ *Comitatui annexis, & reſpondentibus, & per hos limites in hunc modum determinatis, videlicet a* **Namanlandhyrne** *per aquam de* **Neene** *verſus Occidentem uſque ad finem factum, ubi crux lapidea defixa eſt juxta ripam; & ab inde uſque ad* [e] **Gri-**

a Impenſa. *b* Munimentis. *c* Odivit Eccl. malignantes. *d* Lyncolliæ videlicet & Gruntebrygiæ. *e Greynys.*

948. nis, & ſic uſque ad Folwardſtakyng, & inde uſque ad Southlake, ubi
Ædredus R. Southlake cadit in aquam de Weland, & ſic tranſeundo eandem aquam, & incipiendo ad Kenulphſton juxta ripam ex oppoſito de Southlake, ubi primus Abbas a fundatione ejuſdem Monaſterii, nomine Kenulphus, poſuit crucem lapideam pro limite inter Croyland & Depyng; & ab inde tendendo verſus Boream juxta Aſpath uſque ad Werwarlake, & ſic uſque ad Harynholt, & deinde ſurſum per Mengerlake, & Lurtlake, & ibi ſunt limites dividentes Hoyland & Keſtevene; & inde uſque ad Oggot, & ſic uſque ad Appynholt, ſive alio nomine Wodelade, ubi Wodelade cadit in aquam de Weland: cum omnibus appendiciis, & omni commodo, quod poſſit evenire, ſive extorqueri infra ſupradictos limites, tam ſubter terram, quam ſupra; cum communa paſturæ [omni tempore anni pro omni genere animalium, ſibi & omnibus hominibus ſuis ſive Tenentibus ſuis ſecum infra dictos limites cohabitantibus, & erit illa communa paſturæ] in Mariſcis adjacentibus ex utraque parte aquæ de Weland, videlicet ex una parte ab ipſa aqua uſque ad agrum de Medeſhamſted, & ex alia parte ab eadem aqua uſque ad ædificia de [a] Spaldeling, cum ſeparali piſcaria in eadem aqua de Weland a Kenulphſton uſque ad pontem de Croyland, [& in aqua de Neene a limite Finefacto nomine uſque ad pontem de Croyland] & ab inde in eadem aqua, & in aqua de Weland coadunatis, uſque ad Aſendyk. Poſſunt etiam dicti Monachi de eiſdem Mariſcis verſus Occidentem adjacentibus, pro ſe & hominibus ſive tenentibus ſuis, includere croftos ſive pratum circa pontem ſeparaliter quantum illis placuerit. Quare volo, quod dicti Monachi habeant prædia iſta de donatione & confirmatione mea, libera & ſoluta ab omni cauſa & onere ſeculi, & omnes libertates, & liberas conſuetudines, cum omni illo, quod appellatur Socha, Sacha, Tol & Tem, Infangthef, Weif, & Stray, & cum hiis legitime appendentibus in puram & perpetuam eleemoſynam meam.

Præterea trado, dono, & confirmo eiſdem Monachis has poſſeſſiones eidem cœnobio ex donatione antiqua Procerum Regni mei ab olim dependentes: videlicet in [b] Lincolnſhire, in Spaudelyng tres carucatas terræ; in Pyncebek unam carucatam terræ; in Cappelade tres carucatas terræ, ſex bovatas terræ, & [c] duodecim acras prati, cum Eccleſia ejuſdem villæ; in Algare [c] duodecim bovatas terræ; In Donneſdyk duas carucatas terræ, & viginti acras prati; In Drayton unam carucatam terræ, & ſex acras prati, & quatuor ſalinas; In Burtoft unam bovatam terræ, cum Socha, Sacha, & cum Eccleſia de Sutterton; In Bokenhale duas carucatas terræ, & dimidiam; & viginti ſex acras prati, & quinquaginta acras ſylvæ, & ſexaginta & decem acras de Bruſche; in Halyngton decem bovatas terræ, cum quatuor bovatis de [d] Juland, & cum triginta duabus acris prati de eodem feodo in Gerumthorp; In Langtoft ſex carucatas terræ arabilis (& habet quindecim quarentenas in longitudine, & novem quarentenas in latitudine) & centem acras prati, & ſylvam, & mariſcum duarum leucarum in longitudine, & duarum leucarum in latitudine, & Eccleſiam ejuſdem villæ, & quadraginta acras de eodem feodo in campo de Deping; In Baſton apud Tetford quatuor carucatas terræ arabilis, & quadraginta quinque acras prati, cum Eccleſia ejuſdem villæ, & cum ſexdecim quarentenis Mariſci in longitudine, & octo quarentenis in latitudine, cum uno molendino aquatico, & dimidio molendino; In Kepyngale tres carucatas terræ arabilis, & ſexaginta acras prati; In Laithorp unam bovatam terræ; In Kyrkby tres bovatas terræ, unam manſionem, & tria cotagia.

In Northamtonſchyr, in Wedlyngburgh ſex hidas terræ, & dimidiam, cum Eccleſia ejuſdem villæ, cum Socha, Sacha, &c. In Adington tres hidas terræ, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ; In Helmyngton tres hidas terræ; in Glapthorn tres virgatas terræ; in Wyrthorp unam hidam, &

a Spaudelyng. b Lyncollſchyr. c Undecim. d Inland.

dimidiam,

dimidiam, cum uno molendino aquatico; in Peykyrke *duas virgatas terræ;* 948.
in Badby *manerium, & quatuor hidas terræ, cum triginta acris prati;* Ædredus R.
In Huntyngdonſchyr, *in* Morberne *quinque hidas terræ, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ; in* [a] Thiring *unam hidam & dimidiam terræ. In* Leyrceſtreſhire, *in* Beby *decem carucatas terræ, & dimidiam, cum Eccleſia ejuſdem villæ; In* Sutton *duas carucatas terræ; In* Stapilton *duas carucatas terræ. In* Gruntebrygeſhire, *in* Botenham *undecim hidas terræ, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ alternis vicibus; In* [b] Hokitton *ſeptem hidas terræ, & dimidiam, cum Eccleſia ejuſdem villæ; In* Drayton *octo hidas terræ, & dimidiam, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ. In* Hurtfordſhire *in* Staundon *quinque hidas terræ.*

Et volo, quod dicti Monachi ſint quieti & ſoluti ab omni ſcotto, geldo, *auxiliis Vicecomitum,* hydagio, *& a ſecta in* Schyris, Wapuntakis, Hundredis, Thrithingis, *& omnimodis aliis curiis, & ſeculi oneribus univerſis. Et præcipio, quod omnes homines fugitivos, quos iidem Monachi, per teſtimonium quatuor vel quinque hominum fide dignorum coram Vicecomite in patria, in qua tales manent, poſſunt affidare ſuos nativos eſſe, reducantur per prædictum Vicecomitem in Abbathiam eorum cum omnibus catallis & ſequelis eorum, omni reclamatione & reluctatione abinde remota & annullata. Et ſi quid prius egerint in fraudem dominorum ſuorum, illud caſſatum omnino decerno. Et ſi quis hominum nativorum ſuorum, vel native de eis tenentium, aliquod delictum fecerit, pro quo catalla ſua debeat perdere, ipſa catalla prædictis Monachis integre liberentur, ubicunque facta fuerit juſtitia. Et volo, quod ſi Vicecomes, vel aliquis de ballivis ſeu miniſtris meis, repertus [fuerit] negligens, vel protrahens eorum negotia contra juris ordinem & libertates eorum, ſit in forisfactura viginti librarum theſauro meo ſolvendarum.*

Et ne aliquid omittatur, quod ad ſecuritatem jurium & libertatum eorum Monachorum præſenti chartæ convenit inſerere, ſaltem propter eos, quos plus terret diſpendium temporale vitæ præſentis, quam ſupplicium gehennale perpetuo duraturum: diſtricte præcipio, quod omnes & ſinguli, cujuſcunque fuerint gradus vel conditionis, qui præſentis ſcripti ſanctionem, contra formam & effectum voluntatis meæ expreſſæ in eodem, in aliquo violare nituntur, perturbare, vel minuere procurant, conſilio, auxilio, vel favore, quo minus pacifice poſſideant aliqua dona ſibi conceſſa, vel veſcantur aliquibus privilegiis ſuperius memoratis; ſint condemnati in pœna forisfacturæ centum librarum legalis monetæ theſauro meo, hæredum, vel ſucceſſorum meorum perſolvendarum, quoties ſic attentare præſumſerint; nec non quod ſatisfaciant dictis Monachis pro damnis & expenſis per eos ſibi factis vel illatis, taxandis per juramenta quatuor vel quinque hominum fide dignorum, per quos rei veritas melius agnoſci poterit, coram Judicibus meis, hæredum, vel ſucceſſorum meorum definiendis. Ut ſic qui ſeculo ſponte renunciantes, ſe jugo Dominico manciparunt, & jam facti ſunt mundo mortui, abſque mundi turbine & inquietudine liberam habeant facultatem divinæ vacare contemplationi.

Iſta donaria (licet minima) ad laudem ſummæ Trinitatis, & in pretium redemtionis animæ meæ, prædictis Monachis devotus perpetuavi & ſtabilivi, in anno ab incarnatione [ſempiterni principii] Domini noſtri Jeſu Chriſti *nongenteſimo quadrageſimo octavo, in præſentia Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Procerum Regni mei ſubſcriptorum.* ✠ *Ego* Odo *Dorobernienſis Archiepiſcopus conſilium & conſenſum meum ad iſtud dedi.* ✠ *Ego* Wlſtanus *Archiepiſcopus Eboracenſis devotus ſubnotavi.* ✠ *Ego* Alfredus *Schyreburn. Epiſcopus affectavi.* ✠ *Ego* Kynſius *Lichefeld. Epiſcopus conſenſi.* ✠ *Ego* Kynewaldus *Wygorn. Epiſcopus iſtud factum corroboravi.* ✠ *Ego* Ceolwulphus *Dorcaciſt. Epiſc. deſideravi.* ✠ *Ego* Athelwoldus *Abbas Abendonenſis approbavi.* ✠ *Ego* Dunſtanus *Abbas Glaſtoniæ multum adoptavi.* ✠ *Ego* Oſlac

a Thyrnyng. b Hoketon.

948 *Ædredus R.* *Dux ad inſtantiam domini mei Regis collaudavi.* ✠ *Ego* Brithnodus *Dux commendavi.* ✠ *Ego* Alcinus *Comes ſavi.* ✠ *Ego* Aigulfus *Comes conſignavi.* ✠ *Ego* Radbodus *Comes conſenſum dedi.* ✠ *Ego* Byngulph *Vicedominus conſului.* ✠ *Ego* Alfer *Vicecomes audivi.* ✠ *Ego* Farceus *Miniſter interfui.* ✠ *Ego* Sigeus *Miniſter auſcultavi.* ✠ *Ego* Æthelwardus *Miniſter aſpexi.* ✠ *Ego* Turketulus (*licet miniſter inutilis*) *finem cernens mei propoſiti, ob hujus rei gratiam æternum Deum laudo per omnia, & licet ſero veniens ſub habitu* [a] *Monachali, & animo contrito jugo regulari meipſum ſubmiſi, ut ſaltem ſic ſenectutis meæ fæces creatori meo cogar immolare.* Magnificat *ergo* anima mea Dominum, *& vos fratres magnificate Dominum mecum, ut in ſanctitate & juſtitia coram ipſo ſervientes, ſemperque mundi principe triumphato, ſic curramus in præſentis vitæ ſtadio, ut in futuro ad divinæ ſpeculationis bravium pertingere mereamur, Amen.*

Turketuli genus & vita. De geſtis hujus venerabilis patris noſtri Abbatis *Turketuli* aliqualem notitiam noſtris poſteris tradituri, noſtræ narrationis exordium, decet, ut altius aſſumamus; quatenus tam generoſi ephebi florida juventute cognita, ſecundum [b] Chronicorum fidem, & prout patres noſtri narraverunt nobis, ſanctam ſenectutem ſucceſſiſſe veriſimili evidentia facilius demonſtremus. Circa ergo ultima tempora regis *Edwardi*, defuncto [c] *Ethelwardo* germano ſuo, filius ſuus primogenitus *Turketulus* noſter paternam hæreditatem à patruo ſuo prædicto Rege *Edwardo* adeptus eſt. Cui cum generoſiſſimas puellas, Ducum Comitumque ſuorum filias, multoties Rex in matrimonium obtuliſſet, & ille nullo modo nuptiis acquieſcens, omnes amore caſtitatis prima fronte repudiaret; arguens Rex prudentiſſimus per hujuſmodi ſancta principia, virum virtutis ipſum futurum fore, ſtuduit ad dignitates Eccleſiaſticas, & Epiſcopatus apicem eum aliquando exaltare. Unde plurimis Epiſcopis in fata cedentibus, ut ſua ſanctitas innoteſceret univerſis, qui in domo Domini ſunt, ſi ſuper candelabrum poneretur, Rex ſæpiſſime ſatagegat in majoribus Eccleſiis totius *Angliæ* ad gradum Epiſcopalem, præ cunctis ceteris Clericis ſuis, promovere. Ille vero variis excuſationibus omnes hujuſmodi honores ſubterfugiens, tanquam tendiculas Sathanæ ad animas ſubvertendas, omnibus vitæ ſuæ temporibus penitus abhorrebat. Obtulit enim ei prædictus Rex Epiſcopatum *Wyntoniæ* defuncto *Dinewlpho* Epiſcopo ejus: Sed ille minus ſe idoneum tantæ dignitati proteſtans, *Frideſtanum* collactaneum ſuum, quatenus dignaretur accipere, ſupplicabat & obtinebat; factuſque eſt *Frideſtanus* Epiſcopus *Wyntoniæ*. Eodem etiam momento *Pleigmundo* Archiepiſcopo *Dorobernenſi* ſuggerente, *Dorcaciſtrenſis* Epiſcopatus ei à Rege oblatus eſt: quem cum pari pertinacia refutaret, & *Ceolwlphum* Presbyterum ſuum Regi offerret, dictus *Ceolwlphus* Epiſcopus eſt factus. Semper itaque ſic terrenæ dignitatis gloriam refutabat, ſic tranſitorios honores omnibus diebus ſuis abjiciebat. Cognoſcens tandem Rex quorſum cordis ſui ſanctiſſima deſideria [d] inclinabant [& propendebant,] (ſcilicet illum dignitates & divitias non amare, ſuis terris ac ſtipendiis tantum contentum
Turketulus Cancellarius. eſſe, aliena non appetere) Cancellarium ſuum eum conſtituit, ut quæcunque negotia temporalia vel ſpiritualia Regis judicium expectabant, illius conſilio & decreto (tam ſanctæ fidei & tam profundi ingenii tenebatur) omnia tractarentur, & tractata irrefragabilem ſententiam ſortirentur. Conſilio ergo illius multa bona opera Rex effecit, ac inter cetera ſeptem Eccleſiis ſeptem Epiſcopos uno die dedit; videlicet præfatum *Frideſtanum* ad Epiſcopatum *Wyntoniæ*, præfatum *Ceolwlphum* ad *Dorcaciſtriæ*, *Werſtanum* ad Epiſcopatum [e] *Shireburnenſem*, *Athelſtanum* ad *Cornubienſem*, *Athelmum* ad *Fontanenſem*, & *Adulphum* ad *Cridienſem*, ac *Bernekum* Auſtralibus Saxonibus præponens, cujus ſedes eſt apud . . . . omneſque uno die unoque loco à præfato *Pleigmundo* Archiepiſcopo conſe-

a Monachili. *b* Chronicarum. *c* *Eilwardo.* *d* Declinabant. *e* *Schyrburnenſem.*

cratos.

cratos. Complevit itaque dies ſuos inclytus Rex *Edwardus*, *Ethelſtanuſque* filius ejus ſucceſſerat. 948. *Ædredus R.*

Contra quem cum *Analaphus* filius *Sitrici*, quondam Regis *Northanhumbrorum* inſurgeret, & bellum ferociſſimum multorum viribus molire- *Bellum ad Brunford.* tur, conſpirantibuſque cum dicto *Analapho*, *Conſtantino* Rege *Scotorum*, & *Eugenio* Rege *Cumbrorum*, ac aliorum Regum Comitumque barbarie infinita, omnes, cum ſubjectis nationibus ad **Brunford** in Northanhumbria contra *Athelſtanum* Regem conveniſſent, arctiſſimo fœdere conjurati, & dictus Rex Anglorum cum ſuo exercitu occurriſſet; licet præfatus barbarus infinitam multitudinem *Danorum*, *Norreganorum*, *Scotorum*, ac *Pictorum* contraxiſſet, vel vincendi diffidentia, vel ſolita gentis ſuæ verſutia, maluit nocturnis tenebris inſidias tendere, quam aperto prælio dimicare. Irruit ergo ſubito ſuper *Anglos* nocturno tempore; peremtoque quodam Epiſcopo, qui præcedente veſpere ad exercitum Regis *Athelſtani* acceſſerat, cum clamor morientium longius perſonaret, ut Rex ipſe, qui plus uno milliari à loco diſtabat, ſuuſque totus exercitus, qui circa illum in tentoriis ſub dio dormiebat, evigilans [a] atque intelligens citius armarentur aurora jam illuceſcente, ad locumque cædis appropinquans, paratus & promtus fieret ad invadendum contra barbaros, qui nota nocte laboraverant, & jam laſſos & laxatos ab ordine offendentem contigit Regem *Æthelſtanum*, qui *Weſtſaxones* omnes ducebat, contra aciem *Analaphi* occurriſſe, ac Cancellarium ſuum *Turketulum*, qui *Londonienſes*, & omnes *Mercios* trahebat, contra aciem *Conſtantini* obviaſſe: ceſſantibus cito ferentariis armis, pede pes, & cuſpide cuſpis, umboque umbone pellebatur. Cæſi multi mortales, confuſaque cadavera Regum [b] & pauperum corruebant. Cumque diutiſſime ac diriſſime dimicaretur, & neutra pars cederet, (tanta erat Paganorum multitudo) Cancellarius *Turketulus* aſſumtis ſecum paucis *Londonienſibus*, quos fortiſſimos noverat, & [quodam] centurione *Wicciorum*, [c] *Singino* nomine, qui ſpectata fortitudine pollebat, ipſe præ cunctis & ſtatura procerus, oſſibus & nervis ſolidus & [d] toroſus, ac inter omnes heroes Londonienſes viribus robuſtiſſimus, prævius ipſe involat in adverſos; penetranſque cuneos hoſtiles proſternit à dextris & à ſiniſtris. Jam *Orcadenſium*, ac *Pictorum* globos pertranſierat, ſylvamque jaculorum & telorum, quæ thorace fideliſſima ſufflaverat, in ſe projectam circumferens, jam cuneos *Cumbrorum* ac *Scotorum* cum ſuis ſequacibus perforabat. Tandem multo ſanguine ad ipſum Regem perveniens, equo dejecit, dejectumque cum vivum capere omnimodis conaretur, & *Scoti* conſtipati Regem ſuum totis [e] ſalvare viribus inſiſterent, & plures in paucos niterentur, præcipueque omnes unum *Turketulum* appeterent, prout ſæpius poſtea fatebatur, tunc primum temeritatis ſuæ pœnitebat. Jam jamque opprimendus erat à *Scotis*, & Rex è manibus ejus eripiendus, *Conſtantinus* cum *Singrinus* centurio gladio confodit eum. Sic Rege Scotorum *Conſtan-* *Scot. R. cæſus.* *tino* peremto, *Scoti* ſe retrahentes, viam apertiorem *Turketulo*, ſuiſque militibus concedebant. Cognita [f] ergo morte *Conſtantini* per univerſum exercitum, *Analaphus* fugam facit, fugiuntque univerſi. Cecidit ibi Paganorum copia inaudita. In tam duro certamine ſæpius ſe gloriabatur à Domino conſervatum *Turketulus*, & ſe fœliciſſimum & fortunatum, quod nunquam hominem occiderit, neminem mutilaverit, cum pugnare pro patria, & maxime contra Paganos, licite quiſque poſſit.

Hac itaque victoria per univerſam Chriſtianitatem citius ventilata, de- *Æthelſtani* ſiderabant omnes Reges terræ cum *Athelſtano* Rege amicitias facere, & *R. ſorores.* quocunque modo ſacra fœdera pacis inire. Miſit ergo legatos *Henricus* Imperator *Romanorum*, pro una ſororum ſuarum *Othoni* filio ſuo in uxorem ducenda. Miſit etiam *Hugo* Rex *Francorum* pro alia ſuo filio tradenda. Miſit & *Ludovicus* Princeps *Aquitanorum* pro una ſibimet aſſumenda.

a Actaque. *b* Ut. *c Syngrino.* *d* Cordatus. *e* Defendere. *f* Cito

937. 8. *Ædredus R.* ſumenda. Allata ſunt per eorum nuncios tot [a] eximia Regalia, qualia & quanta per plurima ante ſecula *Anglicis* fuerant incognita & inviſa. Præter odores aromatum, præter honores gemmarum, præter equos curſorios aureis ephippiis phaleratos, & onychina vaſa pretioſiſſima, & alia donaria plurima, & pulcherrima, miſſa eſt pars crucis Dominicæ cryſtallo decentiſſime incluſa, portiuncula etiam ſpineæ coronæ *Chriſti* ſimiliter cryſtallo contecta, enſis *Conſtantini* Magni, cujus capulo ſuper craſſas auri laminas clavus affixus erat, unus ex quatuor, quibus Redemtor noſter nos & omnes ſuos ſalvavit; vexillum quoque beatiſſimi martyris *Mauricii*, & lancea *Caroli* Magni non apud *Francos* exigui pretii. Quibus donariis Rex magnificus *Ethelſtanus* in immenſum delectatus, & ſorores præfatis Principibus conceſſit, ac inter delegatos, qui virgines transducerent, primum & præcipuum Cancellarium ſuum *Turketulum*, eo quod prudentiſſimus, & in omni negotio ſanctiſſima fide probatiſſimus, propinquus etiam genere dictis virginibus haberetur, indubitata confidentia deputavit. Vadunt ad littora cum Cancellario quatuor viragines, quæ caſtitatis honore *Dianam* vincebant, & corporali pulcritudine etiam *Helenam* ſuperabant. Conferuntur à Ducibus, & Comitibus, aliiſque terræ totius optimatibus in ſinus ſplendidos multa jocalia, aurum, & armillæ, & mille monilia. Tandem relicta *Anglia*, poſt velata maria proſpere per *Rhenum* petitur *Colonia*. Duæ ſorores ſeniores Imperatori *Henrico* commendantur: quarum primam *Othoni* ſuo filio, ſecundam cuidam ſui palatii magno Principi copulavit. Tertiam ſororem *Hugo* Rex *Francorum* ſuo filio ſuſcepit. Quartam, quæ omnium ſororum junior erat, & ſpecioſiſſima, *Ludovicus* Princeps *Aquitaniæ* in uxorem duxit. Completa itaque dicta legatione, Cancellarius *Turketulus* magnis onuſtus muneribus, cum tota familia multis donariis ad ultimum quemlibet puerum ditata, proſpero navigio in *Angliam* eſt reverſus. Triumphatis ergo omnibus hoſtibus, ſuiſque ſororibus digniſſime maritatis, ad exaltandum Eccleſiam *Chriſti* ubique per regnum ſuum (Cancellario ſuo *Turketulo* ſemper illud ſuggerente) intentiſſima devotione animum totum dedit. Reſtaurat ergo Monaſteria, ædificat Eccleſias, ac ſanctis altaribus offert pretioſiſſima ornamenta. *Malmesbyria reſtaurata.* *Malmesbyriam* maxime (ubi duos cognatos ſuos, filios ſcilicet *Ethelwardi* patrui ſui, *Elwinum* & *Ethelſtanum* cæſos à *Danis* in prælio *Brunefordenſi*, ſolenniter ſepelierat) ſpeciali diligentia diligit & exaltat, ac multis privilegiis præ ceteris Monaſteriis magnificat, & honorat: & demum ſuos annos *Atropo* ante tempus abſcindente defunctus, ibidem ſepultus pauſat.

941. *Dunſtanus.* Cui (ut prædictum eſt) frater ſuus *Edmundus* in regnum ſucceſſit. Ejus enim tempore cum ſanctus *Dunſtanus* tunc regii palatii Presbyter, ac Cancellario *Turketulo* à ſecretis familiariſſimus, & confeſſionum ſuarum communicator confidentiſſimus, quibuſdam æmulis perſequentibus, per ipſum Regem de palatio pelleretur, *Turketulo* Cancellario procurante, ſuamque ſanctitatem plurimum prædicante, & pro ſua gratia ſtudioſiſſime Regem deprecante, revocatus, & Monaſterio *Glaſtoniæ* donatus eſt. Dedit tunc ſancto *Dunſtano* Cancellarius *Turketulus* pulcherrimum calicem, qui adhuc ad hæc *Normannorum* tempora ibidem, & calix *Turketuli* cognominatur conſervatus. Sex autem annis & dimidio in regno completis, cum Rex *Edmundus* eſſet interemtus, *Edredus* tertius frater in regnum ſucceſſit.

947. 8. Cujus anno ſecundo Cancellarius *Turketulus*, cum adhuc ante ſuam converſionem in ſuo ſancto deſiderio neophytus exiſtens, gratiam domini ſui Regis votis ſuis bene reſpondentem in omnibus obtinuiſſet, quadam *Turketulus Croylandiam viſit.* die cum ſumma celeritate de *Londoniis Croylandiam* advolans, præfatos tres ſenes in dicta inſula latitantes devotiſſime viſitavit, & ſupra quam dici

[a] Exennia (*i. e.* xenia)

poteſt

poteſt aut excogitari, revelato ſuo ſancto propoſito, in immenſum læ- 947. 8.
tificavit. Receptus ergo in eorum fraternitatem, chartas fundationis *Ædredus R.*
Monaſterii ac alia ejus monumenta relegens, univerſam inſulam *Croylan-
diæ* cum dictis ſenibus, qui carpento vehebantur, & familia ſua, quæ ad-
huc illum Cancellarium grandi numero comitabatur, de angulo ad an-
gulum circuibat. Hoc interſerendum eſt, quod circa hæc tempora tan-
ta ſiccitas per totam *Angliam* erat, quod triennio non plueret ſuper ter-
ram, & ſiccitas *Eliæ* à plurimis diceretur. Edoctus itaque Cancellarius *Limites deſi-*
Turketulus de limitibus *Croylandiæ*, & ejus terminis univerſis, juſſit cru- *gnari curat.*
ces lapideas terminorum innovari, & longius à ripis fluviorum in pro-
xima ſolida terra infigi, ne forte lapſu temporis per aquarum alluvio-
nem in flumina corruerent, prout antiquas cruces in eiſdem limitibus per
Kenulphum Monaſterii *Croylandiæ* primum Abbatem ibidem aliquando
appoſitas intellexerat corruiſſe. In Auſtrali namque ripa dictæ inſulæ
poſuit tunc *Turketulus* crucem lapideam, quæ tunc diſtabat à **Southee**
per ſex perticatas, & in Boreali parte dictæ inſulæ tunc poſuit aliam
crucem lapideam, quæ tunc diſtabat ab **Aſendyk** cadente in **Weland**
per tres perticatas. Terminos etiam mariſcorum, tam **Alderlound** in
Auſtrali parte aquæ de **Weland**, quam **Goggiſland** in parte Boreali di-
ctæ aquæ adiens, & limites eorum, prout chartæ [fundationis] Mona-
ſterii demonſtrabant, annotans, juſſit ſimiliter crucibus lapideis deſignari.
Sicque ſalutatis dictis ſenibus fratribus ſuis, & iterum datis viginti li-
bris argenti ad eorum ſuſtentationem, cum chartis & monumentis mo-
naſterii ad Regem *Londonias* eſt reverſus.

Alloquitur ergo ibidem quadam die Comitem *Lewinum*, qui **Spald-** *Terraſque re-*
ing, **Cappelade**, & **Sutterton**, terras olim monaſterio **Croyland** de- *dimit.*
pendentes, occupabat; xl. mancas auri coram præfato Rege præfato Co-
miti contulit; & prædictas villas in ſuam poſſeſſionem, tanquam attur-
natus dictorum ſenum, eorum nomine tituloque recepit. Compoſuit e-
tiam tunc cum Comite *Alphero*, & datis eidem x. mancis auri, **Drayton**
Croylandiæ reſtituit. **Staundon** & **Baddeby**, datis ſimiliter x. mancis
auri Comiti *Athelwoldo*, *Croylandiæ* recuperavit. Eodem tempore de Co-
mite *Ailwino*, cum eſſet juvenis piiſſimus, & eleemoſynis multum deditus,
villam de **Morburne** ad *Croylandiam* acquiſivit. Tunc etiam **Boken-
hale**, & **Halyngton** [a] & **Lindeſey** de duce *Oſlaco*, datis 12. mancis auri,
Croylandiæ reſtauravit. **Langetoft** autem & **Baſton**, tunc Regali fiſco
pertinentes, Rex *Edredus* gratis & ſponte reddidit. **Depyng** vero cum
Langferus quondam Regis *Beorredi* panetarius, cui dictus Rex dictum ma-
nerium aliquando donaverat, jam longævo ſenio gravatus obierat, nullo
hærede maſculino relicto, ad duas filias ejus tranſibat; quæ diu in cœ-
libatu permanentes, neque cum *Turketulo* voluerunt componere, nec juri
ſuo prece vel pretio renuntiare. Expectabat itaque diutius venerabilis
pater *Turketulus* tempora meliora: ſed quamdiu vixit, vixerunt & illæ
in eadem pertinacia. **Kyrketon** autem & **Kymerby** ac **Croxton**, quum
Dux *Osbrichtus* tenaciter retinebat, & chartæ donatorum perierant, nec
aliqua regia confirmatio dictas terras continebat, *Turketulus* cum ſemel
& ſecundo oblato juſto pretio repetiiſſet, nec auditus eſſet, ad alia te-
nementa redimenda tota vigilantia indulgebat. Revocavit tunc **Glap-
thorn**, [b] **Thirming**, **Laythorp**, **Kyrkeby**, **Peykyrk**, & utramque *A-
dingtonam*, **Repingale**, *Suttonam*, & *Stapiltonam*.

Tandem adveniente feſto beati *Bartholomæi* Apoſtoli, in præſentia Re- 948.
gis Monachus factus, & ſtatim baculo paſtorali à Rege donatus, & ab
Epiſcopo benedictus, univerſum Monaſterium cum omnibus ejus poſſeſ-
ſionibus in manum Regis reſignavit. Qui apud **London** in communi
concilio coram Archiepiſcopis, Epiſcopis, & totius terræ Magnatibus,

a In. *b* Thyrnyng.

dictum

948. dictum Monaſterium cum omnibus terris ejus, tam ab antiquo ei per-
Ædredus R. tinentibus, quam ab eodem *Turketulo* noviter datis ac acquiſitis, dicto domino *Turketulo* Abbati, Monachiſque ſuis reddidit, & cum charta ſua (prout præmiſſum eſt) liberum & ſolutum ab omni terreno ſervitio in perpetuam eleemoſynam confirmavit. Antiquam vero loci impunitatem vel immunitatem nullo modo conſenſit acquirere, ne ſceleratis & impiis refugium à publicis legibus videretur in aliquo præbere; & cum hujuſmodi maleficis compelleretur vel in aliquo contra conſcientiam ſuam cohabitare ſeu conſentire.

Fugitivos reſpuit.

Sequuti ſunt eum ad Monaſterium multi literati viri, quorum decem ſecum ſchema monachicum ſuſceperunt; ceteri rigorem religionis abhorrentes, adhuc in ſeculari habitu permanebant; ac nihilominus ſecum in Monaſterio habitabant, quia præſentia ejus nullo modo carere poterant. Quorum quidam gradum Sacerdotalem obtinebant, quidam in Clericali adhuc officio miniſtrabant. Hos omnes, cum multi fuerunt, in cella Sanctæ *Pegæ* virginis, ad Orientalem partem Monaſterii, manere juſſit, & unicuique eorum ſicuti uni Monacho miniſtrari quotidie de victualibus imperavit: fabricanſque illis ibidem capellam, horas regulares tam nocturnas quam diurnas, tempore, quo Monachi perſolvebant, & ipſos perſolvere juſſit. Fiebat autem hoc ex præcepto *Turketuli* Abbatis, ut ipſo uſu fierent aliquando monachicis obſervantiis aptiores, qui ſecularibus hactenus dediti laſciviis, à regulari vita longius erant devii & diſcordes. Habitum etiam omnibus uniformem indixit, ſc. chlamydem nigram, veſteſque talares, ac omnes nigri coloris. Præter continentiam & obedientiam nihil aliud religionis noverant; unde vix vel nunquam contigit aliquem illorum ad [a] ſeculi vomitum revertiſſe; tam larga exhibitione procurati, tam [b] laxa regula ſunt contenti. Abbas *Turketulus* præpoſitum illorum Priorem dicebat, quem ab ipſis omnibus electum ille confirmabat. Quidam illorum ibidem ſanctiſſimo fine quieverunt, & in eodem loco ſepulti ſunt: quidam procedente tempore ad religionem monachicam converſi, & in ea ſanctiſſime converſati, etiam ad Abbatis officium aſſumi poſtea meruerunt. Iſti fuerunt duo *Egelrici*, qui de genere & cognatione ſua ſibi ſatis carne propinqui, ſed Spiritu multo propinquiores jam effecti, ſucceſſive poſt illum Abbatis officio ambo ſtrenue functi, & in eodem defuncti ſunt. Cum autem circa ultima tempora *Turketuli* Abbatis, ſub inclyto Rege *Edgaro*, inciperet ordo monachicus in multis monaſteriis ubique per totum regnum reſtauratis, & quibuſdam noviter fundatis, copioſiſſime reflorere, rariuſque ſolito venientibus ad converſionem Clericis, fere omnes Presbyteri *Pegelandiæ* ſunt effecti Monachi *Croylandiæ*. Unde *Pegelandia* fere perſonis deſtituta, cœperunt pauci Clerici relicti Abbatem *Turketulum* multa inſtantia pulſare, quatenus complaceret vel Sacerdotes ſeculares eis conducere, vel Monachum de monaſterio ſuo, qui divina eis quotidie celebraret, aliquem aſſignare. Secularis autem aliquis veniens ad converſionem, cujuſcunque gradus fuerat vel conditionis, illorum prius collegio deputatus eſt, & apud *Pegelandiam* probatus, ſuccedente tempore, prout *Pegelandenſes* de ipſo teſtabantur, receptus vel repudiatus eſt. Abbas ergo *Turketulus* prudentiſſima providentia neutram petitionem *Pegelandenſium* acceptans, nec omnino damnans, conceſſit pro memoria Sanctæ *Pegæ* virginis, & conſtituit ibidem divinum ſervitium perpetuandum; non tamen à modo aliquod collegium regularium vel irregularium, quod aliquando forte fieret monaſterio ſuo injurioſum vel oneroſum, ibidem ullo modo ſtatuendum. Ordinavit itaque unum Sacerdotem, & cum totius conventus ſui conſenſu communi chirographo ſui capituli confirmavit in perpetuum, qui perpetuis temporibus pro monaſterii fundatore Rege

Cella S. Pegæ.

a Secularem. *b* Laxaque.

Ethelbaldo,

Ethelbaldo, & pro ejus reſtauratore Rege *Edredo*, ac pro *Turketulo* Abbate, ceteriſque loci benefactoribus celebraret: ac ut unus Monachus conventualis in refectorio exhiberetur, quotidie poſt Prioris ſervitium, de eadem qualitate tam in prandio, quam in cœna victualia ſua ſuſcepturus, ſive domi fuerit ſive foris; ad alia vero neceſſaria ſua mediam partem oblationum, quas fideles *Chriſti* in dicta capella ſoliciti ſunt offerre contra Sacriſtam, per æquales portiones à modo recepturus. Sed hæc conſtituta ſunt circa ultima tempora *Turketuli* Abbatis, tempore viz. *Edgari* Regis. Primuſque ſacerdos poſitus ibidem per Abbatem *Turketulum* ad hujuſmodi officium peragendum vocabatur *Reynfredus*, vir multæ literaturæ, ac ingentis honeſtatis. 948. *Ædredus R.*

Edredo vero Rege, ut prædictum eſt, regnante, poſitiſque apud *Pegelandiam* Clericis ſuis [a] [venerabilis Abbas *Turketulus* ædificationi ſui Monaſterii diligentiſſime inſiſtebat. Rex autem *Edredus* hoc intermedio movens exercitum in *Northumbriam*, fere totam provinciam ferro flammiſque delevit; fugatiſque adverſariis univerſis, proſpere *Londonias* remeavit. Cumque ſecundo rebellare conſpiraſſent, cum maximo apparatu *Northumbriam* repetens, Archiepiſcopum Eboracenſem *Wlſtanum* ac plures ejuſdem patriæ Optimates vinculis mancipavit; eraſaque tota terra & in cineres redacta, ita ut multis milliariis longo tempore ſequenti ſolitudo fieret, cum captivorum grandi numero *Londonias* eſt reverſus. Domitis itaque hoſtibus ejus, Eccleſias & Monaſteria reædificare deinceps inſudabat. Reſtauravit enim, ut prædictum eſt, *Croylandiam*, præficiens ei ex Cancellario ſuo Abbatem *Turketulum*. Reſtauravit etiam *Abendoniam*, præficiens ei ex Priore *Glaſtonienſi* Abbatem *Athelwoldum*, qui poſtea factus Epiſcopus *Wynt.* multorum extitit fundator Monaſteriorum. Tandem decimo anno Regni ſui Rex *Edredus* ægrotans ad mortem, ſanctum *Dunſtanum*, tunc Abbatem *Glaſtonienſem*, Confeſſorem ſuum celeri nuntio accerſivit. Quo ad Regis palatium velocius properante, vox deſuper inſonuit, *Rex* Edredus *obdormivit in Domino*. Statimque ſonipes qui ſanctum Abbatem geſtabat, in terram corruens expiravit, impos jumentum & indignum; ſermonem audire Angelicum. Sanctus Abbas ibidem *Dunſtanus* pro anima Regis defuncti defunctorum officium, ſcilicet *Placebo* & *Dirige*, cum ſuis Monachis decantavit. Deinde perveniens ad palatium, prout Angelus ei revelaverat, Regem defunctum reperiebat. Sepultus eſt apud *Wynt.* in Epiſcopali Eccleſia.

Northumbri am vaſt.

Abbendonia reſtaurata.

955.

Cui *Edwinus* ſenior filius *Edmundi* Regis in regnum ſucceſſit: petulantiſſimus juvenis, & multum à Regiis moribus alienus. Qui ſanctiſſimum virum Abbatem *Dunſtanum* in ipſo Regni ſui initio miſit in exilium: & mox Dei judicio de majore parte Regni ſui mutilatus, pro dolore tanti infortunii uſque ad mortem infirmatus, & multum meliori ſe fratri ſuo *Edgaro*, poſtquam per biennium regnarat, mortuus integrum Regnum reliquit.

Ædwius R.

Dunſtanus exul.

Iſte Rex *Edgarus* totum Regnum adeptus ſanctum *Dunſtanum* ab exilio revocatum primo *Wicciorum* Epiſcopatu donavit, cui etiam *Londonienſem* addidit: tandem ad Archiepiſcopatum *Dorobernicæ* ſublimavit. Audiens autem venerabilis pater Abbas *Turketulus Dunſtanum* quondam ſibi familiariſſimum ad Archiepiſcopatum *Dorobern.* promotum, *Osketulumque* cognatum ſuum Archiepiſcopum *Eborac.* pariter effectum, *Londonias* ſemel adiens, cum quanto gaudio ab utroque ſit ſuſceptus, non eſt facile notare; cum alter ſuus nutritius, & antiqua beneficia recordatus, alter ei carne propinquus, & pro cognatione generis amplexatus, uterque jam in caſtris Domini militem emeritum affectione intima veneratus ſit. Obtinuit etiam tunc à Rege *Edgaro*, videlicet octavo anno Regni ſui, prædictis Archi-

Ædgarus R.

Dunſtanus Archiepiſcopus.

a [ ] Hæc omnia in impreſſis deſunt.

epiſcopis intercedentibus, Chartam regiam de confirmatione Croyland Monaſterii ſui ſub hac forma.

966. Ædgari R. Charta. Imperante Domino noſtro Jeſu Chriſto ſuper omnes cœlos, & ſuper omnia Regna orbis terrarum principatum tenente, qui tollit Reges, & transfert Regna, tract tque ſuo nutu mundi mundi climata univerſa; Ego Edgarus ejuſdem Dei noſtri largiflua munificentia poſſidens totius Magnæ Britanniæ Monarchiam, ſtatui mecum ab initio Regni mei pro modulo meo ſua beneficia recompenſare, & de tranſitoria Mammona providere mihi beatorum tabernacula perque caduca bona promereri ſempiterna gaudia. Cum ergo de relevatione Eccleſiarum Chriſti, & monaſteriorum reſtauratione frequentiſſime mihi ſuggererent ſpirituales patres mei Pontifices & Prælati, teſte Deo cordium inſpectore, ſolicitus eorum petitionibus ſemper apertis auribus acquievi. Cum vero ſanctiſſimi Archiepiſc. mei Dunſtanus Dorober. & Osketulus Eboracenſis apertius inſinuaſſent, quomodo celebre monaſterium Croylandenſe quondam ab inclyto Rege Merciorum Ethelbaldo fundatum, aliiſque Merciorum Regibus, ſucceſſoribus ejus, multis & magnis donariis & dignitatibus ditatum, inſuper immunitatibus & immenſis privilegiis ampliatum & magnifice confirmatum, demum nefandiſſimis Danis totam terram opprimentibus, ab iiſdem dictum monaſterium fuerit igne crematum & devaſtatum; ſed poſtea, tanta ceſſante procella, per induſtriam venerabilis patris Turketuli, cooperante ſibi gratia piiſſimi Regis patrui & prædeceſſoris mei Edredi, [jam] reſurrexit reſtauratum, & iterum in ſanctorum habitaculum ædificatum, & Regio chirographo confirmatum; gaudio magno gaviſus ſum, & creſcenti quotidie convaleſcentique indies temporibus [meis] per totam Angliam cultui Chriſtiano totis animi præcordiis (Deo teſte) congratulatus; prædicto [a] viro venerabili, Abbati Turketulo, quondam putris mei patruorumque meorum Patricio potentiſſimo, ac omnium hoſtium Anglici Regni triumphatori ſtrenuiſſimo, jamque patriæ cœleſtis amore ſervorum Chriſti ſanctiſſimo paſtori & prælato, concedo de Regalibus ſylvis meis ſuo Croylandenſi monaſterio magis vicinis & propinquis, ſcz. de Ancarygwod & de Medeſhamſtedwod, Regalibus maneriis meis de Eſtreye, & de Caſtre pertinentibus, arbores & meremium ad ædificationem ſui monaſterii prædicti, quot & quantum placuerit accipere: nec aliquis miniſtrorum meorum in illa patria præſumat eum in aliquo impedire. Ipſum etiam Croylandenſe monaſterium cum tota inſula [b] adjacente, & cum villa duobuſque mariſcis jacentibus ex utraque parte aquæ de Weland verſus occidentem, iiſdem limitibus & terminis, quibus dicti monaſterii monachi a ſua prima fundatione illa continue poſſederunt, & prout plurimorum Regum prædeceſſorum meorum, & præcipue inclyti Regis Edredi patrui prædeceſſoriſque mei chirographa & munumenta ſufficienter, ab oriente ad occidentem, & ab auſtro ad aquilonem, declarant ac manifeſtant; concedo & confirmo in perpetuam eleemoſynam prædicto patri meo Turketulo Abbati, ac monachis ſuis, ac omnibus eorum ſucceſſoribus ibidem Deo ſervientibus: ſcilicet dictam inſulam de Croyland, procedendo de ponte ſuo triangulo per aquam de Weland verſus Spaldelyng uſque ad Aſendyk, ubi Aſendyk cadit in aquam de Weland ex boreali parte crucis lapideæ per prædictum Turketulum ibidem affixæ, & ſic ſurſum verſus orientem per Aſendyk uſque ad [c] Aſendtoft, & inde uſque ad Schepiſhee in orientali parte ejuſdem inſulæ, & ſic uſque ad Tetwarthar, & ibi intrando Southee uſque ad Namanlandhyrne, ubi crucem lapideam affigi fecit idem Turketulus, diſtantem a Southee per ſex perticatas, & [diſtat eadem crux ab aqua] de Neene verſus occidentem per v. perticatas, & inde per eandem aquam de Neene ſicut currit ad prædictum pontem de Croyland; cum ſeparali piſcaria tam in aquis omnibus ambientibus eandem inſulam, quam in ſtagnis & paludibus infra ſitum incluſis; una cum mariſcis & alnetis adjacentibus verſus Occidentem ex oppoſito ejuſdem inſulæ in omnibus Lincolniæ comitatui connexis & reſpondentibus, & per hos

a Vero. b Circumjacente. c Aſwyktoft.

limites

limites determinatis : viz. à Namanſlandhyrne *per aquam de* Neene *verſus occidentem uſque ad* [a] Fineſton, *ubi crux lapidea defixa eſt juxta ripam, & inde uſque ad* Greynes, *& ſic uſque ad* Folwardſtaking, *& inde uſque ad* Southlake, *ubi* Southlake *cadit in aquam de* Weland, *& ſic tranſeundo eandem aquam ad* Kenulphſton *juxta ripam ex oppoſito de* Southlake, *ubi primus Abbas ejuſdem monaſterii nomine* Kenulphus *poſuit crucem lapideam pro limite inter* Croyland *&* Deping, *& inde verſus boream juxta* Aſpath *uſque ad* Werwarlake, *& ſic uſque ad* Harynholt, *& inde ſurſum per* Mengarlake, *&* Lurtlake, *& inde per* Oggot *uſ ue ad* Wodelade, *ubi* Wodelade *cadit in aquam de* Weland; *cum omnibus commodis quæ poterunt evenire vel extorqueri infra prædictos limites, tam ſubter terram quam ſupra; cum communa paſturæ omni tempore anni pro omni genere animalium, ſibi, & omnibus hominibus ſuis,* [b] *& tenentibus ſuis ſecum infra dictos limites cohabitantibus in mariſcis adjacentibus ex utraque parte [aquæ de* Weland, *videlicet ex una parte] ab illa aqua uſque ab agrum meum de* Medeshamſted, *& ex alia parte ab aqua eadem uſque ad ædificia de* Spaldelyng, *cum ſeparali piſcaria in eadem aqua de* Weland, *a* Kenulphſton *uſque ad pontem in* Croyland, *& in aqua de* Neene *a limite,* Fineſton *nomine, uſque ad prædictum pontem de* Croyland, *& inde in eadem aqua, & in aqua de* Weland *coadunatis uſque ad* Aſendyk. *Concedo etiam quod dicti monachi poſſint includere de mariſcis adjacentibus verſus occidentem pro ſe & pro tenentibus ſuis croftos ſive pratum circa pontem ſeparaliter, quantum illis placuerit, prout Patruus meus Rex* Edredus *eiſdem hæc omnia ſuo chirographo confirmavit. Concedo etiam & confirmo prædicto monaſterio omnia prætacta libera & ſoluta ab omni onere ſeculari, & quod habeant omnes liberas conſuetudines, cum omni illo quod appellatur* Socha, Sacha, Tol & [c] Tem, Infangthef, Weyf & Stray, *& cum his legitime appendentibus. Concedo etiam & confirmo eiſdem Monachis omnes terras & tenementa, Eccleſias & capellas, & omnes poſſeſſiones eidem Monaſterio pertinentes, quas præfatus Rex* Edredus, *vel Optimates ſui, dicto cœnobio pro ſuorum redemtione peccaminum, in perpetuam eleemoſynam donaverunt, vel per præfatum Abbatem* Turketulum *datæ vel acquiſitæ ſunt, id eſt, in* Croyland, Spaldeling, Pyncebek, Cappelade, Algare, Donnelbyk, Drayton, Burtoft, Southerton, Bokenhale, Halyngton, Geruntthorp, Langtoft, Baſton Depyng, Tetford, Repyngale, Laythorp, Kyrkeby, Wendlyngburgh, Adyngton, Elmyngton, Glapthorne, Wyrthorp, Peykyrke, Baddeby, Morburne, [d] Thirming, Beby, Sutton, Stapilton, Kotenham, Hoketon, Drayton, & Staundon. *Hæc omnia tenementa, ad honorem Dei, & ſanctæ Eccleſiæ ſuæ relevationem, & ob amorem ſancti* Guthlaci, *corporaliter in cœnobio* Croylandenſi *requieſcentis, confirmo venerabili patri meo* Turketulo *Abbati* Croylandiæ, *ac Monachis ſuis, & eorum ſucceſſoribus ibidem Deo ſervientibus in perpetuum. Prohibeo etiam, ne quiſquam miniſtrorum meorum in patria* Girviorum *præmemoratos limites mariſcorum* Croylandiæ *introeat, aut ſe in aliquo intromittat; cum tam de donatione Regis* Edredi *patrui & prædeceſſoris mei, quam de confirmatione mea poſſideant prædictos mariſcos,* [e] *& ſitum ſeparalem monaſterii ſui, & a mariſco meo de* Ege *crucibus lapideis, ac aliis interſignis & terris ſeparatos. Contra ergo hujus noſtri Chirographi propoſitum quicunque dictum* Turketulum *Abbatem patrem meum, vel Monachos ſuos vexare vel inquietare pro aliquo præmiſſorum præſumſerit, præter meam indignationem & vindictam, niſi citius cum condigna ſatisfactione reſipuerit, longius a ſanctorum congregatione ſegregatus cum* Dathan *&* Abiram *damnationem gehennalem ſentire poſſit: qui vero auxerit noſtram eleemoſynam, aut in aliquo promoverit hujus mei chirographi voluntatem, inter omnes ſan-*

966. *Ædgarus R.*

a f. Finemfactum. *b* Sive. *c* Them. *d* *Thyrnyng.* *e* In ſitum.

966. *Ædgarus R.* *ctos & electos Dei ſempiternam ſortiatur felicitatem. Sancitum eſt hoc* [*chirographum meum*] *in anno Dominicæ incarnationis* DCCCC. LXVI. *præſentibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Optimatibus regni mei ſubnotatis.* ✠ *Ego* Edgarus *totius* Albionis *Monarcha iſtud chirographum cum ſigno ſanctæ crucis confirmavi.* ✠ *Ego* Dunſtanus *Archiepiſcopus* Dorobern. *hoc chirographum cum trophæo hagiæ crucis corroboravi.* ✠ *Ego* Osketulus *Archiepiſcopus* Eborac. *devote collaudavi.* ✠ *Ego* Æthelwoldus *Epiſcopus* Winton. *multum procuravi.* ✠ *Ego* Oſwaldus *Epiſcopus* Wicciorum *commendavi.* ✠ *Ego* Ælfwoldus *Epiſcopus* [a] Donevoniæ *ſubſcripſi.* ✠ *Ego* [b] Alſtanus *Abbas* Glaſtoniæ *conſilium dedi.* ✠ *Ego* Æthelgarus *Abbas novi Monaſterii* Wyntoniæ *conſenſum præbui.* ✠ *Ego* [c] Wulfius *Abbas S.* Petri *Weſtmonaſterii extra* London *ſubnotavi.* ✠ *Ego* Merwenna *Abbatiſſa de* Rumſege *ſignum ſanctæ crucis feci.* ✠ *Ego* Ordgarus *Dux* [a] Donevoniæ *conſignavi.* ✠ *Ego* Elfegus Suthamtonienſis *Dux approbavi.* ✠ *Ego* Oſlac *Dux affui.* ✠ *Ego* Brithnodus *Dux aſpexi.* ✠ *Ego* Alwine *Dux conſenſi.* ✠ *Ego* Alferus *Dux interfui.* ✠ *Ego* Ernulphus *Miniſter vidi.* ✠ *Ego* Rynguhus *Miniſter vidi.* ✠ *Ego* Adelwardus *Miniſter audivi.* ✠ *Ego* [d] Veif *Miniſter auſcultavi.*

Venerabilis autem Abbas *Turketulus* contra pericula brachii ſecularis impetrato ab *Edgaro* Rege tali munimento, etiam pro ſpiritualis auxilii clypeo utrumque Archiepiſc. *Dunſtanum* & *Osketulum* inſtanter deprecatus [eſt] contra filios Belial, (ſi forte in monaſterium ſuum inſtinctu diabolico inſurgerent in futurum) hujuſmodi cenſuram Eccleſiaſticam in ſupra ſcriptorum Regiorum chirographorum violatores (videlicet *Edredi* & *Edgari*) & in omnes contravenientes, & contra procurantes, eodem tempore apud *Londonias* impetrabat ſub iſtis verbis:

Cenſura Eccleſiaſtica. *Univerſis poſteris Chriſtianam fidem profitentibus,* Dunſtan. *Dorobern. &* Osketulus *Eborac. Archiepiſc.* Athelwoldus *Wyntoniæ*, Oſwaldus *Wigorniæ*, *&* Lefwinus *Dorcaciſtr. epiſcopi ſalutem in Domino ſempiternam. Cum naturaliter* Ægypti *paſtores omnes ovium execrantur, & filii tenebrarum filios lucis furore implacabili perſequuntur (ſemper enim* Madian *perdere populum Domini machinatur:) cupientes ideo in futurum contra ſceleratos & ſacrilegos ſanctam matrem Eccleſiam jugiter infeſtantes, murum defenſionis opponere, & quicunque ſe divino ſervitio mancipaverunt, & in caſtris Domini quocunque modo militaverunt, reddere ab hujuſmodi perſecutoribus ſecuriores, & in domo Domini tutiores: attendentes etiam ſanctiſſimam devotionem, quam piiſſimi Reges noſtri temporis, ſc.* Edredus *quondam Rex, & inclytus Rex* Edgarus *nunc ſuperſtes (inſpirante Sancto Spiritu) conceperunt ad reſtaurandа ſacra ſervorum* Chriſti *monaſterio, & Eccleſiam Dei* [e] *ubicunque relevandam; chirographa eorundem Regum benigniſſime conceſſa venerabili patri* Turketulo *Abbati Croylandenſi (qui pro patriæ cœleſtis amore divitias multas & magnas dignitates fortiſſime reliquit) de confirmatione ſui monaſterii ſibi confecta nos auctoritate divina confirmamus, ratificamus; ac omnes, qui timore Dei poſtpoſito, poſſeſſiones dicti monaſterii diripere tentaverint, vel pacem dictorum monachorum contra intentionem ac voluntatem prætactorum Regiorum chirographorum perturbaverint, aut perturbari procuraverint, arte vel ingenio, conſilio vel favore, quocunque colore ſua machinamenta homo ſeminaverit inimicus, & filius iniquitatis ſua fuderit argumenta, ex tunc excommunicantes, nomina illorum de libro vitæ tollimus, & a conſortio ſanctorum ſeparantes, ac a* [f] *limite portæ cœleſtis longius repellentes, niſi condigna ſatisfactione citius ſua errata correxerint, infernalibus incendiis cum* Juda *traditore damnandos pro ſuis demeritis irremiſſibiliter deputamus. Inſuper ſpiritualitatem totius inſulæ* Croylandiæ, *villæque adjacentis, prout a fundatione Monaſterii ſui dicti Monachi hactenus habuerunt, viz. quicquid attinet*

a Domnoniæ. *b* Ælfſtanus. *c* Wlſius. *d* Vif. *e* Ubique. *f* Limine.

ad

ad Archidiaconatus officium omnibus correctionibus ad inſtantiam partis, vel quocunque modo infligendis pro quibuſcunque delictis vel criminibus, per quamcunque perſonam commiſſis vel committendis ibidem, præfato venerabili Abbati Turketulo, *& omnibus ſucceſſoribus ſuis Abbatibus in eodem Monaſterio futuris, & eorum officialibus ad hoc officium vice ſua exequendum ſubſtituendis cum conſenſu* Agelnothi *Archidiaconi procurantis iſtud fieri, concedimus & aſſignamus; excommunicantes & exterminantes a facie Dei, & a glorifica viſione vultus ſui in die magni judicii omnes, qui dictum patrem* Turketulum, *vel aliquem ſucceſſorum ſuorum, ſuper hoc de cetero inquietaverint, vel aliquod præmiſſorum violarint, vel violari procuraverint quocunque modo, in perpetuum eos* Sathanæ *ſine fine tradentes, niſi citius reſipuerint, & cum condigna pœnitentia prædicto Monaſterio ſatisfecerint pro patratis. Iſtud privilegium ſancitum eſt, & immutabiliter decretum ad honorem Dei, & Sanctæ Matris Eccleſiæ relevationem, ac Sancti* Guthlaci *confeſſoris reverentiam, in præſentia Regis* Edgari, *Prælatorum, Procerumque ſuorum, anno Dominicæ incarnationis* DCCCC. LXVI. *apud* **London** *collectorum.* ✠ *Ego* Edgarus *totius* Albionis *Monarcha iſtud privilegium ſanctæ crucis indicio confirmavi.* ✠ *Ego* Dunſtanus *Archiepiſcopus Dorobern. prædictam cenſuram Eccleſiaſticæ animadverſionis in Regiorum chirographorum violatores irrevocabiliter fulminavi.* ✠ *Ego* Os.etulus *Archiepiſcopus Eboracæ perpetuam damnationem in ſanctæ matris Eccleſiæ adverſarios imprecatus inter Prælatos iſtam ſententiam corroboravi.* ✠ *Ego* Lefwinus *Dorcaciſtrenſis Epiſcopus conſenſi.* ✠ *Ego* Ælfſtanus *London. Epiſcopus commendavi.* [✠ *Ego* Æthelwaldus *Wynt. Epiſcopus collaudavi.*] ✠ *Ego* Oſwaldus *Wigorniæ Epiſcopus conſenſum dedi.* ✠ *Ego* Ælfwoldus *Epiſcopus* [a] Donevoniæ *conſilium præbui.* ✠ *Ego* Kynſius *Lichefeldenſis Epiſcopus audivi.* ✠ *Ego* Alfricus *Epiſcopus* Eſtangliæ *procuravi.* ✠ *Ego* Godwinus *Epiſcopus Roffenſis acquievi.* ✠ *Ego* Athelſtanus *Epiſcopus* Cornubienſis *conſilium dedi.* ✠ *Ego* Werſtanus *Epiſcopus Shyreburnenſis annui.* ✠ *Ego* Agelnothus *Archidiaconus favi.* ✠ *Ego* Elfſtanus *Abbas Glaſtoniæ conſenſum dedi.* ✠ *Ego* Ethelgarus *Abbas novi Monaſterii Wyntoniæ conſenſum præbui.* ✠ *Ego* [b] Wulſinus *Abbas S.* Petri *Weſtmonaſterii extra* **London** *ſubnotavi.* ✠ *Ego* Oſwardus *Abbas Eveſhamenſis ratum habui.* ✠ *Ego* Merwenna *Abbatiſſa* [*de Rumſege ſignum ſanctæ crucis feci.* ✠ *Ego* Herleua *Sceaftonienſis Abbatiſſa*] *conſignavi.* ✠ *Ego* Wlwina *Werhamenſis Abbatiſſa communivi.* ✠ *Ego* Ordgarus *Dux conſtitui.* ✠ *Ego* Ailwinus *Dux conſtabilivi.* ✠ *Ego* Brithnodus *Dux aſpexi.* ✠ *Ego* Oſlacus *Dux affui* ✠ *Ego* Alferus *Dux interfui.* ✠ *Ego* Elphegus *Dux audivi.* ✠ *Ego* [c] Frithegiſtus *Miniſter vidi.* ✠ *Ego* Ethelward *Miniſter vidi.* ✠ *Ego* Ethelmund *Miniſter auſcultavi. Acta ſunt hæc in octavis Pentecoſtes in eccleſia ſancti* Pauli *Cathedrali.* * 966. *Ædgarus R.*

Rex vero *Edgarus* à beato *Dunſtano*, ceteriſque ſanctis Epiſcopis ſuis ſapientiſſime inſtructus, paſſim improbos oppreſſit, rebelles audacter redarguit, juſtos & ſanctos dilexit, mites & modeſtos fovit, deſtructas Dei Eccleſias reſtauravit, abjectis ex cœnobiis Clericorum næniis, ad laudem divini nominis Monachorum & ſanctimonialium choros introduxit, & plura quam quadraginta & octo Monaſteria tempore, quo regnavit, ipſe Pontificeſque ſui diverſis partibus Angliæ relevarunt. Tempore Regis *Edgari* reliquiæ ſancti *Swithuni*, Epiſcopi quondam *Wyntoniæ*, de cœmeterio in Eccleſiam per ſanctum *Athelwoldum* Epiſcopum cum multo honore tranſlatæ ſunt. In qua tranſlatione per merita ſancti *Swithuni* innumeri infirmi ſanitatem ſunt adepti. Reſtauravit iſte ſanctus Epiſcopus *Athelwoldus* tunc devaſtatum per *Danos* Monaſterium, quondam **Medeſhamſted** appellatum, & reædificatum *Burgum* nuncupavit: & de poſſeſſionibus eidem loco de fiſco acquiſitis hujuſmodi chartam, præficiens

Monaſteria 48. Ædgari tempore reſtituta.

Medeſhamſted reſtaur.

a Domponiæ. *b* Wlſinus. *c* Erithegiſtus.

Ædgarus R eidem Monaſterio in Abbatem quendam de Monachis [ſuis,] *Adulphum* nomine, deprædicto Rege piiſſimo impetravit in his verbis:

970. *Gratia Domini noſtri* Jeſu Chriſti *Regis omnium ſeculorum, omnia ſuo nutu diſtribuentis regna terrarum, & moderantis habenas rerum, Ego* Edgarus *ſub ipſo ſydereo Rege præſidens regno magnæ* Britanniæ, *ſæpe petitionem venerabilis, & Deo dilecti Pontificis* Æthelwoldi *ſuper ſtabilitatem eccleſiarum, quarum ipſe eſt infatigabilis inſtructor, accepi; maxime autem ſuper antiqui Monaſterii reſtitutionem ac libertatem, quod primitus* **Medeſhamſted**, *modo Dei adjutorio, ac ſua atque noſtra inſtantia reſtauratum,* **Burch** *appellatur, quod ſcilicet quadam prærogativa gratiæ ſancti* Petri, *ac priſtinæ nobilitatis eminentius diligit. Recolens enim illud a priſtinis Regibus* Wlfero, *nec non* Æthelredo *aliiſque ſucceſſoribus magnifice ditatum, & Regalibus privilegiis fortiſſime ſtabilitum, ſed ab externo Paganorum exercitu deſtructum, hic Dei ſapiens architectus, magno zelo domus Dei ſtuduit reparare, & acquiſitis, ac redemtis undique rerum poſſeſſionibus cum noſtra Regali donatione, prout potuit, amplificavit. Ego itaque* [a] *per gratiam ſancti* Petri, *tantique patris caritatem, atque animæ redemtionem, concedo gratantiſſime illud ſanctum & Apoſtolicum cœnobium in perpetuum eſſe liberum ab omni ſeculari cauſa, & ſervitute, ut nullus eccleſiaſticorum vel laicorum ſuper ipſum, vel ipſius Abbatem ullum unquam habeat dominium: ſed ipſo Abbate cum ſubjecta* Chriſti *familia in pace Dei & ſuperni janitoris* Petri *patrocinio illud regente, ac Rege in omnibus neceſſitatibus adjuvante, ab omni mundiali jugo tam ſecurum æternaliter conſiſtat, quam liberum ab epiſcopali exactione, & inquietudine, ex Apoſtolica libertate & reverendiſſimi Archiepiſcopi noſtri* Dunſtani *auctoritate, cum ſuis appendiciis, id eſt,* **Dodeſthorp**, & [b] **Ege**, & **Paſtone**, *perpetuo maneat abſolutum. Villam quoque* **Undale**, *cum toto jure adjacentium villarum, quod* [c] **Cathtahundred** *Anglice nominatur, & cum mercato ac telonio, ea prorſus libertate donamus, quatenus nec Rex, nec Comes, nec Epiſcopus præter Chriſtianitatem attinentium parochiarum, nec Vicecomes, nec ulla unquam major, minorve perſona ulla dominatione occupare, nec de ipſa villa* **Undale**, *ubi legitime conſidere debet, in alium locum transferre ullatenus præſumat. Sed* [d] *tam Abbas prædicti cœnobii illud cum ſuis cauſis & legibus totum in ſua poteſtate liberrime teneat, & quando, vel in quo loco ſibi placuerit, ſine ulla contradictione ſedere faciat. Item terras noſtro adjutorio, vel dono, vel Optimatum meorum per præfatum epiſcopum eidem Monaſterio adjectas, quæ* [e] *hac ex parte titulantur, id eſt,* **Barwe, Wernyngton**, [f] **Aſoiton, Keteryngas, Caſtre**, [&] **Eigliſworth, Walton, Wytheryngton, Ege, Thorp**, & **Dodiſthorp**, *ac unum monetarium in* **Staunford**, *in perpetuam libertatem concedimus. Sint ergo tam iſtæ villæ, quam ceteræ omnes, quæ ad ipſum Monaſterium pertinent, cum univerſis rebus & rationibus ſuis, & totum, quod appellatur* [g] Socha, Sacha, *ab omni Regali jure, & ab omni ſeculari jugo in æternum liberæ, & in magnis, & in minimis, in ſylvis, campis, paſcuis, pratis, paludibus, venationibus, piſcationibus, mercationibus, teloniis, omnium rerum procreationibus Dei beneficio provenientibus. Concedimus etiam quartam partem ſtagni, quod dicitur* [h] **Wicleſmere**, *per epiſcopum* Æthelwoldum *acquiſitam, cum omnibus ſcilicet aquis, piſcariis, ſtagnis, & paludibus attinentibus uſque ad hos terminos circumjacentes: quorum Septentrionalis eſt, ubi primum intratur* **Merelade** *de amne* **Neene**; *Orientalis ad* [i] **Kyngesdelf**; *Auſtralis ad* **Aldwines Barwe**, *qui locus eſt in palude contra medietatem viæ* **Ubbemerelade**; *Occidentalis, ubi aqua de* **Opbethe** *finitur ad terram: quæ omnia antiquitus ad illud ſacroſanctum monaſterium multo latius & longius pertinuiſſe probantur. Mercatum quoque conſtituimus in* **Burch** *ſingulare, ut nullum aliud habeatur inter* **Stanford** & [k] **Huntindune**; & *ad illud damus, ibidemque perſolvi jubemus totum ſine ulla contra-*

Sub nominè Burgi, *ſcil. S. Petri.*

a Pro gratia -- caritate -- redemtione. *b Æge.* *c Eahta.* *d* Tantum. *e* Hic. *f Aſctun.* g Sacha & Socne. *h Witleſmer.* *i Kingſdef.* *k Huntedune.*

dictione

dictione telonium [*hoc eſt primo de tota* **Witleſmere**, *uſque ad telonium*] *Re-* 970.
gis, quod jacet ad **Hundred** *de* **Normanneſcros**, *& de* **Witleſmere**, *ſic-* *Ædgarus R.*
ut **Merelade** *venit ad aquam de* **Neene**, *& inde ſicut aqua currit ad*
Welmesford, *& de* **Welmesford** *uſque ad* **Staunford**, *& de* **Staunford**
juxta curſum aquæ uſque ad **Croyland**, *& de* **Croyland** *uſque ad* **Muſt**,
& de **Muſt** *uſque ad* **Kyngeſdelf**, *& inde uſque ad prædictam aquam de*
Witleſmere. *Propter varia quippe lucra & corporalium & ſpiritualium*
utilitatum, hoc mercatum decrevimus illic celebrari, & undique illud requiri,
quatenus & Dei miniſtri inde adjuventur propinquius, & a concurrente popu-
lo Chriſtiano inter terrena neceſſaria cæleſtia petantur ſubſidia, dum modo per
ſancti Petri *quæſita patrocinia, & per Miſſarum audita myſteria ſecundum fi-*
dem cujuſlibet ibi poſſint redimi diverſarum offenſionum debita. Porro de-
cedente Abbate, de eadem congregatione fratres ſucceſſorem devotum eli-
gant, & Regis favore ordinetur. Hanc igitur totius Abbathiæ tam in lon-
ginquis, quam proximis poſſeſſionibus Regificam libertatem ab omnibus ap-
probatam, excepta moderata expeditione, & pontis arciſve reſtauratione, fa-
tegimus per ipſum devotiſſimum hujus deſcriptionis auctorem Æthelwoldum
a ſede Apoſtolica Romanæ *eccleſiæ juxta primitivam ejuſdem Monaſterii in-*
ſtitutionem perpetuo corroborare. Quam quicunque in aliquo violare præ-
ſumſerit, ipſius ſummi præſidis Petri, *& Romanæ hierarchiæ, omnium-*
que ſanctorum ordinum animadverſione in infernum æternaliter damnetur:
qui vero provexerit & defenſaverit, in ſorte electorum Dei remuneretur. San-
citum eſt hoc privilegium anno Dominicæ incarnationis DCCCC. LXX: *terre-*
nique imperii mei anno decimo: quod his probabilibus teſtibus cum ſanctæ crucis
indicio ſubnotatur juxta meam ſubſcriptionem. ✠ *Ego* Edgarus *totius* Al-
bionis *Baſileus hoc privilegium cum ſigno ſanctæ crucis confirmavi.* ✠ *Ego*
Dunſtanus *Dorobern. Archiepiſcopus hoc idem cum trophæo hagiæ crucis cor-*
roboravi. ✠ *Ego* Oſwaldus *Eboracenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcripſi.*
✠ *Ego* Æthelwoldus *Præſul conſignavi.* ✠ *Ego* [a] Alſtanus *Epiſcopus favi.*
✠ *Ego* Æthulphus *Pontifex conſenſi.* ✠ *Ego* [b] Aſwio *Abbas non renui.*
✠ *Ego* Oſgar *Abbas approbavi.* ✠ *Ego* Æthelgar *Abbas conſenſi.* ✠ *Ego*
Alfer *Dux.* ✠ *Ego* [c] Ailwyne *Dux.* ✠ *Ego* Brithnodus *Dux.* ✠ *Ego*
Oſlac *Dux.* ✠ *Ego* Æthelward *Miniſter.* ✠ *Ego* Arſnulph *Miniſter.* ✠ *Ego*
[d] Alfis *Miniſter.* ✠ *Ego* Ælfward *Miniſter.* ✠ *Ego* Frithegiſt *Miniſter.*
✠ *Ego* Thured. ✠ *Ego* Vif. ✠ *Ego* [e] Olfric. ✠ *Ego* Oſlord. ✠ *Ego*
Wlſtan. ✠ *Ego* Ryngulf. ✠ *Ego* Ælſtan. ✠ *Ego* [f] Athelſis. ✠ *Ego*
Wlfeah. ✠ *Ego* Ethelmund. ✠ *Ego* Thureferd. ✠ *Ego* Althelm. ✠ *Ego*
Frava. ✠ *Ego* Frethegiſt.

Hoc eodem tempore Clericis ejectis de Monaſterio *Maldeſmesbyriæ*, quos 974.
Edwinus frater ſuus Monachis expulſis nequiter intruſerat, Monachos re- *Malmesbyr.*
vocavit, præficiens eis in Abbatem *Ælfricum*, virum in Eccleſiaſticis officiis *Monaſter.*
tunc celeberrimum, donans ei chartam ſuam in hunc modum:

Ego Edgarus *totius* Albionis *Baſileus, nec non maritimorum ſeu inſulano-rum Regum* [*circum*] *habitantium, adeo ut nullus progenitorum* [*meorum*] *ſubjectione largiflua, Dei gratia ſuppetente, ſim ſublimatus; quid imperii mei potiſſimum Regi Regum Domino darem, tanti memor honoris, ſolertius ſæpe tractavi. Piæ igitur fautrix devotionis pervigili meæ ſtudioſitati ſuperna ſu-bito inſinuavit pietas, quæque in regno meo ſancta reſtaurare Monaſteria, quæ velut* [g] *muſtinis ſcindulis carioſiſque tabulis* [h] *ligno tenus viſibiliter diruta, ſic (quod magis eſt) intus a ſervitio Dei ferme vacua fuerunt & neglecta. Idiotis nempe Clericis ejectis, nullius regularis religionis diſciplinæ ſubjectis, plurimis in locis ſanctioris ſeriei, ſcilicet Monachici habitus præfeci paſtores, ad ruinoſa quæque templorum redintegranda, opulentos ego fiſcalium munerum exhibens eis ſumtus. Quorum unum, nomine* Ælfricum, *virum in omnibus eccleſiaſti-*

a Ælfſtanus. *b* Aſcwi. *c* Æthelwine. *d* Ælfſis. *e* Wlfric. † Ego Offerd. *f* Æthelfys.
g Muſcivis. *h* Tigno.

cis

974. *cis* [a] *experientiſſimum officiis, famoſiſſimi conſtitui cuſtodem cœnobii, quod* Angli
Ædgarus R. *bifario vocant onomate* **Waldemesburgh.** *Cui pro commoditate animæ meæ, ob Salvatoris noſtri ejuſdemque* [b] *matris ſemper virginis* Mariæ, *nec non Apoſtolorum* Petri *&* Pauli, Aldelmique *almi præſulis honorem, particulam terræ* [c] *N. cum pratis & ſylvis munifica liberalitate reſtitui. Hæc a prædictis accommodata Clericis, a contentioſo injuſte poſſeſſa eſt* Ædelnotho; *ſed ſuperſtitioſa illius conflictatione, ſubtilique diſceptatione a ſapientibus meis audita, & fluctuatione ſua mendoſa ab iiſdem me præſente convicta, Monaſteriali a me reddita eſt uſui. Anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo ſeptuageſimo quarto, & Regiæ conſecrationis primo.* ✠ *Ego* Edgarus *totius* Albionis *finitimorumque Regum Baſileus, cum ſigno ſanctæ crucis iſtud chirographum confirmavi.* ✠ *Ego* Dunſtanus *Do obern. Archiepiſcopus iſtud donum Regium hagiæ crucis trophæo corroboravi.* ✠ *Ego* Oſwaldus *Eboracenſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.* ✠ *Ego* Æthelwoldus *Epiſcopus Wyntonienſis conſignavi.* ✠ *Ego* Lefwinus *Dorcaciſtrenſis Epiſcopus conſenſi.* ✠ *Ego* [d] Alſtanus *Epiſcopus Londonienſis iſtud annui.* ✠ *Ego* Turketulus *Abbas Croylandiæ ſubnotavi.* ✠ *Ego* Æthelgarus *Abbas novi monaſterii Wyntoniæ approbavi.* ✠ *Ego* Ædulphus *Abbas Burgenſis collaudavi.* ✠ *Ego* Ælferus *Dux aſſui.* ✠ *Ego* Athelwinus *Dux aſtiti.* ✠ *Ego* Brithnodus *Dux aſpexi.* ✠ *Et alii.*

Ego vero tam remoti Monaſterii chartam appoſui, ut oſtenderem, quanto igne Spiritus Sancti [cor inclyti] Regis *Edgari* accenſum fuerit, Eccleſias ruinoſas, & Monaſteria diruta reſtaurandi, & [e] quoniam inter conſignatores Regii chirographi primum locum poſt Epiſcopos obtinet conſignatio noſtri Abbatis *Turketuli*.

Turketulus vetuſta Monaſterii monumenta coll.

Confirmato itaque Monaſterio ſuo, & contra omnes adverſarios tam pontificali, quam regali auctoritate ſufficienter ſuffulto, & fortiſſimo effecto, venerabilis pater Abbas noſter *Turketulus* jam ſenior ætate, plenuſque dierum, deinceps in ſeculum non exibat; ſed inter ſeniores Monaſterii quotidie converſatus de ſtatu & obſervantiis antiqui Monaſterii inquirere & audire ſummopere affectabat. [f] Dum namque *Aionem*, qui juriſperitus monumenta Monaſterii veteris optime noverat, [g] dumque *Thurgarum*, qui ab infantia, utriuſque monaſterii, veteris & novi, devaſtationem & reſtaurationem oculis viderat, ceteroſque ſeniores, quæcunque de ſuis ſenioribus in adoleſcentiori ætate audierant, aſſignans eis fratrem *Swetmannum* [tunc optimum notarium, qui omnia eorum narrata veraci ſtylo digerenda cum] debita diligentia exciperet, quatenus ſuis poſteris tam memoranda de monumentis veteris monaſterii, quam de regularibus obſervantiis ejus ſtudioſe contraderent, inſtantiſſima vigilantia deprecatus eſt. Ediderunt tunc illi ſeniores hiſtoriam iſtam, continentem majora memoranda domus noſtræ, cum paucis incidentiis Regni *Merciorum*, & *Weſtſaxonum*, à noſtra prima fundatione per *Ethelbaldum* Regem, uſque ad decimum quartum annum regni inclyti Regis *Edgari*.

Turketuli Ordinationes.

Tres Monachorum gradus.

Quo etiam tempore venerabilis pater noſter Abbas *Turketulus*, antiquis obſervantiis veteris monaſterii *Croylandenſis* plenius auditis, examinatis, & integre intellectis, ſtatuit, & decrevit ſubſequentia in ſuo *Croylandenſi* monaſterio perpetuis temporibus inviolabiliter ab omnibus obſervanda. Dividens enim totum conventum in tres gradus, ut quilibet gradus ſuum ſtatum agnoſceret & teneret, ſtatuit; videlicet, quod juniores ab ingreſſu monaſterii uſque ad annum viceſimum quartum in ordine ſubeant omnia onera chori, clauſtri, & refectorii, canendo, legendo, ſerviendo, & omnes regulares obſervantias ſecundum magiſtri ſui doctrinam cuſtodiendo; quæ officia quicunque tam pro ſeipſo, quam pro ſociis ſuis, ſtuduerit diligenter & devote peragere, ubique majorem favorem à ſuperioribus ſuis merebitur obtinere. Si quis autem (quod abſit) inflatus ſuperbia, vel

a Expertiſſ. *b* Theotecos ſemper. *c Neene.* *d* Ælfſtanus. *e* Quum. *f* Dominum. *g* Dominumque.

elatus

elatus alicujus artis ſcientia, vel confiſus literarum copia, vel conductus 974.
parentum ſuorum aut alicujus alterius amicitia, ſuſurro, ſeu detractor con- *Ædgarus R.*
tentioſus, ſeu quocunque modo ſeniorum ſuorum contemtor eruperit in monaſterio; tanquam veniens ab inferis *Alecto*, ab omnibus cautius evitetur, nec aliquam gratiam in capitulo, nec licentiam in refectorio, nec ſolatium in infirmitorio, uſque ad vitii ſui emendationem, de ſuperioribus conſequatur: ſed ſicut bos cornupeta domi recludendus, ne de leunculo leo evadat indomabilis, in ipſo initio per priorum diſcretionem debite caſtigetur. Qui vero affabiles & faceti, caſti & pacifici, mites & modeſti, obſequentes & obedientes fuerint; omni favore digni, frequentius ſolatia ſortiantur. Porro qui viginti & quatuor annos à converſione ſua compleverint, per ſexdecim annos ſequentes medium gradum tenebunt. Iſti ſunt abſoluti ab officiis [a] parvæ cantariæ, epiſtolæ, evangelii, & à ceteris minoribus laboribus: ſed cum alia onera chori, clauſtri, & refectorii fecerint in curſu ſuo circulari, ſupportationem frequentem à junioribus habebunt, ut bis, vel ſaltem ſemel in hebdomada, pro bono obedientiæ ipſi ſua officia faciant, in ceteris diebus à junioribus adjuventur. Et [b] cum iſtis magnitudo negotiorum, & providentia conſiliorum, ac totius loci ſolicitudo ſpecialiter incumbit, decet, ut ſecundum ſuos labores, præter divinam remunerationem, quam monachi maxime expectant, vultum ſuperiorum ſuorum ſentiant rigidum vel benignum, affabilem vel auſterum, cum onere recipiant honorem, & juxta ſua merita gratiam vel gravamen. In gradu namque tertio qui quadrageſimum annum attigerint, uſque ad quinquageſimum annum in ordine ſeniores appellentur, abſolvendi ab omni onere chori, clauſtri, & refectorii, præterquam à curſu Miſſarum, quæ cum nota canuntur. In quibus Miſſis juniores de primo gradu, & mediocres de ſecundo gradu quotidie ſe devote offerendo ſua onera ſupportabunt. Anno etiam quadrageſimo ſecundo completo erunt iſti excuſati ab omni officio forinſeco, ſcilicet proviſoris, procuratoris, cellarii, eleemoſynarii, coquinarii, operarii, & pitantiarii, niſi aliquid officiorum præmiſſorum Abbas alicui ſeni ex urgente neceſſitate decreverit aſſignandum. Iſti, tanquam milites emeriti, qui portaverunt pondus diei & æſtus *Monachi emeriti.*
in ſervitio Dei, & pro ſtatu monaſterii ſui carnem & ſanguinem ſuum expenderunt, omni honore digni ſunt, & nullius indigentiam patiantur. Hoc omnimodis in iſto gradu attendendum, quod hujuſmodi diſpenſationis gratiam illi digniſſime conſequantur, qui à primo ingreſſu in monaſterium uſque ad iſtam ætatem de nullo crimine convicti fuerint, pro quo pœnam gravioris culpæ ſuſtinere publice meruerunt. Quinquagenarius autem in ordine Sempecta vocandus, honeſtam cameram in infir- *Sempecta*
mitorio de Prioris aſſignatione accipiat, habeatque clericum ſeu garcionem ſuo ſervitio ſpecialiter attendentem, qui exhibitionem victualium recipiet de parte Abbatis modo & menſura, quibus miniſtratur garcioni unius armigeri in Abbatis aula. Huic ſempectæ unum fratrem juniorem commenſalem, tam pro junioris diſciplina, quam pro ſenioris ſolatio; Prior quotidie aſſignabit: quibus, tanquam infirmis, de coquina infirmorum victualia miniſtrentur. Ipſe vero ſempecta pro ſua voluntate & arbitrio, [ſedens & ambulans,] ingrediens & egrediens, chorum, clauſtrum, & refectorium, & dormitorium, ac alias officinas monaſterii, cum frocco vel ſine frocco, quomodo & quando voluerit, intrabit[que] & exibit. Nihil triſte de negotiis monaſterii in ejus audientia recitetur. Nullus eum in aliquo audeat offendere, ſed ſumma pace animique quiete finem ſuum præſtoletur. [Statuit etiam tunc & decrevit quod quicunque fuerit prior Croylandiæ in futurum,] licentiam habeat & po- *Prior.*
teſtatem quotidiani capituli monachorum pœnitentias injungere, & in-

a Parvis can. *b* f. Quoniam.

974. *Ædgarus R.* junctas, prout viderit vultum pœnitentis contritum & compunctum, minuere vel augere. Omnes etiam licentiæ refectorii, omnia ſolatia infirmitorii, ejus [a] diſcretioni & arbitrio committantur: & prout hactenus ſolitum eſt miniſtrari, tam de victualibus quam de aliis neceſſariis, ſive domi ſive foris fuerit, eodem modo in perpetuum miniſtretur, niſi convictus de aliquo crimine [reus] inveniatur, [b] trina tamen admonitione de ſua emendatione (prout ſancta regula noſtra dictat) [c] præcurrente, qui Prioratus officium in Croylandia ſemel obtinuerit, uſque ad obitum ſuum Prior perpetuo permanebit; & quia in medio fratrum rector eorum in honore, præter inclinationes omnis honor ei & reverentia exhibeatur. Præcentoris tabularum, ac ejus aſſignationibus in choro tam Abbas & Prior, quam tota cetera congregatio humiliter obediat. Officio etiam ſacriſtæ tunc in augmentum portionis ſuæ officium Archidiaconatus ſuper totam parochiam Croylandiæ aſſignavit, dum [tamen] ſine acceptione perſonarum cum timore Dei rationabiliter & canonice ſuum officium exequatur. *Archidiaconatus.* Dedit tunc officio ſacriſtæ calicem aureum, & duas phialas argenteas & deauratas, ac in formam duorum Angelorum opere cælatorio fabrefactas, & duas pelves argenteas miri operis & magnitudinis, pulcherrime cælatas cum militibus armatis. Quæ vaſa univerſa Imperator Almanniæ *Henricus* [ei] aliquando contulerat, & uſque ad illud tempus ſemper in ſua capella reſervarat. Item officio cameræ monachorum tunc aſſignavit manerium ſuum de Beby cum Eccleſia ejuſdem villæ, divinam maledictionem imprecans, quicunque dictum manerium & Eccleſiam ejuſdem dicto officio immutaverit in damnum conventus, vel procuraverit immutari. Hæc ſanctiſſima ſtatuta ſua venerabilis pater noſter Abbas *Turketulus* in ſuo capitulo publice promulgata, & ab omnibus acclamata, & obedientiſſime acceptata, fecit ſcribi, & in fine regulæ ſancti *Benedicti* juſſit apponi, ut omnes cum vellent, valerent legem ſuam legere, & ne contingeret aliquem per ignorantiam contraire.

Hiſtoria Croylandiæ collecta. Edita itaque à prædictis v. ſempectis iſta præmiſſa veteris monaſterii hiſtoria, ſtatutis etiam venerabilis abbatis *Turketuli* prætactis per dictos ſempectas longo libramine digeſtis, & in regulam ſcripto redactis; præfatus pater, jam ſenio fractus, & præcipue vulneribus plurimis, ac laboribus immenſis in ætate fortiori ſuſceptis, multum debilitatus, quotidie metam ſuæ mortis expectabat: & tanquam bonus operarius à Domino ſuo denarium pro fideli adminiſtratione ad veſperam recepturus, finem fieri ſudorum ſuorum, veſperumque venire retributionis æternæ, affectu deſideratiſſimo ſuſpirabat, frequentius & fervientius [ſacra Miſſarum ſolennia celebrare, orationibus & devotionibus] invigilare, ſanctis meditationibus, & afflictionibus vacare, omnes pauperes de ſuis indigentiis relevare, mendicantibus & egenis omnibus victualia præſtare, ceteris etiam caritatis operibus inſudare, indies vitam præſentem faſtidire, & indeſinenter futuram appetere, regularium obſervantiarum nihil negligere, ſe tamen ſemper inutilem ſervum dicere, & totis animi præcordiis *Chriſti* miſericordiam concupiſcere, devotioneque infatigabili, quaſi diligentia manuali, quotidie paradiſi portas pulſare, ac regni cœleſtis aditum omni Chriſtiano titulo vendicare. Infantes ac filios nobilium monachandos, & apud *Pegelandenſes* clericos ad erudiendum literis deputatos, ne forte in aliquo negligentius tractarentur, ſaltem ſemel omni die viſitans, lectionem & laborem uniuſcujuſque conſiderabat; & afferente ſecum aliquo ſervitore ficus vel uvas paſſas, vel nuces, vel amygdala, vel ſæpius poma & pyra, vel alia talia munuſcula, bene laborantes remunerabat præ ceteris, ut omnes ad diligentius inſiſtendum ſuis lectionibus, non verbis tantum vel verberibus, ſed ſæpiſſime precibus, & præmiis provocaret.

a Deſcritioni. *b* Quia tum ammonitione. *c* Procurante.

Sempectas autem monaſterii, qui verbo vitæ ipſum ad Dei ſervitium genuerant, ſemper in ſumma veneratione habebat, quotidie conſolatus familiari alloquio, & de menſa ſua aliquo inviſens ſpeciali [a] xenio. Cumque primus prædictorum ſempectarum, & ætate decrepita, & ordinis converſione diuturna ceteris multo ſenior, dominus *Clarenbaldus*, completis annis vitæ ſuæ [b] CLXVIII. infirmatus, jam de manu Domini tam longiſſimi laboris in ſuo ſancto ſervitio præmia percepturus, lecto decumberet, carnis depoſitionem in proximo præſtolatus; ipſe venerabilis pater Abbas *Turketulus* ſervitoris fungens officio, die nocteque non recedebat, ſed juxta recubans, regulare ſervitium in auribus ægroti decantabat, & omnia ſervitia more paratiſſimi juvenis propriis manibus peragebat; tandem inunctum ac defunctum, in medio choro cum ſolenni exequiarum officio tumulabat. Anno proximo ſequente obiit dominus [c] *Swarlingus* completis annis vitæ ſuæ CXLII. Quem venerabilis Abbas *Turketulus* ſimili diligentia ægrotantem cuſtodivit, & defunctum juxta dominum *Clarenbaldum* cum ſimili ſepulturæ reverentia tumulo commendavit. Sic dominum *Brunum*, ſic dominum *Aionem*, omneſ[que] tres intra annum unum, qui erat inclyti Regis *Edgari* annus XIV. ſimul & ſimili miniſterio ſepelivit. Tandem anno proximo ultimus omnium obiit dominus *Turgarus* venerabilis ſenex completis annis vitæ ſuæ C. & XV. Iſti V. ſenes ſempectæ utrumque monaſterium viderant, & vetus quod à *Danis* deſtructum fuerat, & novum quod nuper reſtauratum fuerat. 974. *Ædgarus R.*

Anno Dominicæ incarnationis DCCCC. LXXV. qui erat *Edgari* Regis XVI. & ultimus, celebrato cum multa devotione feſto Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, venerabilis pater noſter dominus Abbas *Turketulus*, ex ferventiſſima illo anno canicula febrem incurrens, ultra ſolitum modum per triduum fortiſſime laborabat; quarto die lecto decumbens, totum conventum, monachos ſcilicet XLVII. & IV. laicos fratres, in cameram ſuam convocavit; & coram omnibus dominum *Egelricum* tunc proviſorem ſuum, ſtatum domus tam in theſauris, quam in jocalibus aliis, juſſit oſtendere, & de univerſis poſt obitum ſuum per indenturam conventui reſpondere. Theſaurus monaſterii prolatus palam, tunc ad ſummam X. millium librarum fere pertingebat. Reliquiæ vero plurimæ fuerunt & pretioſiſſimæ, quas Imperator Almanniæ *Henricus*, Rex Francorum *Hugo*, princeps Aquitanorum *Ludovicus*, aliique multi Duces & Comites, proceres & prælati, Regum *Anglorum* benevolentiam & amicitiam captare cupientes, dum Regii Cancellarii officium gerebat, ei crebro contulerant. Inter quas præcipue colebat pollicem beati *Bartholomæi* Apoſtoli, ita ut illum ſemper ſuper ſe gereret, & cum illo in omni periculo & tempeſtate, & fulgure ſe ſignaret: Dux *Beneventanus* Imperatori illum dederat, cum eum balteo militari primo juvenem accinxiſſet; Imperator autem illum ei adhuc Cancellario contulerat. Item de crinibus ſanctæ Dei genitricis *Mariæ*, quos Rex *Franciæ* ei incluſos in aurea pyxide dederat. Quoddam os de ſancto *Leodegario* epiſcopo & martyre per principem *Aquitaniæ* donatum; ac aliæ multæ, quarum quædam diſtractæ ſunt, quædam adhuc ad hæc noſtra *Normannorum* tempora conſervantur. Vaſa vero aurea & argentea multa, quæ omnia integra in neceſſitatem monaſterii ſub proviſoris & procuratoris cuſtodia deputaverat conſervanda. Erant enim ambo *Egelrici* cognati ſui ſecundum carnem, & fratres ſecundum Deum religioſiſſimi & devoti, alter monaſterii proviſor, alter procurator; proviſor in temporalibus tractandis prudentiſſimus, procurator vir ſcholaſticus, & omnium literarum ſcientia [d] profundiſſima imbutus. Iſti conſiliarii Abbatis fuerunt præcipui, Priorque *Amfridus* quamdiu vixit; ac ſine illorum conſilio nihil magnum aut minimum faciebat. In- 975. *Turketuli morbus.* *Monaſterii Theſaurus.* *Egelrici duo.*

a Exennio. *b* 148. *c* Swartingus. *d* Profundiſſime debriatus.

975. *Ædgarus R.* dies ergo creſcente febre, & ad extrema deducente, communicatus *Chriſti* ſacris myſteriis, crucem, quam de Eccleſia ante conventum miniſtri attulerant, datam ad oſculandum ambobus brachiis amplexatus, quantis ſuſpiriis, quot lacrymis, quibus ſingultibus, & quam frequenter oſculatus fuerit, paucis non poteſt explicari; tam devota verba ad ſingula *Chriſti* vulnera dixit, quod omnes circumſtantes fratres ad lacrymas uberrimas commoverit, & à multorum dictorum fratrum cordibus, quamdiu poſtea vixerunt, ejus devotionis memoria deinceps non receſſerit. Pridie ante obitum ſuum ad fratres ſuos, qui aderant, brevem ſermonem faciens de ordinis obſervantia, de caritate fraterna, de negligentia tam in temporalibus quam in ſpiritualibus cavenda, & de ignis noſtri diligenti cuſtodia, (ſive caritatem ſupponebat, ſive combuſtionem loci ſignificabat, quam præcaveri cupiebat, [a] tum iſtud verbum *Ignem veſtrum optime cuſtodite* frequenter [& ferventer] quaſi prophetice commonebat) tandem dimittens, ſe omnium orationibus commendabat, omnibus ultimum valedicens & pro omnibus [intime] Deum rogans. *Turketuli obitus.* Cumque virtus vitalis deficeret, & languor magis & magis violentior ingraveſceret, v. nonas Julii, id eſt, in tranſlatione ſancti *Benedicti* patris & patroni ſui, officio regulari completo, complevit & ipſe in ipſo completorio dies ſuos, tranſiens ex hoc mundo ad patrem de ſudoribus Abbathiæ ad ſinum *Abrahæ*: ſepultuſque eſt in Eccleſia ſua, quam à fundamentis conſtruxerat, juxta magnum altare in ejus latere dextro à convicinis patribus *Ædulpho* Burgenſi, & *Godmanno* Thornienſi Abbatibus, anno ætatis ſuæ LXVIII. & monachatus ſui XXVII.

Egelricus Abbas. Cui ſucceſſit ad Abbatis officium electione omnium *Egelricus* ſenior cognatus ejus, & ſub ipſo proviſor monaſterii totius, vir religioſus valde, & in temporalibus tractandis vir excellentis induſtriæ, ac in omnibus ſecularibus negotiis proſpero fine [b] terminandis experientiæ immenſæ, prudentiæque mirandæ. Duci namque *Merciorum Alfero* carne propinquus; &
ÆdwardusR. 975. multa familiaritate præclarus, [c] ſub præfato Rege *Edwardo*, qui patri *Edgaro* ſucceſſerat in regnum, cum monaſteria multa graviſſime affligerentur, nullum damnum paſſus eſt, nec in minimo moleſtatus. Ipſe quidem domini *Turketuli* Abbatis ultimis annis functus ſub eo totius monaſterii proviſoris officio, multa bona opera faciebat. Stimulavit enim & induxit dominum *Turketulum* Abbatem *Londonias* adire, & chartam *Edgari* Regis, ac cenſuram Eccleſiaſticam in violatores ejus ab Archiepiſcopis *Dunſtano* Dorobern. & *Oſketulo* Eboracen. cum confirmatione ſpiritualitatis ſuper totam parochiam *Croylandiæ* impetrare; quo paci & quieti totius monaſterii providetur, & contra violentias tam ſpirituales, quam temporales totum cœnobium validiſſime roboratur. Audito etiam, quod ſanctus *Æthelwoldus* Epiſcopus Wyntoniæ inſiſteret penes Regem *Edgarum* monaſterium de **Medeſhamſted** in vicinio ſituatum ad ſtatum priſtinum reſtaurare; dum adhuc vicinæ ſylvæ in manu Regis fiſco applicatæ manerent, utens licentia Regiæ chartæ, arbores & [d] meremiam de dictis ſylvis ad monaſterium *Croylandiæ*, curribus & carpentis, carris & plauſtris, omnique genere vehiculorum cariari fecit. Unde poſtea in monaſterio *Croylandiæ* pulcherrima ædificia facta ſunt, & pulcherrima ligna multa numero valde, ad quoſcunque caſus in tempus futurum pro monaſterii neceſſitatibus conſervata. De namque illo meremio, adhuc domino *Turketulo* Abbate ſuperſtite, conſummata eſt navis Eccleſiæ, turriſque ejus longiſſimis trabibus fortiſſime ſuffulta & compacta. Poſt etiam obitum domini *Turketuli* Abbatis, fecit ipſe de eodem meremio plurima pulcherrimaque ædificia, *Egelrici ædificia.* ſcilicet Infirmitorium monachorum, longitudine & latitudine decentiſſimum, de trabibus & tabulis opere carpentario mirabiliter contextum &

a Tamen. *b* Tractandis. *c* Sub R. Edwardo, qui patri præfato Edgaro. *d* Meremium.

compaginatum.

compaginatum. Capellam etiam de ſimili opere, cum balneatorio ac aliis neceſſariis. Omnia de lignis levigatis facta ſunt (quia molem lapideam fundamentum debile ferre non ſuffecit) plumboque cooperta. Fecit inde aulam hoſpitum, duaſque magnas cameras pulcherrimas de ſimili opere; fecit etiam novum bracinum, & novum piſtrinum; omnia de lignorum pulcherrimo tabulatu. Fecit & magnam granariam de ſimili opere, in cujus parte ſuperiori omne genus bladorum deponebatur, in inferiori vero parte [a] vaſium deponebatur. Fecit & ſtabulum magnum, in cujus parte ſuperiori cameræ fuerunt ſervientium omnium Abbathiæ, in inferiori parte ſtabulum erat pro equis Abbatis in uno fine, in altero fine ſtabulum hoſpitum. His tribus ædificiis, ſcilicet ſtabulo, granaria, & piſtrino, tota pars Occidentalis curiæ Abbatis contra proſpectum villæ claudebatur; pars vero Auſtralis, cum aula hoſpitum, & cameris ejus; pars Orientalis, cum ſutrino, & cum aula fratrum converſorum, deinde cum Abbatis coquina, aula, camera, & capella, quæ clauſtrum monachorum claudebant verſus Occidentem; pars autem Abbathiæ borealis muniebatur porta magna cum contiguo verſus Orientem diverſorio pauperum. Omnia hæc, præter [aulam] Abbatis, cameram & capellam, quæ clauſtrum contingebant, & prædictum diverſorium pauperum, quæ dominus *Turketulus* lapidea fecerat, erant lignea, de ſimili opere, plumbo tecta. Fecit etiam in annis ſiccitatis culturam in ſuis paludibus, in quatuor locis, ſcilicet in quatuor angulis ejus, & annis III. vel IV. habuit fructum centeſimum de omni ſemine ſeminato; fuitque cultura de Tedwarthar omnium fertiliſſima; ditatumque eſt monaſterium ſupra modum, tantaque copia frugum fuit, quod totam circumjacentem regionem de frugibus relevabat, confluentibus etiam innumeris turbis egenorum, villa maxima fiebat. Fecit ipſe fieri duas magnas campanas, quas *Bartholomæum*, & *Bettelmum* cognominavit, & duas medias, quas *Turketulum* & *Tatwinum* vocavit, & duas minores, quas *Pegam* & *Begam* appellavit. Fecerat antea fieri dominus *Turketulus* Abbas unam maximam campanam nomine *Guthlacum*, quæ cum prædictis campanis fuit compoſita, fiebat mirabilis harmonia, nec erat tunc talis conſonantia campanarum in tota *Anglia*. Decemque annis in officio paſtorali conſumtis ſtrenuiſſime, obiit Abbas *Egelricus* ſecundo nonas Auguſti, & in capitulo ſepultus eſt, eodem tempore fere, quo ſanctus *Athelwoldus* Wyntoniæ Epiſcopus migravit ad Dominum, ſcilicet anno Domini DCCCC. [b] LXXIV.

975. Ædwardus R. — *Campanæ.*

Cui ſucceſſit ad Abbatis officium de eadem cognatione alter *Egelricus*, dictus junior, vir magis libris & literis ſacris deditus, quam in temporalium proviſione doctus: ſed ſanctiſſime ſtrenuiſſimeque toto ſuo tempore monaſterium conſervabat. Ejus anno quarto Sanctus *Dunſtanus* Archiepiſcopus migravit ad Dominum. Dedit iſte Abbas *Egelricus* communi bibliothecæ clauſtralium monachorum magna volumina diverſorum doctorum originalia numero quadraginta: minora vero volumina de diverſis tractatibus & hiſtoriis, quæ numerum centenarium excedebant. Dedit etiam officio ſacriſtæ multa veſtimenta, videlicet omnibus altaribus in Eccleſia duas caſulas [id eſt,] [unam] dominicalem, & alteram principalem. Dedit & choro viginti & quatuor cappas, ſcilicet ſex albas, ſex rubeas, ſex virides, & ſex nigras. Dedit etiam duo magna pedalia leonibus intexta, ponenda ante magnum altare in feſtis principalibus, & duo breviora floribus reſperſa pro feſtis Apoſtolorum. Dedit etiam multa pallia ſuſpendenda in parietibus ad altaria ſanctorum in feſtis, quorum plurima de ſerico erant, aureis volucribus quædam inſuta, quædam intexta, quædam plana. Fecit etiam fieri ſex calices, diverſis eos donans altaribus & capellis. Fecit & choro ſex gradalia, quatuor antiphonaria, & octo miſſalia diverſis alta-

984. Egelricus ſec. Abbas.

a Braſium Deducebatur. *b* DCCCC. LXXXIIII.

984. ribus. Promovit etiam officinas monaſterii aliquo neceſſario vaſe æneo. Induitque omni anno totum conventum cum ſecta ſua de tunicis, omni altero anno de cucullis, & omni tertio anno de froccis, præter illa quæ dominus *Turketulus* aſſignaverat conventui, ſingulis annis de Eccleſia & manerio de Beby capienda. Cumque octo annis optime monaſterium rexiſſet, obiit [quinto] nonas Martii anno Domini DCCCC. XCII. ſcilicet eodem anno, & anni tempore quo ſanctus *Oſwaldus* Eboracæ Archiepiſcopus migravit ad Dominum, qui paucis annis anterioribus adjutus per Comitem *Ailwinum*, & epiſcopum Dorcaciſtrenſem *Leſwinum* monaſterium *Rameſeyenſe* refundaverat.

992.

Monaſt. Rameſeyenſe.

Osketulus Abbas.

Sepulto vero abbati *Egelrico* in capitulo juxta alterum *Egelricum*; ſucceſſit ad abbatis officium dominus *Osketulus* abbas, ſub domino *Turketulo* & utroque *Egelrico* Abbatibus, poſt *Amfridum* Priorem, Prior longo tempore, vir ſimplex & rectus, ac multum erga omnes caritativus & affectuoſus, literis bene inſtructus, & [a] carne multum generoſus; tantumque deditus eleemoſynis egenorum, quod pater pauperum [b] diceretur; tantæ auctoritatis ad turbas, quod quicquid dixit futurum, propheticum crederetur; tanti honoris ad terræ principes, quod quaſi patrem venerarentur.

Porro inclyto Regi [*Edgaro*] qui erat flos & decus omnium anteceſſorum ſuorum, & totius occidui climatis orbis terræ baſileus, honor & roſa regum, anno Domini DCCCC. LXXV. regni vero ſui ſuper totam *Angliam* XVI. ætatis etiam ſuæ XXXII. defuncto, & *Glaſtoniæ* ſepulto, ſucceſſit in

Ædwardus R. Regnum primogenitus filius ejus [*Edwardus*,] ſimplex & ſanctiſſimus adoleſcens, & multum in moribus patrizans. Cujus ſancta ſimplicitate & innocentia, tam abuſa eſt factio tyrannorum, per Reginæ favorem & poten-

Monachi ejecti. tiam præcipue roborata, quod per *Merciam* monachis de quibuſdam monaſteriis ejectis clerici ſunt inducti, qui ſtatim monaſteriorum maneria Ducibus terræ diſtribuebant, [c] ut ſic in ſuas partes obligati, eos contra monachos defenſarent. Tunc de monaſterio *Eveſhamenſi* monachis expulſis clerici fuerunt introducti, terræque tyranni de terris Eccleſiæ præmiati ſunt quibus Regina novercali nequitia ſtans cum clericis, in Regis opprobrium favebat; cum monachis autem Rex & ſancti epiſcopi perſiſtebant: ſed tyranni fulti Reginæ favore & potentia, ſuper monachos triumphabant. Multus inde tumultus in omni angulo *Angliæ* factus eſt. Tandem cum IV. annis regnaſſet, apud [d] Corueſgate occiſus conſilio & conſenſu dictæ novercæ ſuæ, primo apud Werham ſepelitur, & poſtea ducis *Alferi* diligentia ad *Sceftoniam* transfertur.

978. Cui ſucceſſit fratres ſuus *Ethelredus*, ſed filius prædictæ novercæ *Alfledæ*,

Æthelredus R. puer x. annorum (vere tunc dici potuit illud proverbium, *Væ terræ, cujus Rex puer eſt*) apud Kyngeſton ab Archiepiſcopis *Dungano* Dorobern. & *Oſwaldo* Ebarac. coronatus [erat.] Cui coronationis officio expleto, dixit

Dunſtani vaticinium. ſanctus *Dunſtanus*, *Quia aſcendiſti ad thronum tuum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua, propterea audi verbum Domini, Hoc dicit Dominus, Non deficiet gladius de domo tua, ſæviens in te omnibus diebus vitæ tuæ, & interficiens de ſemine tuo, & de gente tua, uſque dum regnum tuum transferatur ad regnum alienum, cujus ritum & linguam gens tua non novit: nec expiabitur niſi longa vindicta, & multa ſanguinis effuſione, peccatum tuæ matris, & peccatum virorum peſſimorum, qui conſenſerunt conſilio ejus nequam, ut mitterent manum in Chriſtum Domini ad effundendum ſanguinem innocentem.* Dixerat etiam idem ſanctus de eodem infante aliam prophetiam, cum ipſum baptizaret, & infans ventris profluvio baptiſterium polluiſſet, *Per ſanctam* Mariam, inquit, *puer iſte ignavus homo erit.* Tertiam prophetiam legitur dixiſſe de eodem jam Rege coronato, & *Roffenſem* civita-

a Sanguine. b Dictus erat. c Et. d *Torusgate.*

tem

tem obſidente cum exercitu ſuo. Cum enim inter ipſum, & epiſcopum 978.
[ejuſdem] civitatis diſcordia quædam fieret, cum exercitu venit, & di- *Æthelr. R.*
ctam civitatem obſedit. Sanctus *Dunſtanus* Archiepiſcopus Regem roga- *Obſidio Roff.*
vit, quatenus obſidionem ſolveret, & iram ſancti *Andreæ* Apoſtoli, dictæ Eccleſiæ ſpecialis patroni, non provocaret. Ille preces parvi pendens in obſidione perſeveravit. Quod ſanctus cernens, c. libras ei miſit. Rex eas aſſumens exercitum revocavit, & de obſidione receſſit. Tunc ſanctus ſic, miratus hominis cupiditatem, hæc per nuncium retulit: *Quoniam prætuliſti pecuniam Deo, argentum Apoſtolo, cupiditatem mihi ſervo ſuo, velociter venient ſuper te mala, quæ loquutus eſt Dominus: ſed hæc me vivente non fient, quia & hoc loquutus eſt Dominus.* Jam vero poſt obitum ſancti viri cœperunt dictæ prophetiæ indies adimpleri, & mala innumera totam terram tribulare.

Scilicet *Danici* piratæ primo noſtra littora in omni terræ latere crebris *Danorum rapinæ.*
aſſultibus infeſtare; poſtmodum magna claſſe advecti exercitus eorum invicti, urbes & caſtella licenter expugnare; eodem etiam tempore fames valida indigenas maxime vexare & vaſtare; morbus deinde, qui dyſenteria dicitur, tam in jumenta, quam homines deſævire; peſtilentia cum his multa millia tam divitum, quam pauperum percutere; ac omnes hoſtes in capite ſuper *Anglos* ſemper vincere, & in omni certamine ſemper prævalere. In tempore itaque domini *Osketuli* Abbatis *Croylandiæ*, cum ſic *Dani* totam terram inquietarent, indigenæ de villis & vicis ad civitates & caſtella, & plurimi ad paludes, & lacuum loca invia refugientes, Danorum tranſitum & diſcurſum pro anima præcavebant. Accidit ergo, quandam
magnam dominam villæ, quæ Elncpheſbyry vocatur, *Leſwinam* nomine, *Leſwina.*
ſororem ſc. ex parentum propagine domini *Osketuli* Abbatis *Croylandiæ*, ad Witleſey tunc villam ſuam venire, & ſecum ſacras reliquias, ſc. ſa-
cratiſſimam glebam ſancti *Neoti* confeſſoris, de Elnopheſbyry, [a] quia *Reliquiæ*
minus honorifice jacuerant, ac Danorum deprædationi patuerant, in ſcri- *Neoti.*
nio ad hoc aptato deferre. Quæ dirigens celerem nuntium ad fratrem ſuum dominum Abbatem *Osketulum*, ſupplici poſtulabat ſupplicatione, quatenus cum congruo fratrum ſuorum comitatu *Witleſeiam* placeret accedere, & dictas reliquias S *Neoti* confeſſoris ſecum in ſuum monaſterium cum digna reverentia deportare. Ille gaudens & exultans, aſſumtis ſecum quibuſdam fratribus, *Witleſiam* adiit, & dictas ſanctas reliquias cum debita honorificentia & pſalmorum melodia ad *Croylandiam* tranſtulit; ac juxta ſanctæ Dei genitricis *Mariæ* altare cum devotione debita collocavit. Cœperunt tunc omnia terræ monaſteria à Rege *Ethelredo*, ac ducibus ejus ac miniſtris, graviſſimis exactionibus ſubjici, & ad ſatisfaciendum *Danicis* tributis pro immenſis pecuniarum ſummis ſibi impoſitis ſupra modum affligi. Et direptis theſauris, ac monaſteriorum tam ſacris calicibus, quam aliis jocalibus, etiam Sanctorum ſcrinia jubentur ab exactoribus ſpoliari. Venerabilis ergo pater dominus *Osketulus* Abbas *Croylandiæ* cccc. marcas pro talibus tributis variis vicibus exolverat; & tandem XII. annis in officio paſtorali ſancte ac ſtrenue conſummatis, mortis ſacræ compendio regias exactiones, univerſoſque ſeculi timores cum carnis depoſitione finali-
ter exuebat, XII. Kalendas Novembris, anno ſc. Domini milleſimo [&] 1005.
quinto.

Cui ſucceſſit ad Abbatis officium venerabilis pater Abbas *Godricus*, ele- *Godricus 2.*
ctus & effectus Abbas in diebus anguſtiæ, tribulationis, & miſeriæ, ſicut *Abbas.*
anterior ejuſdem nominis Abbas *Godricus* multis annis præfuerat quondam Monaſterio in tempore deſolationis & deſtructionis ſuæ: laborioſiſſimeque rexit Monaſterium quatuordecim annis ſub prædicto Rege

a Ubi.

Ethelredo.

1005. *Ethelredo.* Hujus Abbatis tempore cum *Dani* totius terræ fere obtine-
Æthelr. R. rent dominium, & tam per *Ethelredum* Regem, & ejus Duces *Edricum*,
Alfricum, *Godwinum*, & alios plures, importabiles impoſitiones pro *Da-*
norum tributis perſolvendis, ac aliæ exactiones graviſſimæ ad eorundem
ducum expenſas plurimas reſtaurandas; quam per *Analaphum* & *Swa-*
num, ac eorum exercitus deprædationes, deſpoliationes, & deſtructio-
nes aſſidue fierent: ſæpe multa monaſteria de omni denario emuncta
ſunt; non tamen exactores ultimum quadrantem ſe extorſiſſe credere
voluerunt. Ita tunc religioſi, quo magis premebantur, magis putaban-
tur habentes, magis putabantur abundantes. Hinc venerabilis pater
Abbas *Godricus* ſolvit primo anno Regi *Ethelredo* ducentas marcas: Du-
ceſque ſui pro ſuis expenſis ſimiliter ducentas marcas extorquebant; præter
minores ſumtus, qui quotidie Regis miniſtris irruentibus continue fiebant.
Secundo, tertio, ac quarto anno ſimiliter actum eſt. Tertio etiam
anno pro [a] triremibus per omnes portus fabricandis, & navali militia
cum victualibus & aliis neceſſariis exhibenda ducentæ libræ exactæ ſunt.
Quarto etiam anno cum *Turkillus* Danicus Comes cum fortiſſima claſ-
ſe applicuiſſet, pro centum libris miſſum, & ad ſolutionem per exa-
ctores crudeliſſimos commiſſum eſt. Diſcurranteſque *Dani* tunc per
provincias, omnia mobilia diripientes, immobilia cremantes, **Dray-
ton**, **Cotenham**, & **Hoketon**, maneria *Croylandiæ*, cum toto comita-
tu [b] *Cantabrigiæ* direpta ignibus tradiderunt. Sed hæc [c] nuncia ſunt
malorum.

Quippe cum quolibet anno [d] præcedente quater centum marcæ regiis
exactionibus, & Ducum ſuorum ſumtibus communiter ſolverentur; Rex
Suanus Danorum R. *Swanus* veniens cum claſſe recenti, exercitu ferociſſimo, tunc omnia de-
populatur. Irruens enim de *Lyndeſeya*, vicos cremat, ruſticos eviſcerat,
1013. religioſos omnes variis tormentis necat; tunc **Baſton** & **Langtoft** flam-
mis donat. Is erat annus Domini MXIII. Tunc monaſterium ſanctæ *Pegæ*,
omniaque ſua contigua maneria, ſc. [e] **Glinton**, **Northumburtham**,
Makeſey, **Etton**, **Badyngton**, & **Bernake**, omnia una vice combuſta,
tota familia cæſa, vel in captivitatem ducta: Abbas cum toto [f] comi-
tatu nocte fugiens, & navigio in *Croylandiam* veniens ſalvatus eſt. Simili-
ter monaſterium *Burgi*, villæque vicinæ, ac maneria ſua **Ege**, **Thorp**, **Wal-
ton**, **Wytheryngton**, **Paſton**, **Dodiſthorp**, & **Caſtre**, prius omnia di-
repta, poſtea flammis tradita ſunt. Abbas cum majore parte conven-
tus ſui, aſſumtis ſecum ſacris reliquiis ſanctarum virginum, *Kyneburgæ*, *Ki-
neſwithæ*, ac *Tilbæ*, *Thorneiam* adiit. Prior autem cum nonnullis fratri-
bus, aſſumto ſecum brachio ſancti *Oſwaldi* Regis, ad inſulam de **Hely** au-
fugit. Subprior vero cum decem fratribus ad *Croylandiam* venit. Fœlici-
ter illo anno ex frequentibus pluviis inundationes excreverant, & vicinas
paludes, circumque jacentes mariſcos immeabiles reddebant. Ideo totus
mundus advenit, populus infinitus affluxit, chorus & clauſtrum repleban-
tur Monachis, cetera Eccleſia Sacerdotibus & Clericis, Abbathia tota Lai-
cis, cœmeterium nocte ac die ſub tentoriis, mulieribus & pueris; fortiores
quicunque inter eos, ac juvenes in ulvis & alnetis ora fluminum obſerva-
bant: erantque tunc quotidie (ut cetera onera taceantur) centum Mo-
nachi in menſa. Super hæc omnia, per nuncium Rex *Swanus* Monaſte-
rio *Croylandiæ* mille marcas impoſuit, & ſub pœna combuſtionis totius
monaſterii ſolutionem dictæ pecuniæ certo die apud [g] **Lincoln** aſſigna-
vit: infraque tertium menſem poſt ſolutionem hujus [h] pecuniæ, iterum
pro victualibus ſui exercitui providendis exactores nequiſſimi mille marcas

a Trieribus. *b* Grantabr. *c* Initia. *d* Seque[n]te. *e* *Glynton*, *Northburch.* *f* Conventu
ſuo. *g* *Lyndcoll.* *h* Summæ.

minis

minis maximis extorquebant. Ventilatum eſt nunc, & ubique vulgatum crudele martyrium ſancti *Elphegi* Archiepiſcopi *Dorobern.* qui quia ſummam pecuniæ exceſſivam ſibi impoſitam pro ſua redemtione ſolvere detrectavit, belluina Danorum ferocitas eum acerbiſſimo tormento crudeliter interemit. Omnes fera tempora flebant, felices qui quocunque modo in fata proceſſerant: Abbas *Godricus* maxime, cui cura tanti populi incumbebat, & quem Rex *Ethelredus* cumulos argenti habere exiſtimabat. Danicus vero *Swanus* ſuuſque totus exercitus [a] ei tanquam domino de manibus eorum refugientium, juges inſidias & minas ſemper maximas ingerebat. 1013. *Æthelr. R.*

Demum expenſis internis, & exactionibus externis, totus theſaurus domini *Turketuli* Abbatis diſtractus eſt, horrea amborum *Egelricorum* demolita ſunt, cum adhuc Regii exactores pro pecuniis quotidie irruerent, & eum tanquam patriæ proditorem, & *Danorum* proviſorem Regi in proximo cum dignis compedibus deducendum, & ſuppliciis tradendum pro ſuis demeritis affirmarent. Perculſus ergo venerabilis pater Abbas *Godricus* dolore cordis intrinſecus pro tot minis terribilibus, convocat totum ſuum conventum, & nuncians nummos monaſterio deficere, orat & exorat quatenus doceant, & decernant in medio, quid contra nequam ſeculum magis expediat faciendum. Tandem longo tractatu placet hæc ſententia cunctis, aliquem miniſtrorum ſeu ſatellitum *Edrici* ducis *Merciorum* conducere, & cum pecuniæ deficerent, terris & tenementis ad terminum vitæ concedendis in ſuum defenſorem contra imminentia pericula obligare. Erat enim iſte *Edricus* potentiſſimus poſt Regem in terra, & cum Rege *Ethelredo*, & cum *Swano* Rege Danorum familiariſſimus, & poſtea cum *Cnuto* filio ſuo. Conductus eſt ergo quidam maximus ſatellitum dicti ducis *Edrici*, nomine *Normannus*, ſanguine ſumme clarus, filius viz. Comitis *Lefwini*, & frater [b] *Leofrici* nobilis Comitis *Leyceſtriæ*, dato ſibi (prout poſtulabat) manerio de **Baddeby** ad terminum c. annorum. Ille dictum manerium acceptans, tenere de ſancto *Guthlaco* per firmam [c] in grano piperis per annum in feſto S. *Bartholomæi* ſingulis annis perſolvendo, fideliter promittebat, & ſe futurum procuratorem ac protectorem monaſterii contra omnes adverſarios confecto inde chirographo obligabat. Valuit iſtud monaſterio aliquanto tempore, ſc. omnibus diebus vitæ ſuæ. Anno namque primo Regis *Cnuti*, cum perfidus dux *Edricus* dicto Regi *Cnuto* quaſi pro beneficiis improperaſſet, quod *Ethelredum* prodidiſſet, & *Edmundum* prodidiſſet, ore proprio proditionis reus factus, mortem proditoris pro demeritis accepit laqueo ſuſpenſus, & in [d] *Tameſin* fluvium projectus. Cum quo plurimis ſatellitum ſuorum ſimiliter occiſis, etiam inter eos præcipuus & primus *Normannus* occiſus eſt, cujus terras, cum Rex [e] *Leofricum* Comitem fratrem ſuum multum diligeret, ut ei pro morte fratris ſui aliquantulum ſatisfaceret, univerſas conceſſit. Hac conceſſione **Baddeby** ad manum dicti Comitis *Leofrici* devolvitur; & tandem, Priore monaſterii *Eveſhamii*, nomine *Avicio*, dicti Comitis confeſſore, conſulente ac crebro commonente, pro termino firmæ fratri ſuo conceſſæ, ad *Eveſhamium* aſſignatur, & ultra terminum firmæ adhuc retinetur. Erat enim iſte *Leofricus* Comes vir devotiſſimus, & eleemoſynis multum deditus, fundator, ac ditator multorum monaſteriorum: inter quæ, inſtigante uxore ſua, *Godiva* nomine, tunc fœminarum [ſicut corpore] pulcherrima, ſic corde ſanctiſſima, *Coventrenſe* monaſterium maximis & plurimis donariis in immenſum ditavit.

Edricus Merciorum Dux.

Normannus.

Edricus Dux ſuſpenſus.

Normannus cæſus.

Leofricus Comes Coventr. Monaſt. condit.

Porro Rex *Ethelredus*, cum triginta ſeptem annis Regium thronum miſerrime occupaſſet, infirmatus *Londoniis*, & à *Danis* obſeſſus obiit, & ibidem in Eccleſia S. *Pauli* ſepultus eſt. Cui ſucceſſit in Regnum, *Londoni-*

a Cui. *b* Lefrici. *c* Unius grani. *d* Tamenſem. *e* Lefricum.

1016. *Ædmund. R.* *Regnum cum Canuto divid.* *(nſium* & *Weſtſaxonum* electione, filius ejus primogenitus *Edmundus, ferreum latus* pro ſua fortitudine cognominatus. Qui fortiſſime dimicans contra *Cnutum* Danorum Regem, qui *Swano* patri apud Gayneſburgh mirabiliter & miſerabiliter extincto ſucceſſerat, Regnum tandem cum eodem *Cnuto* æque partitur. Cum vero dicti duo validiſſimi juvenes cœpiſſent ſimiliter pacatiſſime conregnare, perfidi ducis *Edrici* prædicti inſidiis *Edmundus* occiſus eſt, & omnium conſenſu *Cnutus* ſuper totam Angliam coronatus. Eodemque anno prædictus proditor Regum, perfidus dux Merciorum *Edricus* digno fine periit, ſuſpenſus (ut prædictum eſt) & in *Tameſin* projectus, à piſcibus devorandus. Occiſus eſt etiam præfatus *Normannus* cum quibuſdam aliis ſatellitibus ejus. Is erat annus Domini

1017. *Canutus.* M. XVII.

Incipiente igitur Rege *Cnuto* regnare, cum pax ſumma ubique proclamata per omnes provincias *Angliæ* refloreret, venerabilis pater Abbas Croylandiæ *Godricus* univerſos monachos hoſpites monaſterii ſui ad propria remiſit. Reverſus tunc ad monaſterium ſuum cum conventu ſuo Abbas Eccleſiæ ſanctæ *Pegæ*, ſtatim in ipſo introitu, cum omnia deſtructa cerneret, & combuſta, in terram corruit, perlatuſque per fratres ſuos ad proximam domunculam villæ ſuæ convicinæ, poſt quintum diem obiit, in Eccleſiaque ſua ſepultus eſt. Defuncto itaque Abbate *Baldoco*, ſucceſſit *Wlgatus Abb. Pegeland.* [a] *Wlgatus*, vir in mundialibus multum providus, & in ſpiritualibus valde religioſus. Qui contra Abbatem *Burgi Leofricum* poſtea fortiſſime placitavit: ſed Regis curia nimium favente potentiori, & contra pauperem *Abbatiæ ſedem perdit.* ſententiante, tandem ſedem monaſterii ſui perdidit. Tanta fuit Abbatis *Leofrici* pecunia, tanta Comitis *Godwini* potentia. Sed hæc poſtea.

Regis autem *Cnuti* anno ſecundo cum procellæ præliorum quieſcerent, & pacis ſerenitas tempora inciperet proſperare, venerabilis pater Abbas *Godricus*, hujus vitæ mari magno multis laboribus enavigato portum quietis æternæ ingreſſus eſt, cum monaſterium XIV. annis laborioſiſſime gubernaſſet, defunctus XIV. Kalend. Februarii, & in capitulo contra dominum *Osketulum* ſepultus. Cui ſucceſſit ad Abbatis officium venerabilis pater *Brichtmerus Abb. Croylan.* dominus [b] *Brithmerus*, qui cognatus domini *Osketuli* Abbatis, ſub prædeceſſore ſuo Abbate *Godrico* monaſterii procurator, multa pericula verſus regem *Ethelredum*, & verſus exercitus *Danorum* ſæpiſſime mira gratia ſuperaverat. Hujus Abbatis anno IV. veniens quidam devotiſſimus adoleſcens ac valde generoſus, de cognatione videlicet præfati *Leofrici* Co- *Wlſius recluſus.* mitis *Leyceſtriæ*, nomine *Wlfius*, amore vitæ ſolitariæ, apud nos recluſus eſt, & multis annis ſanctiſſime converſatus. Venerabilis autem pater Abbas *Brithmerus*, cum *Cnutum* Regem ſuper *Angliam* ſtabilitum, cerneret univerſos Anglos civiliter, & ſatis amicabiliter ubique tractare, inſuper ſanctam Eccleſiam ſpeciali devotione diligere, ac filiali ſubjectione honorare, monaſteriis, multiſque ſanctorum locis benefacere, quædam vero monaſteria ad ſummam gloriam promovere; ſtatuit ſemel opportunitate captata Regem adire, & confirmationem monaſterii ſui (quorundam adverſariorum, qui tempore guerræ multam creverant, vim formidans) à dicto Rege impetrare. Quod & factum eſt. Nam curiam Regis adiens, & gratiam ejus inveniens, dictam confirmationem obtinuit; [c] in quod pulcherrimo calice à Rege donatus eſt in his verbis:

1032. *Char. Canuti.* [d] Cnutus *Rex totius* Angliæ, *&* Danmarchiæ, *&* Norwagiæ, *& magnæ partis* Swavorum, *omnibus provinciis, nationibus, & populis meæ poteſtati ſubjectis, tam minoribus quam majoribus ſalutem. Cum terram* Angliæ *progenitores mei & parentes duris extortionibus & diris deprædationibus ſæpius oppreſſerunt, & (fateor) innocentem ſanguinem frequenter in ea effude-*

a Wulgarus. *b* Brichtmerus. *c* In quodam pulch. calice de dono Regis in hiis verb. *d* Kanutus.

runt:

runt: ſtudium meum a principio mei regni fuit, & ſemper erit in futurum, tam penes cœlum, quam penes ſeculum propter hæc mea peccata, & parentum meorum ſatisfacere; & ſtatum totius ſanctæ matris Eccleſiæ, & uniuſcujuſque Monaſterii ſub imperio meo conſtituti, cum in aliquo meo patrocinio indiguerint, devotione debita emendare; omneſque ſanctos Dei per hæc, & alia bona opera, mihi in meis neceſſitatibus reddere benignos, ac deprecationibus meis favorabiles & placatos. Ideo in arras hujus meæ ſatisfactionis offero ſancto Guthlaco *de* **Croyland**, *& ceteris Sanctis ejuſdem loci, de ſubſtantia mea unum calicem, confirmans* Brithmero *Abbati, & Monachis ſuis totum Monaſterium ſuum* Croylandiæ *cum inſula circumjacente, & duobus mariſcis adjacentibus, ſcilicet* **Alderlound**, *&* **Goggiſlound**, *eiſdem terminis, & limitibus, quibus in chirographo inclyti quondam Regis* Edredi *reſtauratoris ſui, dicta inſula, dictique duo mariſci ſatis aperte deſcribuntur. Confirmo etiam omnes Eccleſias & capellas, terras & tenementa, libertates & privilegia in ejuſdem Regis chirographo contenta, cum quibus omnibus dictus Rex* Edredus *dictum monaſterium* Croylandiæ *ad honorem Dei, & ſancti* Guthlaci *confeſſoris ſui corporaliter in eo requieſcentis dotavit, [donavit,] ditavit, & ſuo chirographo confirmavit. Nulluſque hominum meorum audeat a modo dictos Monachos inquietare, vel in aliquo conturbare pro prædictis. Quod ſi quis facere præſumſerit, vel* [a] *tentaverit uſurpare, vel gladii mei ſentiet aciem, vel gladii pœnam ſacrilegis debitam* [b] *ſubibit abſque omni remiſſione, & redemtione puniendus juxta modum & menſuram injuriæ dictis Monachis irrogatæ. Ego* [c] Cnutus *Rex anno Dominicæ incarnationis milleſimo triceſimo ſecundo,* Londoniis *iſtud meum chirographum ſigno ſanctæ crucis confirmavi* ✠. *Ego* Egelnothus *Archiepiſcopus Dorobern. ſigno ſanctiſſimæ crucis* [d] *confirmavi* ✠. *Ego* Alfricus *Archiepiſcopus Eboracæ hoc Regis chirographum* [e] *affirmavi* ✠. *Ego* Leffius *Wicciorum Epiſcopus conſignavi* ✠. *Ego* Elfwardus *Lond. Epiſcopus collaudavi* ✠. *Ego* Brichtmerus *Lichefeld Epiſcopus conſtabilivi* ✠. *Ego* Brichtegus *Abbas Perſorenſis communivi* ✠. *Ego* Wlnothus *Abbas Weſtmonaſterii ſignavi* ✠. *Ego* Oſwius *Abbas Thorneienſis approbavi* ✠. *Ego* Godwinus *Comes conſenſi* ✠. *Ego* Leofricus *Comes confeſſi* ✠. *Ego* Edwinus *frater* Leofrici [*Comitis*] *affui* ✠. *Ego* Haroldus *filius* Godwini *Comitis interfui* ✠. *Ego* Algarus *filius* Leofrici *Comitis aſtiti* ✠. *Ego* Turkillus *Miniſter Regis audivi* ✠. *Ego* [f] Alfgetus *Miniſter Regis aſpexi* [✠.] — 1031. *Canutus R.*

Anno namque regni ſui decimo quarto Rex *Canutus* Romam adiens; honorifice ſuſceptus erat à Papa *Johanne* [xv. & à *Conrado* Imperatore qui tunc aderat, aliiſque multis Regibus] & Principibus totius Chriſtianitatis, circa *Romam* tunc ibidem in Paſchæ feſto cum domino Papa congregatis; redienſque verſus *Angliam* per *Daciam*, in dicta via ſua direxit literam ad Archiepiſcopos, & univerſum populum *Angliæ* de ſua proſperitate præcurrentem per Abbatem *Taviſtokenſem*, *Livingum* nomine, ſub iſtis verbis: — 1031. *Canutus Romam petit.*

Canutus *Rex totius* Danmarchiæ, & Angliæ, & Norwagiæ, *& partis* Swavorum, Egelnotho *Metropolitano, &* Alfrico *Eborac. Archiepiſcopo, omnibuſque æpiſcopis & Primatibus, & toti genti* Anglorum, *tam nobilibus, quam plebeiis ſalutem. Notifico vobis me noviter iſſe* Romam *oratum pro redemtione peccaminum meorum, & pro ſalute Regnorum, quique meo ſubjacent regimini populorum. Hanc quidem profectionem Deo jam olim devoveram; ſed pro negotiis, & regni cauſis impedientibus hucuſque non poteram perficere. Nunc autem ipſi Deo meo omnipotenti valde humiliter gratias ago, quod conceſſit ut in vita mea beatos Apoſtolos* Petrum & Paulum, *& omne ſanctuarium, quod intra urbem* Romam *aut extra addiſcere potui, expetere valde utile ducerem. Sit autem vobis notum, quia magna congregatio fidelium* — *Canuti Epiſtola.*

a Attemtaverit. *b* Subiet. *c* Kanutus. *d* Hoc Regium chirographum affirm. *e* Sancta cruce corroboravi. *f* Elfgetus.

1031. *nobilium in ipſa Paſchali ſolennitate ibi cum domino Papa, & Conrado Imperatore erat; ſcilicet omnes Principes gentium a monte Gargano uſque ad iſtud proximum mare: qui omnes me & honorifice ſuſcepere, & donis pretioſis & muneribus variis* [a] *honoravere, tam in vaſis aureis & argenteis, quam in palliis & veſtibus valde pretioſis. Loquutus ſum ergo cum domino Imperatore, & domino Papa, & Principibus qui ibi erant, de neceſſitatibus totius populi mei tam* Angli, *quam* Dani, *ut eis concederetur lex æquior, & pax ſecurior in via* Romam *adeundi; & ne tot clauſuris per viam arctentur, & propter injuſtum telonium fatigentur. Annuitque poſtulatis Imperator, &* Robertus *Rex, qui maxime ipſarum clauſurarum dominatur, cunctique Principes edictis firmaverunt, ut homines mei tam mercatores, quam alii orandi cauſa viatores, abſque omni angaria clauſurarum ac teloniorum cum firma pace, & juſta lege ſecuri* Romam *adeant, & redeant. Conqueſtus ſum iterum coram domino Papa, & valde mihi diſplicere cauſabar, quod mei Archiepiſcopi in tanta angariabantur immenſitate pecuniarum, quæ ab eis expetebantur, dum pro Pallio accipiendo, ſecundum morem, Apoſtolicam ſedem expeterent: decretumque eſt, ne id deinceps fiat. Cuncta enim, quæ a domino Papa, & ab ipſo Imperatore, & a Rege* Roberto, *ceteriſque Principibus, per quorum terras nobis tranſitus eſt ad* Romam, *pro meæ gentis poſtulabam utilitate, libentiſſime annuerunt, & conceſſa etiam ſacramento firmaverunt, ſub teſtimonio quatuor Archiepiſcoporum, & viginti Epiſcoporum, & innumeræ multitudinis Ducum & Nobilium, qui ibi aderant. Quapropter Deo omnipotenti gratias magnificas reddo, quia omnia, quæ deſideraveram, prout mente decreveram, proſpere perfeci, votiſque meis ad velle ſatisfeci.*

Canutus R.

Nunc itaque notum ſit omnibus vobis, quia ipſi Deo omnipotenti ſupplex devovi vitam meam a modo in omnibus juſtificare, & Regna mihi ſubdita, populoſque juſte & pie regere, æquumque judicium per omnia obſervare; & ſi quid per meæ juventutis intemperantiam atque negligentiam hactenus præter id, quod juſtum erat, actum eſt, totum deinceps, Deo auxiliante, diſpono emendare. Idcirco obteſtor, & præcipio meis conſiliariis, quibus Regni conſilia credidi, ne ullo modo aut propter meum timorem, aut alicujus potentis perſonæ favorem, aliquam injuſtitiam a modo conſentiant facere, vel patiantur pullulare in omni Regno meo. Præcipio etiam omnibus perſonis, & Vicecomitibus univerſi regni mei, ſicut meam habere volunt amicitiam, aut ſuam ſalutem, ut nulli homini, diviti, [b] *vel pauperi vim injuſtam inferant; ſed omnibus tam nobilibus, quam ignobilibus ſit fas juſta lege potiundi, a qua nec propter favorem Regni, nec propter alicujus potentis perſonam, nec propter mihi congerendam pecuniam ullo modo devient, quia nulla mihi neceſſitas eſt, ut iniqua exactione pecunia mihi congeratur. Ego itaque notum vobis fieri volo, quod eadem via, qua exivi, regrediens* Danemarchiam *vado, pacem, & firmum pactum, omnium* Danorum *conſilio, compoſiturus cum iis gentibus, quæ nos, & regno & vita privare, ſi iis eſſet poſſibile,* [c] *volebant; ſed non poterant, Deo ſcilicet virtutem eorum deſtruente: qui nos ſua benignitate in regno, & honore conſervet, omnium inimicorum noſtrorum potentiam adnihilet. Compoſita namque pace cum gentibus, quæ in circuitu noſtro ſunt, diſpoſitoque, & pacato omni Regno meo hic in Oriente, ita ut a nulla parte bellum aut inimicitias aliquorum timere habeamus, quam citius hac æſtate apparatum navigii habere potero,* Angliam *venire diſpono. Hanc autem epiſtolam jam præmiſi, ut de mea proſperitate omnis populus regni mei lætificetur, quia (ut vos ipſi ſcitis) nunquam memetipſum, nec meum laborem abſtinui, nec adhuc abſtinebo impendere pro omnis populi mei neceſſaria utilitate. Nunc igitur obteſtor omnes epiſcopos meos, & regni præpoſitos per fidem, quam mihi debetis & Deo, quatenus faciatis, ut, antequam* Angliam *veniam, omnia debita, quæ ſecundum legem antiquam debemus, ſint perſoluta: ſcilicet eleemo-*

a Honoratus ſum. *b* Nec. *c* Quod volebant, f. quidem vol.

ſyna

ſyna pro aratris, & decimæ animalium ipſo anno procreatorum; & denarii, 1031.
quos Romam *ad ſanctum* Petrum *debetis, ſive ex urbibus, ſive ex villis, &* Canutus R.
mediante Auguſto *decimæ frugum, & in feſtivitate ſancti* Martini *primitiæ* Denarii S. Petri.
ſeminum ad Eccleſiam; ſub cujus parochia quiſque degit, quæ Anglice **Kyrkeſet** Kyrkeſet.
nominatur. Hæc & alia ſi, quum venero, non erunt perſoluta, Regia [a] *vis ſecun-*
dum leges, in quem culpa cadit, diſtricte abſque venia [b] *vindicabit. Valete.*

Anno namque Domini M. XXXII. Rex *Cnutus* rediens de *Roma* per *Da-* 1032.
ciam, apud *Sandwicum Angliam* applicuit. Cui occurrens in portu domi- Canutus in
nus Abbas *Brichtmerus* duos optimos Regi obtulit palefridos, quos ille Angliam red.
[c] benigne acceptans, & gratias integras frequenter agens, dedit Abbati
noſtro unum plenum veſtimentum de ſerico, aureis aquilis intextum, &
unum thuribulum argenteum & deauratum; quod nuper vetuſtate con-
fractum, per dominum *Ednothum* noſtrum Secretarium reparatum erat;
duodecimque dedit [d] Abbas urſinas pelles, quarum coram diverſis alta-
ribus quædam uſque ad noſtra tempora perdurarunt. Abbas autem *Bricht-
merus* roboratus in omnibus Regio favore, impetrata prius monaſterii ſui
regia confirmatione præmiſſa, ædificavit multa maneria **Croyland** du-
dum per *Danos* deſtructa. Fecit enim apud **Staundon** pulcherrimam
aulam, & cameras, ac alias officinas neceſſarias ſuæ familiæ hoſpitio, cum
petere *Londonias* ipſum, ſeu Monachos ſuos pro quibuſcunque monaſterii
negotiis oporteret. Idem fecit apud **Drayton**, idem fecit apud **Mor-
burne**. In ceteris maneriis deſtructis per *Danos*, ſcilicet **Rotenham**,
Hoketon, [e] **Wendling**. **Adyngton**, **Elmyngton**, **Langtoft**, **Baſton**,
Bukenhale, & **Halyngton**, fecit tum horrea, boſtaria, ſtabula, ovilia,
& coquinas. Ejus etiam anno XVIII. cum Rex *Cnutus* in regno fere XX. Canuti mors.
annos perfeciſſet, obiit, & *Wyntoniæ* ſepelitur.

Cujus duo filii *Haroldus*, & *Hardecnutus* tum de Regno diſceptantes, Haroldus &
videbantur bellum maximum parturire. Nam [f] & *Dani Londonienſes Ha-* Hardecnutus.
roldum filium *Elfgiva* Northamtoniæ, ſed diffamatum, fictum filium Re-
gis *Cnuti*; *Angli* vero cum tota cetera terra potius *Edwardum* filium Regis
Ethelredi, ſeu ſaltem *Cnuti* Regis filium *Hardecnutum* ex *Emma* Regina ge-
nitum eligebant. Hinc perterrita hominum ac mulierum multitudo ma-
xima, cum ſuis parvulis ac catallis omnibus mobilibus ad *Croylandiam* con-
currebat, ſola ſuſpicione belli ſupervenientis attracta [g] ad mariſcorum
uligines, & alneta, lutumque lacuum, tanquam caſtrum refugii fortiſſi-
mum, [h] arbitrati. Hii adventitii univerſum monaſterium multis querelis
& interpellationibus jugiter inquietabant, & tota die in clauſtrum irru-
entes, de ſuis indigentiis dominos loci cum blanditiis allicere in ſuum fa-
vorem, tam per ſervos monaſterii, quam per ſe, aſſidue in monachorum
auribus incumbebant. Hinc Monachi clauſtrum relinquentes, vix ad divi-
num officium in chorum de dormitorio auſi ſunt deſcendere, vix ad com-
munis menſæ participationem in refectorium poterant convenire. Maxi-
me vero [i] *Wulfium* anachoritam recluſum apud clericos *Pegelandenſes* an-
gariabant, & perangariabant: quem die noctuque de diverſis ne-
gotiis conſulentes, multis clamoribus & invocationibus eum tœdere
vitæ ſuæ compellebant. Ideo tandem faſcia ligatis oculis ejus, *Eve-
ſhemium* petiit, & ibidem juxta quandam capellam in cella recluſus, huc-
uſque reſedit. Regnum autem *Angliæ* diviſum [eſt] inter duos ger-
manos fratres: *Hardecnutuſque* auſtrales provincias ultra [k] Tameſem flu-
vium, *Harolduſque* boreales cum *Londoniis*, totamque terram citra di-
ctum fluvium accepit. *Hardecnutus* ergo accepta portione ſua, *Dane-
marchiam* adibat; ubi cum moras diutius juſto innectebat, *Haroldus* in Re-
gem ſuper totam *Angliam* elevatur. Ipſe dedit monaſterio noſtro chla-
mydem coronationis ſuæ, de ſerico, aureiſ[que] floribus intextam, quam

a Exactione. *b* Comparabit. *c* Benignius. *d* Albas. *e Wendlyngburc.* *f* Dani & Lond
g Ac. *h* Arbitrata. *i* Wlfium. *k* Tamenſum.

 poſtea

poſtea Secretarius commutavit in cappam: pluraque nobis bona feciſſet: (tantam gratiam dominus Abbas *Brichtmerus* in illo reperat) niſi eum adhuc in januis Regni reptantem cita mors præpropere ſuſtuliſſet. Quatuor
1040. annis itaque completis, Regnoque quaſi guſtato deceſſit, & *Weſtmonaſterii* tumulatur. Cui ſucceſſit in Regnum, accerſitus de *Dacia*, *Hardecnutus* frater ejus, ſed ex *Emma* matre. Statimque, ut regnum ingreſſus eſt, corpus *Haroldi* fratris ſui de tumulo juſſit tolli, deinde decollari, tandem in proximum fluvium *Tameſim* projici. Sed *Angli* & *Dani* de flumine levantes, in cœmeterio *Danorum* Londoniis fecerunt ſepeliri. *Hardecnutus*
1042. vero biennio regnato apud *Lamitham* juxta Londonias inter epulas & pocula ſpiritum eructavit, & *Wyntoniæ* juxta patrem requieſcit.

Ædwardus 1043. Poſt ejus obitum, omnium electione in *Edwardum* concordatur, maxime cohortante *Godwino* Comite; in Regemque *Edwardus* filius *Emmæ* reginæ, ſed ex *Ethelredo* quondam patre, & *Angliæ* Rege, apud *Londonias* præficitur coronatus, anno ſcilicet incarnationis Dominicæ M. XLIII. in die ſancto Paſchæ, & regnavit fere XXIV. annis. Cui data eſt in uxorem filia *Godwini* Comitis puella pulcherrima, literis apprime erudita, moribus autem & cetera vita virgo caſtiſſima, & humilitate ſanctiſſima, nomine
Egitha Regina. *Egitha*, in nullo patris aut fratrum barbariem ſapiens, ſed mitis & modeſta, fidelis & honeſta, & nulli unquam infeſta; unde de illa dicebatur illud elegiacum.

Sicut ſpina roſam, genuit Godwinus Egitham.

Vidi ego illam multotiens, cum patrem meum in Regis curia morantem adhuc puer inviſerem, & ſæpius mihi de ſcholis venienti de literis ac verſu meo opponebat, cum occurrerem, & libentiſſime de grammatica ſoliditate ad Logicam levitatem, qua callebat, declinans, cum argumentorum ſubtili ligamine [a] me concluſiſſet, ſemper tribus aut quatuor num-
Ædwardus Normannos fovet. mis per ancillulam numeratis ad Regium penu tranſmiſit, & refectum dimiſit. Rex autem *Edwardus* natus in *Anglia*, ſed nutritus in *Normannia*, & diutiſſime immoratus, pene in Gallicum tranſierat, adducens ac attrahens de *Normannia* plurimos, quos variis dignitatibus promotos in immenſum exaltabat. Præcipuus inter eos erat *Robertus* Monachus *Gemmeticenſis*, factus per eum Epiſcopus *Londonienſis*, poſtea in Archiepiſcopum *Cantuarienſem* elevatus, & *Willielmus* [& *Wlfelmus*] Regis capellani: quorum prior poſtea factus eſt Epiſcopus *Lond.* poſterior Epiſcopus *Dorcaciſtriæ.* Cœpit ergo tota terra ſub Rege, & ſub aliis *Normannis* introductis *Anglicos* ritus dimittere, & *Francorum* mores in multis imitari, *Gallicum* [ſcilicet] idioma omnes Magnates in ſuis curiis tanquam magnum gentilitium loqui, chartas & chirographa ſua more *Francorum* conficere, & propriam conſuetudinem in his & in aliis multis erubeſcere. Sed hæc magis poſtea.

1048. Porro anno ſexto regis *Edwardi*, ſcilicet anno Domini M. XLVIII. cœpit ægrotare venerabilis pater Dominus *Brichtmerus* Abbas *Croylandiæ*, cum diligentiſſime regimen paſtorale annis XXVIII. gubernaſſet; & obiit VII. Idus Aprilis, & in oſtio capituli jacet humatus. Illo in tempore (ut aliqualiter antea eſt prætactum) venerabilis pater dominus *Wlgatus* Abbas *Pegelandiæ* diutiſſimam calumniam paſſus ab Abbatibus *Burgi*, [b] *Elfino*, *Arwino*, & *Leofrico*, Abbathiæ ſuæ ſedem amittens, tandem ſuccubuit, & (proh nefas) totum ſitum Monaſterii ſui judicio Regalis curiæ perdidit. Tantum tunc potuit ſuper juſtitiam pecunia, contra veritatem verſutia, & in curia regis *Hardecnuti* Comitis *Godwini* potentia. Cumque prædictus Abbas *Wlgatus* amiſſo ſitu monaſterii ſui, juxta proximi fluvii crepidinem, **Welland** nomine, in ſuo manerio magis vicino de **Northamburgh** fundamenta novi monaſterii jeciſſet, & illuc Abba-

a Mihi. *b* Elffino.

thiam

thiam ſuam transferre diſponeret, Eccleſiamque ac dormitorium cum 1048.
ceteris clauſtralibus officinis, adjutus multorum fidelium eleemoſynis, re- *Ædwardus R.*
ædificare non ſegniter inſudaret; *Fernotus* miles, & dominus de **Boſ-worthe**, [in dicto manerio de **Northburt** calumniam poſuit, &] dictum manerium de **Northburt** datum fuiſſe de progenitoribus ejus monaſterio ſanctæ *Pegæ*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, ex Abbatis propriis chirographis patenter oſtendit: unde conſequenter allegavit, quod cum Deo & ſanctæ *Pegæ* Abbas *Wlgatus* & monachi ſui à modo *Wlgatus Abb. Monaſterio, & terris exutus.*
ibidem non ſervirent, dictum manerium à modo non haberent. Acceptatum eſt hoc à Regis juſtitiario, & confeſtim adjudicatum eſt dictum manerium de **Northburgh** cum omnibus ſuis pertinentiis, prædicto militi *Fernoto*, & tanquam jus ſuum hæreditarium, de monachis Eccleſiæ ſanctæ *Pegæ* alienatum perpetuo & ſublatum. Quod cum per univerſum Regnum citius fuiſſet cognitum, ſc. Abbatem de **Peykyrk** prius [a] amiſſo monaſterio ſuo, & conſequenter manerio ad monaſterium quondam pertinente: ſimiliter *Edmerus* miles & dominus de **Holbrok** calumniam movit contra eundem Abbatem & monachos ſuos de manerio ſuo de **Makeſey**; & *Horſyngus* de **Wathe** calumniatus eſt [&] pro manerio ſuo de **Badyngton**; & *Siwardus* Comes de manerio ſuo de **Bernak**; & *Hugolinus* theſaurarius de manerio de [b] **Helpiſton**; & alii plures de aliis maneriis dicto monaſterio dudum pertinentibus; & omnes eadem ratione in dicta cauſa contra monachos obtinuerunt; & tam de maneriis, quam de monaſterio ſuo dictus abbas de **Peykyrke** & monachi ſui nequiter ac crudeliter ejecti ſunt: ut nunquam alicui veniat damnum ſolum. Cum itaque Abbas *Wlgatus* & conventus ſuus, monachi ſcilicet XVIII. ſic de monaſterio deſtituti vagabundi & in proximo diſpergendi in omnem ventum pro extrema miſeria fluctuarent: miſertus eorum piiſſimus Rex *Edwardus* omnes in ſuam curiam ſuſcepit, & uſquequo [pro] eis provideret, ſuam capellam, ac aulam quotidie frequentare imperavit.

Vix egreſſus erat ſermo ex ore Regis, & ecce, nuntiatur in aula ejus obitus *Brichtmeri* Abbatis monaſterii *Croylandenſis*; cujus paſtoralis baculus per Priorem monaſterii, ac duos alios fratres eum concomitantes, Regi extitit præſentatus. A tempore namque Regis *Ethelredi* patris ſui, cœperunt Abbates in Regum curiis clarius agnoſci: & indies contingebat Regum miniſtros per monachos [nonnullos] dignitatum & prælatiarum nimium ambitioſos, variis [c] xeniis, & blandis ſalutationibus deinceps abundantius honorari. Ac inter præcipua monaſteria tunc magno nomine prædicabatur *Croylandia:* tot & tanta in tempore *Danicæ* tribulationis in *Epiſcopi & Abbates à Regibus inveſt.*
Regis curiam ſemper manu promtiſſima effuderat donaria & tributa. A multis itaque annis retroactis nulla electio prælatorum erat mere libera & canonica, ſed omnes dignitates tam Epiſcoporum, quam Abbatum per annulum & baculum Regis curia pro ſua complacentia conferebat. Recipiens ergo piiſſimus Rex *Edwardus* baculum paſtoralem monaſterii **Croyland**, in præſentia domini *Gerardi* Prioris *Croylandiæ*, duorumque commonachorum ſuorum, qui cum ipſo ad curiam venerant, & ceterorum monachorum *Pegelandenſium*, quos ſicut olim ſuos compatriotas & cariſſimos convicinos, monachi *Croylandenſes* optime noverant, prædictum venerabilem patrem dominum *Wlgatum* abbatem de paſtorali regimine *Croylandenſis* monaſterii per ejus paſtoralem baculum inveſtivit, & ſuper hoc *Wlgatus Abb. Croyland.*
literam ſuam *Croylandenſi* conventui direxit in his verbis:

Edwardus Rex Anglorum *ſubpriori & ſancto Conventui monaſterii* Croylandenſis *ſalutem. Miſertus domini* Wlgati *quondam Abbatis* Pegelandiæ, 1048.
qui non ſuo crimine, ſed juris dictamine ſuum monaſterium perdidit; miſertus etiam veſtri, qui non veſtra volentia, ſed mortis violentia veſtrum patrem

a Amiſiſſe Monaſterium ſuum, & conſequ. Manerium ad Mon. quond. pertinens: *b* Helpeſton. *c* Exenniis.

nuper

Ædwardus R. 1048. *nuper perdidiſtis; ambos una antidoto ſanare contendo, ſcilicet prædictum patrem* Wlgatum *vobis in prælatum præficiendo. Vos ergo ſicut ſancti viri benefacietis, ſi prædictum patrem veſtrum, & paſtorem, tot tribulationibus exercitatum & probatum, obedienter ſuſceperitis, & commonachos ſuos, confratres veſtros, ſecum ad vos commeantes, [ſi] fraternæ caritatis amore benigne tractaveritis, ut ſimul ad cœlum poſt præſentis vitæ curſum contendere valeatis, & ad ſanctum chorum veſtrorum patronorum, qui fratres fuerunt, pervenire poſſitis. Valete, orantes pro me, & pro toto Regno meo Deum deprecamini die ac nocte.*

Conceſſit Rex *Edwardus* hoc eodem tempore ad petitionem dicti domini *Wlgati* Abbatis *Croylandiæ*, ſuggerente prædicto domino *Gerardo* Priore monaſterii noſtri [*Croylandiæ*,] & diligenter procurante, confirmationem totius monaſterii noſtri *Croylandiæ* de omnibus terris & tenementis, mariſcis, & aliis rebus noſtris dicto monaſterio noſtro *Croylandiæ* pertinentibus, per chirographum ſuum in his verbis:

Charta Ædwardi. *Ego* Edwardus *gratia Dei Rex* Anglorum, *domino* Wlgato *Abbate* Croylandiæ *poſtulante, dominoque* Gerardo *Priore dicti monaſterii devote ſupplicante, teſtamenta prædeceſſorum meorum Regum* Angliæ, *ſc. piiſſimi Regis* Edredi, *& inclyti Regis* Edgari *avi mei, monaſterio* Croylandiæ *conceſſa, in omnibus laudo, approbo, & confirmo. Dederunt enim, & ſuis chirographis confirmarunt Deo & ſancto* Guthlaco; *ac monachis ſuis totam inſulam* Croylandiæ *in ſitum ſeparalem monaſterii dictorum monachorum, ſicut jacet circa dictum monaſterium limitibus & terminis in prædictorum Regum chirographis ſatis aperte deſcripta & definita; cum duobus mariſcis ejus, ſcilicet* **Alderlound** *&* **Goggiſlound** *ex oppoſito ejuſdem inſulæ ad ejus occiduum jacentibus, ſimiliter cum iiſdem finibus & metis quibus in iiſdem chirographis deſcribuntur. Hæc & omnia alia donaria prædictorum Regum, ſcilicet* Edredi *reſtauratoris dicti monaſterii, &* Edgari *avi mei prædictis monachis & eorum ſucceſſoribus concedo & confirmo, cum omnibus libertatibus & privilegiis in eorum chirographis dicto monaſterio conceſſis & contentis, habenda ſancto* Guthlaco *& prædictis Monachis ſuis in puram Regalem eleemoſynam in perpetuum. Teſtibus* Egitha *Regina mea,* Edfio *&* Alfrico *Archiepiſcopis,* Godwino, Leofrico, *&* Siwardo *Comitibus, cum ceteris Optimatibus meis, qui aſſunt in curia mea, multis.*

Venit itaque prædictus venerabilis pater dominus *Wlgatus* ad *Croylandiam* cum omnibus monachis ſuis numero ſexdecim (duo namque *Londoniis* defuncti erant) & cum omni ſuppellectile ſua, & receptus eſt in die ſancti
1048. *Marci* Evangeliſtæ, ſcilicet anno Domini milleſimo quadrageſimo octavo.
Terræmotus. Quo anno terræmotus factus eſt magnus Cal. Martii die Dominica, & magna mortalitas hominum & jumentorum conſequuta eſt. *Egelricus*
Egelricus Epiſc. Dunelm. etiam monachus *Burgi*, *Godwino* Comite procurante, factus eſt epiſcopus *Dunelmiæ*. Qui adeptus epiſcopatum, cum infinitas pecunias collegiſſet, per mediam vaſtiſſimæ foreſtæ, & profundiſſimorum mariſcorum de **Depyng** uſque ad **Spaldyng**, de lignis & ſabulo calcetum ſolidum viatoribus fieri fecit, opus ſumtuoſum valde, primeque [a] neceſſarium: quod uſque nunc, & ſemper in futurum quamdiu duraverit, de factore *Egelrico* cognomen habebit, i. e. **Elricherode.** Illum pro ſuo opere *Girvii* univerſi, ac Mediterranei *Angli*, & *Saxones* omnes benedicebant; ſed *Dunelmenſes* plurimum condemnabant. Cumque iterum crumenas pecuniis re-
Agelwinus Epiſc. Dun. farſiſſet, Epiſcopatum dimittens, & *Burgum* repetens, *Agelwino* monacho *Burgenſi* & germano ſuo ſuum annulum reſignavit. Qui, penes Regem *Godwino* Comite ſimiliter procurante, factus Epiſcopus, permanſit in eo uſque ad hæc tempora noſtra. Sed hæc poſtea.

1051. Anno Domini M. LI. *Alfricus* Archiepiſcopus *Eboracæ* defunctus eſt apud

a Perneceſſ.

South-

𝔖𝔬𝔲𝔱𝔥𝔴𝔢𝔩𝔩, & apud *Burgum* ſepelitur. Eodem etiam anno cum terra non 1051.
daret ſolita fertilitate fructus ſuos, ſed fame plurimos habitatores devora- *Ædwardus R.*
ret, in tantum ut bladorum [a] cariſtia & panis inopia multa hominum mil- *Fames.*
lia morerentur: miſericordia motus ſuper [b] pauperes piiſſimus Rex *Ed-*
wardus, tributum graviſſimum, quod 𝔇𝔞𝔫𝔦𝔤𝔢𝔩𝔡 dicebatur, omni *Angliæ* *Danigeld.*
in perpetuum relaxavit. Ferunt quidam, Regem ſanctiſſimum, cum dictum
𝔇𝔞𝔫𝔦𝔤𝔢𝔩𝔡 cubicularii ſui collectum in Regis cameram intuliſſent, & ad
videndum tanti theſauri cumulum ipſum adduxiſſent, ad primum aſpe-
ctum exhorruiſſe, [&] proteſtantem, ſe dæmonem ſuper acervum pe-
cuniæ ſaltantem, & nimio gaudio exultantem proſpexiſſe. Unde pri-
ſtinis poſſeſſoribus juſſit ſtatim reddere, & de tam fera exactione ne iota
unum voluit retinere; quin in perpetuum remiſit, anno ſcilicet XXXVIII.
ex quo, tempore Regis *Ethelredi* patris ſui, *Swanus* Rex *Danorum* ſuo
exercitui illud ſolvi ſingulis annis imperavit. Hoc etiam tempore, cum
venerabilis pater Abbas *Wlgatus* tenacitatem temporis videret invaleſcere,
& filios ſuos, monachos ſui monaſterii, qui ante adventum ſuum reficie-
bantur voluptuoſis, & abundaverant croceis, jam veſci pane ſecundario &
paucis piſciculis de fluvio: ſuſpirans ſupra modum, & condolens, quod
multiplicaſſet gentem, non magnificaſſet lætitiam; conſuluit in medio, con-
tra urgentiſſimum famis inſtantis periculum quid expediat faciendum;
& divites conferre, ſapientes conſulere ſuppliciter ſupplicans, univerſos
amicos monaſterii adjurabat. Tunc inter familiares noſtri monaſterii,
& benevolos amicos, erat præcipuus conſiliarius quidam Vicecomes *Lin-* *Thoroldus*
colniæ, dictus *Thoroldus*, quem multi adhuc ſuperſtites & regulares & ſe- *Vicecomes*
culares viderunt & noverunt, de genere & cognatione illius Vicedomini *Lincoln.*
Thoroldi, qui quondam noſtro cœnobio amiciſſimus dedit nobis mane-
rium ſuum de 𝔅𝔬𝔨𝔢𝔫𝔥𝔞𝔩𝔢 cum omnibus pertinentiis ejus. Sic iſte *Tho-*
roldus ductus ſuper domum noſtram digniſſima pietate, in relevationem
noſtri monaſterii & exonerationem, ad ſuſtentationem ſex monacho-
rum, ſcilicet unius Prioris & quinque confratrum, competentiſque fami-
liæ ſatis, ut æſtimabat, ſufficientem, totum manerium ſuum de 𝔖𝔭𝔞𝔩- *Cella de Spal-*
𝔡𝔶𝔫𝔤 cum reditibus pertinentibus, & ſervitiis ſuis univerſis in perpetuam *ding.*
eleemoſynam conceſſit, & inde chirographum ſuum fecit. Tranſmiſ-
ſiſque ſex monachis de monaſterio noſtro cum dicto *Thoroldo*, refectorium
multum relevatum eſt. Ipſe autem inſtituit ardenter, de dicto manerio
ſuam familiam amovere, deinde capellam ſuam honeſtiorem facere, &
ſuam aulam in refectorium, cameramque in dormitorium, & in clauſtrum
monachorum ſuum deambulatorium immutare. Inſuper jumenta manerii
agriculturæ apta, aliaque coquinæ, brachini, & piſtrini vaſa talibus officiis
neceſſaria, ac utenſilia monachis contulit univerſa.

Hoc in tempore illuſtriſſimus ac glorioſiſſimus *Normannorum* Comes *Wil-* *Wilhelmus*
helmus [c] cum multo militum comitatu in *Angliam* ad Regem *Edwardum* *Normannus*
venit. Quem Rex honorifice ſuſcipiens, & aliquandiu ſecum retinens, ad *Ædwardum*
civitates & caſtella Regia circumduxit, & condignam humanitatem ex- *viſit.*
hibens, tandem multis donatum muneribus ad propria dimiſit. De ſuc-
ceſſione autem Regni ſpes adhuc, aut mentio nulla facta inter eos fuit.

Anno Domini M. LII. dominus *Wlgatus* Abbas *Croylandiæ*, quatuor annis 1052.
in regimine paſtoralis officii completis, obiit nonis Junii, & ſepultus eſt in
capitulo, die ſancti *Medardi* epiſcopi. Cui ſucceſſit ad Abbatis officium
ex Regis *Edwardi* collatione venerabilis pater dominus [d] *Wulketulus*, factus *Ulketulus*
Abbas *Croylandiæ* ex monacho, & ſacriſta *Burgi*, inſtallatus in feſto beatæ *Abb. Cro-*
Mariæ Magdalenæ. *Emma*, Regina quondam, & uxor Regum, ſcilicet *E-* *land.*
thelredi & *Cnuti*, ac mater Regum, ſcilicet *Hardecnuti*, & *Edwardi*, obiit,
& apud *Wyntoniam* tumulatur.

a Carentia. *b* Populum. *c* In. *d* Ulketulus.

1053. *Ædwardus R. Godwini Comitis interitus.* Anno Domini M. LIII. cum *Godwinus* Comes in menſa Regis, de nece ſui fratris impeteretur, ille poſt multa ſacramenta tandem per buccellam deglutiendam abjuravit; & buccella guſtata continuo ſuffocatus interiit: Comitatuſque *Weſtſaxoniæ Haroldo* filio ſuo datus eſt; & comitatus *Haroldi*, id eſt, *Eſtſaxoniæ*, *Algaro* filio *Leofrici*, *Leyceſtrenſis* Comitis, eſt donatus.

1056. *Siwardus Comes obit.* Anno Domini M LVI. ſtrenuus Comes *Northumbrorum Siwardus* obiit, & ſepultus eſt in clauſtro monaſterii ſanctæ *Mariæ* extra muros ejuſdem urbis, quod ipſe conſtruxerat. Comitatus autem ejus *Eboracæ*, *Toſtio* fratri Comitis *Haroldi* datus eſt; *Northamptoniæ* vero, ac **Huntyngdoun** comitatus, cum ceteris terris ſuis, inclyto Comiti [a] *Waldeno* filio & hæredi ſuo ſunt donati. Hoc etiam tempore Rex *Edwardus* ductus pravo conſilio quorundam, illuſtriſſimum Comitem *Algarum* exlegavit ſine aliqua culpa. *Algarus Comes.* Sed auxilio *Griffini* Regis *Wallenſium*, & *Noricæ* claſſis, quæ ſibi venerat ex inſperato, tandem poſt multorum cædes cum Rege reconciliatus, comitatum ſuum recepit, claſſiſque ſua *Legeceſtriam* deducta eſt, & à patre ſuo largiſſime præmiata receſſit.

1057. *Leofricus Comes obit.* Anno autem Domini M. LVII. illuſtriſſimus, & optimus Comes *Leyceſtriæ Leofricus* obiit, & apud *Coventriam* monaſterium ſuum, quod conſtruxerat, & maximis donariis & privilegiis plurimum ditaverat, ſepultus requieſcit, anno æqualiter XL. ex quo manerium noſtrum de **Baddeby**, pro termino firmæ fratris ſui *Normanni*, monaſterio *Evaſhamenſi* contulerat; in hoc ſolo nocivus nobis. *Edwardus* etiam patruelis Regis *Edwardi* vocatus de *Hungaria*, ubi *Angliam* attigit, infirmatus obiit, ſpeſque Regii ſanguinis deinceps deficere cœpit.

1058. Anno autem Domini M. LVIII. ſtrenuus Comes *Leyceſtriæ Algarus* ſecundo exlegatus eſt; qui *Griffinum* Wallenſium Regem iterum adiens, & claſſem *Noricam* conducens, per vim ſuum Comitatum recuperavit. Ipſe benevolus & amicus monaſterio noſtro, omnia dona progenitorum ſuorum domui noſtræ favorabiliter & gratioſe confirmavit, ac ad ſuſtentationem noſtri conventus, & confratrum noſtrorum apud **Spaldelyng** commorantium, quædam [b] ſpecialiter adjecit. Quo tempore conſilio & conſenſu ejuſdem Comitis, venerabilis pater Abbas [c] *Wulketulus* capellam ſanctæ *Mariæ* de **Spaldyng**, & omnes proventus ejus, cum omnibus reditibus noſtro monaſterio pertinentibus in orientali parte fluminis de **Weland**, prædictis monachis ſuis ad exhibendum hoſpitalitatem ibidem ſupervenientibus, more monaſteriali, tam pauperibus, quam divitibus, quorum creber illuc concurſus erat, pleno jure poſſidendam aſſignavit.

1059. *Nicolaus 2. Papa.* Anno autem Domini M. LIX. *Benedictus*, ſedis Apoſtolicæ invaſor, zelo fidelium à papatu pellitur, & *Nicolaus*, *Florentiæ* civitatis epiſcopus, Cardinalium electione canonice ſubrogatur. Ipſe *Stigando* Archiepiſcopo *Cantuariæ* pallium miſerat, quia ſimilis ſimilem diligebat. Strenuiſſimus etiam Comes *Algarus* noſtri monaſterii ſemper amantiſſimus, ſæpius ab æmulis inſectatus, ſæpe terra marique jactatus, ſed Domino ſemper proſperante ſuos conatus, invictus, & populo terræ affectu ſinceriſſimo amatus, obiit, *Algarus Comes obit.* & *Coventriæ* juxta patrem poſitus requieſcit humatus, relictis tribus liberis, duobus filiis, ſcilicet *Edwino* & *Morkario*, poſtea Comitibus, & unica filia, quæ nunc ſupereſt, Comitiſſa *Lucia*.

1060. *Aldredus Eborac. Archiepiſc.* Anno autem Domini M. LX. *Kynſius* Archiepiſcopus *Eboracæ* obiit, & apud *Burgum*, ubi monachus aliquando fuerat, tumulatur: cui ſucceſſit *Aldredus* epiſcopus *Wigorniæ*; Huic *Aldredo* epiſcopo *Wicciorum* * Rex *Edwardus* epiſcopatum *Herfordenſem* [commendaverat cuſtodiendum; unde

a Waldeuo. b Spiritualiter. c Ulketulus.

ad

ad *Eboracenſem* cathedram illo promoto, Rex *Edwardus* Epiſcopatum 1060.
Herefordenſem] contulit cuidam *Waltero, Egithæ* reginæ capellano, genere *Edwardus R.*
Lotharingo.

Anno autem Domini M. LXI. dominus Abbas *Croylandiæ Wulketulus* conſtruere cœpit, ſuccedentibus annis proſperis, novam Eccleſiam; quia vetuſta, quam quondam venerabilis dominus *Turketulus* fundaverat, minabatur in proximo ruinam. Adjuvit eum ardentiſſima devotione inclytus Comes [a] *Waldenus*, qui tum monaſterio noſtro *Croylandiæ* villam ſuam de **Bernak** dedit, eamque operi Eccleſiæ aſſignavit, paſſus remorſum in conſcientia ſancta, quod poſſeſſio erat aliquando Eccleſiaſtica, & quia illic erat inſignis lapidicina, & ideo monaſterio magis idonea & neceſſaria. 1061.

Anno Domini M. LXII. ſanctus *Wlſtanus* quondam monachus *Burgi*, poſtea Prior *Wigorniæ*, deinde Abbas *Glavorniæ*, tandem epiſcopus *Wigorniæ* eſt effectus. Hoc in tempore quidam vir nobilis, & valde generoſus, ac in militia multum clarus, dominus de **Brunne**, mariſcique adjacentis, dictus erat *Leofricus*, noſtro etiam monaſterio in multis beneficus conſiliarius & amicus, cognatus illius magni Comitis *Herfordenſis* [b] *Radini*, qui *Godam Edwardi* Regis ſororem duxerat in uxorem, & apud *Burgum* jacet tumulatus. Ipſe *Leofricus* de uxore dicta *Ediva*, quæ [c] ſimili ſanguine pollebat (quippe illius magnifici ducis *Oſlaci*, quondam Regis *Edgari* contemporanei, trinepta) filium genuerat, fortiſſimum robore tunc adoleſcentem, nomine [d] *Hewardum*, procero quidem corpore, pulcherrimum ephebum, ſed nimium bellicoſum, animoque ferocem ſupra modum; juvenilibus etiam ludis & luctis tam ſeverum, ut *manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum* multoties moverentur. Cum ergo ad luctas, & alios ludos tales ejus coætanei juvenes procederent, niſi ſupra cunctos triumpharet, & lauream [ob] victoriam ei [e] compatriotæ offerrent, quod brachio non potuit, gladio ſæpiſſime obtinuit. Unde convicini de juvene conquerentes, patrem *Leofricum* in tantum contra prolem propriam provocabant, quod ipſe coram Rege *Edwardo* plurimas pueriles ineptias in patrem non ferendas, & violentias in vicinos exceſſivas toto felle patefaceret, & ejus exlegationem tanquam adverſarius procuraret. Strenuiſſimus adoleſcens *Hewardus* exlegatus, *Northumbriam*, hinc *Cornubiam*, inde *Hiberniam*, deinde *Flandriam* petens, & ubique fortiſſime ſe gerens, nomen in brevi glorioſum valde, & magnificum acquiſivit; omnibus periculis ſe intrepide ingerens, & fœliciter evadens, in omni militari conflictu ſe ſemper fortiſſimis objiciens, & fortiter vincens, dubium fuit, utrum fœlicior an fortior fuerit: ita ſuos omnes hoſtes evicit, ita de maximis diſcriminibus immunis evaſit. Cumque ſic in certaminibus plurimis, & magnis præliis præclarus, & invictus, etiam apud ſuos adverſarios publicaretur, ejuſque geſta fortia etiam *Angliam* ingreſſa canerentur; patrem ſuum, ac matrem, omneſque parentes, & propinquos, ac compatriotas univerſos in ſui amorem ardentiſſimum mira Dei gratia converſos, non dubium, quin mutatio dexteræ excelſi tantum odium in tantam benevolentiam commutavit. In *Flandria* tandem quandam puellam nobilem, *Turfridam* nomine, ducens in uxorem, genuit ex ea unicam filiam, quæ nunc ſupereſt in noſtra convicinia, illuſtri militi, & noſtro monaſterio multum familiari *Hugoni Evermue*, domino villæ de **Depyng**, cum hæreditate paterna, ſcilicet **Brunne** ac ſuis appendiciis, nuper maritali conjugio copulata. Mater autem *Turfridæ* veniens cum viro ſuo in *Angliam*, videnſque caduci ſeculi multiplicia volumina, tandem cum viri ſui licentia relicta omni ſeculi pompa ſanctimonialem habitum in noſtro monaſterio *Croylandiæ* de manu domini *Wlketuli* Abbatis accepit, in illo habitu

Marginalia: 1062. — *Leofricus de Brunne.* — *Herewardus Heros.* — *Herwardus Exul.*

a Waldeuus. *b* Radulphi. *c* Sibi. *d* Herwardum. *e* Comprimotæ offerrent, quod brachio potuiſſe nequivit.

1062. *Ædwardus R.* diu ac ſanctiſſime converſata, ac dudum defuncta, vix æſtate quarta jam tranſacta, in noſtro ſepulta monaſterio requieſcit. Pater quidem *Hewardus* cum prædicta uxore ſua natale ſolum petens, póſt ingentia prælia, & mille pericula tam contra Regem *Angliæ*, quam Comites, & Barones, contra præfectos & præſides frequenter inita, & fortiter conſummata, prout adhuc in triviis canuntur, matreque vidua potenti dextera vindicata, tandem cum Regia pace paterna obtenta hæreditate, in pace dies ſuos complevit, & in monaſterio noſtro juxta ſuam uxorem nuperrime ſepulturam elegit. Sed hæc poſtea.

1063. *Wallenſes.* Anno autem Domini M. LXIII. *Haroldus* Comes *Weſtſaxoniæ* juſſu Regis *Edwardi* in *Wallenſes*, qui crebras irruptiones in pagos proximos, & plurimas deprædationes aſſidue faciebant, expeditionem fortiſſimam movit: cernenſque *Wallenſem* levitatem in *Anglicam* gravitatem multa facere, & facta violentia citius ad ſaltus refugere, noſtroſque milites armis onuſtos inſequi non valere; præcepit [a] militem corium coctum & omnem levem armaturam aſſueſcere. Unde territi *Wallenſes*, ſe in omnibus ſubmiſerunt, & regem ſuum *Griffinum* penitus abjecerunt.

1065. *Griffinus Wall. occiſus.* Anno autem Domini M. LXV. Rex *Griffinus* Wallenſium à ſuis occiditur, & caput ejus cum roſtro navis ipſius *Haroldo* deſtinatur: cujus fratribus *Blethgento* & *Ruthio* Rex *Edwardus* dedit, & fidelitate jurata [b] pro ſervitio Regno *Angliæ* debito ſingulis annis præſto perſolvendo, *Walliam* tenendam ſibi & ſuis poſteris pacifice conceſſit. [c] Anno eodem Rex *Edwardus* ſenio jam gravatus, cernens Clitonis *Edwardi* nuper defuncti filium *Edgarum* Regio ſolio minus idoneum tam corde quam corpore, *Godwinique* Comitis multam malamque ſobolem quotidie ſuper terram creſcere, ad cognatum ſuum *Wilhelmum* Comitem *Normanniæ* animum appoſuit, & eum ſibi ſuccedere in Regnum *Angliæ* [d] voce ſtabili ſancivit. *Wilhelmus* enim Comes tunc in omni prælio ſuperior, triumphator contra Regem *Franciæ*, ac omnes Comites *Normanniæ* contiguos publice perſonabat, invictus in armorum exercitio, judex juſtiſſimus in cauſarum judicio, religioſiſſimuſque ac devotiſſimus in divino ſervitio. Hinc Rex *Edwardus* *Robertum* Archiepiſcopum *Cantuariæ* legatum ad eum a latere ſuo direxit; illumque deſignatum ſui Regni ſucceſſorem tam debito cognationis, quam merito virtutis, ſui Archipræſulis relatu inſinuavit. Ad hoc, *Haroldus* Major domus Regiæ veniens in *Normanniam*, ſe *Wilhelmo* Comiti poſt regis obitum Regnum *Angliæ* conſervaturum non tantum juravit, ſed etiam ſe ducturum filiam *Wilhelmi* Comitis in uxorem data fide ſpopondit; & ſuper hæc magnifice muneratus ad propria revenit.

Wilhelmus Com. Norman.

Haroldus in Normannia.

1066. *Cometa.* Anno autem Domini M. LXVI. cometa in cœlo apparuit, quod Regni mutationem magnam, populi ſtragem, & multam terræ miſeriam portendit; unde dicitur illud metricum,

Anno milleno ſexageno quoque ſeno
Anglorum metæ crinem ſenſere Cometæ.

Ut enim Philoſophi dicunt, quo dirigit crinem, illuc dirigit & diſcrimen. Rex enim *Edwardus* circa natale Domini ad mortem ægrotabat, & Eccleſiam *Weſtmonaſterii* [dedicari in feſto Sacroſanctorum *Innocentium* faciebat: cumque indies morbus ingraveſceret, in vigilia *Epiphaniæ* Domini defunctus eſt, & *Weſtmonaſterio*] tumulatus; anno regni ſui XXIV. fere completo. In craſtino vero regii funeris, Comes *Haroldus* contra ſuum ſtatum & juſjurandum contemtor præſtitæ fidei, ac nequiter oblitus ſui ſacramenti, throno Regio ſe intruſit, per Archiepiſcopum Eboracæ *Aldredum* ſolenniter coronatus; & regnavit menſibus novem. *Willielmus* autem Comes *Normanniæ* legatos mittit, fœdera fracta dicit, pacta patefacit,

a Militum chorum omn. *b* Per ſervitia R. A. debita, ſ. a. pr. perſolvenda. *c* Anno autem M. LXV. Rex. *d* Voto.

promiſſa

promiſſa petit, & aliquod juſtum medium confici requirit. At Rex *Haroldus* legatos vix auſcultat, fœdera fracta negat, pacta recuſat, promiſſa excuſat, ac omnia juſta media oblata ſufflat & ſubſannat. Cumque hæc intermedia quotidie agerentur, & ſolum nunciorum curſus ac recurſus tota æſtate ſine fructu [a] conſummarentur, *Willielmus* [b] præpropera querela Papam conſuluit, & ab eo animatus etiam vexillum legitimæ victoriæ pro munere accepit. *Haroldus* vero judicium Papæ parvi pendens, portus circuit, militiam colligit, ac præcipue fratrem ſuum *Toſtium* Comitem aſſidue littora infeſtantem perſequitur, & expellit. Et ecce, *Haroldus* Rex *Norwagiæ*, cui prædictus *Toſtius* ſe conjunxerat, cum claſſe ducentarum navium *Humbræ* fluminis oſtium ingreditur, & per **Ouſe** fluviolum fere ad *Eboracum* omnes advehuntur. Illic ſub tutoribus claſſe remiſſa, *Eboracum* aggrediuntur, capiunt, diripiunt, & occidunt. Duo Germani Comites *Edwinus* & *Morkarius* collecta compatriotarum modica manu advolant, ſed ab armatis inermes citius repelluntur. Tandem rex Anglorum *Haroldus* cum ſolida manu militum apud **Staunfordbrig** illos aperto Marte aggreditur; & licet *Norici* acerrime reſiſterent; cæſis cum maxima multitudine Barbarorum ducibus exercitus, ſcilicet *Haroldo* Rege & *Toſtio* Comite, tandem victoria potitur. Soli cuſtodes claſſis [c] *Olauus* Regis *Haroldi* filius, & *Paulus* Comes *Orcadarum*, cum claſſe viginti navium tantum, ad propria liberi dimittuntur. Dum ergo *Haroldus* hac victoria contra *Noricos* gloriaretur, *Normannos* in auſtrali parte regni ſolidam terram cepiſſe, indies per novos nuncios narratur. Rex lætus heſterna victoria, ſimili cum fortuna ſomniat ſuccedere futura. Prævolat igitur univerſos, exercet ſtimulos, nec de toto exercitu, præter pauciſſimos, eum aliquis concomitatur. Perveniens igitur citius *Haſtyngas*, collecta illic popularium aliquali turba, confectaque ex iis acie adhuc rudi nimis & tenera, exercitum non expectat; ſed, fatis urgentibus, contra Comitem in craſtino dimicat, & fortiſſime tota die uſque ad veſperum invictus perdurans, ac ſæpius more gregarii militis manu ad manum congrediens, cum adverſariis, [d] robuſtiſſime digladians à dextris & à ſiniſtris, corruit tandem in diei crepuſculo, in quodam, ubi ſuos [e] collegerat, monticulo eminus ſagittatus. Cecidit ibi rex *Haroldus*, Comites etiam ſui, & fratres *Gurtha*, & *Leſwinus*, ac reliquus ejus exercitus nobilium *Angliæ* univerſus.

1066. Haroldus R. Alexander 2. Papa. Haraldus Danos vincit. Haraldus à Normannis c. ſ.

Victorioſiſſimus Comes *Willielmus* obtenta palma, pervagataque parvo tempore occidentali *Angliæ* ora, *Londonias* cum Epiſcopis plurimis petit, & lætanter receptus, ovanterque Rex conclamatus, in ipſo die natalis Domini ab *Aldredo* Archiepiſcopo coronatus [f] regale ſolium conſcendit. Coronationis autem officium noluit ab Archiepiſcopo *Stigando* percipere, (cujus dignitati ſolebat illud officium ex debito pertinere) eo quod ab Apoſtolico Papa illum calumniatum audierat, ſuum pallium non ſumſiſſe canonice. *Stigandus* iſte dimiſſo epiſcopatu *Eſtangliæ*, ſimplicitateque innocentiſſimi Regis abutens, & jura omnia ſe poſſe pervertere pecuniis arbitrans, *Wyntonienſem* invaſerat; deinde adhuc vivente *Roberto* Archiepiſcopo, *Cantuariæ* cathedram aſcendens, etiam *Wyntonienſem* retinebat. Ex his accuſatus, & publice condemnatus, ab Apoſtolicæ ſedis legatis poſtea in concilio *Wyntonienſi* depoſitus eſt. Cui ſucceſſit reverendiſſimus Patriarcha ex Abbate *Cadomenſi* omnium liberalium artium doctor [laudatiſſimus, &] luculentiſſimus, & in temporalibus negotiis experientiſſimus, vitaque ac religione ſanctiſſimus magiſter *Lanfrancus*, in Archiepiſcopum *Cantuarienſem* canonice conſecratus. Sed hæc poſtea.

Wilhelmus. 1066. 7. Stigandus Archiep. Cant. Lanfrancus Archiep. Cant.

Porro contra victorioſiſſimum *Willielmum* novum Regem plurimi Principes terræ aliquandiu reluctati, ſed poſtea fracti viribus ejus, & ſuperati,

a Conſumerentur. *b* Propoſita. *c* Oſlaus. *d* Robuſtiſſimeque. *e* Recollegerat. *f* Regalium.

1066. 7. *Wilhelmus R.* tandem ſe *Normannorum* nutui ſubmiſerunt. Inter quos prædicti germani Comites *Edwinus*, & *Morkarius* ambo à ſuis per inſidias trucidati; *Rogerius Herfordenſis* Comes perpetuo carceri incatenatus; *Radulphus* Comes Southfolke de terra fugatus; *Waldevus* vero Comes conjugio ſuæ neptis aſtrictus; *Agelwinus* Epiſcopus *Dunelmenſis Abendoniæ* incarceratus frater ejus & prædeceſſor *Egelricus* ſimiliter apud *Weſtmonaſterium* carceri mancipatus; ceterique omnes recalcitrantes vel Prælatis depoſiti & privati, vel trans mare pulſi & exiliati, vel per monaſteria carceribus deputati, tandem vel inviti novo Regi ſua capita ſubdiderunt. Summatim namque ac carptim victorioſiſſimi Regis geſta narro, quia ſecum ſequi annuatim, paſſimque ſcribere greſſus ſuos non ſufficio. Deinceps ergo Comitatus, & Baronias, Epiſcopatus, & Prælatias totius terræ ſuis *Normannis* Rex diſtribuit, & vix aliquem *Anglicum* ad honoris ſtatum, vel alicujus dominii principatum aſcendere permiſit.

Herwardus. Solus prætactus *Hewardus* proſpero fine remurmurabat. Audiens enim in *Flandria* terram *Angliæ* alienigenis ſubjugari, ſuamque paternam hæreditatem, mortuo patre ſuo *Leofrico*, munere Regio cuidam *Normanno* donari, matremque viduam multis injuriis, & maximis moleſtiis affligi; tactus digniſſimo dolore, cum *Thurfrida* ſua uxore *Angliam* advolat: collectaque cognatorum non contemnenda manu ſuper matris injuriatores gladio fulminat, & de ſua hæreditate procul fugat & eliminat. Conſiderans etiam tunc fortiſſimis viris ſe præfectum, nonnulliſque Militibus præpoſitum, ac nec dum militari more balteo legitime ſe accinctum, aſſumtis ſecum de ſua cohorte pauciſſimis ſimul legitime militiæ cum eo tyronibus conſecrandis, patruum ſuum tunc Abbatem *Burgi* nomine *Brandum*, virum valde religioſum, & (ut audivi à prædeceſſore meo domino *Ulketulo* Abbate, aliiſque multis) pauperum eleemoſynis valde deditum, & omnibus virtutibus adornatum, adiit, & ſe fieri legitimum Militem, præmiſſa primitus omnium peccatorum confeſſione, & eorum percepta abſolutione, inſtantiſſime ſupplicavit. *Ritus Milites S.* Quoniam *Anglorum* erat conſuetudo, quod, qui militiæ legitime conſecrandus eſſet, veſpere præcedente diem ſuæ conſecrationis, ad Epiſcopum, vel Abbatem, vel Monachum, vel Sacerdotem aliquem contritus & compunctus de omnibus ſuis peccatis confeſſionem faceret, & abſolutus, orationibus, & devotionibus, & afflictionibus deditus in Eccleſia pernoctaret; in craſtino quoque Miſſam auditurus, gladium ſuper altare offerret, & poſt Evangelium ſacerdos benedictum gladium collo Militis cum benedictione imponeret; & communicatus ad eandem Miſſam ſacris *Chriſti* myſteriis denuo Miles legitimus permaneret. Hanc conſecrandi Militis conſuetudinem *Normanni* abominantes, non Militem legitimum talem tenebant, ſed ſocordem Equitem & Quiritem degenerem deputabant.

Normannorum Conſuetudines. Et non tantum hunc morem, [a] ſed alias etiam conſuetudines immutabant. Nam chirographorum confectionem *Anglicanam*, quæ antea uſque ad *Edwardi* Regis tempora fidelium præſentium ſubſcriptionibus cum crucibus aureis aliiſque ſacris ſignaculis firma fuerunt, *Normanni* condemnantes, chirographa *chartas* vocabant; & chartarum firmitatem cum *cerea* impreſſione per uniuſcujuſque ſpeciale ſigillum ſub [b] *inſtillatione* trium vel quatuor teſtium aſtantium conficere conſtituebant. Conferebantur etiam primo multa prædia nudo verbo, abſque ſcripto, vel charta, tantum cum domini gladio, vel galea, [c] vel cornu, vel cratera; & plurima tenementa cum calcari, cum ſtrigili, cum arcu; & nonnulla cum ſagitta. Sed hæc initio regni ſui; poſterioribus annis immutatus eſt iſte modus. Tantum tunc *Anglicos* abominati ſunt, ut quantocunque merito pollerent, de dignitatibus repellerentur; & multo minus habiles alienigenæ, de

[a] Verum multas alias conſ. [b] Intitulatione. [c] Cum cornu.

de quacunque alia natione, quæ ſub cœlo eſt, extitiſſent, gratanter aſſumerentur. Ipſum etiam idioma tantum abhorrebant, quod leges terræ, ſtatutaque *Anglicorum* Regum lingua *Gallica* tractarentur; & pueris etiam in ſcholis principia literarum grammatica *Gallice*, ac non *Anglice* traderentur; modus etiam ſcribendi *Anglicus* omitteretur, & modus *Gallicus* in chartis, & in libris omnibus admitteretur. Sed de iſtis ſatis. 1066.7. *Wilhelmus R.*

Porro cum ſupra memorati Comites inclyto Regi *Willielmo* repugnarent, *Helienſes* paludes cum aliis multis Magnatibus ſimiliter exhæredatis occupantes; celeri nuncio *Herwardus* ad eos accerſitus, dux belli & magiſter militum efficitur, ubi tot pulcra bellica facinora fecit, toties adverſarios vicit, tot vicibus illuſit, quod perpetuam laudem meruit: quippe qui ruinas ſuæ patriæ pereuntis, quamdiu potuit, ſuſtentavit, & [a] inultos abire ad inferos non permiſit. Ceteri Optimates ſe Regi dedentes, ejus gratiam tentaverunt: ſolus hic omnimodis hoc recuſans, ſe ſubdere diſtulit, ac alias divertit. Hoc in tempore defuncto Abbate *Burgi* prædicto *Brando* patruo *Herwardi*, ſucceſſit *Thoroldus* alienigena ex collatione Regis *Willielmi*. Quod *Herwardus* ægre ferens ſuper cognatos & notos alienigenam dominari, *Burgum* invaſit, Abbatem fugavit; & licet [b] dominus Abbas *Thoroldus Yvonem* [c] *Talbois* potentiſſimum tunc *Normannum*, & dono Regio in vicinia ſuper totam *Hoylandiam* dominantem, in ſuam defenſionem adduxiſſet; tamen illum aperto bello cepit, & ingentis ſummæ redemtione pecuniaria abſolutum de cuſtodia liberum dimiſit redire ad propria. *Exhæredati Helienſes paludes occup.* 1071. *Thuroldus Abbas Burgi.*

Huic autem *Yvoni Taylboys* poſt necem prædictorum duorum fratrum & Comitum, *Edwini* & *Morkarii*, *Luciam* ſororem eorum, cum omnibus terris & tenementis ad eoſdem pertinentibus, inclytus Rex *Willielmus* dederat in uxorem; quæ quia in *Hoylandia* potiſſime jacebant, omnes *Hoylandenſes* eum attentiſſime honorabant, & genu flexo deprecabantur, ut dominum. Cui licet univerſos honores, quos valebant, ac omnia ſervitia, quæ debebant, promtiſſimo animo impenderent; non tamen eos reciproca confidentia diligebat: ſed torquens & tribulans, angens & angarians, incarcerans & excrucians, ac quotidie novis ſervitiis onerans, plurimos omnia ſua vendere, ac alias patrias petere crudeliter compellebat. Contra vero monaſterium noſtrum, ac omnes *Croylandenſes* diabolico inſtinctu tanto furore efferatus eſt, ut [d] varie *Croylandenſium* animalia in mariſcis cum canibus ſuis inſectans, longius effugaret, lacubus immergeret, nonnulla caudis, auribus mutilaret, & crebro ſpinis ac tibiis jumentorum [e] fractis, penitus inutilia redderet. Dominum etiam *Ulketulum* prædeceſſorem meum tunc Abbatem pro viribus [f] deſtruere jugiter incurſans, & injurians deterreret, ac demum accuſans deponeret, & depoſitum clauſtro *Glaſtoniæ*, ne aliquo ſolatio frueretur ſuæ patriæ, procul & impiiſſime deputaret. Sed hæc magis poſtea. *Yvo Taylboys Hoylandiæ Dominus.* *Croylandenſes affligit.*

In cellam quippe noſtram, fratreſque noſtros, ſuos convicaneos, Priorem, & commonachos in ejus januis commorantes, & tota die in ejus facie converſantes, tanta tyrannide debacchatur, ut jumentis eorum, tam bobus, quam equis multoties mutilatis, ovibus ac avibus quotidie [g] imparcatis, porcis & porcellis innumeris percuſſis, perditis, & necatis etiam frequentiſſime, famuli Prioris in curia Comitis exactionibus importabilibus opprimerentur, gladiis & fuſtibus in compitis ſæpius cæderentur, ac aliquoties occiderentur. Hinc Prior, & monachus poſt preces, & xenia, poſt innumera ſuis miniſtris donaria, poſt peracta omnia, quæ pati putabant neceſſaria, cum nihil valeret eorum induſtria, ſed ſemper increſceret tyranni nequitia, & miniſtrorum ſuorum fervens malitia; aſſumtis ſecum ſacris calicibus, libris, ac ſuis lectiſterniis, relicta cella in manu Domini, excutientes pulverem pedum ſuorum in filios ignis æterni, ad ſuum monaſterium *Cella de Spaldyng.* *à Croylandenſ. deſerta.*

a Inultas. *b* Dictus. *c* Taylboys. *d* Varia. *e* Confractis. *f* Deſtrueret. *g* Enectis.

Croylandiam

1071. *Wilhelmus R.* *Croylandiam* revertuntur. Tranſmittentes ergo quotidie deinceps ad capellam ligneam ſanctæ *Mariæ* unum monachum de *Croylandia*, qui divina ibidem populo celebraret; laborem immenſum & ſupra vires tædioſum arbitrantes tam Abbas *Wulketulus*, quam totus ſuus conventus, alternis diebus monachum denuo tranſmittendum communi conſilio decreverunt. Ubi hoc aliquandiu agebatur, (prout apud omnes compatriotas nimis eſt cognitum & notorium) in feſto ſanctæ *Luciæ* virginis ſummo mane exorta maxima tempeſtate, ſimiliter & ledone in naviculam irruente, tranſmiſſus monachus dominus *Manerius*, venerabilis ſenex, & valde religioſus, apud **Wodelode** eſt ſubmerſus. Tanto namque infortunio turbati, & territi nimium omnes monachi monaſterii *Croylandiæ*, deinceps quenquam tranſmittere longo tempore ceſſaverunt. *Yvo* vero Comes gaudens, quod Dominus etiam ſecum quaſi videretur contra noſtrum monaſterium dimicare, *Andegaviam* mittit ad dominum *Natalem* Abbatem ſancti *Nicolai*, exorans, quatenus monachos dirigat; & cellam honeſtam ac ſufficientem pro uno Priore, & quinque monachis in ſua villa de **Spaldyng** paratam, & ædificatam, etiam terris & tenementis ſatis ditatam, ſpondet & promittit. Veniunt itaque *Andegavenſes* monachi, & cellam noſtram occupant, alienique coram nobis terras noſtras devorant. Et domino *Wulketulo* Abbate ſuper hoc in curia Regis calumniam movente, omnes *Normanni* mutuo fœderati, prædas & preſſuras, cædes & ceteras injurias univerſas *Yvonis Talbois* contra *Croylandenſes* juſtificant, & acceptant; & velut in corpore *Behemoth ſqama ſqamæ* conjuncta fuiſſet, veritatis omne ſpiraculum refutant; [*nervique teſticulorum ejus perplexi* mille rationibus invicem ſe defenſant.]

Andegavenſes Monachi occupant cellam de Spalding.

1075. *Waldevi Comitis interitus.* Accidit etiam hoc eodem tempore ad cumulum calamitatis *Croylandiæ*, Comitis *Waldevi*, qui omnibus religioſis benigniſſimus, & maxime monaſterio *Croylandenſi* præcipuus & præſtantiſſimus amicus extiterat, crudelis decollatio: & licet eum venerabilis Archiepiſcopus *Lanfrancus*, confeſſor ſuus, totius factionis & conjurationis eum aſſereret penitus immunem, &, ſi moreretur in cauſa, futurum pro innocentia martyrem; impiiſſima tamen uxore ſua novas nuptias affectante, ac ideo viri ſui mortem ſceleratiſſime maturante; inhiantibus etiam nonnullis *Normannis* ad ejus Comitatus, videlicet *Northamptoniæ*, [a] & *Huntyngdoniæ*, cupidiſſimo maxime Comite *Andegavenſi Yvone Talbois* pro terris ſuis & tenementis, quæ plurima erant in omnibus finibus *Angliæ*, ſuum ſanguinem ſitiente, innocens & innoxius apud *Wyntoniam* pridie Kalend. [Junii] decollatur, & conmartyrizatus, & confeſtim ibidem corpus martyris humili ceſpite ſepelitur. Poſt quindecim autem dies, Regis permiſſione per venerabilem *Wlketulum* Abbatem corpus martyris [extincti] ex tumulo tollitur & ita integrum, recentique cruore reſperſum, ac ſi eodem die occiſus fuiſſet [repertum; &] cum debita veneratione *Croylandiam* defertur, & in ejuſdem monaſterii capitulo honorifice tumulatur. Ubi cum Dominus ad oſtendendum innocentiam ſui martyris, per miraculorum potentiam mirabilis in ſuis ſanctis, & in perpetuum laudabilis apparuiſſet; [b] Juditha relicta ſua audiens *Chriſti* magnalia, ad tumulum viri ſui acceſſit, & videntibus nobis pallium ſericum ſuper tumulum obtulit: quod, quaſi manibus alicujus rejectum fuiſſet, longius à tumulo reſiluit. Tunc etiam manerium de **Bernake**, quod [dudum] monaſterio noſtro dederat, de nobis tollitur, inque dotem impiiſſimæ *Jezabel* [*Judithæ*] quondam uxoris ſuæ, cum ceteris terris ſuis circa *Trentam* donandum juſſu Regio confiſcatur. Poſt modicum vero tempus, quum inclytus Rex *Wilhelmus* dictam neptem ſuam nuptui tradere cuidam generoſo *Normanno*, nomine *Simoni* Sylvanectenſi diſponeret, illa nuptias ejus reſpuit, quia dictus *Simon* in altera ſua tibia claudicavit. Unde ſupra modum Rex ira-

Juditha Comitiſſa.

Simon Sylvanectenſis.

a Vel. *b* Uxor ſua thalamo relicto ſuo.

tus

tus Comitatum *Huntyngdoniæ* cum omnibus terris eidem pertinentibus di- 1075.
cto *Simoni* dedit: ac illa iram Regis pertimeſcens, cum filiabus ſuis fugam *Wilhelmus R.*
inivit, & juſto Dei judicio multum [a] deſpecta, [& gravi] odio omnibus habita, per diverſa loca & latibula [b] diu fovit. Tandem ergo hæc miſera recognoſcens ſua flagitia, pœnitenſque valde de viri ſui cæde nefaria, ipſa in cœlibatu permanſit, [c] cum deinceps omnibus ſuſpecta, & digne deſpecta fuit. Filiam vero ejus ſeniorem, nomine *Matildem*, poſt multa conſilia prædictus *Simon* uxorem aſſumſit; de qua ſobolem jam recepit, ſcilicet *Simonem*, *Waldevum*, & *Matildem*, adhuc impuberes & infantes. *Aliciam* autem ſororem uxoris ſuæ dedit dictus *Simon* Comes illuſtriſſimo viro [d] *Rodolpho* [e] Tornacenſi, cum toto dominio de **Wilchamſtowe** dudum Comiti *Waldevo* patri ſuo pertinenti. De qua jam prolem dictus *Radulphus* habet, licet nomen prolis notitia mea nondum habeat. Iſte *Simon*, Comes *Huntingdonnenſis*, & *Northamptonenſis*, conſtruxit caſtellum *Northamptoniæ*, & monaſterium ſancti *Andreæ* non longe à dicto caſtello. Hæc de uxore & ſobole ſancti martyris ad præſens credo ſufficere.

Venerabilis autem Abbas *Wlketulus* cito poſt ſancti martyris ſepultu- *Ulketulus*
ram, [quum] miracula Dei, quæ quotidie Dominus operabatur circa *Abbas de-*
ſanctum ſuum, aperte convicinis ſuis prædicavit, & palam omnibus publi- *poſitus.*
cavit. [Unde] *Normanni* nimium indignati, & contra virum juſtum injuſte irati, præcipue *Yvone Talbois* præ ceteris atrocius eum perſequente, ad proximum concilium *Londoniis* celebrandum perſonaliter adeſſe ſummonitum, & ad diem comparentem, pro debita reverentia ſancto martyri habita, facta conſpiratione nefaria, de idolatria nequiter accuſant, & de monaſterii cura nequius privant, & privatum clauſtro *Glaſtoniæ* ſub cruentiſſimo tum Abbate *Thurſtano* procul à notis, & à ſua patria nequiſſime condemnant. Venerabili ergo patre Abbate *Wlketulo* de regimine paſtoralis officii ſic depoſito, totoque theſauro monaſterii [f] ſic direpto, & in uſus regios confiſcato mea parvitas ſubrogatur.

Ego enim *Ingulphus* humilis miniſter ſancti *Guthlaci* monaſteriique ſui *Ingulphus*
Croylandenſis, natus in *Anglia*, & à parentibus *Anglicis*, [civibus] quippe *Abbas.*
urbis pulcherrimæ *Londoniarum*, pro literis addiſcendis in teneriori ætate
conſtitutus, primum *Weſtmonaſterio*, poſtmodum *Oxonienſi* ſtudio traditus *Studium Oxo-*
eram. Cumque in *Ariſtotele* arripiendo ſupra multos coætaneos meos pro- *nienſe.*
feciſſem, etiam Rhetoricam *Tullii* primam, & ſecundam, talo tenus induebam. Factus ergo adoleſcentior, faſtidiens parentum meorum exiguitatem, paternos lares relinquere, & palatia Regum aut Principum affectans, mollibus veſtiri, pompoſiſque laciniis amiciri indies ardentius appetebam. Et ecce, inclytus nunc Rex noſter *Angliæ*, tunc adhuc Comes *Normanniæ Wilhelmus* ad colloquium tunc Regis *Angliæ Edwardi*, cognati
ſui, cum grandi miniſtrantium comitatu *Londonias* adventabat. Quibus 1051.
citius inſertus, ingerens me ubique ad omnia emergentia negotia peragenda, cum proſpere plurima perfeciſſem, in brevi agnitus illuſtriſſimo Comiti & aſtrictiſſime adamatus, cum ipſo *Normanniam* enavigabam. Fa-
ctus ibidem ſcriba ejus, pro libito totam Comitis curiam ad nonnullorum *Ingulphus*
invidiam regebam, quoſque volui, humiliabam, & quos volui, exaltabam. *Scriba.*
Cumq; juvenili calore impulſus, in tam celſo ſtatu ſupra meos natales conſiſtere tæderem, quin ſemper ad altiora conſcendere inſtabili animo, ac nimium prurienti affectu ad erubeſcentiam ambitioſus avidiſſime deſiderarem: nuntiatur per univerſam *Normanniam*, [& vulgatiſſimum prædicatur] plurimos Archiepiſcopos Imperii, cum nonnullis aliis terræ Principibus, velle pro merito animarum ſuarum more peregrinorum cum debita devo-
tione *Hieroſolymam* proficiſci. De familia ergo Comitis domini noſtri *Hieroſoly-*
plurimi tam milites, quam clerici, quorum primus & præcipuus ego eram, *mam profici-* *ſcitur.*

a Deſperata. *b* Erravit. *c* Quoniam. *d* Radulpho. *e* *Ita & MS. ſed leg.* Toenacenſi. *f* Sui.

Wilhelmus R. cum licentia, & domini noſtri Comitis benevolentia, in dictum iter nos omnes accinximus; & *Almanniam* petentes, equites triginta numero, & amplius, domino *Maguntino* conjuncti ſumus. Parati namque omnes ad viam, & cum dominis Epiſcopis connumerati ſeptem millia, pertranſeuntes proſpere multa terrarum ſpatia, tandem *Conſtantinopolim* pervenimus. Ubi *Alexim* Imperatorem ejus adorantes, *Agioſophiam* vidimus, & infinita ſanctuaria oſculati ſumus. Divertenteſque inde per *Lyciam*, in manus [a] *Arabicorum* latronum incidimus; eviſceratique de infinitis pecuniis, cum mortibus multorum, & maximo vitæ noſtræ periculo vix evadentes, tandem deſideratiſſimam civitatem *Hieroſolymam* læto introitu tenebamus. Ab ipſo tunc Patriarcha, *Sophronio* nomine, viro veneranda canitie honeſtiſſimo ac ſanctiſſimo, grandi cymbalorum tonitru & luminarium immenſo fulgore ſuſcepti, ad diviniſſimam Eccleſiam ſanctiſſimi Sepulcri, tam *Syrorum*, quam *Latinorum* ſolenni proceſſione deducti ſumus. Ibi quot preces inoravimus, quot lacrymas inflevimus, quot ſuſpiria inſpiravimus, ſolus ejus inhabitator novit Dominus noſter *Jeſus Chriſtus*. Ab ipſo itaque glorioſiſſimo ſepulcro *Chriſti* ad alia ſanctuaria civitatis inviſenda circumducti, infinitam ſummam ſanctarum Eccleſiarum, & oratoriorum, quæ *Achym* Soldanus dudum deſtruxerat, oculis lacrymoſis vidimus. Et omnibus ruinis ſanctiſſimæ civitatis tam extra, quam intra numeroſis lacrymis intimo affectu compaſſi, ad quorundam reſtaurationem datis non paucis pecuniis, exire in patriam, & ſacratiſſimo *Jordane* intingi, univerſaque *Chriſti* veſtigia oſculari deſideratiſſima devotione ſuſpirabamus. Sed *Arabum* latrunculi, qui omnem viam obſervabant, longius à civitate evagari ſua rabioſa multitudine innumera non ſinebant. Vere igitur accedente, ſtolus navium *Januenſium* in portu *Joppenſi* applicuit. In quibus, cum ſua mercimonia Chriſtiani mercatores per civitates maritimas commutaſſent, & ſancta loca ſimiliter adoraſſent, aſcendentes omnes, mari nos commiſimus. Et jactati fluctibus & procellis innumeris, tandem *Brunduſium* appulimus: & proſpero itinere per *Apuliam*, *Romam* petentes, ſanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* limina, & copioſiſſima ſanctorum martyrum monumenta per omnes ſtationes oſculati ſumus. Inde Archiepiſcopi, ceterique Principes Imperii *Almanniam* per dexteram repetentes, nos verſus *Franciam* ad ſiniſtram declinantes, cum inenarrabilibus & gratiis & oſculis ab invicem diſceſſimus. Et tandem de triginta equitibus, qui de *Normannia* pingues exivimus, vix viginti pauperes peregrini, & omnes pedites, macie multa attenuati, reverſi ſumus.

In reditu Romam petit.

Cumque mei comites univerſi ad ſua refugia [ſinguli] citius diſperſi feſtinaſſent, ne de cetero mundi vanitatibus me involverem, domum meam ſcopis mandatam deinceps mundam conſervare, ac ſeptem ſpiritibus nequitiæ recluſam obfirmare, ſanctiſſimum [b] Fontaniſſenſe cœnobium involabam. Ubi à venerabili patre domino [c] *Geberto* Abbate monachicum [d] ſchema ſuſcipiens, delicta juventutis meæ, & ignorantias meas univerſas (prout gratia Spiritus Sancti inſpirabat) emundare & emendare indefeſſa vigilantia ſatagebam. Demum non paucis interlabentibus annis, decedente venerabili Priore domino *Witono*, in partem ſuæ ſolicitudinis venerabilis pater meus dominus Abbas *Gerbertus* meam exiguitatem evocavit, ac Priorem monaſterii ſui, licet indignum & renitentem, tandem tamen obedientiæ funibus conſtrictum conſtituit & effecit.

Monachus Fontanell.

Et Prior.

1066. Hoc in tempore inclytus dominus meus Comes *Normanniæ Willielmus*, funere piiſſimi Regis *Angliæ Edwardi* cognati ſui per quotidianos internuncios intellecto, ad transfretandum pro jure ſuo conquirendo cum fortiſſimo exercitu auram favorabilem in portu ſancti *Walerici* diutius expectabat. Quo tunc ego accedebam cum domini Abbatis mei xenio; &

a Arabitarum. *b* Fontanellenſe. *c* Gerberto. *d* Stemma.

explorato

explorato opportuno aditu, duodecim juvenes electos, equites, & armatos, cum centum marcis pro ſuis ſumtibus, in ſuam expeditionem ex parte prædicti patris Abbatis mei offerebam. Regratiatuſque abundantiſſime pro tam neceſſario munere, etiam chartam ſuam de donatione totius vineæ *cari loci* munificentiſſima largitate domui noſtræ in perpetuum obtinens, lætus & laudans ad meum monaſterium revertebar. Ipſe vero proſperrima navigatione mare tranſiens, & (ut præmittitur) *Angliam* ſibi ſubjiciens, noſtrum monaſterium [a] *Fontaniſſenſe* ſemper arctiſſimo affectu amplexatus eſt, & multis honoribus tam dominum Abbatem meum, quam omnes confratres ejuſdem monaſterii, quandocunque occurrerent, plurimum veneratus. 1072. *Wilhelmus R.*

Currente igitur aliquanto annorum numero, depoſitoque de regimine paſtoralis officii venerabili patre domino [b] *Wlketulo* Abbate *Croylandenſi*, prædeceſſore meo, inclytus dominus meus Rex *Willielmus* ad venerabilem patrem præfatum meum dominum *Gerbertum* Abbatem monaſterii [a] *Fontaniſſenſis* pro exilitate mea nuncium dirigens, quod petiit, obtinuit; & me triſtiſſimum ad tam grave onus ſubeundum, ſed lætiſſimum, quod ad natale ſolum me cernerem transferendum, ſuper candelabrum *Croylandenſis* Eccleſiæ in *Chriſti* Templo ſacratiſſimo collocavit. Dimittendum autem in partes iſtas tam venerabilis Abbas meus, quam tota cetera fratrum ſancta congregatio ſuppliciter & ſæpius exorabant, quatenus ſemper ſancti niduli mei memor, matrem meam ab animo meo non dimitterem; ſed loquerer pro iis bona [contra omnes] coram domino meo Rege, cujus (ut præſupponebant) frequentiſſime colloquio fruerer, ſæpiſſime intereſſem contubernio, aliquoties participarem convivio, ſecum in *Anglia* moraturus; inſuper de ſanctorum ſarcophagis, qui plurimi in dicto pauſant monaſterio, tollerem mecum aliquod memoriale monumentum, quo & devotio mea creſceret ad Deum, & dilectio perſeveraret ad locum. *Ingulphus Abb. Croyland.*

Pernoctans igitur in Eccleſia ante ſanctorum ſcrinia, ſcilicet *Wandrageſili* Abbatis, *Wlfranni*, & [c] *Ausberti* Epiſcoporum, effudi mea præcordia; & quatenus Dominus dirigere dignaretur viam meam, meritis & precibus dictorum patronorum, debita devotione poſtulabam. Erat enim ſancti *Andreæ* Apoſtoli vigilia; & in ſuo curſu medium iter tunc fere peregerat, cum poſt multa precum dictamina tandem dicti ſancti Apoſtoli lecta paſſione victorioſa, ſomno ſubito obrepente, ſuper lectrinum, quod ante ſtabat, in latus alterum reclinabar. Et ecce, videbam venuſtiſſimum quendam Abbatem, quem duo reverendiſſimi Epiſcopi allaterantes comitabantur, de retro altari procedere; ac totidem ſanctis, quorum duo ſacerdotalibus ſtolis refulgebant, & tertium medium inter ſe, quaſi Conſulem [d] ſplendidiſſimum, qui torquem auream in collo geſtabat, cum ſumma reverentia deducebant, in medio choro obviare. Ubi cum ſe mutuo ſalutaſſent, & orationem Dominicam conſummaſſent; alter Epiſcoporum me advocat, & quod hoſpites ſuos in hoſpitium deducerem, & diligenter miniſtrans, ignem hoſpitii ſummopere conſervarem, quouſque pro me mitterent, ſolicite monet, & mandat: ac ſancti ceteri ſimiliter ſupplicabant. Cumque acquieſcere eorum juſſionibus aliqualiter detrectarem, addidit etiam ſanctus Epiſcopus meam confortans puſillanimitatem, Vade, & vere dextera mea ſemper erit tecum. Et ſic viſio diſparuit. Et ad matutinas vigilias de præfato Apoſtolo perſolvendas noſter ſecretarius nolam pulſavit pro fratribus excitandis. Interpretationem vero hujus viſionis plurimis annis penitus ignorabam, quouſque veniens in partes iſtas, & de dicta viſione recogitans, ſic ejus prognoſticon aſſumebam. Duo Epiſcopi erant duo patroni [a] *Fontaniſſenſis* cœno- *Ingulphi ſomnium.*

a Fontanellenſe. *b* Wlfketulo. *c* Ansberti. *d* Spectandiſſimum.

1075. *Wilhelmus R.* bii, *Wlfrannus*, & *Anſbertus*; Abbas medius erat ſanctus *Wandrageſilus* Abbas, & hujus loci fundator, & inhabitator primus; iſti de retro altari procedebant, quia eorum ſacra corpora ibi pauſant: quibus duo occurrentes, ſacerdotalibus ſtolis adornati, ſunt ſanctus *Guthlacus*, & ſanctus *Neotus*, ambo ſanctiſſimi ſacerdotes Dei, & *Croylandiæ* ſpeciales advocati: conſul medius torque aurea circa collum inſignitus, erat ſanctiſſimus martyr comes *Waldevus*, innocentiſſime decollatus, & in iſto monaſterio tumulatus: horum miniſterio aſſignatus eram, dum paſtoralis officii curam in hoc *Croylandenſi* cœnobio aſſumebam: manus ſancti præſulis *Wlfranni* perſeverat mecum, quia dexteri brachii ſui os cubitale munere totius conventus in perpetuum memoriale mecum conſequutus ſum.

Donatus ergo dicto ſancto brachio, ad dominum meum Regem *London.* accedebam: ubi inveſtitus de baculo paſtoralis officii *Croylandenſis* monaſterii, & à venerabili patre Archiepiſcopo *Lanfranco*, ac à reverendiſſimo Epiſcopo *Lincolniæ* admiſſus & benedictus in ipſo die [a] natalitii Domini; in converſione S. Apoſtoli *Pauli Croylandiam* primum introibam inſtallatus anno Domini [b] MLXXVI. Inveni vero [tunc] in iſto monaſterio [*Croylandenſi*] (cui, authore Deo, deſervio) Monachos numero LXII. quorum quatuor fratres laici erant; præter aliorum monaſteriorum monachos noſtri capituli comprofeſſos: qui omnes cum advenirent, ſtallum in choro, ſedem in refectorio, & lectum in dormitorio habebant; & hi numerum centenarium tranſcenderant: quando volebant, [accedebant, & quando volebant] quidam poſt dimidium annum, quidam poſt annum, ad propria monaſteria remeabant: maxime in tempore guerrarum, minimoque turbine pacis perſonante, tanquam apes ad alvearia pluvia imminente, ita undique in *Croylandiam* confluebant. Fuerunt enim tunc noſtri comprofeſſi de Thorney decem, de *Burgo* ſex, de Rameſey octo, de Hely tres, de S. *Edmundo* novem, de S. *Albano* duodecim, de *Weſtmonaſterio* decem, de S. *Andrea* Northamptoniæ duo, Eccleſiæ *Chriſti* Norwici quatuordecim, de Tetford quindecim, de *Coventria* ſeptem, S. *Mariæ* extra *Eboracum* ſex, ſanctæ *Mariæ* Stowiæ decem, de *Michelneya* ſex, & de *Malmesbiria* quinque, præter adventantes quotidie, & ſemper aliquos nobiſcum commorantes, qui viſa loci ſecuritate, & fratrum *Croylandenſium* mutua caritate, noſtro collegio adunari devotiſſime ſupplicabant: urbanitas innata monaſterio ab antiquo, raro vel nunquam aliquem pulſantem repellebat. Veniens itaque in monaſterium, & inveniens univerſos nimium deſolatos, ac ad deſperationem humiliatos, pro variis infortuniis, quæ domum undique depreſſerant, conſului tam laicos, quam literatos, qui cœnobii ſubſtantiam noverant, quibus auxiliis, aut refugiis annis anterioribus monaſterium relevatum viderant; & quibus in rebus ſubſtantia cœnobii conſiſtere ſolebat, deprecatus ſum diligentiſſime, quatenus mihi veraciter, & nude iſta exponentes, nulla, quæ noſſent neceſſaria, de mea notitia ullo modo concelarent. Illi vero reſponderunt, *Aſfordum* quendam de [c] *Helieſtona*, ballivum quondam domini *Wlketuli* Abbatis immediati prædeceſſoris mei, maneriis & [d] reditibus totius monaſterii à multis annis præfuiſſe, terras & tenementa firmariis tradidiſſe, & reditus & proventus recepiſſe, omneſque operarios cœnobii pro libito præmiaſſe, ipſumque ſupra modum divitem factum, ruinas monaſterii rariſſime reſtauraſſe, ipſum ſolum ſtatum monaſterii noſtri noſſe, ipſumque ſolum monaſterium relevare poſſe. Hoc ego *Ingulphus* intelligens, ipſum *Aſfordum* accerſiri feci, ſtatumque monaſterii nude ſibi demonſtratum ſuo conſilio aut auxilio indigere innotui, multiſque precibus & promiſſis precans ac procurans, ad auxiliandum ſuam benevolentiam captare ſumma diligentia inſudavi; inſuper meam ruditatem & recen-

Ingulphus Croylandiam venit. 1076.

Monachi Comprofeſſi.

Alsfordus Ballivus.

a Natalis. *b* MLXXV. *c* Helpeſtona, *vel forte* Helyeſtona. *d* Vaccariis.

tiam

tiam patenter expoſui, & extremam miſeriam tam meam, quam totius monaſterii, niſi manum opponeret adjutricem, integre patefeci. Ille ad hæc omnia ferreus, & adamantina duritie impenetrabilis, ad modum *aſpidis ſurdæ, & obturantis ſuas aures*, preces meas ſprevit, promiſſa mea riſit, & quaſi de monaſterii miſeria concepiſſet gaudia, omne conſilium meum deſpexit. Quod ego intelligens, & clarius intuens, ſui ratiocinii rotulos de univerſis terris & [a] monumentis mihi tradi ſuppliciter inſiſtebam poſtulare; & in quibus villis circumjacentibus noſtri reditus conſiſterent, quatenus edoceret, multis precibus inſudabam impetrare. Ille tandem magnis promiſſis inductus, cum plurima tenementa monaſterii per villas declaraſſet, ad villam de [b] Helieſton perveniens, non tantum noſtros reditus concelavit, verum noſtra tenementa ſua eſſe, & ſe hæreditarie poſſidere multis perjuriis fere fidem fecit. Sed ſenioribus noſtris ſemper contradicentibus, & chartas & monumenta ſufficientia oſtendentibus, ille jura noſtra ſufflavit; & coram Regiis [c] juſtitiariis ſe palam verificaturum, ipſa tenementa ſua eſſe patrimonia, cum multa contentione promiſit; & ſic de cœnobio noſtro proceſſit. Nobis itaque in dictis tenementis coram Regis miniſtris calumniam ponentibus, dies juridicus apud *Stanfordiam* datus eſt. Quo die cum Regis [c] juſtitiarios pro negotiis monaſterii aditurus, me fratrum meorum orationibus commendaſſem, verſus *Stanfordiam* confidens in Domino equitabam. Ille vero confidens in magnitudine divitiarum ſuarum, & in theſauris pecuniæ ponens omnem ſpem ſuam, erecto collo contra Deum equitabat. Et ecce, offendens equus ſuus ad petram ſcandali in medio itinere aſcenſorem dejecit, dejectique collum confregit, & animam gradientis contra Dominum cum ſuperbia ad inferos tranſmiſit. Quod cum Regis curiæ, ac nobis judicium noſtrum expectantibus apud *Stanfordiam* narraretur, non adhibentibus adhuc tali caſui fidem plenam, alius dies datus eſt. In craſtino vero cum ille tumulandus verſus cœnobium *Burgi*, quo ſepulturam ſuam ſæpius [ante] conſtituerat, à vicinis & parentibus in [d] feretro portaretur; decem acras [prati] Monaſterio noſtro pertinentes, quas vivus ſibi vendicaverat, portantes feretrum calcabant: & ecce, nigerrima nube in ſuo circuitu ſolem obducente, & quaſi nocturnas tenebras adducente, tale pluviæ diluvium cœlum defundebat, quod utique fluentibus aquis dies *Noetica* credebatur; quinetiam ſubito feretrum frangitur, & corpus defuncti corruens in terram, in ſordido cœno diutiſſime volutatur. Quod videntes, qui portaverant, manum Domini cognoſcentes, clare ſuam injuſtitiam confitebantur: parentes autem ſui, & propinqui, nobis, qui de *Stanfordia* hoc eodem temporis momento adveneramus, accurrentes obviabant, & veniam præſtari contra tam violentam injuriam, & apertam Dei vindictam provoluti noſtris pedibus depoſcebant. Nos regratiantes Deo, & ſancto *Guthlaco* de ſuo adjutorio, injuriam dimiſimus, & pratum noſtrum cum ceteris omnibus calumniatis integre ab iis diſclamatum recepimus, & uſque in præſens tempus pacifice poſſidemus. Per omnia benedictus Deus, qui reddidit impio juxta opera manuum ſuarum, infatuans, & infirmans conſilia cordis ejus.

Wilhelmus R.

Asfordus collum confr.

Miraculum.

Hac vindicta Domini ſuper adverſarios noſtri monaſterii per omnium ora longius volitante, & ad aures æmulantium terribilius intonante, non erat, qui deinceps Dominum defenſorem noſtrum auderet in aliquo offendere, nec qui ſanctum *Guthlacum* de cetero præſumeret ad iracundiam provocare. Quin *Richardus* de *Rulos*, qui filiam & hæredem *Hugonis* de *Evermue* domini de **Brunne**, & **Depyng** duxerat in uxorem, multum agriculturæ deditus, ac in jumentorum & pecorum multitudine plurimum delectatus, ad villam ſuam de **Depyng** amplificandam cum includere magnam

Richardus de Rulos.

a Tenementis. *b* Helpeſtona, *vel forte* Helyeſtona. *c* Juſtitiis. *d* Secreto.

 portionem

Wilhelmus R. portionem communis mariſci, ac prata, ac paſcua ſeparalia facere diſponeret, ſine licentia noſtri Monaſterii nullatenus præſumſit: ſed veniens cum magna devotione, firmitatem noſtri capituli ſibi caritative concedi affectuoſiſſime ſupplicabat. Quam [a] ſibi conceſſimus, & nomen ejus & uxoris ejus fratrum noſtrorum martyrologio inſcribi conſenſimus. [Ille vero] viginti marcas argenti in eleemoſynam noſtro monaſterio contulit, & licentiam includendi de communi mariſco, quantum voluit, digniſſime impretravit. Incluſit itaque de capella ſancti *Guthlaci*, quam fratres noſtri monaſterii, dum dicta ante adventum *Danorum* noſtra villa erat, ibidem conſtruxerant, totum ſolum ſuum verſus Orientem uſque ad Carebyk, & tranſeundo Carebyk uſque ad Cleylake extra Crammor, excludens fluvium de Weland fortiſſimo foſſato, eo quod ſingulis annis fere omnia prata ſua juxta ripa dicti fluvii adjacentia continuis inundationibus demergebat: unde Depyng, id eſt, *profundum* pratum villa illa vocata antiquitus erat. Et ædificans ſuper foſſatum plurima tenementa, & cotagia, in brevi magnam villam effecit, hortos aſſignavit, campos excoluit, & in pratis, qui nuper erant profundi lacus, & paludes immeabiles, excluſo fluvio invenit campos uberrimos, & terram deſiderabilem; ac de puteis & uliginibus maledictis fecit hortum voluptatis. Cumque glebam fertiliſſimam ſic reperiſſet, dictam etiam capellam ſancti *Guthlaci* in parochialem Eccleſiam ſuæ novæ villæ hoc eodem tempore commutavit. Monaſterio vero noſtro ſemper erat amiciſſimus, & penes dominum noſtrum Regem in omni negotio interceſſor pro nobis promtiſſimus, & procurator aſſiduus.

Villa de Deping.

Cum ergo proſperiora tempora nobis ſucceſſiſſent, & ſtatus noſtri Monaſterii tam in temporalibus, quam ſpiritualibus, ſecundante Domino, & amicos multiplicante, multifarie fructificaret: ſtatui dominum meum Regem adire, ac aliquam gratiam domino *Wlketulo* prædeceſſori meo adhuc apud *Glaſtoniam* exilium toleranti quoquo modo procurare. Satis enim intelligebam, ipſum monaſterii noſtri ſtatum apprime cognoſcere, & tenementa noſtra, quæ multis comitatibus diſperſa fuerant, & per malitiam nequiſſimi *Asfordi* fere perdita, mihi vero novitio nimis inſcrutabilia, longo colluctamine & experientia plene ſcire. Vadens itaque *Londonias*, & inveniens ibidem venerabiles dominos meos, & [b] antiquos amicos, videlicet reverendiſſimum Archiepiſcopum *Lanfrancum*, & dominum *Odonem* Epiſcopum *Bajocenſem* fratrem [c] uterinum domini Regis, ipſumque *Cantuariæ* Comitem, & Principem palatii (quorum nutu & conſilio tam Rex ipſe, quam Regnum ejus univerſum in omni negotio regebatur) cauſam mei adventus confidenter expoſui, ac eorum interceſſionem penes Regem gratioſius impetravi. Tranſmiſſis etiam aliis mediatoribus, & amicis, inter quos prædictus Miles *Richardus Rulos* Regis camerarius præcipuus aſſiſtebat, qui penes prædictum prædeceſſorem meum dominum *Wlketulum* domini Regis animum explorarent, [d] repererunt rancorem ejus penes perſonam multum mitigatum; ſed ne promoveretur ad aliquam minorem vel majorem prælatiam omnino inexorabilem, ac in priſtino propoſito continue pertinacem. Intercedentibus itaque prædictis dominis meis, domino Archiepiſcopo *Cantuariæ*, & fratre [e] ejus domino Epiſcopo *Bajocenſi*, ac *Richardo* de *Rulos* Regis camerario, aliiſque plurimis ex veteri notitia mihi in *Normannia* ſatis amicitia propinqua devinctis, obtinui quod de *Glaſtonia* ad *Burgum* rediret; ſed illic abſque latiori diſcurſu in patriam minime faciendo, abſque omni etiam cura & officio, reſideret; ſolummodo quando mihi placitum videretur, ad informandum me de ſtatu mei monaſterii licenter ad *Croylandiam* accerſirem. Hac ergo gratia impetrata, de *Glaſtonia* illum ad *Burgum* tranſ-

Rich. Rulos Regis Camerarius.

Wlfketulus Glaſtoniæ red.

a Ubi. *b* Aliquos. *c* Veterrimum. *d* Reperi. *e* Regis.

miſſo

miſſo honorifico equitatu adduxi, & de *Burgo* ad *Croylandiam* [accerſitum ;] omni favore & filiali dilectione dignam videns ejus venerabilem perſonam, & ſanctiſſima religione præcellentem, in priſtino ſtallo ſuo ipſum poſui: nec ipſo ſuperſtite, me plenum ſponſum, ſed ſemper paranymphum, vel procuratorem monaſterii reputavi. Cernens etiam devotionem meam, ac filiorum ſuorum dilectionem nullis tribulationibus ab antiqua benevolentia immutatam, reſtituit monaſterio noſtro calicem quondam capellæ ſuæ, unum portiforium de uſu noſtræ Eccleſiæ, & unum miſſale, unam cupam argenteam cum coopertorio argenteo ad eandem, & duodecim cochlearia de argento; alia etiam promiſit, quum quoſdam, quondam ſuos miniſtros, alloqui primitus potuiſſet. Ego vero bis vel ter omni anno cum debito miniſtrorum apparatu ipſum accerſens, & per menſem multoties, aliquando per dimidium annum mecum detinens, ac in omni loco, tam in choro, quam in refectorio ſemper cum omni reverentia mecum deferens, præter agnitionem ſtatus totius cœnobii, quam libentiſſime docebat, reperi vita ſua comite proſpera multa mihi ſuccedere; ſicut poſt decem annos, ipſo decedente, plurima adverſa nobis indies acceſſere. Depoſitus enim erat anno Dominicæ incarnationis M.LXXV. & decennio ſupervixit, ſubitoque paralyſi perculſus, per quatuor menſes ad mortem ægrotabat, impos & [fere] mutus ad exprimendum ſuas ultimas voluntates toto ſpatio effectus: obiitque in die ſancti *Hieronymi* presbyteri, anno Domini M.LXXXV. nonnullis noſtri monaſterii monumentis ac jocalibus apud *Burgum* adhuc remanentibus, & nobis minime reſtitutis, licet ſæpiſſime reddere ac reſtituere promiſiſſet, & id in extremis ſuis effici & expleri, prout potuit, ſuis confratribus crebro præcepiſſet.

Wilhelmus R

Wlfketulus obiit. 1085.

Ante vero hæc tempora paucis annis [a] recurrentibus, quum Rex *Daciæ Cnutus* congregata maxima claſſe invadere *Angliam* paraſſet, inclytus Rex *Willielmus* undique de *Francia*, *Almania*, atque *Hiſpania* [b] ſoldariis conductis, univerſos per monaſteria totius Regni [c] diviſit, moraturos maxime per illa cœnobia, quæ de militia non exhibenda ſua dominia tenebant de Rege. Unde ad *Croylandiam* ſex milites, & XXVIII. baliſtarios [moraturos] deſtinabat. Quo tempore ducens exercitum in *Northumbriam*, ubi *Dani* applicare ſæpius ante ſolebant, univerſam patriam abraſit, ac fere in terram deſertam abſumens, multis milliariis inhabitalem poſtea longo tempore reddidit; ne hoſtis veniens, & victualia inveniens moram prolixaret, ſed fame & inedia fugere de patria compulſus, pro victualium penuria citius ad propria remearet. Pertranſiens etiam tunc, & ultra progrediens inclytus Rex *Willielmus* in *Scotiam*, eam ſibi ſubjecit, & *Malcolmum* Regem ejus ſibi hominium facere, & fidelitatem jurare apud *Abernithi* coegit.

Wilhelmus Northumbriam vaſtat.

Et Scotiam ſubegit.

Reverſuſque in *Angliam*, apud *Londonias* hominium ſibi facere, & contra omnes homines fidelitatem jurare omnem *Angliæ* incolam imperans, totam terram deſcripſit; nec erat hida in tota *Anglia*, quin valorem ejus, & poſſeſſorem ſuum ſcivit; nec lacus, nec locus aliquis, quin in Regis rotulo extitit deſcriptus, ac ejus reditus, & proventus, ipſa poſſeſſio, & ejus poſſeſſor Regiæ notitiæ manifeſtatus juxta taxatorum fidem, qui electi de qualibet patria territorium proprium deſcribebant. Iſti penes noſtrum monaſterium benevoli & amantes, non ad verum pretium, * nec ad verum ſpatium noſtrum monaſterium librabant, miſericorditer præcaventes in futurum Regiis exactionibus, & aliis oneribus, piiſſima nobis benevolentia providentes. Iſte rotulus vocatus eſt rotulus *Wyntoniæ*, & ab *Anglicis* pro ſua generalitate omnia tenementa totius terræ integre continente **Domeſday** cognominatur. Talem rotulum, & multum

Rex Angliam deſcribit.

Rotulus Wintoniæ.

Domeſday.

a Præcurrentibus. *b* Solidariis. *c* Dimiſit.

ſimilem

Wilhelmus R. ſimilem ediderat quondam Rex *Alfredus*, in totam terram *Angliæ* per comitatus, centurias, & decurias deſcripſerat, ſicuti prænotatur: qui quidem rotulus *Wyntoniæ* vocatus eſt, quia deponebatur apud *Wyntoniam* conſervandus, quæ civitas caput *Weſtſaxonici* Regni ſibi hæreditarii, porro tunc inter omnia Regna *Angliæ* particularia nobiliſſimi & præclari. In illo vero rotulo *Wyntoniæ* ſic maxime vocato, eo quod ad illius rotuli exemplum editus erat, deſcripti ſunt non tantum totius terræ comitatus, centuriæ, & decuriæ, ſylvæ, ſaltus, & villæ univerſæ; ſed in omni territorio quot carucatæ terræ, quot jugera, & quot acræ, quæ paſcua, & paludes, quæ tenementa, & qui tenentes continebantur.

Terræ Monaſt. Croyland. Audivi ego ipſe tunc *Londonias*, & hæc tenementa noſtra de utroque rotulo prædicto, vulgariter ab *Anglicis* cognominato Domeſday, excepta multo ſtudio ac non parvis ſumtibus [deflorata,] ſtatui meis poſteris, ſaltem breviter, annotare, plurima abbrevians, ac nonnulla latius declarans ad meliorem meorum ſucceſſorum notitiam. Quod ſi quis poſterorum de verbo ad verbum, prout diffuſius in dictis rotulis originalibus tenementa noſtra conſcribuntur, agnoſcere maluerit, dictos rotulos petat, & diligenter exquirat; & hanc brevem elucubratiunculam [noſtram,] ſpero quod mirabitur, & quod hunc laborem noſtrum intimo animo collaudabit, cum tam ſolicite tamque ſuccincte de tam confuſa maſſa tot abdita & tam diſperſa collegerim, & ſimul condiderim in hanc formam. *In Lincoln.* Imprimis in [a] Lincolnſhire, in Ellowarp, in Croyland ſanctus *Guthlacus* habuit, & habet ſylvas, mariſcoſque quatuor leucas in longitudine, & tres leucas in latitudine. Hæc ſedes eſt Abbathiæ tempore Regis *Ethelredi*; eſtque ſoluta, & quieta ab omnibus ſecularibus ſervitiis. In Holeben, & Capelade ſanctus *Guthlacus* habuit, & habet tres carucatas, & ſex bovatas ad Geld; ibi nunc in dominio unam carucatam, & tres villan. cum dimidio carucatæ, & duodecim acras prati: tempore Regis *Edwardi* valuit viginti ſolidis [b] monetæ. Similiter in Spaldyng, Berewik de Croyland duas carucatas terræ ad Geld, terra ad unam carucatam & dimidiam, ibi ſeptem villani & quatuor Bord. habentes tres carucatas: tempore Regis *Edwardi* valuit viginti ſolidis [b] monetæ. Similiter in Pincebek ſanctus *Guthlacus* habuit & habet dimidiam carucatam ad Geld tempore Regis *Edwardi*. In *Kirketona* Warp. in *Algare* Berewyk [al.] ſanctus *Guthlacus* habuit, & habet duodecim bovatas terræ ad Geld, terra ad decem bovatas nunc vaſta eſt per maris alluvionem. In Donnedik ſanctus *Guthlacus* habuit, & habet duas carucatas terræ ad Geld, terra ad duas carucatas cum *Sacha* & *Socha*: ibi nunc una carucata in dominio, & tredecim villani cum una carucata & viginti acris prati; tempore *Edwardi* Regis valuit viginti ſolidis [b] monetæ. Similiter [in Drayton] ſanctus *Guthlacus* habuit, & habet unam carucatam terræ ad Geld, terra ad unam carucatam, ibi [c] vero villani non arant: ibi quatuor ſalinæ valent quinque ſolidis & quatuor denariis, & quinque acræ prati. In Burtoit ſanctus *Guthlacus* habuit & habet unam bovatam terræ cum *Sacha* & *Socha*, & Eccleſiam de Sutterton, [d] & Presbyteron tempore *Edwardi* Regis *Socha* de Donnedik. Item in Souditbing. In Hawardeſbow wapp. In [e] Bukenhale ſanctus *Guthlacus* habuit & habet duas carucatas, & dimidiam ad Geld; ibi una carucata in dominio, quinque villani, duo *Bord.* & octo *Soch.* habentes unam carucatam, & viginti ſex acræ prati, & L. acræ ſylvæ & LXX. acræ ſylvæ * tempore Regis *Edwardi* valebant triginta ſolidos [b] monetæ. Similiter *Socha* de Beltisford. * Item in Halyngton ſanctus *Guthlacus* habuit & habet decem bovatas terræ, quatuor bovatas de Juland, & viginti duo acras prati. *Socha* de Tad. * Item in Nons wapp. In Lang-

a Lyncollſchyr. *b* Modo ſimiliter. In. *c* V. *i.e.* quinque. *d* Cum presbytero *e Bugenhale*

toft

toft ſanctus *Guthlacus* habuit & habet ſex carucatas terræ ad Geld, terra ad ſex carucatas. Ibi nunc in dominio, [a] id eſt, quinque carucatæ, & octo villani, & quatuor *Bord.* & viginti *Socham* habentes quinque carucatas terræ, & centum acras prati, ſylv. duæ ſolid. mariſci, duas leucas in longitudine, & duas leucas in latitudine, terra arabilis quindecim quarentenas in longitudine & novem in latitudine: tempore Regis *Edwardi* valebant quatuor libris, [b] monetæ LX. ſolidis. Talba [c] tres ſolidos. Item in Baſton ſanctus *Guthlacus* habuit & habet quatuor carucatas terræ ad *Geld*, terra ad quatuor carucatas; ibi nunc in dominio, una carucata, quinque villani, duo *Bord*, & ſeptem *Sochm.* cum duabus carucatis. Ibi Eccleſia cum Presbytero, & unum molendinum cum dimidio molendini, & XLV. acræ prati, mariſcorum, quindecim quarenten. in longitudine & octo in latitudine: tempore Regis *Edwardi* valebant XL. ſolidos [d] monetæ ſimiliter. Item in Ibelound wapp in Kepyngale ſanctus *Guthlacus* habuit & habet tres carucatas terræ ad *Geld*, & LX. acras prati: tempore Regis *Edwardi* valebant viginti ſolidos. *Ogerus* tenet ad firmam reddendo Abbathiæ LX. ſolidos, & alia multa onera. Item in Aſwardetierne wapp. in [e] Laithorp ſanctus *Guthlacus* habuit & habet unam bovatam terræ; in [f] Kirkby tres bovatas terræ: tempore Regis *Edwardi* [ſolid.] *Willelmus R.*

Item in Optonagrena Hundred in Northamptonſhire, in Croyland ſanctus *Guthlacus* habuit & habet ſylvas & mariſcos, duas leucas in longitudine, & duas leucas in latitudine: tempore Regis *Edwardi* ſolutæ & quietæ ab omnibus ſervitiis. In [g] Peiekirk tres virgatas terræ ad *Geld*, tempore Regis *Edwardi.* In Wridthorp ſanctus *Guthlacus* habuit habetque unam hidam, & dimidiam ad *Geld*, terra eſt duæ carucatæ, in dominio eſt una carucata, & undecim villani, & undecim *Bord.* cum duabus carucatis. Ibi [h] tres acræ prati, & unum molendinum de quinque ſolidis; valent XL. ſolidos. Item in Pokebrok Hundred, in *Elmyngtona* ſanctus *Guthlacus* habuit & habet unam hidam terræ: terra eſt una carucata, hæc eſt ibi in dominio, & duo villani, & duo *Bord.* cum una carucata, & ſex acris prati: tempore Regis *Edwardi* valebant octo ſolidos, modo ſexdecim. In *Elmyngtona* etiam ſanctus *Guthlacus* habuit & habet duas hidas, terra eſt III. carucat. ibi ſunt quinque villani, & quatuor *Bord.* cum tribus carucatis: ibi duodecim acræ prati: tempore Regis *Edwardi* valebant duodecim ſolidos, modo viginti ſolidos. Item in Soudnabeſlound Hundred, in *Adyngtona* ſanctus *Guthlacus* habuit & habet duas hidas: terra eſt quatuor carucat. in dominio eſt una, & duo ſervi, & ſex villani & III. *Bord.* cum uno *Sochm.* habente tres carucatas: ibi ſex acræ prati, & molendinum tredecim ſolid. & quatuor denar. tempore Regis *Edwardi* valebant quindecim ſolidis, modo XL. ſolid. Ibi etiam habet Eccleſiam, & in alia *Adyngtona* dimidium virgatæ terræ ad *Geld.* Item in [i] Auſſordeſhew Hundred, in Wendlyngburgh ſanctus *Guthlacus* habuit & habet quinque hidas terræ, & dimidium; terra eſt duodecim carucat. in dominio eſt una carucata cum uno ſervo, & viginti & uno villanis, cum Eccleſia & Presbytero, & ſeptem *Bord.* & [k] duodecim *Sochm.* habentibus undecim acras: ibi duo molendina de ſexdecim ſolidis, triginta acræ prati valent quinquaginta ſolidos, & uſus undecim ſolidos, modo ſex lib. Item in Aitwordeſle Hundred Granelcrand in Baddeby ſanctus *Guthlacus* habuit & habet quatuor hidas [terræ:] terra eſt [l] undecim acræ; in dominio ſunt octo carucatæ, & octo ſervi, & quinque ancillæ, duodecim villani, & octo *Bord.* cum ſex carucatis: ibi molendinum de duobus ſolidis, & XXVIII. acræ prati, ſylvæ IV. quarent. longitudine, & II. quarent. in latitudine: tempore Regis *Edwardi* valebant [m] quatuor lib. modo ſimiliter. Item in Hundred de Widibroke, in Glap-

In Northamtonſchyr.

a F. I. car. &c. *b* Modo LX. ſol. *c* X. ſolid. *d* Modo ſim. *e Laynthorp.* *f Chirkeby.* *g Pegekyrke.* *h* Sex acr. *i Anford.* *k* Undecim. *l Forte,* XXII. *m* Octo.

L thorn

Wilhelmus R. thorn ſanctus *Guthlacus* habuit & habet unam virgatam terræ ad *Geld,* & viginti acras ſylvæ.

In Leyceſtreſchyr. Item in [a] Leiſterſhire, in Goſcote *wapp.* in Beby ſanctus *Guthlacus* habuit & habet decem carucatas terræ & dimidium; terra eſt octo carucatæ, in dominio eſt una carucata, & duo ſervi, & XXI. villani, cum quinque *Sochm.* & tribus *Bord.* habent ſex carucatas: ibi triginta acræ prati [b] valent: tempore Regis *Edwardi* LX. ſolidis, modo XL. ſolid. Item in Guthlaceſton *wapp.* in Sutton ſanctus *Guthlacus* habuit & habet duas carucatas, & duas in Stapelton: terra eſt quinque carucatæ: ibi ſex villani cum II. *Bord.* habentibus unam carucatam & dimidium: tempore Regis *Edwardi* valuere viginti quatuor ſolid. modo viginti ſolid.

In Huntyngdonſchyr. Item in Huntindounſhire, in Normanneſcros Hundred, in Morburne ſanctus *Guthlacus* habuit & habet quinque hidas ad *Geld.* terra novem carucatæ, ibi nunc in dominio duæ carucatæ, & ſexdecim villani, & III. *Bord.* habentes ſeptem carucatas: ibi Eccleſia & Presbyter, & quadraginta acræ prati, & una acra ſylvæ minutæ: tempore Regis *Edwardi* valebant centum ſolidos, modo ſimiliter. In [c] *Therminga* ſanctus *Guthlacus* habuit & habet unam hidam & dimidium ad *Geld.* terra una carucat. & dimid. *Socha* de Achumeſbiry manerio Regis: *Euſtachius* tenet modo de Abbate de Croyland, & habet ibi unam carucatam, & unum villanum cum dimidio carucat. & ſex acris prati: tempore Regis *Ed.* valebant viginti ſolid. modo ſimiliter.

In Grantebrigſchyr. Item in Grantebrigſhire, in Nordſtow Hundred, in [d] *Hokittona* ſanctus *Guthlacus* habuit & habet ſeptem hidas & dimid. terra eſt octo carucat. in dominio quatuor hid. & ibi ſunt quatuor carucat. ibi quatuordecim villani, & III. *Bord.* cum ſex carucatis. Ibi quatuor cotagia, & tres ſervi, pratum, duæ carucatæ, [e] cum Eccleſia & Presbytero: tempore Regis *Ed.* valebant octo libris, modo ſex libris. In Ceſtreton Hundred, in Cotenham ſanctus *Guthlacus* habuit & habet undecim hidas ad *Geld.* terra eſt octo carucat. in dominio ſex hid. & ibi eſt una carucata, ibi duodecim villani & octo *Bord.* cum ſeptem carucatis: ibi unus ſervus, pratum, & octo acræ, paſtur. ad pet. villæ de mariſco D. [f] *Ang.* & de præſent. XII. d. val. tempore Regis *Ed.* octo libris, modo ſex lib. hoc manerium ſemper fuit & eſt in dominio ſancti *Guthlaci.* In *Draytona* ſanctus *Guthlacus* habuit & habet octo hidas, & dimidium: terra eſt ſex carucat. In dominio quatuor hid. & tres virg. & ibi una carucata, ibi [g] duodecim villani, & quinque *Bord,* & III. *Soch.* cum [h] quatuor carucatis: ibi quatuor cotagia, pratum, duæ carucatæ: tempore Regis *Ed.* valebant centum ſolid. modo [i] quatuor libris, decem ſolid. hæc terra in dominio eſt Eccleſiæ ſancti *Guthlaci* cum ſua Eccleſia, & Presbytero.

Jam ad informationem meorum ſucceſſorum mihi videtur expediens, & valde neceſſarium, aliqua præmiſſorum, prout nunc ea intelligimus, brevi declaratione noſtris poſteris demandare. Et primo de ſede Abbathiæ noſtræ, quæ dicitur habere quatuor leucas [in longitudine & tres] leucas in latitudine; quum leuca uſualis menſura terram metien-

Leuca. tium apud *Francos* conſtet de duobus millibus paſſuum. Et forte *leuca* dicitur à *leucon,* quod in *Scythica* lingua interpretatur *Philippus.* Unde Magiſter in *Iſagogis* ſuis [ſuper] O. M. lib. III. *& niveus leucon,* dicit ibi, hunc *leucon* fuiſſe *Philippum* Imperatorem, qui *niveus* deſcriptus eſt, quia *Chriſtianus,* & baptiſmo ſuper *nivem* dealbatus. Et alio in loco ubi exponit illud, i. *Phœbum* adamaſſe *Leucothoen,* dicit, Deum adamaſſe *Chriſtianitatem* Regni *Franciæ,* i. *Philipporum,* [k] quum apud *Francos* nomen *Philippi* frequentiſſimum habetur, in tantum, ut Rex *Henricus,* qui modo regnat in *Francia,* filium ſuum jam primogenitum *Phi-*

a *Leyceſtreſchyr.* *b* Valebant. *c* Thyrninga. *d* Hokyntona. *e* Eccleſia cum Presbytero. *f* Angill. *g* Undecim. *h* Tribus. *i* Tribus. *k* Quoniam.

lippum

lippum fecerit appellari. Beatus enim *Chriſti* Apoſtolus *Philippus* cum *Scythis* verbum Dei prædicaſſet, & plurimos eorum ad fidem *Chriſti* convertiſſet, rediens in *Aſiam*, per *Sicambros* viam fecit, ac illis *Chriſti* nomen primus annunciavit. De quibus exeuntes *Franci*, ut plures eorum [a] hierocronographi teſtantur, beatum *Philippum* Apoſtolum ſuum ſpecialem protodoctorem, & Neoapoſtolum adhuc tenent. Ex his omnibus colligitur, quod *leuca* dicitur à *leucon*, id eſt, menſura terræ [b] *Philippicæ*, id eſt, *Philippi*, vel *Philipporum*. *Angli* autem utuntur terram metiendo Milliaribus: & dicitur *milliare*, quia conſtat de *mille* paſſibus; ſic vocatum, quia *Hercules* ſub uno tractu halitus ſui mille paſſus fecit, ut dicit *Iſid.* [Etymologicorum] lib. III. Cognoſcentes itaque leucas, & milliaria, dicere poteritis, poſteri noſtri & amici, quod cum ſedes Abbathiæ noſtræ in longitudine, i. de ulteriori ripa de **Schepiſhee** in ejus oriente, uſque ad **Kenulphſton** in ejus occidente, dicitur habere quatuor *leucas*, i. octo *millia* paſſuum; & in latitudine, id eſt, de ulteriori [parte] ripæ de **Southee** in ejus auſtro, uſque ad ulteriorem ripam de **Aſendyk**; vel de **Weland** in ejus aquilone duas *leucas*, id eſt, quatuor *millia* paſſuum; horum neutrum verum eſt. Sed ſcire debetis, *Anglos* ſub dominio *Normannorum* tranſiſſe in multis ad mores *Francorum*; & ideo loco *milliarium*, *leucas* dixiſſe, ſed milliaria intellexiſſe: & cum longitudo ejus excedit quatuor milliaria, & latitudo duo milliaria, prudentiſſimi metatores contra malitiam æmulorum noſtrorum piiſſime providentes, potius plus quam minus ponere voluerunt. Acceptavit hanc rationem tota vicinia taxatorum, acceptavit & Regis curia, cum veritas ſpatii exigeretur in incorporatione Regalium rotulorum. *Wilhelmus R.* *Milliare.*

Item declarandum eſt illud, quod **Alderlound** deſcribitur in *Optonagrena* **Hundred**, quum in charta *Edredi* quondam Regis, & reſtauratoris noſtri contineatur, quod illa pars mariſci [in] auſtrali parte aquæ de **Weland** comitatui *Lincolniæ* connectitur in omnibus, & reſpondet: cujus evidentia colligitur ex charta *Edgari* quondam Regis & confirmatoris noſtri, de illis verbis, ubi interdicit omnibus miniſtris ſuis, id eſt, Vicecomitibus, Bedellis, & Ballivis in patria *Girviorum*, id eſt, in Comitatu *North.* ne introeant fines & limites dicti mariſci, aut in aliquo intromittant; hoc innuens, quod illa pars mariſci ſit interdicta miniſtris [ſuis] in Comitatu *North.* ſic attendens cum reliqua portione monaſterii noſtri miniſtris ſuis in Comitatu *Lincolniæ*. Sed *Danicis* Regibus *Swano*, *Cnutone*, *Haroldo*, & *Hardcnuto* totam *Angliam* opprimentibus, & multa immutantibus, plurima privilegia monaſteriorum perdita ſunt, [c] ac prorſus ſufflata; limites ac termini territoriorum & comitatuum tranſlati, & à ſtatu veteri longe immutati, prout pecunia divitum in mentibus Barbarorum, qui nihil aliud, quam [d] ruinas quærebant, præponderabat. Cujus evidentia tempore Regis *Hardecnuti* erat everſio monaſterii ſanctæ *Pegæ* de **Peykirke**, prævalente contra juſtitiam *Pegelandenſium* Abbatis *Burgi* pecunia, & ſuper ſimplicitate pauperum *Godwini* Comitis potentia. Et tunc cum Monachi *Burgenſes* maximæ fuerant opinionis, ita ut *totus mundus abiret* poſt eos, & multi majores terræ tam [ſummi] Pontifices, quam alii proceres, & provinciarum Præſides apud illos ſuam ſupremam eligerent ſepulturam; etiam in monaſterium noſtrum ſuæ cupiditatis cornua impudentiſſime extenderunt, diſſimulante tantam injuriam domino *Wlketulo* prædeceſſore meo, & quaſi ex eorum conniventia contra tantum damnum noſtri monaſterii ſomno (proh pudor) lethargico nimium ſoporato, & [e] diutius dormiente. Veruntamen in proximo ſpero tantam præſumtionem cum Regis benevolentia plenius in ſtatum priſtinum emendandam, quem per CCC. & fere XXX. annos antea pacifice poſſederamus. *Alderlound.* *Monachi Burgenſes.*

a Hiſtoriographi. *b* Philippica. *c* Penitus & ſufflata. *d* Pecunias. *e* Durius.

Wilhelmus R. Item declarandum eſt illud, quod dicit, *A tempore* Ethelredi *Regis erat ſedes Abbathiæ noſtræ quieta, & ſoluta ab omnibus ſecularibus ſervitiis:* cum tres fuerint Reges *Ethelredi*, & pro eorum quolibet agant veriſimiles rationes, quod de eorum quolibet dicta litera dici poſſit. *Ethelredi tres.* Primus enim *Ethelredus* filius *Pendæ*, ac frater *Peadæ*, & *Wlferi* quondam Regum *Merciorum*, quum poſt præfatos Reges fratres ſuos ſuccedens, triginta annos regnaſſet, relicto ſeculo monachus in *Bardeneienſi* monaſterio factus, tandem Abbas eſt creatus. *1. Ethel. R. Merc.* In regno vero *Merciorum* ſubrogatur *Kenredus* cognatus ſuus, filius *Wlferi* quondam Regis, & fratris, ſuique prædeceſſoris, ſicut latius ſupradicitur. Huic *Kenredo* poſt quinque annos *Romam* peregre proficiſcenti ſucceſſit *Celredus*, filius prædicti *Ethelredi*, adhuc ipſo patre Abbate de **Bardeney** ſuperſtite ac vivente. Huic autem *Celredo* poſt octo annos defuncto ſucceſſit in Regnum *Merciorum* noſter *Ethelbaldus*, regnavitque annis quadraginta & uno; qui primo anno Regni ſui fundavit noſtrum monaſterium *Croylandenſe*, faciens inde nobis chartam ſuam: in qua charta primus teſtis poſt Epiſcopos, prædictus *Ethelredus* Abbas de **Bardeney** quondam Rex devote ſubſcripſit; eodemque anno jam [a] factus ſenior, & plenus dierum migravit ad Dominum. A tempore igitur hujus Regis *Ethelredi* erat Abbathia noſtra *quieta & ſoluta ab omnibus ſecularibus ſervitiis*, id eſt à tempore noſtræ primæ fundationis. *2. Ethel. R. Weſtſax.* Secundus Rex *Ethelredus* erat filius *Ethelwlphi*, frater Regis *Ethelbaldi*, *Ethelberti*, ac *Alfredi* quondam Regum; qui cum penultimus fratrum ſuorum quinque annis *Weſtſaxonici* Regni ſceptrum validiſſime rexiſſet, & contra *Danos* dimicans frequentiſſime, aliquoties
871. glorioſiſſime triumphaſſet, obiit anno Domini octingenteſimo ſeptuageſimo primo, ſcilicet in proximo anno ſequente poſt everſionem Monaſteriorum **Bardeney**, **Croyland**, **Medeſhamſted**, & **Hely** Sed *Croylandenſes* Monachi (ut ſupra dictum eſt) pro majori parte per triduanam fugam gratioſiſſime ſalvati, totius Abbathiæ hujus ſitum eadem libertate qua antea habuerant, deinceps à *Beorredo* Rege, ac *Alfredo* Rege regnum poſtmodum obtinente habuerant, etiam toto tempore ſuæ deſolationis poſſederunt; cum cetera monaſteria per *Danorum* ferocitatem funditus deſtructa regali fiſco fuerant aſcripta denuo, & aſſumta, omnibus Monachis eorum necatis, perditis, ſeu penitus fugatis. A tempore itaque iſtius Regis *Ethelredi* Abbathia noſtra erat *quieta & ſoluta ab omnibus ſervitiis ſecularibus*, i. in ſua maxima deſolatione uſque ad ejus reſtaurationem, & inde uſque ad præſens tempus. *3. Ethel. R. Angl.* Tertius Rex *Ethelredus* erat filius *Edgari* Regis, qui poſt ſanctum *Edwardum* Regem, & tandem Dei Martyrem, germanum ſuum, miſerrime regnavit annis XXXVIII. Tempore cujus, *Danorum* exercitus totam *Angliam* plurimum tribulabant, & Eccleſias ac cœnobia in immenſum opprimebant. Perdurabatque tanta tribulatio per plures annos ſequentes, ſcilicet per tempora quatuor Regum, id eſt, ipſius *Ethelredi*, *Knuti*, *Haroldi*, & *Hardeknuti*. Ab iſtius itaque *Ethelredi* tempore noſtra Abbathia erat *quieta & ſoluta ab omnibus ſecularibus ſervitiis*, i. à tempore illius Regis, qui erat legalis ſucceſſor Regii ſeminis *Anglorum*, & pater *Edwardi* piiſſimi Regis: cujus cognatione ac conſanguinitate inclytus Rex noſter *Willielmus* fundat conſcientiam ſuam regnum *Angliæ* invadendi, ceteris Regibus de *Danorum* ſanguine, quaſi nullius auctoritatis ad allegandum, interim intermiſſis.

Incolæ Croyland. Item declarandum eſt, quod in ſede *Croyl.* villani, *Bord*, nec *Sochm*, ponuntur, ſicut in aliis terris noſtris; [b] cum niſi timore belli imminentis, nullus, aut rarus inhabitator nobiſcum manere perſeverabat; ſed ſicut guerra incipiente omnes convicinæ patriæ, tam divites, quam pauperes, tam viri quam mulieres, ad **Croyland** pro ſuo refugio confluentes

a F. Sanctus. *b* Quoniam.

undique

undique adventabant; ita iterum ſerenitate pacis à Domino reſtituta, *Wilhelmus R.* ad ſua quique propria revertentes monaſterium noſtrum relinquebant, ſola noſtra domeſtica familia cum ſuis uxoribus & liberis remanentibus, quibus (ut poſtea dicetur) magnam partem mariſcorum & pratorum totius ſedis noſtri monaſterii dimiſi dudum pro certo reditu annuali, & aliis ſervitiis exolvendis, quibuſdam ad firmam & certum numerum annorum, quibuſdam in feodum tradidi excolendum. Sed hæc poſtea.

Item declarandum eſt illud, quod dicitur, In **Spalding, Berewick** de **Croyland**; & alibi, in **Algare Berewick**, al. ut ſic intelligatur, in **Spalding, Berewick** de **Croyland**, i. manerium de **Croyland**: & in **Algare Berewick**, *al.* id eſt, manerium aliud.

Item declarandum eſt de manerio de **Badby**, quod licet jam fit in *Baddeby.* manibus firmariorum, tamen tanquam in manibus noſtris nunc eſſet, in Regis rotulo eſt deſcriptum; ſed ſciendum eſt, quod, quia terrarum metatores, & taxatores illius patriæ, monachos illud manerium habere vident de monachis **Evesham**, noſtros *Croylandenſes* monachos putant, & noſtram eſſe poſſeſſionem, non firmariorum reputant & affirmant, cum adhuc viginti anni de firma illorum reſtent, antequam centum anni conceſſi in eo *Normanno* quondam *Edrici* Comitis Vicecomiti compleantur. Hæc coram domino meo Rege, concilioque ſuo pro noſtro monaſterio, ejuſque pertinentiis patenter allegavi, & gratanter omnia ſunt accepta, & copia Regii rotuli mihi liberaliter eſt conceſſa.

Detuleram etiam mecum tunc *Londonias* chartas ac chirographa, & præcipua monumenta noſtri monaſterii, ſcilicet *Ethelbaldi* quondam Regis, ac noſtri fundatoris, & ceterorum Regum *Merciorum* confirmantium domum noſtram; quæ cuncta manu *Saxonica* ſcripta erant: chartas etiam *Manus Saxonica;* *Edredi* quondam Regis, & reſtauratoris noſtri, ac *Edgari* Regis noſtri confirmatoris, & aliorum Regum *Anglorum* poſt eos ſuccedentium uſque ad hæc tempora noſtra, quæ partim duplicate tam *Gallicana* manu, quam *Saxonica* ſcribebantur. Manus etenim *Saxonica* ab omnibus *Saxonibus*, & *Merciis* uſque ad tempora Regis *Alfredi*, qui per *Gallicanos* doctores omnibus literis apprime inſtructus erat, in omnibus chirographis uſitata, à tempore [a] domini Regis dicti deſuetudine viluerat; & manus *Gallicana*, *Et Gallicana.* quia magis legibilis, & aſpectui [b] perdelectabilis præcellebat, frequentius indies apud omnes *Anglos* complacebat. Et licet omnibus *Gallicis* & *Normannis* manus *Saxonica* extiterat inuſitata penitus, & inviſa, ac tunc maxime cum gente ſua contemtui habita & nimium [c] inacceptata; cum meritis & precibus Sancti *Guthlaci* advocati noſtri, ac ſpecialis patroni, Spiritus Sanctus in cor inclyti Regis gratiam & benevolentiam penes noſtrum monaſterium divinitus inſpirabat in tantum, ut univerſa monumenta noſtra tam manu *Saxonica*, quam *Gallicana* (ut prædictum eſt) conſcripta, coramque præfato inclyto Rege *Wilhelmo* ac concilio ſuo patenter lecta, & diligenter examinata, multo favore fierent accepta & collaudata, inſuper Regia confirmatione digniſſima ab omnibus acclamata & adjudicata: præcipue charta inclyti quondam Regis *Edredi* reſtauratoris noſtri noſtrum monaſterium ſpecialius privilegiantis, & plenius noſtras terras confirmantis, ab omnibus abundantius eſt accepta, & confirmari ab ipſo domino Rege gratioſiſſime conceſſa, confirmata eſt, prout ego [ipſe] deſiderabam, & poſtulabam, diligentiſſime in his verbis:

Ego Willielmus *Dei beneficio Rex Anglorum, ad humilem petitionem fa-* *Charta Wilhelmi R.* *miliaris mei* Ingulphi *Abbatis* Croylandenſis *monaſterii chartam privilegiatam, quam egregius Rex* Edredus *prædeceſſor meus Deo & ſancto* Guthlaco, *ac Monachis de* **Croyland** *conceſſit & donavit, coram me & concilio meo perlectam & declaratam, laudo, approbo, & confirmo, & in omnibus effectua-*

a Dicti. *b* Prædelectabilis. *c* Inaccepta, tamen meritis.

Wilhelmus R. *liter obſervari præcipio. Prohibeo etiam ne quiſquam ſub ditione mea illos temerarie vexare præſumat, ne excommunicationis gladio intereat, & pro jure Eccleſiaſtico violato infernorum exquirat cruciatus. Sed habeant omnes poſſeſſiones ſuas in perpetuam & Regalem eleemoſynam ex meo dono, & confirmatione, ad laudem Dei, & ob reverentiam ſancti* Guthlaci *confeſſoris ibidem corporaliter quieſcentis, cum omni illo, quod appellatur* Socha, Sacha, Tol & [a] Tem, *cum legibus & conſuetudinibus illis jure perpetuo tenendis, cum quibus eas liberius & quietius tenuerunt diebus illis, quibus præfatus Rex* Edredus *vivus fuit & incolumis. In hujus ſcripti robore Optimates in eodem nominati teſtes affuerunt,* Lanfrancus *Archiepiſcopus* Cantuariæ; *Thomas Archiepiſcopus* Eboracæ, Walkelmus *Epiſcopus* Wyntoniæ, Wilhelmus *Epiſcopus* Dunelmiæ, Wilhelmus *Comes,* Alfredus *Comes,* Alfredus *filius* Topi, Wilhelmus Malettus, *& alii.*

Cernens etiam tunc animum domini mei Regis, ac conſiliariorum ſuorum penes meam parvitatem, inſpirante Altiſſimo, tam benevolum & faventem, chartas *Thoroldi* quondam Vicecomitis, de cella dudum noſtra de **Spaldyng**, quas etiam mecum *Londonias* [tunc] attuleram, palam prolatas coram domino meo Rege, ac univerſo concilio ſuo proponebam; & ſufficienter allegato titulo juris noſtri, reſtitutionem cellæ noſtræ prædictæ ad noſtrum monaſterium debita diligentia poſtulabam. Cumque diutiſſime jus noſtrum ad dictam cellam in Regis conſilio ventilaretur, & fere faventibus univerſis adjudicandam nobis illlam æſtimarem; Regis conſilium cenſebat tranſmittendum pro *Yvone Tailbois*, eo quod in ejus dominio dicta cella conſiſtebat. Qui citius adveniens, quum noſtrum propoſitum intellexiſſet, oſtendens coram domino Rege in petitione mea ejectionem monachorum *Gallicorum,* quos ſuo Regio ſcripto antea confirmaverat, & ſibi ſemper fideles permanſerant, promotionemque monachorum *Anglicorum* ſibi ſemper mala imprecantium finaliter contineri, benevolentiam Regis à meo propoſito funditus immutavit; & univerſum negotium meum, *Normannis* undique ac *Andegavenſibus* ſuis aſſentatoribus, qui domino meo Regi jugiter aſſiſtebant, multipliciter ſuffultus, & roboratus, totaliter impedivit.

Cella de Spalding.

Ivo Tailbois.

Accipiens itaque mecum dicti domini mei Regis confirmationem ſuper chartam Regis *Edredi* noſtri reſtauratoris, quam gratioſe ante adventum dicti *Yvonis* ad curiam à domino Rege impetraveram, cum omnibus monumentis noſtris ſalvis & illæſis benedicto Altiſſimo, ad noſtrum monaſterium ſanus ipſe ac incolumis remeavi: conſulens meis ſucceſſoribus in futurum, qui venturi ſunt poſt me, forteque Regem *Anglicis* favorabilem feliciter obtinebunt, quum dictam cellam repetere voluerint, maxime huic chartæ *Thoroldi,* dictæ cellæ fundatoris, innitantur, ceteris chartis ex certa cauſa concelatis, [b] quum dictam chartam ad jus noſtrum conquirendum ceteris præſtantiorem & valentiorem multo conſilio Juriſperitorum didici prævalere: quæ charta eſt talis:

Charta Thoroldi. 1051.

Ego Thoroldus *de* [c] **Bukenhale** *coram nobiliſſimo domino meo* Leofrico *Comite* Leyceſtriæ, *& nobiliſſima Comitiſſa ſua Domina* Godiva *ſorore mea, cum conſenſu, & bona voluntate domini & cognati mei Comitis* Algari, *primogeniti & hæredis eorum, donavi & tradidi Deo & ſancto* Guthlaco Croylandiæ *in manibus domini* Wlgati *Abbatis dicti* Croyland. *monaſterii, ad fundationem cellæ* Croylandenſium *monachorum, in honorem ſanctæ Dei genitricis, ſemperque virginis* Mariæ, *in villa de* **Spaldyng**, *totum manerium meum ſitum juxta parochialem Eccleſiam ejuſdem villæ, [inter manerium prædicti domini mei* Leofrici *Comitis, & ripam Occidentalem fluminis ejuſdem villæ] cum omnibus terris & tenementis, reditibus, ſervitiis, averiis, & utenſilibus, quæ habui in dicto manerio, & in dicta villa, & in campis ejus,*

a Them. b Quoniam. c Bugenhale.

tam

tam in parte Orientali fluminis, quam in ejus parte Occidentali, cum omnibus appendiciis ſuis, ſcilicet Colgrinum *præpoſitum meum, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* Hardyngum *fabrum, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* Lefſtanum *carpentarium, & totam ſe uelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* Ryngulphum [a] *primum, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* [b] Elſtanum *piſcatorem, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & in mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Gunterum [c] Liniet, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa & campis ejus, & in mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Outy Grimkelſon, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & in mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Turſtanum Dubbe, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & in mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Algarum *nigrum, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & in mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Edricum *filium* Siwardi, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo omnibus de retinemento. Item* Oſmundum *molendinarium, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Beſi Tuk, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis, & mariſcis ejus, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Elmerum *de* Pyncebek, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Gouſe Gamelſon, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Iſtos ſervos meos, & omnia bona & catalla eorum, cum omnibus cotagiis quondam meis, ſituatis in Orientali parte fluminis circa ligneam capellam ſanctæ* Mariæ *in villa de* Spaldyng, *ab antiquo* Croylandenſi *monaſterio pertinentem, cum omnibus juribus, & aliis rebus appendentibus, dedi Deo, & ſancto* Guthlaco, *ad conſtructionem prædictæ cellæ, una cum omnibus piſcationibus meis tam in mariſcis adjacentibus, quam in mari ad dictam villam accedente, in liberam & perpetuam eleemoſynam meam, pro ſalute animæ meæ, & animarum omnium progenitorum & parentum meorum. Iſtud meum chirographum apud* Leyceſtriam *in præſentia multorum* Chriſti *fidelium, ibidem in die ſancto* Pentecoſtes *collectorum, anno Dominicæ incarnationis* M. LI. *ego* Thoroldus *ſigno ſanctæ crucis confirmavi* ✠ *Ego* Wlſinus *Epiſcopus* Dorcaciſtrenſis *ratificavi.* ✠ *Ego* [d] Wulgatus *Abbas* Croylandiæ *gaudens acceptavi.* ✠ *Ego* Lefwinus *Abbas* Thorneyenſis *collaudavi.* ✠ *Ego* Leofricus *Comes conceſſi.* ✠ *Ego* Godiva *Comitiſſa diu iſtud deſideravi.* ✠ *Ego* Algarus *Comes conſenſi.* ✠ *Ego* Turnerus *capellanus domini mei* Wlfini *Epiſcopi* Dorcaceſtren. *præſens affui.* ✠ *Ego* [e] Wulnarus *capellanus ejuſdem domini mei* Wlfini *Epiſcopi auſcultavi.* ✠ *Ego* Sitricus *capellanus dicti domini mei* Wlfini *aſpexi.* ✠ *Ego* Stanardus *miniſter domini mei Comitis* Leofrici *interfui.* ✠ *Ego* Fulco *monachus* Croylandiæ *applauſi.* ✠ *Ego* Pigotus *monachus* Thorneienſis *conſpexi.* 1051.

a Parvum. *b* Elfſtanum. *c* Liviet. *d* Wlfgatus. *e* Wlmarus.

✠ *Ego*

✠ *Ego* Livingus *clericus iſtud chirographum manu mea ſcripſi, & domino meo* Thoroldo *Vicecomiti tradidi, prædicto* [a] Wulgato *Abbati* Croyland. *de manu in manum donandum.*

Attuli eadem vice mecum de *Londoniis* in meum monaſterium leges æquiſſimi Regis *Edwardi*, quas dominus meus inclytus Rex *Wilhelmus* autenticas eſſe, & perpetuas, per totum Regnum *Angliæ* inviolabiliter tenendas ſub pœnis graviſſimis proclamarat, & ſuis [b] juſtitiariis commendarat, eodem idiomate, quo editæ ſunt; ne per ignorantiam contingat, nos vel noſtros aliquando in noſtrum grave periculum contraire, & offendere auſu temerario Regiam majeſtatem, ac in ejus cenſuras rigidiſſimas improvidum pedem ferre contentas ſæpius in eiſdem, hoc modo:

Wilhelmi R. Leges.

Ces ſount les Leis & les Cuſtumes que le Reis Will. *grentat a tut le puple de* Engleterre *apres le Conqueſt de la terre. Ice les meſmes que li Reis* Edward *ſun coſin tint devant lui. Co eſt a ſaveir,*

1. *Pais a ſaint Ygliſe de quel forfait que home out fait en cel tens e il pout venir a ſainte Ygliſe out pais de vie e de membre. E ſe alquons meiſt main en celui qui la mere Ygliſe requireit ſe ceo fuſt u Eveſque u Abbeie u Ygliſe de Relig. rendiſt ceo que il iavereit pris, e cent ſolz de forfait e de mere Ygliſe de Paroiſſe* XX. *ſolz, e de Chapele* X. *ſolz. E qui enfraint la pais le Rei en* Merchenelae *cent ſolz les amendes. Altreſi di* Hemfare *e de aweit prepenſed.*

2. *Icez Plaiy afierent a la coroune le Rei et ſe alquens u quens u provoſt mesfeiſt as homes de ſa baillie e de co fuiſt a tint de la juſtice lu Roi forfait fuſt u duble de ce que altre fuſt forfait.*

3. *E qui en* Danelae *fruiſſe la pais le Roi* VII. *vinz liverez e* IV. *les amendez e lez forvaiz qui a fierent al Veſcunte* XL. *ſolz en* Merchenelae, *e* L. *ſolz en* Weſtſexelae, *e cil frans hoem qui aveit* Sac *et* Soc *e* Tol *e* Tem *e* Infangenetheof *ſe il eſt inplaide e ſeit mis en forfait en le counte afiert al forfait a oes le Veſcunte* XL. *ores en* Denelae, *e de altre home qui ceſte franchiſe neu ad* XXXII. *ores. De ces* XXXII. *ores aurat le Veſcunte a oes le Roi* X. *ores, e til qui li plait aurat de remued vers lui* XII. *ores, e le Seignur en ki fin il maindra* X. *ores co eſt en* Denelae.

Coſt eſt la cuſtume en Merchenelae, *ſe alquens eſt apeled de larecin u de*
4. *roberie e ſeit pleui de venir a juſtice e il ſeit fuie de denz ſon plege ſi avera de* IV. *meis e* I. *jour de quer le ſi il le pot truver ſi jurad ſei dudzime main que al ure que ille pleui laroun nel ſot ne per lui ne ſeu eſt fui ne aveir nel pot dunc rendrad le chatel e* XX. *ſolz pur la teſte, e* IV. *d. al ceper e un maille pur la beſche e* XX. *ſolz al Rei. En* Weſtſexenelae *cent ſolz al clamur pur la teſte e* IV. *liveres al Rei. E en* Denelae *le forfait* VIII. *livres, les* XX. *ſolz pur la teſte e les* VII. *livres al Rei. E ſil pot de denz un an e* IV. *jurs trover le larun e amener a la juſtice ſi li rendra les vint ſolz kis aurad out e ſinert fainte la juſtice de larun.*

Cil ki prendra larun ſanz ſuite e ſanz ſuite e ſanz cri que cil en leiſt a qui il
5. *aurad le damage fait et vienge pois apres ſi eſt raiſun que il dunge* X. *ſolz de* Hengwite, *e ſin face la juſtice a la primer me deviſe e ſil paſſe la deviſe ſans le conge a la juſtice ſi eſt forfait de* XL. *ſolz.*

Cil ki aveir eſcut u chivalz u buefs u vachez u porcs u berbiz qe eſt forfengen
6. Engleis *apeled cil qil clamed durad al groſ. ſ. al provoſt aveir pur* Leſcuſſum VIII. *d. e pur un porc* IV. *d. e pur un berbiz* I. *d. e iſiſtre que vit pur chaſcun* IV. *d. ne ja tant in aurad ne durrad que oit d. e durra wage e truverad plege que ſi alter veinged a pref de denz lan e un jour pur laveir demander qil jait adroit en la curt celui de qeil aveit eſcus.*

7. *Alter ſi de aver endirez e de altre treveure ſeit muſtred de treis pars del*

a Wlfgato. *b* Juſtitiis.

veiſinea

veiſined que il eit teſtimoine de la troveure ſi alquens vieuge a pref pur clamer la Wilhelmus R.
joſe diuſt wage e troiſſe pleges, que ſi alter claimid laveir de denz lan e un jour que illait a dreit en la curt celui qui laverat troved.

Si home occit alter e il ſeit conuſaunt e il denie faire les amendes durrad de ſa 8.
mainbote al Seignor pur le franc home x. ſolz, e pur le ſerf xx. ſolz. la were del Thein xx. li. en Merchenelae e xxv. li. en Weſtſaxenelae

De la were primerament rendrat lum de halt ſanc a la vedue e as orphanins x. ſolz e le ſurplus les orphanins e les parens departent entrels. 9.

En la were purra il rendre chival qui ad la cuille pur xx. ſolz e tor pur x. ſolz e iter pur v. ſolz. 10.

Si home fait plaie a altre, e il denie otrei faire les amendes primarement li rende ſun le chefe e li plaiez jurraz ſur ſeinte que pur mes nel pot faire ne pur 11.
haur ſi chier nel ſiſt de ſarbote cho eſt de ladulor.

Si la plaie lui vient a vis en deſcuvert al polz tote veie IV. d. et de tant os cum hom trarad de la plaie al os tote veie IV. d. pois acordement ſi li mettrad avant 12.
honours que ſi illiout fait co qil ad fait a lui ſe ſon queur li purportaſt e ſoun conſeil li donaſt prendreit de lui ce quil offre a lui.

Si co aveut que alquen colpe le poin a altre u le pied ſi li rendra demi were ſuluc ceo que il eſt nez del pochier rendrad la meite de la mein del dei apres le 13.
polcier xv. ſolz de ſolt Engleis co eſt quer bener deners de lunc dei XVI. ſolz del altre qui ported lanel XVII. ſolz, del petit dei v. ſolz, del ungle ſi il colpe de caſcun, v. ſolz de ſolt Engleis al ungle de petit dei IV. d.

Ki altri eſpouſe purgiſt ſi forfait la were vers ſun Seignor. 14.

Altre ſi quy faus jugement fait pert ſa were ſi il ne pot prover ſor ſaintz que melz ne ſot juger. 15.

Si home apeled altre de larcin et il ſot francz home et il ait cauerere teſtimoine de lealte ſen eſcondirad per plein ſerment, et altre qui blaſmed an eſted 16.
per ſerment nomed co eſt a ſavoir quatorze homes leals per noun ſi il aver les pot ſi ſen eſcondirad ſei dudzime main et ſi aveir nes pot ſi ſe defende per juiſe e li apeleur jurra ſur lui jur ſet homes nomes que pur haur nel ſiſt ne pur altre choſe ſi pur ſoun dreit noun purchacer.

E ſi alcons eſt apelez de muſter fruiſſer u de chambre e il neit eſted blamed enarere ſen eſcondie per XII. leals homes nomez ſei dudzime main e ſil ert altre 17.
fiee eſted blamed ſen eſcondied a treis dubles ceo a ſavoir per XLVIII. homes leals nomes ſei trenteſiſce mein e ſil aveir nes pot a la iviſe a treis dublez ſi coil douſt a tris duble in ſerment e ſil ad enarere larcin amended alt al ewe li Arceveſqe averad de forfaiture XL. ſolz en Merchenlae e lui Eveſqes XX. ſolz e lui quenz XX. ſolz e le baroun X. ſolz e le vilain XL. d.

Franc home qi ad aver champeſter trente deners vailaunt deit doner le dener ſeint Pere le ſeignur pur IV d. que il dourad ſi erunt quites ſes bordiers e ſes bo- 18.
verz e ſes ſerianz li burgeis qi ad en ſoun propre chatel demi marc vailant deit doner le dener ſeint Pere. Qui en Denelae francz home eſt e il averad demi marc en argent vailant de aveir champeſter ſi deurad duner le dener ſeint Pere. E per le dener que le ſeignur durrat ſi erent quites ceals qui meinent en ſoun demainne.

Ki purgiſt femme a per forze forſait ad les membres ki abate femme a terre pur faire lui force la multe al ſeignur x. ſolz ſi la purgiſt forfait eſt de membres. 19.

Ki retient le dener ſeint Pere le dener rendra per la juſtice de ſeinte Egliſe e xxx. d. forfait e ſi il en eſt plaide de la juſtiſe le Rei le forfait al Eveſque xxx. d. e al Rei XL. ſolz. 20.

Si alquns crieve loil al altre per aventure quel qe ſeit ſi amendrad LXX. ſolz del ſolz Engleis e ſi la purvele i eſt remis ſi ne rendra lui que la meite. 21.

De relief al Cunte que al Rei a fiert VIII. chivals ſelez e enfrenez les IV. e IV. halbers e IV. haumes e IV. eſcuz e IV. launces e IV. eſpes les altres IV. 22.
chaceurs e palefreiz a freins a cheveſtres.

De relief a Barun, IV. chivalz enſelez e enfrenez e II. halberz e II. haumes

Wilhelmns R. e II. eſcuz e II. launces e II. eſpes e les altres II. un chaceur e un palafrei a
23. freins e a cheveſtres.
De relief Vavaſour a ſoun lige Signur deite eſtre quite per le chival ſoun
24. pethe tel quil aveit a jaur de ſa mort e per ſoun halbert e per ſoun haume e
per ſoun eſcud e per ſa launce e per ſeſpe e ſil fuſt des apereile que il ne ont
ne chival ne les armes per C ſolz.
De enierz de jus aveir kil voldrad clamer emblet e il volge doner wage e trover
25. plege a perſuir ſoun apel dunc li ſtuverad a celui quil auverad entremeins
nomer ſoun guarant ſi il lad e ſi il nel ad dunc nomerad ſoun heunel borh e
ſes teſtimoines e ait les a jur et a terme ſil les ad u ſil les pot aver e li en-
ter ceur luneral en guage ſi ſiſte main e li altre le mettrad en la main ſoun
warant ua ſoun hennel borh et il ait teſtimoines que il lachatad al marchied
lu Rei e quil ne ſet ſoun warant ne le plege vif ne mort ceo jurad od ſes te-
ſtimoines per plein ſervient ſi perdra ſoun chatel ſi il teſtimoinent que il hen-
nel borh enpriſt e ſil ne pot aveir guarant ne teſtimoine ſi perdrad et pur
ſoldrad et pert ſa werre vers ſoun Seignur co eſt en Merchenelae e en De-
nelae e en Weſtſexenelae. Ne vocherad une ſoun Seignour warant iceo que
ſeit mis en guage e en Denelae mettre en vele diſſi la que il ſeit derained
e ſil pot prover que ceo ſoit de ſa nurture per treis patz ſoun vigned ſeil
averad deraignet. Kar puis que ſerment li eſt jugied ne len pot pas puis
lever per le jugement de Engleterre.
De murdre ki freceis occiſt e les homes del hundred nel prengent et amenent a
26. la juſtiſe de denz les oit jours pur muſtrer pur qui il la fait ſin rendrunt le
murdre XLVII. Mars.
Si home volt derainer covenant de terre verſoun Seignor per ſes pers de la te-
27. nure meimes que il apelerad a teſtimoines leſtuverad derainer, kar per eſtranges
nel purra pas dereiner.
Home qui plaide en curt a qui curt que co ſeit fors la ou le cors le Rei eſt, e
28. home li metted ſur quil ait dit choſe que il ne voille conuſtre ſe il ne pot derainer
per II. entendable home del pleidant et veant que il nel aurad dit recovered a
ſa parale.
De relief a vilain le meillur aveir quil avera u chival u buf u vache donrad a
29. ſoun Seignour de relief e puis ſi ſerait cuz les vilains en franc plege.
De III. chemins co eſt a ſaveir Wetleingſtrete et Ermingeſtrete et Fos ki
30. en alcun de ces chemins occit home qui ſeit errant per le pais u aſalt ſi enfreit la
pais le Rei.
Si larecin eſt troved en qui terre que ceo ſeit et le laroun oueſque le ſeignour
31. de la terre et la famme averunt la metted del aveir a laroun e les chalenuirs lor
chatel ſe il le trovent e laltre metted ſil eſt trove de denz Sache et Soche
ſil perdra la femme et le ſeignour laverad.
De ſtrewarde de cheſcon dis hides del hundred un home de denz la feſte ſeint
32. Michiel et le ſeint Martin et Wardireue ſi aurad XXX. hides quites pur ſon
travail et ſi aveir treſpaſſent per iloc u il dement waiter e il ne puſſent mu-
ſtrer ne cri ne force que lour fuſt faite ſi rendiſent laveir.
Cil qui cuſtinent la terre ne deit lum travailer ſe de lour droite cenſe noun
33. le leiſt a ſeignurage departir les cultivurs de lur terre pur tant cum il puſſent
le dreit ſeiruiſe faire. Les naifs ki departet de ſa terre ne devient cartre
faire nauvrie quere que il ne facent lur dreit ſerviſe que apend a lour terre.
Li naifs qui depertet de ſa terre dunt il eſt nez e vent a autri terre nuls
nel retenget ne li ne ſe chatels enz le facet venir arere a faire ſoun ſerviſe
tel cum a li apend. S les ſeinurages ne facent altri gainurs venir a lour
terre la juſtiſe le facet.
Nului ne toille a ſoun ſeinour ſun dreit ſerviſe pur nul relais que il li ait
34. fait en arere.
Si famme eſt jugee a mort u a defacum des membres ki ſeit enceintee
35. ne faced lum juſtice deſquele ſeit delivere.

Si

Si home mort ſenz deviſe ſi departent les enfans lerite entre ſei per u wel. Wilhelmus R.
Si le pere truvet ſa file en avulterie en ſa maiſoun u en la maiſoun ſoun gendre 36.
ben li laiſt ocire la avultere. 37.
Si home en puiſſuned altre ſeit u permanablement eiſſilled, Jo jettai voz 38.
choſes de la nef pur pour de mort et decone me poez enplaider kar leiſt a faire da-
mage a altre pur pour de mort quant per ele ne pot eſchaper e ſi de come vieſcez
que pur pour de mort nel feiſſe de co meſpriorai e les choſes que ſunt remiſes
en la nef ſeient depertiz en comune ſulun les chatels e ſi alcun jethed les chatels
fors de la nef ſenz buſun ſil rendet.
Dous ſunt perceners de un erithet e eſt lun enplaide ſenz laltre et per ſa folie 39.
ſi pert ne dit pur co laltre eſtre perdant qui preſent ne ſud kar joſe juge
entre eus ne fors juge pas les altres qui ne ſunt a preſent.
Cil qui tenent lur terre a cenſe ſort lur dreit relief a tant cum la cenſe eſt de 40.
un an.
Ententivement ſe purperſent cil qui les jugementz unt a faire que ſi jugent 41.
cum ſi deſirent quant il dient dimitte nobis debita noſtra *et nous defendun que*
lun Chriſtien fors de la terre ne vende nenſurchetut en paiſmune. Wart lun que
lun laume ne perde que deu rechatat de ſa vie, ki tozt eſlevera u faus jugement
fra pur curruz ne pur hange u pur aveir ſeit en la forfaiture le Rei de XL. *ſolz*
ſil ne pot aleier que plus dreit faire nel ſont ſi perde ſa franchiſe ſi al Rei nel pot
reachater a ſoun pleiſir e ſil eſt en Denelae *ſeit forfait de ſa laxlite ſil alaier*
ne ſe pot que il melz faire ne ſolt e qui droite lei e dreite jugement refuſe-
rad ſeit forfait envers celi ki dreit co eſt a aveir. Si co eſt envers li Rei, VI. *li-*
vers, ſi co eſt envers Cunte XL. *ſolz, ſi co eſt en hundred,* XXX. *ſolz e envers touz*
icous ki curt unt en Engleterre co ert al ſolz Engleis. E en Denelae *qui dreit*
jugement refuſerad ſeit en la mercie de ſa laxlite e ne face hun pleinte a Roi dici
que lun li ſeit de faili el hundred u el Conte.
Ne prenge hun nam mil en Conte ne defors dici quil eit tresfoiz demande dreit 42.
el hundred u el Conte e ſil a la terce fiee ne pot dreit aver alt a Conte e le Conte
len aſete le quart jurn e ſe cili defait de ki il ſe claime dunt prenge conge que il
puſſe nam prendre pur le ſon lum e pref.
Ne nul achat le vailiant de IV. *d. ne mort ne vif ſans teſtemoine ad* IV. *hommes* 43.
u de burt u de vile e le hum le chalange e il nen ait teſtemonie ſi nad nul warant
rende lun al hum ſoun chatel e le forfait eit qui averle deit e ſi teſtimonie adſicum
nous einz deſimes voeſt les treis faiz e a la quart feiz le deremet u il le rende.
Nus ne ſemble pas raiſoun que lun face pruvance ſur teſtimonie ki conuſſent co 44.
que enterce eſt e que nul nel pruſt devant le terme de VI. *meis apres ico que laveir*
ſu emble.
E cil qui eſt redte e teſtemoniet de deleaute e le plait tresfoiz eſchuit e al 45.
quart muſtrent li ſumenour de ſe treis defautes uncore le mande lun que il plege
truſe e vienge a dreit e ſil ne volt ſil ne viſt lun vif u mort ſi prenge lun quanque
il ad e ſi rende lun al chalangeur ſun chatel e li ſire ait le meite del remenant e
le hundred la meite. E ſi nul perent nami ceſte juſtiſe deforcent ſeient envers li
Rei de VI. *lib. e quergent le larun nen en ki poeſte il ſeit trove neit warant de ſa*
vie ne per defenſe de plait nait mes recoverer.
Nuls ne receit hom ultre III. *nuis ſi til ne li comand od qui il fuſt amz.* 46.
Ne nuls ne lait ſun hum de li pertir pus que il eſt rete. 47.
E ki larun encontre e ſanz cri a acient li leit aler ſi lamend a la vailaunce de 48.
larun u ſe neſpurge per plevere lei que il laroun nel ſout, e ki le cri orat e ſurſera
la ſurſiſe li Rei amend u ſen eſpurget.
E chaſcun ſeniour eit ſoun ſeriant u ſun plege que ſi nele rete que ait a dreit el 49.
hundred.
Si eſt aſcons qui blamet ſeit de denz le hundred e IV. *humes le retent ſi* 50.
XII. *main ſeſpurget, e ſi il ſen fuiſt de denz la chalange li ſire rende ſun were*
e ſi lun chalange le ſeignour que per li ſen ſeit ale ſi ſeſcundie ſei VI. *main*
e ſil ne pot envers li Rei lament e ſil ſoit utlage.

 Attuli

Wilhelmus R. Attuli etiam mecum tunc de *Londoniis* copiam deciſionis totius controverſiæ inter *Cant.* Eccleſiam & *Eborac.* de præeminentia Primatiæ longo tempore ante agitatæ, & paucis annis ante adventum meum in *Angliam* coram Regis Conſilio diutiſſime ventilatæ, & tandem finaliter determinatæ: inſuper Apoſtolicæ auctoritatis irrefragabili ſententia ſancitæ & ſopitæ in hunc modum:

Primatus Cantuar.

1072. *Alex. 2. P.* *Anno ab incarnatione Domini noſtri* Jeſu Chriſti M. LXXII. *Pontificatus autem Domini Papæ* Alexandri XI. *Regni vero* Willielmi *glorioſi Regis* Anglorum VI. *ex præcepto ejuſdem* Alexandri *Papæ*, *annuente eodem Rege*, *in præſentia ipſius & Epiſcoporum atque Abbatum ventilata eſt cauſa de Primatu quem* Lanfrancus Dorobernenſis *Archiepiſcopus ſuper* Eborac. *Eccleſiam jure Eccleſiæ ſuæ proclamabat*, *& de ordinationibus quorundam Epiſcoporum, de quibus ad quem ſpecialiter pertinerent certum minime conſtabat, & tandem aliquando diverſarum ſanctarum ſcripturarum auctoritatibus probatum atque oſtenſum eſt, quod* Eborac. *Eccleſia* Cantuarienſi *debeat ſubjacere, ejuſque Archiepiſcopis ut Primatis totius* Britanniæ *diſpoſitionibus in hiis quæ ad Chriſtianam Religionem pertinent, in omnibus obedire. Subjectionem vero* Dunelmenſis, *hoc eſt* Lindisfarnenſis *Eccleſiæ, atque omnium regionum à* Lichisfeldenſis *Epiſcopi &* Humbre *magni fluvii uſque ad extremos* Scotiæ *fines & quicquid ex parte prædicti fluminis ad parochiam* Eborac. *Eccleſiæ jure competit*, Cantuarienſis *Metropolitanus* Eborac. *Archiepiſcopo ejuſque ſucceſſoribus obtinere conceſſit: Ita ut ſi* Cant. *Archiepiſcopus Concilium cogere voluerit, ubicunque ei viſum fuerit,* Eborac. *Archiepiſcopus ſui præſentiam cum omnibus ſibi ſubjectis ad nutum ejus exhibebit, & ejus Canonicis diſpoſitionibus obediens exiſtet. Quod vero* Eborac. *Archiepiſcopus* Cant. *Archiepiſcopo facere etiam cum juramento debeat,* Lanfrancus Dorob. *Archiepiſcopus ex antiqua anteceſſorum conſuetudine oſtendit, ſed ob amorem Regis* Thomæ Eborac. *Archiepiſcopo facere ſacramentum relaxavit, ſcriptamque tantum profeſſionem recepit, non præjudicans ſucceſſoribus ſuis, qui ſacramentum cum profeſſione à ſucceſſoribus* Thomæ *exigere voluerint.*

Si Archiepiſcopus Cant. *vitam finierit,* Eborac. *Archiepiſcopus* Doroberniam *veniet, & eum qui electus fuerit, cum ceteris præfatæ Eccleſiæ Epiſcopis, ut Primatem proprium jure conſecrabit. Quod ſi* Eboracenſis *Archiepiſcopus obierit, is qui ei ſucceſſurus eligitur, accepto a Rege Archiepiſcopatus dono,* Cantuariam, *vel ubi* Cantuarienſi *Archiepiſcopo placuerit, accedet, & ab ipſo Ordinationem Canonico more ſuſcipiet.*

Huic Conſtitutioni conſenſerunt præfatus Rex, & Archiepiſcopi Lanfrancus Cant. *&* Thomas Eborac. *&* [a] Hubertus *ſanctæ* Romanæ *Eccleſiæ ſubdiaconus, & præfati* Alexandri *Papæ Legatus, & ceteri qui interfuerunt Epiſcopi & Abbates. Ventilata autem eſt hæc cauſa prius apud* Wentanam *civitatem in Paſchali ſolemnitate in Capella Regia quæ ſita eſt in Caſtello; poſtea in Villa Regia, quæ vocatur* [b] Widleſore, *ubi & finem accepit in præſentia Regis, Epiſcoporum, Abbatum diverſorum Ordinum, qui congregati erant ad Curiam in feſtivitate Pentecoſtes. Signum* Willielmi *Regis* ✠. *Signum* Matildæ *Reginæ* ✠. *Ego* Hubertus *ſanctæ* Romanæ *Eccleſiæ Lector, & Domini* Alexandri *Papæ Legatus ſubſcripſi* ✠. *Ego* Lanfrancus Dorob. *Archiepiſcopus ſubſcripſi* ✠. *Ego* Thomas Eborac. *Archiepiſcopus ſubſcripſi* ✠. *Ego* Willielmus Lond. *Epiſcopus conſenſi* ✠. *Ego* Hermannus Scireburnenſis *Epiſcopus ſubnotavi* ✠. *Ego* Wlſtanus Wigorn. *Epiſcopus ſub.* ✠. *Ego* Walterus Hereford. *Epiſcopus conſ.* ✠. *Ego* Giſo Wellenſis *Epiſcopus conſ.* ✠. *Ego* Remigius Dorcaſiſtrenſis *Epiſcopus conſ.* ✠. *Ego* Walkelinus Wentanenſis *Epiſcopus ſub.* ✠. *Ego* Herefaſtus Helmanenſis *Epiſcopus ſub.* ✠. *Ego* Stigandus Ciceſtrenſis *Epiſcopus conſ.* ✠. *Ego* Siwardus Roſenſis *Epiſcopus conſ.* ✠. *Ego* Oſbertus Exonienſis *Epiſcopus conſ.* ✠. *Ego* Odo Baiocenſis *Epiſcopus, & Comes* Cancie

a F. Humbertus. *b* Windeſore.

conſ. ✠. *Ego* Goisfridus Conſtancienſis *Epiſcopus*, & *unus de Primatibus* Anglorum *conſ.* ✠. *Ego* Scotlandus *Abbas Cœnobii Sancti Auguſtini* *conſ.* ✠. *Ego* Eilwinus *Abbas Cœnobii quod* Ramſei *dicitur*, *conſ.* ✠. *Ego* Elnothus Glaſtonienſis *Abbas conſ.* ✠. *Ego* Turſtanus *Abbas Cœnobii quod in Inſula quæ* Hely *dicitur*, *ſitum eſt*, *conſ.* ✠. *Ego* Wlnotus *Abbas Cœnobii quod* Chereteſei *dicitur*, *conſ.* ✠. *Ego* Elwinus *Abbas Cœnobii* [a] *Eveſandi conſ.* ✠. *Ego* Fridericus *Abbas ſancti* Albani *conſ.* ✠. *Ego* Goiffridus *Abbas ſancti* Petri *quod non longe a* Lund. *ſitum eſt*, *conſ.* ✠. *Ego* Baldwinus *Abbas Cœnobii ſancti* Edmundi, *conſ.* ✠. *Ego* Turoldus *Abbas de* Burg. *conſ.* ✠. *Ego* Adelmus *Abbas* Abendonie *conſ.* ✠. *Ego* Rualdus *Abbas Novi Monaſterii* Wint. *conſenſi* ✠.

1072. *Alex. 2. P*

In iſto eodem Conſilio ſtatutum eſt & decretum, ſecundum ſcita Canonum, quod Epiſcopi tranſeuntes de villis, transferrent ſedes ſuas ad ſuârum Dioceſum Civitates. *Dorcaceſtrenſis* ergo migravit in *Lincoll. Licheſeldenſis* in *Ceſtriam*, *Seleſienſis* in *Ciceſtriam*, *Sciréburnenſis* in *Salesbiriam*, & [b] *Ælmanenſis* in *Teford. Lindisfarnenſis* autem à diu tranſierat in *Dunelmum*.

Epiſcoporum ſedes in Civitates tranſl.

Veniens itaque de *Londoniis* in Monaſterium meum, faleratus Libris & Legibus & nova Confirmatione Domini mei Regis ſuper Chartam noſtri Reſtauratoris, cum omnibus ceteris Chirographis noſtris ac Monimentis, ab univerſo Regis Conſilio acceptatis, ac prætacta Regia Confirmatione gratioſiſſime approbatis, univerſos noſtri Monaſterii lætificavi in immenſum filios & amicos. Cumque pauciſſimis diebus immoratus fuiſſem, & horridior ſolito hiems ingrueret, omnes aquæ in noſtro circuitu glacie dura conſtrictæ ſunt, & omnis navium tranſitus omnino indies interceptus; nec tamen glacies tam fortis erat aut denſa, ut vehiculis aut carpentis ſufficeret ad aliqua neceſſaria Monaſterio invehenda, & ita dura & denſa ut omnis navigatio eſſet penitus interdicta. Cellerario ergo noſtro nuntiante panes deficere in Cellario, & blada deeſſe in Granario, mœrens & mœſtus ſupra modum pro fame fratribus imminente, Deo teſte, effectus ſum. Cumque in tam arcto poſiti eſſemus, & aeris intemperies cotidie creſcens victualia de Maneriis exterioribus advehi in Monaſterium non permitteret, confidens ſemper in Domino, & in piiſſimo noſtro Patrono ſanctiſſimo Patre *Guthlaco*, dedi me in orationem ante ſanctiſſimam tumbam tam precioſi Chriſti Confeſſoris, ejus ad Deum pro nobis interceſſionem tota nocte devotiſſime deprecatus, quatenus fame perire ſervos ſuos non ſineret, qui piiſſimus adjutor in multis adventantibus extraneis & ſuam opem optantibus, penes uteri ſui filios pietatis viſcera conſueta non clauderet, ſed ſua ſolita benignitate contra inſtans inediæ periculum aliquod præſtans adjutorium, de ſuæ gratiæ ſolita dignatione patrocinium miſericorditer provideret. Hæc ſæpiſſimis ſingultibus & lamentis lacrimoſis in auribus piiſſimi Patris inculcans, totam noctem ante precioſiſſimam tumbam pervigil tranſegi. At ubi mane illuceſcente primam Domino diei ſynaxim in choro communiter perſolveramus, & Conventus ad ſuas devotiones coram diverſis altaribus pro Dei miſericordia impetranda in tanta temporis anguſtia ſollicitus incubaret; Ecce ſubito ex aquilonari parte Monaſterii vox perſonuit auribus noſtris tanquam Angeli talia intonantis, *Accipite victualia fratribus, & parate panes ut manducent hii.* Audientes hanc vocem & multum admirantes, exivimus in Cœmeterium ad videndum quis & quare talia perſonaſſet. Aperto vero oſtio neminem percipere potuimus, ſed quatuor grandiſſimos ſaccos, quorum duo frumento, alii duo mundiſſima farina repleti fuerant, reperientes, gratias devotiſſimas Deo & ſanctiſſimo Patri noſtro *Guthlaco* perſolvimus, qui non deſeruit ſperantes in ſe, ſed fecit miſericordiam ſuam in die tribulationis & anguſtiæ noſtræ, ad laudem ſui ſanctiſſimi Confeſſoris. Nec defecerunt deinceps cibaria fratribus, quin comedentes cotidie, & ſemper abundantes, miraculum

Hyems aſpera.

Miraculum.

a Eveſham. *b* Helmhamenſis in Thetford.

1072. *Wilhelmus R.* Evangelicum de quinque panibus innovari ſentiebamus [a] uſque nova cibaria de Maneriis noſtris poſt longum tempus remiſſa glacie recepimus vere juxta illud *Ambroſianum, Edentium ſub dentibus in ore creſcebat cibus, multiplicabatur magis diſpendio cibus ſuo, inter manus frangentium panis rigatur profluus; intacta quæ non fregerant fragmenta ſurrepunt viri.* Et quoniam iſtud miraculum feria quinta contigit fieri, decrevimus omnes, ſemper in futurum, Divinum Officium de ſanctiſſimo Patrono noſtro *Guthlaco*, quandocunque feria quinta vacare contigerit, in choro ſolemniter perſolvendum.

1073. Æſtate vero ſequente *Hoylandenſes* de **Multon**, *de* **Weſton**, *& de* **Spaldyng**, ad exemplum *Depingenſium*, ſuos Mariſcos ſuper aquam noſtram de **Aſendyk** ferientes communi plebiſcito viritim inter ſe diviſerunt, & quidam ſuas portiones agricolantes, quidam ad fœnum conſervantes, quidam ut prius ad paſturam ſuorum animalium ſeparaliter jacere permittentes, terram pinguem & uberem reppererunt. Provocati etiam eorum facto Ego I. Abbas **Croyland**, L. de **Hacbeth**, & alii de **Cappelad**, portionem noſtram in **Cappelad**, ad eandem aquam deſcendentem ſimiliter dividentes inter nos, & agricolantes, glebam ſimiliter repperimus fertilem & fœcundam.

Yvo Tailboys Croylandenſibus infeſtus. Proſperitatis iter gaudens hucuſque cucurri: jam labor & luctus funera tanta ſtrepunt. Initium malorum principiumque doloris noſtri erat *Yvo Tailboys*, nobis ſemper infeſtiſſimus inimicus; cui cum Dominus meus Rex *Willielmus Luciam* filiam ſtrenuiſſimi quondam Comitis *Algari*, poſt interitum ſuorum duorum germanorum *Edwini* & *Morkarii*, cum omnibus eorum terris dediſſet in uxorem, ſcilicet Anno Domini M. LXXII. elevatus
1072. ille ultra modum contra Deum & ſanctos ſuos, Monaſteriumque noſtrum **Croyland**, Monachos Cellæ noſtræ *Spaldyngiæ* in januis ejus cotidie converſantes, in tantum tribulavit, quod Cellam relinquentes in manu Dei, ut antea dictum eſt, ad *Croylandiam* ſuum Monaſterium cum omni ſuo ſupellectili ſunt reverſi, ſcilicet Anno MLXXIV.
1074.

Porro cum ſanctus Dei Martyr *Waldevus* fuiſſet crudeliſſime decollatus, & per Dominum *Wlfketulum* Abbatem **Croyland** deportatus pro ſuæ ſepulturæ officio caritativo, dictus venerabilis Pater impiiſſime depoſitus eſt,
1075. & remoto exilio relegatus, ſcilicet Anno M. LXXV. qui poſt depoſitionem ſuam decennio ſupervivens, ut prædicitur, tandem ſubita paralyſi de medio raptus eſt, multis monimentis noſtris ac nonnullis jocalibus nobis adhuc minime reſtitutis, unde fraudatus à deſiderio meo, de ſpe mea plurimum ſum deceptus.
1085.

Matildis Regina obiit. Obiit eodem anno, ſcilicet Anno Domini M. LXXXV. Illuſtriſſima Domina mea *Mathildis* Regina, quæ penes Dominum meum Regem ſemper procuraverat mihi bona, ſæpius relevarat ſua eleemoſyna, ſæpiſſime aſtiterat in omni negotio & anguſtia. Poſt cujus obitum anno ſecundo, ſcilicet
1087. *Wilhelmus R. Cenomanniam vaſtat.* Anno Domini M. LXXXVII. cum Dominus meus inclytus Rex *Willelmus* fortiſſimum contraxiſſet exercitum, ſuper *Franciam* equitans, *Cinomanniam* fere ferro flammaque delevit, hujus expeditionis nimio ſtudio ac ſudore morbum incurrens, cum mortem à medicis agnoſceret imminere, *Roberto* filio ſuo ſeniori dedit *Normanniam*, *Wilelmo* ſecundo filio *Angliam*, & *Henrico* ſuo filio juniori omnes maternas terras, & theſauri ſui ac aliorum jocalium magnam ſummam; tandem cœleſti viatico munitus, mortuus eſt, & *Cadomo* Regaliter in Monaſterio ſancti *Stephani*, quod ipſe à fundamentis conſtruxerat, à filiis tumulatus, Anno ſcilicet Regni ſui XXII. Ducatus ſui LII. Ætatis vero ſuæ fere LX.

Succeſſit ei in Regnum *Angliæ Wilelmus* filius ejus, ab Archiepiſcopo *Lanfranco Lond.* ſolemniter coronatus. Audito namque rumore à *Normannia*

a F. uſque quo.

mannia Regii funeris, omnes ſubito pavore perculſi ſumus; Ego maxime 1087.
lacrimis & lamentis irremediabilibus lugere potui, qui Dominum dulciſ- *Wilhelm. 2. R.*
ſimum, & ab infantia patronum præſtantiſſimum, ac contra omnes adverſantes in omni mea neceſſitate protectorem perdidi indefeſſum. Sed animam ejus ſuſcipiat Abraham in ſinum ſuum, & collocet ante Deum in requie beatorum. Familiaritate vero novi Regis confiſus *Yvo Tailbois* *Ivo Tailbois.* meus infeſtiſſimus hoſtis, cernens etiam meum antiquum defenſorem Dominum Regem in fata ceſſiſſe, omnem malitiam ſuam in Domum noſtram evomuit, & terras noſtras univerſas in Domino ſuo exiſtentes, ſcilicet in **Cappelade**, in **Spaldyng**, in **Pyncebek**, & in **Algare**, in manum ſuam, tam terras quas habuimus ex dono *Algari* ſenioris, cum Eccleſiis & Capellis, Presbyteris noſtris & Miniſtris ejectis, & ſuis Clericis violenter intruſis, quam novas quas *Thoroldus* Vicecomes nobis dederat, & quas *Algarus* Comes cognatus ejus nobis nuper contulerat, rapaciter accipiens, omnes Miniſtros noſtros effugavit, & ſuos impoſuit, ac in Eccleſiam noſtram de **Cappelad** *Fulcardum* Clericum ſuum, *Jocelino* noſtro Presbytero ejecto, poteſtative intruſit. Cumque *Richardum* Dominum de *Rulos*, & alios Monaſterii benevolos & amicos, mediatores pacis ad illum ſæpius direxiſſem, & ille ſemper obſtinatior in ſua nequitia excreſceret, videns filium æternæ damnationis in profundo malorum contemnere verba vitæ, communicato conſilio cum noſtris fidelibus & amicis, aſſumtis mecum de prædictis terris monimentis noſtris, iterum *Lond.* repetebam, & pertranſiens ad *Cantuariam*, veterem amicum meum Dominum Archiepiſcopum de *Lanfrancus Archiep. Ingulphi amicus.* negotiis meis conſului, & ſuam interceſſionem penes novum Regem, ſuum nutritium, pro defenſione mei Monaſterii, ſæpius ejus pedibus provolutus ſuppliciter imploravi. Ille vero multum compaſſus meæ calamitati, interceſſionem ſuam miſericorditer conceſſit, & diem infra quindenam ſequentem, quo *Lond.* accederet, aſſignavit; ammonens quod paratus adeſſem, & meliorem Chartam quam de prædictis terris haberem mecum afferens, quia prout mihi allegavit, in multis libris confuſio, cetera monimenta non monſtrarem. Affui ergo die aſſignato juxta imperata, & Chirographum *Algari* Comitis de dictis terris manu *Saxonica* exaratum oſtendi prædicto venerabili Patri Domino Archiepiſcopo in ſua Capella; qui convocato conſilio ſuorum Clericorum, dictum Chiropraphum examinavit, & inſtructus in omni ſuo articulo, ac bene præmeditatus, ad Regem cum eodem Chirographo proceſſit, & ejus gratiam prout optabam, benedicto Altiſſimo, in omnibus impetravit. Habui namque literam Domini Regis Vicecomiti *Linc.* ad capiendum inquiſitionem de terris in dicta Charta contentis, & ſi poſſet invenire per dictam inquiſitionem, quod noſtro Monaſterio ab antiquo pertinerent, & in tempore Patris ſui ſeiſiti de illis pacifice fuiſſemus, nobis eas integre reſtitueret, quod & factum eſt. Sed prædictus *Fulcardus*, in noſtram Eccleſiam de **Cappelad** per prædictum *Yvonem* nequiter intruſus, cum benevolentiam Archiepiſcopi *Cant.* penes nos plenius intelligeret, & de jure ſuo diffideret, quærens ſubterfugia, ad ſedem Apoſtolicam appellavit. Charta quidem Comitis *Algari*, quæ ſic ab Archiepiſcopo laudata eſt, & à Vicecomite ac à vicinis fidelibus Chriſtianis, Regiſque Juſtitiis in Comitatu approbata, hæc eſt:

Chriſtianis univerſis per totam Merciam *manentibus* Algarus *Comes ſalutem. Intelligere volo vos omnes quod ego donavi ſpirituali Patri meo* Siwar- *Algari Comitis Charta.*
do *Abbati* Croylandiæ, *& omnibus ibidem Abbatibus poſt ipſum, & eorum* 810.
Monachis, in **Holebech** *& in* **Cappelad** *quatuor carucatas terræ, & ſex bovatas & duodecim acras prati, cum Eccleſia paroch de* **Cappelad**, *& ejus Presbytero, & cum Capella ſancti* Johannis *Baptiſtæ in eadem villa, una cum Merſco duarum millium acrarum in litore maris, & Mariſco* [*trium*] *millium acrarum juxta aquam ſuam de* **Schepiſhee**, *& in* **Spaldelyng** *duas carucatas terræ, & in* **Pyncebek** *dimidiam carucatam terræ, & in* **Algare** *undecim bovatas,*

1087. *vatas, & in* Donnedik *duas carucatas & viginti acras prati, & in* Draiton
Wilhelm.2.R. *unam carucatam & ſex acras prati, & quatuor ſalin. & cum una car. in* Burtoft *cum Eccleſia de* Sutterton, *& cum Capella ſua de* Saltenep. *Hæc mea donaria dedi in perpetuam eleemoſynam præfato Abbati* Siwardo *& Monachis ſuis, ad ſuſtentationem ſui Monaſterii, quoniam, ſicut ſæpe didici, Inſula ſua nullius eſt ferax tritici: & cum hoc Chirographo apud* Legeceſtriam *in*
810. *præſentia Domini mei Regis* Kenulphi, *Anno Incarnationis Chriſti* DCCC. X. *ſtabiliter confirmavi* ✠. *Ego* Kenulphus *Rex* Merciorum *conceſſi* ✠. *Ego* Wlfredus *Archiepiſcopus* Dorob. *conſului* ✠. *Ego* Wonwona *Epiſcopus* Legeceſtrenſis *collaudavi* ✠. *Ego* Celwlphus *frater Regis* Kenulphi *approbavi.* ✠ *Ego* Algarus *filius* Algari *gratum habui* ✠.

Iſtud Chirographum primum prædicti Comitis *Algari* de terris antedictis huic hiſtoriæ inſerui, ut arma ſua contra tanti noſtri adverſarii nequitiam agnoſcant noſtri poſteri, ſi forte aliquando inſtigante Diabolo cornua reſumſerit, ſicut antea ſæpius fecit, poſſeſſiones noſtras invadendi.

1089. *Lanfrancus obiit.* Intervalloque biennali citius labente obiit Venerabilis Pater meus, & ſemper mihi dulciſſimus Patronus, Dominus meus Archiepiſcopus *Dorob. Lanfrancus*, qui poſt obitum Domini mei Regis ſolus mihi relictus erat, & in omnibus meis neceſſitatibus amicus infatigabilis, & adjutor in tribulationibus indefeſſus: de cujus obitu ſcripſit Epitaphium elegantiſſimum quidam Monachus noſter, quod ſic incipit;

Heu, Heu, ploret Anglia, *plangat &* Italia,
Fleat ſimul Francia, *lugeat* Almannia,
Scotia, Hibernia, *& omnis gens extranea,*
Omnis terra ſuum florem cecidiſſe lugeat,
Sponſa Chriſti *magnum decus amiſiſſe doleat,*
Nec ſolamen in hac vita de Lanfranco *capiat.*
O vos omnes qui tranſitis, expectate modicum,
Et Lanfrancum *mecum flete Virum Apoſtolicum*
Lacrimando, lamentando propter ejus obitum.

1091. Iterumque intervallo biennali currente ab ejus obitu, accidit illud infeliciſſimum mihi infortunium, tot prodigiis præoſtenſum, illud extremum exterminium tanti Monaſterii ſæpiſſimis viſionibus & aliis apparitionibus
Monaſterium Croyland. combuſtum. ſatis aperte ſæpiſſime prænunciatum, illud ferociſſimum incendium, tot & talia ſervorum Dei habitacula crudeliſſime depaſtum. Plumbarius enim noſter circa ſarta tecta reficienda in turri Eccleſiæ occupatus, ad veſperum ignem ſuum non extinguens, ſed mortuis cineribus fataliter & fatuiſſime operiens, quo paratior in mane ſuo operi inſiſteret, ad cœnam ſuam deſcendit; cumque finita cœna omnes ſervi noſtri ſua ſtrata petiſſent, & ſopor graviſſimus ſingulos occuparet, exurgens ventus validiſſimus ex aquilone vere nobis malum maximum maturavit: intrans namque in turrim per apertos undique cancellos, ſufflatis primo cineribus mortuis, ignem vivum in proxima tigna admovit, ubi aridam materiam & ſiccam ſibi aptam citius inveniens, & fortius coaleſcens, etiam groſſiora corripere cepit ignis; cernenteſque diu villani lumen ingens in Campanili, reputabant aliquid operis vel Clericos Eccleſiæ vel plumbarium conſummare, tandem eructantes flammas percipientes, multo clamore portas Monaſterii percuſſerunt; erat enim circa noctis conticinium, cum univerſi in lectis noſtris pauſantes ſomnum primum & fortiſſimum faceremus. Demum ego experrectus ex ſomno populi clamore altiſono, adque proximam feneſtram feſtinans, tanquam in meridiana hora diei famulos omnes Monaſterii verſus Eccleſiam vociferantes & ejulantes ac diſcurſantes clariſſime cognoſcebam. Cumque nocturnalibus noſtris indutus, & ſociis noſtris excitatis, in Clauſtrum deſcenderem properanter, ibi tanquam millia luminaria

naria ibi accenderentur omnia coruſcabant. Currenſque ad oſtium Ec- 1091.
cleſiæ & introire tentans, fere ab ære Campanarum liquefacto & defluen- *Wilhelm.2.R.*
te, & plumbo ſimiliter ferventiſſimo deguttante, interceptus eram; ſed pedem retrahens & introſpiciens ubique flammas dominantes, verſus Dormitorium curſum ſumens, plumbo de Eccleſia ſuper Clauſtrum deguttante, ac citius perforante, in ſcapula graviter aduſtus ſum, & fere funditus concrematus, niſi in aream Clauſtri citius exſiliſſem, ubi cernens flammas ignivomas de turri Eccleſiæ undique vaporantes etiam navim Eccleſiæ corripuiſſe, & verſus Dormitorium fratrum crines ſuos jacere & juges favillas vibrare, exclamans ad eos adhuc tanquam mortaliter ſoporatos, vix valido ejulatu tandem valui excitare. Illi vocem meam agnoſcentes, & nimium territi de ſtratis exſilientes, in ſuis nocturnalibus & ſeminudi, cum ignem in Clauſtro audirent, per omnes Dormitorii feneſtras proruunt, & miſerabiliter corruunt; multi vulnerati, & duro caſu conquaſſati, proh dolor! & confracti. Flammæ vero ſemper valeſcentes, & de Eccleſia verſus Refectorium faces continuas jacientes, primo Capitulum, deinde Dormitorium, poſtea ipſum Refectorium, & eodem momento Deambulatorium penes Infirmitorium, ac totum ipſum Infirmitorium cum omnibus contiguis Officinis uno impetu depaſtæ ſunt. Omnes autem fratres noſtros ad me confugientes in Curiam, cum plurimos cernerem ſeminudos, propriam cameram tentabam repetere, pro veſtibus quas illic habebam, ubi majorem viderem indigentiam diſtribuendis: ſed tantus calor omnem aulæ aditum occupabat, & maxime plumbi fluxus liquefacti ubique deguttabat, quod etiam audaciſſimos juvenes ab ingreſſu longius arcebat. Porro ego adhuc ignorans Infirmitorium noſtrum ex altera parte igne correptum, circuibam per Cœmeterium boreale verſus Eccleſiæ caput orientale; tunc percipiebam Infirmitorium noſtrum ignibus conflagrare, & ipſos invincibiles etiam in virides arbores, fraxinus, quercus, & ſalices circa creſcentes fortiſſime debacchari. Reverſus ergo ad plagam occidentalem, reperiebam cameram meam tanquam clibanum aſſiduas flammas per omnes feneſtras undique evomentem, & procedens omnia cetera ædificia contigua verſus auſtrum, ſcilicet aulas converſorum ac hoſpitum, & alia quæcunque plumbo fuerant cooperta ignibus correpta oculis digne lacrimoſis aſpiciebam. Sed corruente turre Eccleſiæ ſuper auſtrale brachium ejus, ipſo fragore conterritus ego etiam ad terram ſemimortuus in extaſin corruebam. Elevatus quidem à confratribus meis, & in cameram Portarii noſtri portatus, vix uſque ad mane rectum ſenſum meum vel ſolitas vires recipere prævalebam.

Clareſcente tandem die, & me melius de freneſi mea convaleſcente, fratres lacrimantes ac languidi, & nonnulli multis membris miſerabiliter lacerati & aduſti, in aula *Grimketuli* Corrodiarii noſtri Divinum Officium lugubri voce & lamentabili ejulatu communiter perſolverunt. Completiſque omnibus horis Divini officii, tam diurnis quam nocturnis, ubi proceſſimus ad videndum totius Monaſterii noſtri ſtatum, adhuc ignibus in multis officinis prædominantibus, tunc primitus percepi Granarium ac Stabulum noſtrum combuſta, flammis eorum nondum ſopitis, ſed eorum poſtibus etiam in profundam terram ab ignibus adeſis. Circa vero tertiam horam diei ignibus multum mitigatis Eccleſiam intravimus, & aquis illatis ignem jam miteſcentem ubique extinguentes, reperimus in choro incinerato omnes libros Officii Divini tam Antiphonaria quam Gradalia deperiſſe. Intrantes tamen Veſtiariam, omnia ſacra veſtimenta noſtra, Sanctorumque Reliquias, & nonnulla alia jocalia ibi repoſita reperimus ab ignibus intacta, eo quod duplici arcu lapideo dicta domus erat tecta. In Cartariam vero noſtram aſcendentes, quæ licet arcu lapideo erat per totum contecta, tamen per ligneas feneſtras igne irruente, invenimus ſicut in fornace fervente vel in furno candente, licet ipſa ſcri-

1091. nia integra & ſalva apparerent, tamen omnia monimenta noſtra contenta nimio ignis calore concreta ſunt & penitus concremata. Chirographa noſtra pulcherrima, litera publica conſcripta, & Crucibus aureis & venuſtiſſimis picturis ac elementis pretioſiſſimis adornata, & repoſita ibidem, omnia demolita. Privilegia etiam Regum *Merciorum* antiquiſſima & optima, ſimiliter aureis picturis [a] pulcherrima conſignata, ſed litera *Saxonica* ſcripta, omnia ſunt combuſta. Univerſa talia monumenta noſtra majora & minora, fuerunt numero fere Quadringenta, uno momento noctis nigerrimæ nobis nimium infelici infortunio perdita & deſtructa. Præcedentibus autem paucis annis gratioſe aſſumens de Cartaria plurima Chirographa manu *Saxonica* exarata, eo quod eadem duplicata & quædam triplicata habuimus, tradideram ea Cantori noſtro Domino *Fulmaro* in Clauſtro conſervanda, pro juniorum doctrina ad manum *Saxonicam* addiſcendam, quoniam talis litera à longo tempore, cauſa *Normannorum* jam neglecta viluerat, & jam niſi paucis ſenioribus erat agnita; ut juniores inſtructi legere hanc literam, in ſuo ſenio fierent aptiores ad monumenta ſui Monaſterii contra ſuos adverſarios allegan-da. Quæ Chirographa quoniam in Clauſtro in quodam veteri ſcrinio per Eccleſiæ parietem circumcluſo fuerant repoſita, ſolummodo ſalvata ſunt & ab incendio conſervata. Hæc jam principalia ſunt & præcipua noſtra monumenta, quæ quondam ſecundaria & ſepoſita, cauſa barbaræ literæ fuerant jam à longo levipenſa & deſpecta, juxta illud beati *Job*, *Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt.*

Wilhelm. 2. R. Chartæ & Monumenta combuſta.

Manus Saxonica neglecta.

Tota quoque Bibliotheca noſtra periit, quæ amplius quam ccc. volumina Originalia continebat, præter minora volumina, quæ amplius erant quam cccc. Pulcherrimumque Pinacem tunc perdidimus & valde ſumtuoſum, de omni genere metalli pro varietate ſiderum & ſignorum mirabiliter fabrefactum. *Saturnus* enim cupreus. *Jupiter* autem aureus. *Mars* vero ferrugineus. *Sol* de auricalcho. *Mercurius* Electrinus. *Venus* de ſtanno, & *Luna* fuit de argento. *Coluri* & omnia ſigna *Zodiaci* juxta ſuas naturas, ſuas imagines & colores variis formis & figuris arte fabrili ſortientes, multiplicitate tam gemmarum quam metallorum & tam oculos quam ingenia intuentium ſupra modum ſollicitabant. Non erat tale *Nader* in tota *Anglia* notum aut nominatum. Rex *Franciæ* quondam Turketulo dederat: at ille in ſuo obitu communi Bibliothecæ tam pro ornamento quam pro juniorum documento commendarat, jam igne vorace conſumtum & in nihilum liquefactum.

Bibliotheca combuſta.

Pinax ſive Sphæra.

Capitulum noſtrum totum combuſtum eſt. Dormitorium noſtrum & omnia lecta fratrum noſtrorum contenta, cum domo neceſſariorum uno igne perierunt. Infirmitorium noſtrum cum Capella & Balneatorio & omnibus officinis adhærentibus ſimiliter conſumuntur. Refectorium noſtrum & omnia in eo contenta, præter paucos ciphos murreos & cornu ac crucibolum *Wichtlaſii* quondam Regis *Merciorum* quæ in petrinis ſcriniis cuſtodiebantur; cum coquinis annexis, & Fratrum Converſorum aula & camera cum omnibus contentis in ea ſimul concremantur. Cellarium noſtrum & ipſa dolia plena de Cerviſia perdita ſunt. Aula etiam Abbatis & ejus camera, ac tota Monaſterii Curia, quæ venuſtiſſimis ædificiis per prædeceſſorum meorum diligentiam fuerat pulcherrime circumcincta, heu me infelicem! quia incolatus meus ad hoc videndum prolongatus eſt, flammis undique quaſi *Græca* rabie diſcurrentibus, periit miſerabiliter concremata. Pauca pauperum Corrodiariorum tuguria, & Jumentorum noſtrorum Boſcaria, ac aliorum animalium Mappalia longius ſemota, & quæ petra erant cooperta, tantum remanſerunt incombuſta. Præter enim brachium Eccleſiæ boreale, de quo ventus irruens flammas verſus Auſtrum fortiſſime abigebat, omnia Monaſterii ædificia, & maxime plumbo tecta tam lapidea quam lignea, Chirographaque noſtra & Jocalia, libri ac utenſilia, Campanæ & eorum Campanilia, veſtimenta

a. F. pulcherrime.

ac

ac victualia, uno momento temporis, me infeliciſſimo præſidente, perdita ſunt & combuſta. 1091. Wilhelm. 2. R.

Plura ſigna plurimaque portenta hos ignes prognoſticabant, & nocturnæ viſiones frequentiſſime prædicebant: ſed omnia poſt factum intelligebam; tam verba ſancti patris noſtri *Turketuli* in ſuis extremis, noſtrum ignem diligenter cuſtodire nos corditer commonentis; quam beati patris noſtri *Wlfranni* apud *Fontanellam* me mandantis ignem hoſpitii trium ſanctorum, ſcilicet *Guthlaci, Neoti,* & *Waldevi*, in nocturna viſione bene conſervare, jam certiſſima monita quid innuebant, ſed tardius & infelicius omnia intelligo & agnoſco, ac vanis querimoniis jam indulgeo, qui talia lamenta & irremediabiles lacrymas meis culpis exigentibus digne fundo. *Præſagia Incendii.*

Sed ut ad noſtram Tragœdiam proceſſurus redeam: Divulgato citius per univerſam viciniam noſtro tanto infortunio, plures vicini noſtri ſuper noſtram miſeriam pietatis viſcera poſſidentes, oculo ſuæ miſericordiæ noſtras indigentias benigniſſime reſpexerunt. *Vicinorum miſericordia.* Dominus namque noſter Paterque ſanctiſſimus *Remigius Linc.* Epiſcopus XL. dies indulgentiæ omnibus nobis bona facientibus ac etiam nobis bona procurantibus gratioſe conceſſit. *Remigii Epiſc. Lincoln.* Inſuper XL. Marcas argenti in pecunia nobis dedit. Ejus etiam ammonitu & impulſu *Linc.* Eccleſiæ venerabiles Canonici, Civitatiſque dictæ Cives & convicini nobis centum Marcas tranſmiſerunt. Dedit etiam tunc nobis *Ricardus* de *Rulos* Dominus de *Brunne* & *Depyng*, ſicut fidelis frater noſter, & in tempore tribulationis amantiſſimus amicus, decem quarteria Tritici, decem quarteria Braſii, decem quarteria piſarum, & decem quarteria fabarum, ac decem libras argenti. *Richardi de Rulos.* Hæc erat eleemoſyna *Ricardi* de *Rulos* ad reſtaurationem noſtri monaſterii. Dedit etiam *Haco* de **Multon** tunc nobis duodecim quarteria frumenti, & viginti pingues bacones. *Haconis de Multon.* Hæc erat eleemoſyna prædicti *Haconis*. Dedit & *Elſinus* de **Pyncebek** centum ſolidos argenti, & decem bacones. *Elſini de Pyncebek.* Dedit & *Ardnotus* de **Spalding** ſex quarteria frumenti, & duo carcoſia bovina, & duodecim bacones. *Ardnoti de Spaldyng.* Dederunt etiam plures alii nobis diverſa donaria, quibus multum relevabatur noſtra indigentia, quorum nomina ſcribat Dominus noſter *Jeſus Chriſtus* in Libro Vitæ, remuneretque in cœleſti gloria. Nec oblivionem patiatur inter tot benefactores noſtros *Julianæ* pauperculæ de *Weſtona* ſancta memoria, quæ dedit nobis *de ſua inopia totum victum ſuum*, ſcilicet filum retortum in ſumma magna ad conſuendum fratrum noſtri Monaſterii veſtimenta. *Julianæ de Weſton.*

Veniens etiam tunc *Euſtachius* Vicecomes *Huntyngd.* qui terram noſtram de *Thyrnynga* de dimiſſione prædeceſſoris mei Domini *Wlgketuli* habebat, inſtanter petiit à nobis dictam terram ſibi ad vitæ ſuæ terminum confirmari, & promiſit, ad Comitatum & Hundredum & ubique pro nobis ſe defenſorem futurum, noſtraque jura tanquam ſua propria ſpoſpondit ſe tueri: cui conſentientes fecimus inde Chirographum in hanc formam: *Euſtachius Vicecom. Hunt.*

Hæc eſt Conventio inter Ingulphum *Abbatem cum omnibus fratribus* Croylandiæ, *&* Euſtachium *Vicecomitem* Huntyngd. *ſcilicet Abbas cum fratribus conceſſit ei quamdiu vixerit, pro ſuo conſilio, auxilio & labore habendo in negotiis Monaſterii noſtri, ubicunque & quotieſcunque in Comitatu* Huntyngdoniæ *ab aliquo adverſario implacitati fuerimus. Manerium noſtrum de* Thyrnynga, *cum omnibus terris noſtris appendentibus, ſcilicet unam hidam terræ & dim. eadem integritate qua dictam terram tenuit hactenus ex dimiſſione Domini* Wlfketuli *quondam Abbatis prædicti Monaſterii. Poſt mortem vero ipſius* Euſtachii, *revertetur nobis tota terra illa ſine aliqua diminutione vel ulteriori dilatione. Ego* Ingulphus *Abbas* Croylandiæ *Chirographum fieri feci* ✠. *Ego* Odo *Prior conſenſi* ✠. *Ego* Laurentius *Cantor hoc Chirographum ſcripſi* ✠. *Ego* Sigwata *Proviſor ſubſcripſi* ✠. *Ego* Trigus *Procurator aſcrip-*

 ſi

1091. *Wilhelm. 2. R.* *ſi* ✠. *Ego* Euſtachius *Vicecomes conſenſum dedi* ✠. *Ego* Baldewinus *filius* Euſtachii *acquievi* ✠.

Acceſſit ad nos eodem tempore *Ogerus* Presbyter de Repynghale & cepit ad firmam de nobis manerium noſtrum de Repynghale cum tota terra noſtra appendente, ſcilicet tres Carucatas terræ & LX. acras prati: unde Chirographum ei fecimus in hac forma:

Ogerus Presb. de Repynghale.

Hæc eſt Conventio inter Ingulphum *Abbatem* Croyland *cum omnibus Monachis ſuis, &* Ogerum *Presbyterum de* Repynghale; *ſcilicet Abbas cum Monachis ſuis dimiſit ad firmam prædicto* Ogero *totam terram ſuam de* Repynghale, *ſcilicet tres Carucatas terræ cum* LX. *acris prati, & Manerium eorum in eadem villa, quamdiu dictus* Ogerus *vixerit, pro* LX. *ſolidis &* XII. *baconibus ſolvendis noſtro Monaſterio omni anno ad Feſtum ſancti* Martini. *Et cum vitam mutaverit, ſi hæres ſuus dictam terram habere voluerit, per eandem firmam libenter habebit. Ego* Ingulphus *Abbas iſtud Chirographum fieri feci* ✠. *Ego* Odo *Prior Conſenſi* ✠. *Ego* Laurentius *Cantor iſtud Chirographum ſcripſi* ✠. *Ego* Sigwata *Proviſor conſului* ✠. *Ego* Aſius *Procurator ſubnotavi* ✠. *Ego* Ogerus *Presbyter me ad hoc obligavi* ✠.

Robertus homo Simonis de Baſton.

Venit etiam ad nos eodem tempore *Robertus* famulus *Simonis* de *Baſtona*, & cepit ad firmam de nobis in *Baſtona* XXXVI. acras terræ ad terminum vitæ ſuæ pro certa ſumma pecuniæ quam dedit nobis in noſtra maxima neceſſitate, & omni anno ſolvendo nobis II. ſolid. ad feſtum Sancti *Bartholomæi*: unde fecimus ei Chirographum in hac forma:

Hæc eſt Conventio inter Ingulphum *Abbatem cum omnibus Monachis* Croyland, *&* Robertum *hominem* Simonis *de* Baſtona *ſcilicet Abbas cum fratribus conceſſit ei in feudo quamdiu vixerit* XXXVI. *acras terræ in* Baſtona; *& ſi talem hæredem habuerit qui dignus ſit illius terræ, & cum voluntate Abbatis & fratrum poſſit eam deſervire, eadem conventione eam habebit: pro hujus terræ ſervitio dabit Robertus unoquoque anno* II. *ſolid. & decimas terræ quam adquiſivit quemadmodum quam adquiret. Et cum vitam finierit, corpus ſuum ad Eccleſiam ſancti* Guthlaci *cum* [a] *media parte totius ſuæ pecuniæ redibit.* II. *ſolid. autem ipſe & hæres ſuus ad feſtum ſancti* Guthlaci *unoquoque anno dabunt. Ego* Ingulphus *Abbas iſtud Chirographum fieri feci* ✠. *Ego* Odo *Prior conſenſi* ✠. *Ego* Laurentius *Cantor iſtud Chirographum ſcripſi* ✠. *Ego* Sigwata *Proviſor conſcripſi* ✠. *Ego* Trigus *Procurator ſubſcripſi* ✠. *Ego* Robertus *homo* Simonis *de* Baſtona *conſenſum dedi* ✠. *Ego* Simon *de* Baſtona *voluntatem hominis mei confirmavi* ✠.

Wilelmus Molendin. & Agge de Neuton.

Eodem tempore pro pecunia quam *Wilielmus Molendinarius* dedit nobis ad noſtræ Eccleſiæ reædificationem, conceſſimus eidem *Wilelmo* XXX. rodas prati juxta Southee, & ſocio ſuo *Agge* de Neuton totam piſcationem noſtram in dicta aqua à Tedwarthar *uſque ad* Namanſlandhyrne, ſibi & ſuis hæredibus & à feudo dando nobis omni anno in feſto ſancti *Bartholomæi* Apoſtoli ſuper magnum Altare noſtrum, II. ſolid. ſuper quas XXX. rodas prati, & piſcationem, fecimus eis Chirographum noſtrum in hac forma:

Hæc eſt conventio inter Ingulphum *Abbatem* Croyland *cum omnibus fratribus ſuis, &* Wilelmum Molendinarium *cum* Agge *de* Neuton *ſocio ſuo, & cum eorum hæredibus & aſſignatis; ſcilicet quod Abbas & fratres ſui dederunt in feudum prædictis* Wilelmo Molend. XXX. *rodas prati juxta ripam aquæ de* Southee *ab angulo vocato* Tedwarthar *uſque ad* Namanſlandhyrne; *&* Agge *de* Neuton *ſocio ſuo totam piſcationem noſtram in dicta aqua de* Southee *in longo inter prædictos angulos; ſibi & hæredibus ac eorum ſuis aſſignatis ita libere & integre ſicut eas antea habuimus, abſque ulla diminutione ſeu tergiverſatione: & ipſi & hæredes ſui offerent nobis omni anno in feſto Sancti* Bartholomæi *ſuper magnum altare noſtrum* II. *ſolid. quamdiu*

[a] Medi.

voluerint

voluerint dictam piſcationem & dictum pratum habere. *Ego* Ingulphus *Abbas* 1091.
iſtud Chirographum fieri feci ✠. *Ego* Odo *Prior conſenſi* ✠. *Ego* Laurentius *Wilhelm 2. R.*
Cantor hoc Chirographum ſcripſi ✠. *Ego* Sigwata *Proviſor conſului* ✠. *Ego* Trigus *Procurator ſubnotavi.* ✠. *Ego* Wilelmus Molend. *acceptavi* ✠. *Ego* Agge *de* **Neuton** *aſſenſum dedi* ✠.

Dimiſimus eodem tempore, cogente nos eadem neceſſitate *Guntero Siworth* cc. acras terræ & prati juxta aquas noſtras de **Weland** & de **Aſendyk**, & totam piſcationem in prædictis aquis noſtris à **Wodelade** uſque ad **Aſwyktoft**, per ſpatium xx. annorum: unde Chirographum ei fecimus de prædictis terra, prato, & piſcatione ſub iſta forma. *Gunterus Siworth.*

Hæc eſt Conventio inter Ingulphum *Abbatem cum omnibus Monachis ſuis* **Croyland**, *&* Gunterum Siword *de* **Spaldyng**; *ſcilicet Abbas cum Monachis ſuis conceſſerunt prædicto* Guntero *ad ſpatium* xx. *annorum* cc. *acras terræ & prati magis vicinas aquis ſuis de* **Weland** *& de* **Aſendyk**, *& totam piſcationem ſuam in dictis aquis ſuis, ſcilicet a* **Wodelade** *uſque ad* **Aſwyktoft**, *abſque aliquo ingreſſu noſtro niſi ad navigandum & non ad piſcandum præter illius* Gunteri *licentiam & bonam voluntatem; ſed exitum dabit prædictus* Gunterus *prædicto Abbati fratribus & famulis ſuis ad Seweram de* **Aſendik** *& ad* **Cokerdyk** *per viam quam ordinabit, quotiens & quando indiguerint. Ego* Ingulphus *Abbas iſtud Chirographum fieri præcepi* ✠. *Ego* Odo *Prior conſenſi* ✠. *Ego* Laurentius *Cantor ſcripſi* ✠. *Ego* Sigwata *Proviſor ſubſcripſi* ✠. *Ego* Ægelmerus *Procurator procuravi* ✠. *Ego* Gunterus Siword *recepi* ✠. *Ego* Faremannus *frater* Gunteri *acquievi* ✠. *Ego* Aldieta *uxor* Gunteri *benedixi* ✠. *Ego* Wlmerus *filius* Gunteri *&* Aldietæ *conceſſi.*

Conceſſimus etiam eadem tempeſtate diverſis hominibus familiæ noſtræ, & aliis multis qui nuper ad nos confluxerant pro ſeditione quæ nunc inter Regem & terræ Principes agitata, totam terram noſtram inter **Wodelade** & villam de **Croyland** juxta ripam aquæ de **Weland**, tenend. de Cellerario noſtro per certa ſervitia, labores, redditus, auxilia, & opera nobis & noſtro Monaſterio facienda, [a] prout in rotulo Cellerarii noſtri plenius intitulantur, & hic eorum pauca pro poſteris inſcribentur. Omnes enim homines de **Croyland** qui pratum vel terram tenent, præter eos quos Chartæ de Abbathia quas habent acquietant, debent Abbati tres dies operis, ſcilicet per unum diem falcare, & uno die ligare, & uno die cariare ad cibum Abbatis. Item omnes de **Croyland** qui [b] turbas habere voluerint in Mariſco Abbatis, debent unum diem operis, vel III. obolos ad turbas fodiendas ad Curiam de **Croyland**, unde Abbas percipere debet denarios, & Cellerarius obolos ad ſtipendia Capellanorum de Heremitoriis. Item omnis qui libere non tenet, dare debet unum denarium, qui jam vocatur **Routpeny**, ad opus hominum qui aſſignati ſunt ad cariandum Abbatem & ſuos quocunque voluerit per aquam dulcem. Item omnes qui libere non tenent, dabunt taillagium, & dabunt **Letherwyte** & *gerſum* pro filiabus ſuis: Et alia multa facient Nativi Monaſterio, quæ in prætacto Cellerarii noſtri Matriculario plenius irrotulantur. *Servitia Croyland.*

Largitionibus itaque tot Chriſti fidelium, tam vicinorum noſtrorum, quam etiam aliorum procul poſitorum, miſericorditer adjuti ne cernerent ſuas eleemoſynas terræ ſterili commendaſſe, nocte dieque tota qua potuimus diligentia Domum Domini primo inſudavimus relevare, ac imponentes novam navim tecto Eccleſiæ pro vetuſta quæ combuſta fuerat, etiam alias appendentes qualeſcunque addidimus; & pro veteri turre Eccleſiæ humile Campanile duas skelettas, quas *Fergus* ærarius de ſancto [c] *Bot.* nobis nuper contulerat, imponentes, uſque ad annos uberiores quando, adjuvante Domino, univerſa proponimus in melius innovare, & dignum templum Domino majeſtatis à fundamentis ſtabilioribus exaltare.

Cumque noſtræ cicatrix Eccleſiæ ſic communiter obducta fuiſſet & re-

[a] Pro. [b] i. e. Turfes. [c] ſ. Botulpho.

 fecta,

1091. *Wilhelm.2 R.* fecta, mœſtus ac mœrens quod tumba ſancti Martyris *Waldevi* in Capitulo noſtro tumulati, imbribus & omnibus tempeſtatibus jaceret ſub divo patens & obnoxia, inito fratrum meorum conſilio, in Eccleſiam noſtram cenſuimus transferendam, & ad honorem Dei ſuper candelabrum de ſub modio honorabilius collocandam. Omneſque fratres noſtri promtiſſima devotione tali tranſlationi conſentientes diem indiximus huic operi congruentem. Die vero deſignata, cum debita reverentia miniſtrorum ac luminarium, & cum non modica turba aliorum Chriſti fidelium, ad ſanctum tumulum accedentes, corpus quod in cineres reſolutum, more aliorum cadaverum, putabamus, & oſſa tantum arida remanſiſſe, decimo ſexto namque ſuæ dormitionis anno hæc contigerant; Ecce! tumbam aperientes Martyris glorificati evidens aſſumſimus argumentum, ac corpus ita integrum & incorruptum, ſicut in die qua ſepultum fuerat, caputque corpori reperimus adunatum, & quaſi filum coccineum circa collum in ſuæ decollationis adhuc ſignum. Quod ego videns, & præ gaudio me non capiens; interrupto [a] R. quod fratres cantabant, hymnum *Te Deum laudamus* alta voce incepi, & Cantor accipiens conventui impoſuit decantandum. Interim ego intuens in faciem ſanctiſſimi Martyris, vultum Conſulis præclariſſimi quem in viſione nocturna quam ad Fontenellam aliquando videram optime recognoſcens, prædicto hymno finito, dictaque Confeſſione, & omnibus tam literatis quam laicis genua flectentibus, & miſericordiam Dei mihi deprecantibus, ac ſuam confeſſionem ſubdentibus, omnes ego abſolvi; deinde reptans manibus ac pedibus, os ſanctiſſimi Martyris ore meo oſculatus ſum, & palpans manibus meis & attrectans, jam trado meis poſteris quæ oculis meis vidi, & quæ manus meæ de dicto Martyre tractaverunt. Verum in ipſo oſculo tantam fragrantiam de ſancto corpore exhauſi exeuntem, quantam & qualem antea nunquam talem nec in Regis Curia, nec in remota *Syria* de omnibus aromatibus memini me ſenſiſſe. Unde illud [a] R. *Ecce odor filii mei* &c. incipiens, impoſui Cantori proſequendum. R. vero completo tumbam recludentes & in Monachorum humeris de terra levantes, cum ſolemni melodia pro noſtro modulo in Eccleſiam noſtram tranſtulimus, & ad latus Sancti *Guthlaci* Patroni noſtri ſub arcu lapideo in præparato ad hoc loco deponentes, Domino altiſſimo intimis præcordiis regratiati ſumus, qui verum Martyrem apud nos exiſtentem voluit noſtræ notitiæ oſtendere, & in die tribulationis tale donum conſolationis ſuis filiis voluit præparare. Divulgata namque per patriam prætacta Sancti Martyris tranſlatione, concurrebant quotidie fidelium turbæ ad ſancti Martyris tumulum, & offerentes vota ſua, multum reſuſcitabant noſtrum Monaſterium.

Tranſlatio Waldevi Comitis.

Ejus Corpus poſt XVI. *annos integrum.*

Ad honorem etiam Dei, & populi ſui ædificationem, recolens ego in tranſmarinis Monaſteriis, ſcilicet *Fontanellenſi*, *Fiſcannenſi*, *Gemmeticenſi*, *Moliſmenſi* ac *Cluniacenſi*, necnon in *Floriacenſi*, & in omnibus aliis antiquioribus Cœnobiis, *Mandatum* pauperum cotidie poſt magnam Miſſam fieri, & populum Dei in hoc multum ædificari; ac in omnibus *Anglicanis* Cœnobiis hujuſmodi Mandatum pauperum vel omitti vel penitus ignorari; cum totius Conventus mei conſilio ſtatui pro noſtris benefactoribus in noſtro Monaſterio deinceps cotidie peragendum: donans Eleemoſynario noſtro qui pro tempore fuerit, licentiam exeundi de Choro ad magnam Miſſam ſtatim poſt Dominici Sacramenti conſecrationem, volens ipſum Eleemoſynarium ad portam Monaſterii tunc directe procedere, & tres peregrinos in loquutorium magnum ante finem magnæ Miſſæ adducere; quod ſi peregrini non fuerint, tres ſenes inopes ſint adducti; quod ſi nec tales ſenes affuerint, tunc tres honeſti pueri in loco trium Paralyticorum circulariter per villam lectis decumbentium tam mulierum quam virorum,

Mandatum Pauperum.

[a] Reſponſo, vel Reſponſorio.

in dictum loquutorium inducantur, & eis ſicut aliis peregrinis aut ſenibus pedes abluantur, ſed victualia ad Paralyticos, in quorum loco ſederant, integre tranſmittantur. Peregrinorum vero ac ſenum pedes abluantur, ibique ſua victualia comedant, ſi voluerint, & reliquias tam cibi quam potus ſecum deferant; quod ſi ibidem comedere noluerint, omnia victualia in villam libere ſecum tollant. Recipiet autem cotidie Eleemoſynarius ad hoc Mandatum faciendum, tres panes Monachales, tres lagenas Cerviſiæ Conventualis, & tria fercula Coquinæ; quæ omnia ut ibi parata exiſtant ante adventum Monachorum qui magna Miſſa finita ſtatim cotidie de choro venient ad pedes prædictorum pauperum abluendum, Eleemoſynarius providebit, & tam perſonas quam victualia, quam honeſtius poterit, procurabit. Quod ſi ſuadente Diabolo, ex avaritiæ malo, vel obedientiæ odio, dictus Eleemoſynarius non tres, ſed duos, vel unum aliquando pauperem introduxerit; illo die ſit in pane & aqua, abſque aliqua miſericordia ſibi ſuper hoc facienda: & niſi quot illo die ſubtraxit, alio die ſuppleverit, totidem miniſtrationes die ſequente ſubtrahantur, quot perſonas ille ſubtraxit, nihilominus ipſo in ſua pœnitentia pro ſua inobedientia remanente, niſi Dominicus dies ſeu feſtum alicujus Sancti intervenerit. Quod ſi nec tali pœnitentia ſe corrigere voluerit, ejectus de officio ſuo, alius fiat Eleemoſynarius, qui negotia pauperum juxta formam prætaxatam melius voluerit procurare. Hanc namque conſuetudinem cum aliquandiu tenuiſſemus, de aliis Monaſteriis Comprofeſſi noſtri ad nos accedentes multum ædificati, cum ad ſua rediſſent, eundem modum etiam apud ſuos inrroducebant; jamque multum gaudemus in Domino, quoniam materiam tantæ devotionis aliis nominatiſſimis Monaſteriis primi dedimus, & velut auctores fontani apud *Anglicos*, magna præmia de Deo ſperamus, qui tanti meritorii operis præceſſimus inventores. 1091. *Wilhelm.* 2 *R.*

Hoc etiam eodem tempore cum quædam honeſtæ perſonæ familiæ noſtræ, noſtram cernentes indigentiam, de ſua ſubſtantia nos largiſſime viſitarent, ſua ſervitia ad terminum vitæ ſuæ ſibi cum beneficiis ſpiritualibus noſtri Capituli tantummodo poſtulantes, conceſſimus Serjantiam Infirmariæ noſtræ tunc *Wlſino Barbour*, qui veniens coram Conventu in noſtro publico parliamento juramentum præſtitit quod fidus & fidelis nobis foret, & officium ſuum diligenter ut hactenus cuſtodiret. Recitavimuſque tunc illi officium ſuum; ſcilicet, radet totum Conventum in ordine ſuo abſque aliqua perſonarum acceptatione, niſi forte aliquis ſenior ultro poſt juniorem voluerit expectare. Serviet etiam Monachis in menſa ubicunque in infirmitorio comederint, & maxime corporaliter infirmis & lecto decumbentibus ſpecialius indulgebit, videlicet quærendo panem & cerviſiam de Cellerario, temporibus ſtatutis à Cellerario, tam ad potationem regularem, quam ad prandium vel ad cœnam; omnibus etiam horis diei paratus erit in Infirmitorio ad eorum obſequium, quærendo eorum victualia tam de Coquina quam de Cellerario, & eis prout indiguerint miniſtrando. Quod ſi duo infirmi fuerint & lectis decubuerint, ipſe ſerviet ſeniori, & ſecum jacebit; Clericus autem Infirmitorii ſerviet juniori, & ſimul cum illo jacebit: & ſi tertius infirmus advenerit, Cocus Infirmitorii illi ſerviet, & ſimul ſimiliter cum illo jacebit. Iſti etiam quotiens opus erit, circa obſequium infirmorum ſe mutuo adjuvabunt, ut cuilibet infirmo juxta ſuam indigentiam ſerviatur. Quod ſi infirmus ſacra Unctione inunctus fuerit, deinceps prima nocte Serviens Infirmitorii & Serviens Ciſſor de Sartrina ſimul circa infirmum vigilabunt; in ſecunda nocte Clericus Infirmitorii & Serviens Sutor & Sartrina ſimul circa infirmum vigilabunt; in tertia vero nocte Cocus Infirmitorii & Lotarius de Sartrina ſimul ſimiliter vigilabunt, & ſic circulariter per novem noctes, ſi neceſſe fuerit, ſibi invicem ſuccedent vigilantes, & infirmum quamdiu indiguerit cuſtodientes. Habebitque Serviens Infirmitorii de quolibet infirmo in fata decedente, *Serjantia Infirmariæ.*

1091. *Wilhelm.2.R* cedente, pro labore ſuo, unam tunicam vel quatuor ſolidos, vel aliquid aliud ad valorem quatuor ſolidorum: quod ſi voluerit vendere dictam tunicam vel alium pannum, vendet alicui Monacho ejuſdem Monaſterii, & nullo modo alterius Monaſterii, nec alicui ſeculari, pro variis ſcandalis evitandis. Sed & quilibet ceterorum vigilantium circa fratrem inunctum, pro qualibet nocte percipiet duos denarios de bonis infirmi cum obierit. a * * * * * *. præcedet etiam Conventum in majoribus Proceſſionibus, & ne quid inhoneſtum vel indecens eis obviet, omnimodis præcavebit. Recipietque ex parte Abbatis honeſtam liberationem de pane, potu, & coquina, & ſtipendium cum gente miſteriorum, prout hactenus percipere conſuevit.

a Deeſt folium, ut videtur.

Iſtas duas Serjantias noſtras plenius aliis deſcripſimus, tam eorum onera quam commoda declarando, ne præfata onera augeant, vel commoda prætacta minuant noſtri ſucceſſores; cum ipſi large de ſuis Monaſterio dederint ut ſerviant nobis præfixa forma, & integre percipiant pro ſuo ſervitio præmia antedicta.

Conceſſimus etiam tunc alias Serjantias noſtri Monaſterii aliis perſonis familiæ noſtræ, ſed non eadem gratia, quia non eadem largitate viſitaverunt nos de ſua ſubſtantia; videlicet, Serjantiam Refectorii noſtri *Haraldo Gower*, & Serjantiam Hoſpitii noſtri *Rollero Quater*, cum certis laboribus & liberationibus aſſignantes; qui ſimiliter venientes coram Conventu in publico parliamento noſtro juramentum præſtiterunt quod fidi & fideles nobis exiſterent, & diligenter ſua officia cuſtodirent. Iſti omnes prætacti Servientes noſtri capient ſingulis diebus tam abſentes quam præſentes ſuas liberationes; dum tamen in negotiis alicujus Monachi abſentes fuerint: quod ſi circa propria negotia foris fuerint occupati, de Priore licentia non conceſſa, medio tempore de ſuis liberationibus nihil percipient; neque ſine licentia Prioris uſquam exibunt cum Monacho, vel in proprio negotio; quod ſi fecerint medio tempore liberationem ſuam amittent. Præter licentiam Prioris nullus juratus in parliamento exibit, Sutore ac victualium emtore tantum exceptis, qui mercata ſingulis ſeptimanis adeunt, & nimis foret tædioſum toties recurrere ad Priorem.

Hoc etiam omnimodis addentes, quod prædicti ſervientes noſtri ſuis Magiſtris reſpondeant annuatim de veſtimentis, vaſis, pannis, & utenſilibus ſuæ cuſtodiæ commendatis, ne ſua cauſante negligentia frangantur, alienentur, aut alio modo perdantur: quod ſi compertum fuerit, ſatisfaciant pro ſublatis. Scilicet ſerviens Eccleſiæ reſpondeat Sacriſtæ de ſacris veſtimentis, de ſacris calicibus, phialis, lavatoriis, ac lampadibus, ac aliis Eccleſiæ ornamentis ac utenſilibus ſuæ cuſtodiæ deputatis. Servientes Infirmitorii & Refectorii reſpondeant ſuis Magiſtris de ciphis argenteis & murreis, cochlearibus argenteis, obbis, ſalariis, mappis, & manutergiis, & de omnibus aliis vaſis ac utenſilibus, quilibet eorum de ſibi aſſignatis. Serviens etiam Hoſpitii reſpondeat Magiſtro ſuo de lectiſterniis, de pannis menſalibus, de ciphis, de formulis, tabulis, & triſtellis, ſibi traditis & receptis. Coci etiam utriuſque Coquinæ reſpondeant ſuis Magiſtris, ſcilicet tam Infirmitorii quam Conventus, de omnibus vaſis æneis, ollis, urceis, cacabis, patellis, craticulis, frixoriis, diſcis, parapſidibus, ſalſariis, verubus, vectibus, mortariolis & piſtellis, ac de omnibus aliis vaſis ac utenſilibus ſuæ curæ commiſſis, ne forte negligenter tractata citius juſto conſumantur vel confringantur, aut alio malo modo tollantur & perdantur: quod ſi poterit inveniri, quilibet pro ſuo defectu ſatisfaciat, ſi cum juſta ratione reſpondere neſcierit ad objecta. Libros etiam noſtros, tam minores ſine tabulis, quam majores in tabulis, accommodare alicui ad ſcholas remotas penitus interdicimus, & ſub anathemate prohibemus, abſque licentia Abbatis, & ejus conſcientia certa quo tempore reſtituentur. Pro minoribus autem libris, ſcilicet *Pſalteriis*, *Donatis*, *Catonibus*, & ſimilibus Poeticis,

Poeticis, ac quaternis de Cantu ad pueros & cognatos Monachorum accommodandis etiam Cantori & Cuſtodi Almariorum cuicunque prohibemus diſtrictius ſub inobedientiæ pæna ne ſaltem ſine licentia Prioris ultra unum diem alicui accommodentur aut tradantur: quod ſi quis præſumſerit agere in futurum, per biennium infamis & inhabilis maneat in Clauſtro ad aliquod officium ſubeundum. *Wilhelm.2.R.*

Tunc etiam ſanctiſſimis Statutis venerabilis patris noſtri Domini *Turketuli* Abbatis, in tres gradus totum Monachorum noſtri Monaſterii collegium ſagaciſſime dividentis, cum totius noſtri Conventus unanimi conſenſu, addidimus quædam quæ nobis valde videntur neceſſaria, & omni conſona rationi. Videlicet, quod illi de primo gradu qui XXIV. annum in ordine nondum attigerint, ubicunque comederint infra ſepta Monaſterii, de cibariis ſibi appoſitis nihil extra tribuant, niſi cauſam ſuæ neceſſitatis Priori aut cuicunque præſidenti prius ante prandium patenter expoſuerint, & tunc ſua neceſſitate conſiderata poſtea in prandio licentiam meruerit obtinere: & ſic faciant quotiens indigebunt. Ipſi vero de ſecundo gradu, ſcilicet à XXIV. anno uſque ad XL. annum in ordine, quotiens indiguerint, poterunt dare de cibariis ſuis, petita tamen de præſidente licentia & obtenta, licet non expreſſerint ei ante prandium ſuæ cauſam neceſſitatis; ita quod non omnes uno die petant, ſed diverſis diebus, ut omnium neceſſitatibus ſatisfiat; præter Officiales, qui ratione Officiorum quotidie ſuos famulos exhibent de cibus ſuis, ſicut Sacriſta, Magiſter operum, & alii qui quotidie inveniunt ſuos famulos laborantes, licet fuerint de primo gradu Juniorum, tamen Officiorum cauſa volumus in hoc quod habeant conſuetudinem Seniorum. Omnes etiam de ſecundo gradu, prout ſanctus Pater noſter Dominus Abbas *Turketulus* ſanctiſſime decrevit, ſint abſoluti de parva Cantaria, Epiſtola, Evangelio, lectura Martyrologii & Collationis in Capitulo & curſu Ceroferariorum in tabula Cantoris, & omnibus talibus minoribus Chori & Clauſtri laboribus. Ipſi vero de tertio gradu, ſcilicet à XL. anno & deinceps, ſint abſoluti de orationibus ante Matutinas, ante Primam, & ante Veſperas, & de Matutinis in tribus lectionibus, niſi feria fuerit expoſitionis in hebdomada Paſc. Pentec. & Natalis Domini, quando omnes de Conventu circulariter percipiunt ad Cappam dies ſuos. Sint etiam abſoluti de lectura prandii, & de Mandato in Sabbatis faciendo. Iſti poterunt circuire hortum Infirmitorii & Sacriſtæ quotiens voluerint abſque licentia petenda de Præſidente, dummodo Priori conſtet ubi fuerint, ſi forte quicquam voluerit cum eiſdem.

Statuta Turketuli renovata. *Gradus 1.* *Gradus 2.* *Gradus 3.*

Et quoniam [a] canente noſtra ſacroſancta Regula, Luminaria in Dormitorio Monachorum noctanter erunt continue ardentia uſque mane, propter plurima pericula evitanda, Conceſſi cum conſenſu totius Conventus noſtri Officio Sacriſtæ annuam penſionem XL ſolid. de Vicario de **Wedlongburc** percipiendam, quam Abbas hactenus ſolitus eſt habere, ita ut prædictus Sacriſta noſter inveniat omnia luminaria tam in Clauſtro quam in Dormitorio temporibus ſtatutis accendenda, prout ſequitur: ſcilicet hyeme accedente, à feſto Beati *Bartholomæi* ad feſtum Sancti *Michaelis*, ſtatim poſt terminatam Campanam Collationis, famuli Eccleſiæ accendant tria luminaria in Clauſtro, & quatuor in Dormitorio, videlicet duo in ipſo Dormitorio, & alia duo in neceſſariorum domo. Sed luminare in Capitulo, antequam Campana Collationis incipiat pulſari, debet accendi, & continue ardere uſque quo matutinis finitis Dormitorium aſcenderint Mônachi univerſi. Hyeme vero recedente, à feſto Purificationis Beatæ *Mariæ* uſque ad feſtum Depoſitionis Sancti *Guthlaci*, idem modus illuminationis univerſorum luminarium prædictorum in omnibus ob-

Luminaria nocturna in Dormitorio.

[a] Cavente.

Wilhelm. 2. R. ſervetur. A feſto vero Sancti *Michaelis* uſque ad feſtum Purificationis, accendantur omnia iſta luminaria prædicta antequam Monachi ad Regularem potationem Refectorium ingrediantur, & ſic maneant accenſi omni tempore anni uſque ad ortum Solis, præter lampadem pendentem in Capitulo, qui debet extingui poſtquam Conventus Dormitorium aſcenderit Matutinis in Eccleſia conſummatis. A feſto quippe Beati *Guthlaci* uſque ad feſtum Beati *Bartholomæi* per totam æſtatem in ipſo ſolis occaſu Sacriſta ſeu ſubſacriſta in Dormitorio debet accendere luminaria ſupradicta, ita quod ſecularis tempore nocturno non habeat occaſionem Dormitorium introeundi, & ſic debent ardere, uſq; clarus dies illuceſcat. Quod ſi de negligentia Sacriſtæ aliqua dictorum luminarium defecerint ſtatutis temporibus inaccenſa, ipſe Sacriſta ſit in Craſtino in Refectorio ad panem & aquam abſque miſericordia. Quod ſi parvipendens hanc noſtram juſtiſſimam ordinationem defecerit in illuminatione vel continuatione de aliquo luminarium prædictorum, comedat in Refectorio per quindenam integram ſextis feriis in eiſdem ſeptimanis pane & aqua tantum contentus. Quod ſi tertio contigerit aliquis defectus luminarium prædictorum, ab officio amoveatur, & per biennium ſequens maneat inhabilis ad omne officium exequendum. Quod ſi de defectu famulorum provenerit hujuſmodi negligentia, ſcilicet quod aliquod luminarium prædictorum debito tempore fuerit inaccenſum, qui famuli æſtivo tempore debent accendere prædicta quando Conventus non eſt in Dormitorio, dicti famuli pro qualibet vice debent amittere corrodia ſua per hebdomadam: quod ſi bis vel ter acciderit, ſeverior accedat correptio, ſeu duplicetur pœnitentia antedicta. Iſtam cenſuram nos communi conſilio & conſenſu Conventus noſtri ſtatuimus irremiſſibiliter obſervandam contra delinquentes, ita quod nec Prior nec alius præſidens temporibus futuris eam poterit relaxare, abſque Abbatis qui pro tempore fuerit gratia ſpeciali.

Abſolutio Fundatoris. Cornu Wichtlaſii Regis. Conſtituimus etiam eodem tempore, quod poſt prandium quotidie gratiis perſolutis, anima *Ethelbaldi* Regis Fundatoris noſtri ſpecialiter abſolvatur; & a Conventualibus in Choro ob memoriam Regis *Wichtlaſii*, cujus Cornu fuerant recreati, ſemper dicatur ad gratias poſt prandium ille verſiculus, *Diſperſit, dedit pauperibus* &c. cum illa additione, *Cornu ejus exaltabitur in gloria.*

Jam de cineribus feralis incendii Monaſterio noſtro, laudetur Dominus aliqualiter reſuſcitato, deſcriptiſque Conſuetudinibus tam penes commonachos noſtros quam penes famulos & ſervientes noſtros, ac defunctos noſtri Monaſterii, quæcunque meæ incipientiæ neceſſaria putabantur; finis huic Hiſtoriæ foret imponendus, niſi noſtrorum æmulorum malitia manifeſta me faceret adhuc etiam de illorum nequitia hæc paucula addere, ac poſteros meos pro meo modulo præmunire. Cum enim glorioſiſſimus
1087. Rex *Wilelmus* primus in fata ceſſiſſet, & *Normanniam Roberto* filio ſuo ſeniori dimiſiſſet, ac *Angliam Wilelmo* filio ſuo juniori per teſtamentum legaſſet: *Wilelmus* ex funere Patris in *Angliam* feſtinus ab Archiepiſcopo *Lanfranco* nutritore ſuo ceteriſque Magnatibus totius Regni lætis manibus exceptus eſt, & ſolemniter apud *Weſtmonaſterium* coronatus. Qui ſtatim

Wilhelmi I. Theſaurus à filio diſtribut. ponderans theſaurum Patris ſui tunc apud *Wintoniam* depoſitum, reperit LX. Mill. Libr. argenti, præter aurum & gemmas ac alia Regalia jocalia multa valde. Diſtribuitque juxta ultimam voluntatem Patris ſui majoribus Eccleſiis totius *Angliæ* x. Marcas, minoribus v. ſingulis vero villanis Eccleſiis v. ſolidos. Et tranſmiſit per unumquemque Comitatum C. libras diſtribuendas pauperibus pro anima Patris ſui. Hac largitate inductus, ad prodigalitatem prolapſus eſt, maxime Archiepiſcopo *Lanfranco* mortuo, quaſi liberas habens habenas, ad omnes illecebras licenter erravit; unde Paterno theſauro citius profligato, novis exactionibus cepit totam terram opprimere, & plurimos in ſeditionem & ſuum odium excitare. Hinc plures

res tam Pontifices quam Comites contra illum conſpirantes, quoſdam blanditiis, quoſdam minis revocans, nonnullos de terra perpetuo ejecit. 1089. *Wilelmus 2. R.*

Hoc in tempore *Yvo Tailbois* hoſtis ſemper noſter implacabilis, æſtimans Chartas noſtras, ut fama fuit, omnes incendio noſtri Monaſterii ſimiliter deperiiſſe, [a] ſcitari nos fecit ad oſtendendum quo titulo teneremus terras noſtras in ſuo Dominio exiſtentes; cum Chartas noſtras antea ſæpius audiſſet & vidiſſet. Sed Procuratore noſtro fratre *Trigo* ad diem juridicum apud **Spalding** comparente, & Chartas tam *Thoroldi* Vicecomitis, quam utriuſque *Algari* Comitis oſtendente adhuc integras & inuſtas, ipſe ſpe ſua fruſtratus, ad cavillationes & jurgia divertebat; dicens barbaram ſcripturam riſu & deriſu fore dignam, & nullius momenti ſeu roboris eſſe tenendam: Cui cum frater *Trigus* reſponderet, hæc munimenta ventilata fuiſſe coram inclyto Rege *Wilelmo* Patre & Filio, & tam ab ipſis quam ab eorum univerſis Conſiliariis laudata, confirmata, & recitata ad unguem auctoritate Regia fuiſſe approbata & roborata, nec eſſe ſuæ poteſtatis infirmare quæ Reges confirmaverant: quod ſi ipſe vel alius attentaverit in contemtum Regiæ Majeſtatis, nos Domini noſtri Regis tribunal & ſuper hoc ejus audientiam appellamus: dictus frater noſter *Trigus* Chartas noſtras convolvens Clerico ſuo omnibus videntibus tradidit eas deferendas, & egreſſus de Curia receptis Chartis de Clerico, cum omnibus ad Monaſterium reverſus eſt. Clericus autem ex ejus præcepto in Curiam rediit, ut quid de **Croyland** prædictus *Yvo* ſtatueret, aure ſollicita exploraret. Tandem Curia dimiſſa ad veſperam verſus **Croyland** Clericus iter arripuit, qui pertranſiens Seweram aquæ noſtræ de **Aſendyk** per tres famulos prædicti *Yvonis* ibidem abſconditos, & de ſuis latibulis ſuper eum currentes, de equo ſuo dejectus eſt & graviſſime verberatus. Cumque, mantica ejus & ſinu ſuo perſcrutatis, Chartas noſtras nuſquam reperirent, tandem cum rei veritatem plene ſcirent, ipſum verberibus & vulneribus afflictum ſemimortuum reliquerunt. Clericus autem ad quandam naviculam venientem reptans, in ipſa nocte ad **Croyland** pervenit. Ego autem audita tanta hoſtis noſtri malitia, tam contra incendia quam contra talia machinamenta hoſtilia, aſſumtas Chartas noſtras poſui ſub tam ſecura cuſtodia, quod vita mea comite nec ignis conſumet nec adverſarius ſurripiet, Domino noſtro *Jeſu Chriſto*, ac beato Patrono noſtro ſanctiſſimo *Guthlaco* propitiantibus & protegentibus ſervos ſuos, prout firmiter ego credo.

Yvo Tailbois

Chartæ abſconduntur ab Ingulfo.

Porro infra quindenam ſequentem prædictus hoſtis noſter, hoſtis etiam Regis proclamatus pro prætacta conſpiratione contra Regem, cujus erat conſcius & conſentaneus, exlegatus eſt, & adhuc exul ab *Anglia* in *Andegavia* demoratur. *Yvo Tailboys exlex & exul.*

Hanc hiſtoriam hucuſque Ego *Ingulphus* Abbas **Croyland** ad poſterorum notitiam continuavi, prout ex Archivis noſtris colligere potui, & ſicut patres mei narraverunt mihi. Ab enim fundatione noſtra uſque ad deſolationem ſcripſerunt quinque Sempectæ: geſta vero Domini *Turketuli* Abbatis ſcripſit *Egelricus* Abbas junior, cognatus ſuus: Ab ipſo ad præſens Ego dixi noſtrorum tempora ſeculorum.

a Citari.

PETRI BLESENSIS

Continuatio ad Hiſtoriam INGULPHI.

Epiſtola Abbatis Croyland. ad Petrum Bleſenſ.

AMiciſſimo ſuo Magiſtro *Petro Bleſenſi*, Archidiacono *Bath.* & Domini noſtri Regis Vice-cancellario, totiuſque Regni digniſſimo Prothonotario, ac omnium artium liberalium ſanctuario ſcientiſſimo, necnon eloquentiæ *Tullianæ* noſtri temporis eminentiſſimo Profeſſori, Frater *Henricus* de *Longo Campo* ſervorum Dei in *Eccleſia* **Croyland** Monaſterii Domino militantium indignus Abbas, inutiliſque miniſter ſe totum & ſua ad beneplacita & mandata.

Virorum illuſtrium & præclariſſimorum Heroum ſanctorumque noſtrorum priorum parentum hiſtorias, vitas, actus, ac prælia Oratores, Rethores, & Poetæ, necnon ſancti Prophetæ, ſummi Theologi, ac magni Doctores, eloquentia inſignes, ſcientia percelebres, auctoritate pollentes, & ſanctitate præcellentes congruentiſſime ſtilo grandiloquo loquuti ſunt. Talis apud Ethnicos *Suetonius Tranquillus* domum deſcripſit Cæſariam: Talis *Valerius Maximus* de geſtis memorabilibus ad *Tiberium*: Talis *Tullius* in *Catilinam*, talis *Saluſtius* in *Jugurtham*: Talis *Homerus* erat depingens *Hectoris* arma; Talis *Virgilius* editor *Æneidum*. Talis apud noſtros venerabilis Papa ſanctus *Gregorius* beati Benedicti Patris noſtri ſanctiſſima geſta ſub Dialogo ſtilo condigno tradidit. Talis veſter ſanctus Epiſcopus *Sulpicius Severus* ſub ſuo Dialogo vitam ſanctiſſimi Epiſcopi veſtri *Martini* deſcripſit. Talis quondam ſanctus *Jeronymus* extulit ſuam *Paulam*. Talis nuper ſanctus *Bernardus* ſuum cecinit *Malachiam*. Talem etiam vos jam cupio, qui præ ceteris mortalibus modernis *Tulliana* mella magis ſapitis, qui præcellentiſſimo titulo leporis elimati, in Regis auditorio gradum digne præcipuum obtinetis; ut ſanctiſſimi *Guthlaci* Confeſſoris *Chriſti*, & Patroni noſtri vitam ſacroſanctam de ſancti *Felicis* Epiſcopi *Anglorum* Orientalium humili diſco in veſtri dictaminis auream crateram transferentes, ac veſtra conſueta mellita facundia condienres, prout nuper mihi conceſſitis, condigno vaſe in templo Domini ſuper menſam lectionariam introeuntibus *Chriſti* fidelibus apponatis. Pauſat enim in medio noſtri ſanctiſſimus iſte Patronus noſter innumeris ſignis à Domino inſignitus, & multis antea inauditis miraculis ac inviſis per Dei gratiam magnifice venuſtatus. Veſtram ergo nectaream linguam in laudes ejus alludere devote deprecavi, & quatenus ejus geſta ſanctiſſima veſtro ſacro eloquio adornetis, intimis præcordiis omnes veſtri **Croyland** ſupplices exoramus, longum hyperbaton Sancti *Felicis* contrahentes, & ſicut breviori, ſic leviori ſtilo pro infirmis intellectibus, ſi placet, inſudantes. Ex magna etiam confidentia plus addam humeris veſtris ſtudii & laboris, videlicet toto mentis affectu veſtram mihi ſemper promtiſſimam amicitiam rogans intime ac requirens, quatenus hanc hiſtoriam Domus noſtræ quam vobis tranſmittimus, ubi corrigendam videritis corrigentes, de memorandis & Schedulis noſtris ſimul cum eadem ad vos tranſmiſſis uſque ad hæc tempora noſtra dictæ hiſtoriæ ſeriem & ſermonem continuare velitis: patenter enim & pulcriter loquitur, ac hiſtoriarum plurima abſcondita perſcrutatur Spero namque in proximo ad Regis Curiam pro quibuſdam negotiis me venturum, ac mecum Chartas ac monimenta quædam noſtra advecturum quæcunque ad veſtrum ſuper hæc inſtrumentum Dominus *Wlſinus* Prior Domus noſtræ, & *Anſgotus* Supprior noſter, ac Dominus *Joannes* de **Freſton** noſter Procurator, ſtatus noſtri Monaſterii præ ceteris

ceteris magis ſcioli, & omnes veſtri familiares amici, vos cariſſime ſalutantes decreverint huic hiſtoriæ neceſſario intexenda; tamen omnia veſtro judicio una cum temporum incidentiis inſerenda. Bene vale, Optime Magiſter & amice.

Reverendiſſimo Patri ac Domino ſuo, tam corpore quam ſpiritu generoſo, *Henrico* de *Longo Campo* Dei gratia Abbati **Croyland** Monaſterii ſanctiſſimi, ſanctoque Conventui ſuo univerſo, ſuus exiguus ſervus *Petrus Bleſenſis*, Archidiaconus *Bath.* id modicum quod eſt, vel quodcunque poteſt in Domino *Jeſu Chriſto.* *Reſp. Petri Bleſenſis.*

Nuper apud vos aliquandiu verſatus, tot delitiis delectatus ſum, tot donariis donatus, tot divitiis ditatus, & tot devotionibus ædificatus, quod tandem Regis avocantibus negotiis à ſanctiſſimo veſtro Monaſterio recedens, tantum ſpiritu conturbatus ſum & animo contribulatus, totiens per totam viam meam vultus veſtros imaginans, totiens ſingulorum veſtrorum meam penes parvitatem veſtram benevolentiam rememorans, totiens eximiam loci urbanitatem ei naturaliter innatam quotidie recogitans, quod contra morem meum quadam muliebri mollitie paſſionatus, antequam ſolidam terram tererem, in medio Mariſco ſepties aut ſæpius fræna reflecterem, veſtrum ſanctiſſimum Monaſterium corpore reſpiciens, & intimo corde benedicens, ac tanquam *Adam* ejectum de Paradiſo me dolerem, niſi quod ibi Angelus Domini cum flammeo gladio prohibet reditum; meum vero ad vos reditum adhuc Regia negotia non permittunt. Verum tunc cum ſolidam terram tenerem, & ulteriorem reſpectum ad veſtrum deſideratiſſimum locum ſilvas amplius impedire certiſſime intelligerem, tanquam vobis omnibus ibi præſentibus vultibus veſtris effigiatis valedicens prout potui, Deo teſte, ſingulos corde complexans, & omnes ſtrictiſſime oſculans cum lacrimis uberrimis irrigabam. Dulciſſime ſic ac diutiſſime lacrimantem, & ſemper ad *Croylandiam* reſpectantem, famuli tandem arreptis frænis meis invitum abducentes, viſionem mihi deſideratiſſimam abruperunt: ſed interiorem oculum à vobis avertere, nec ſilvæ nec ſervi, nec montes nec muri poterunt, Magiſtri mei & digniſſimi Domini univerſi.

Vitam vero ſanctiſſimi Patris & Patroni veſtri beatiſſimi *Guthlaci* non ſcripſit, ut evidenter ex Hiſtoriis colligi poteſt, ſanctus *Felix* Epiſcopus *Eſtanglorum*, ſicùt vos aſſeritis, eo quod ad ſancti *Guthlaci* tempora non attigit, & poſterioris notitiam niſi per prophetiam anterior habere nequit: ſed alius ſanctus *Felix* quicunque de diſcipulis *Theodori* Archiepiſcopi *Dorob.* prout ex *Græcitate* ſtili legenti ſatis liquet; vir vita forte ſanctus, ſed ſcribendi Charactere Magiſtrum ſuum ſecutus, ſanctis tamen Dei, præcipueque ſancto *Guthlaco* valde proclivus & devotus. Sanctus quidem *Felix* Epiſcopus Orientalium *Anglorum*, Reliquiarum cujus pretioſam portionem apud **Rameſey** reconditarum dudum Domini Abbatis & totius ſui Conventus gratuito dono feliciter obtinuiſtis, migravit ad Dominum Anno Domini DC. XLVI. Indictione IIII. Cyclo decennovali per I. incipiente, *Penda* Pagano adhuc ſuper *Mercios* regnante: poſt cujus ſacram depoſitionem labentibus annorum curriculis XXVIII. natus eſt ſanctus *Guthlacus*, ſcilicet Anno Domini DC. LXXIV. Indictione II. Cyclo decennovali per X. currente, ultimis annis *Wlferi* Regis *Merciorum*; & idem ſanctus Pater veſter tranſivit ad Dominum completis annis vitæ ſuæ XL. quarta feria in ſeptimana Paſchæ, ſcilicet Anno Domini DCC. XIV. Indictione XII. Cyclo decennovali per XI. currente, ſuper *Mercios Celredo* filio *Ethelredi* quondam Regis adhuc regnante, anno Regni ſui VI. Pontificante in Sede *Romana* Papa *Conſtantino*, & in *Anglorum* Metropoli *Dorob.* Archiepiſcopo *Brithwaldo*; habenas autem *Romani* imperii regente Imperatore *Anaſtaſio*; apud *Francos* etiam Majore Domus Regiæ *Pippino* ſeniore, ſcilicet *Anſegiſi* filio. *Felix ſcriptor Vitæ Guthlaci.*

Cum ergo appareat evidenter ſanctum *Felicem* Epiſcopum *Eſtanglorum* dictam Vitam non dictaſſe, audacior eram veſtris juſſionibus inſervire, conſervata in omnibus hiſtoriæ veritate juxta meum ingeniolum ſacratiſſima geſta juſto lepore enarrare.

Hiſtoriam vero veſtri ſanctiſſimi Monaſterii diligentiſſime collectam & diſertiſſime digeſtam continuare, modumque loquendi conſervare, prout potero ex memorandis veſtris mel de petra colligere, vigilanter vacabo, licet ad tantam venerabilis patris *Ingulphi* facundiam ruditatem meam non audeam componere, nec valeam tanti Prælati ſanctiſſimo in aliquo digitum coæquare: ubi vero præfata hiſtoria ab imperitis ſcriptoribus, ut frequentiſſime contingit, flectitur vel falſatur, juxta vota veſtra diligentiam dabo ad plenæ veritatis fidem errata corrigendi, & ad ſequentium ac præcedentium conſonantiam æqualis eloquii pulcritudine omnia pro meo modulo concordandi. Alium ergo libellum, ubi prædictus venerabilis Abbas *Ingulphus* omiſit, ſcribere incipiam, ut hujus hiſtoriæ ſuum opus ſit pars prima, opus autem meum à tergo ſequens, ſed longius à ſuo ſeponendum, vocetur à lectoribus pars ſecunda. Huic etiam operi vice proemii volo veſtram Epiſtolam præcurrere, & hanc meam ſuccedere, uſque quo veniens ad vos, & viſa univerſa Chartaria veſtra, valeam ordine debito cuncta condere, & Altiſſimo viam meam proſperante, omnia recto veritatis tramite ſtabilire. Valete in *Jeſu Chriſti* viſceribus, univerſi Domini mei & Magiſtri cariſſimi.

Wilhelm.2.R. Regnante itaque ſuper terram *Wilelmo* Rufo, & potentiori brachio ſuos omnes adverſarios ſuperante, in tantum ut omnes ſub jugum mitteret, & ejus imperio nullus in aliquo regrunniret, *Ranulphoque Dunelmenſi* Epiſcopo exactore crudeliſſimo, Regiſque Conſiliario præcipuo, tunc omnium virorum in terra cupidiſſimo & peſſimo, univerſum Regnum miſerabiliter opprimente, & ad ipſum ſanguinem emungente, ſanctiſſimoque *Dorob.* Archiepiſcopo *Anſelmo*, qui *Lanfranco* ſucceſſerat, procul in tranſmarinis hoc in tempore durum exilium trahente; miſericordia & veritas ſimul cum eo de terra fugerunt, juſtitia & pax eliminatæ ſunt; Confeſſio & pulcritudo pœnitentiæ viluerant, ſanctimonia & omnis caſtimonia contabeſcebant, palam & audaci fronte peccatum in compitis procedebat, ſuperboque oculo legibus obvians, & ſceleratis ſucceſſibus tripudians quotidie triumphabat. *Prodigia.* Terram propterea cœli abominati ſunt, & dimicantes contra peccatores Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, ac maximo fremitu & furore conculcantes terram, fecerunt obſtupeſcere omnes gentes à ſignis ſuis multis. Tonitrua namque terram terrentia, fulgura & fulmina frequentiſſima fuerunt, plurimæ pluviæ proceſſoſæ, venti vehementiſſimi, turbines etiam turres Eccleſiarum quatientes & in terram conterentes; in ipſa terra fontes ſanguine fluentes, terræmotus ingentes, mare ſua litora ſuperans infinita mala juxta maritima inferebat. Cædes & ſeditiones horrendæ: Diabolus ipſe in pleriſque ſilvis viſus eſt corporaliter apparens; fames fortiſſima, & peſtilentia tam hominum quam jumentorum tanta quod fere defecit agricultura, vivorum cura, & mortuorum ſepultura.

1100. Tot meta malorum & tandem finis, funus fuit Regium, omni Chriſtiano flebile nimium. Venerat enim de *Normannia* Regem inviſere *Wilelmum* quidam præpotens Baro, *Walterus Tirel* vocatus, quem Rex gratanter hoſpitio ſuſcipiens, & menſa dignatus, etiam poſt prandia ſuo ludo venatorio aſciſcere complacebat: ubi cum ſingulis ipſe Rex ſua ſtationaria loca deſignaſſet, & canum latratibus venatorumque vocibus cervi conterriti de ſaltibus ad montium ſummitates fuga celeri pervolabant; dirigens incaute ſagittam in cervum quendam prædictus *Walterus*, de cervo defecit, *Wilhelmus R. cæſus.* & pectus Regium trajecit. Rex autem corruens mox mortuus eſt, & per

paucos

paucos agreſtes plauſtro impoſitus & palatio reportatus, luctu modico & humili tumulo in craſtino eſt ſepultus: cunctis miniſtris ejus ad ſuas neceſſitates intendentibus, & nullo vel raro Regium funus curante. Auctor cædis, ſi invitus, dictus *Walterus* de medio dilapſus mare clam pertranſiit, & in *Normanniam* ad ſua ſalvus pervenit. 1100.

Porro ſucceſſit ei ad Regnum frater ſuus junior *Henricus*, pulcherrimus adoleſcens, & ex ſcientia literarum ambobus fratribus aſtutior ac acutior ad regnandum; ſeniore fratre ſuo *Roberto* hoc temporis momento in terra ſancta contra *Turcos* & *Saracenos* in Chriſtianorum exercitu ſtrenuiſſime præliante. Coronatus eſt à *Thoma Eboracenſi* Archiepiſcopo, quia tunc Archiepiſcopus *Cant. Anſelmus* exulabat: & univerſalia Regalia homagia fidelitateſque recipiens, ſanctam Eccleſiam ſtatim liberam reddidit, conſuetudines pravas & exactiones injurioſas interdixit; quin auctorem earum prædictum *Ranulphum* incarcerans, ſanctiſſimum Archiepiſcopum *Anſelmum* de exilio miſſo nuncio revocavit. Ductus enim & ſeductus pravo conſilio prædicti peſſimi *Ranulphi*, Rex *Wilelmus* in die mortis ſuæ habuit in manibus Archiepiſcopatum *Cantuariæ*, & alios IV. Epiſcopatus, & XI. Abbathias, & dimiſſis omnibus ad firmam, & primus omnium Regum *Anglorum* recepta firmarum omnium vacantium Eccleſiarum ſuo fiſco retinuit, ubi Pater ſuus ſemper & ſanctiſſime, omneſque ceteri Reges *Anglorum* ſui prædeceſſores, univerſos hujuſmodi redditus & proventus vacantium Eccleſiarum Prælatis primo ſuccedentibus integre refundebant, & uſque ad noviſſimum quadrantem per fideles miniſtros ſuos de omnibus computabant. Ipſe quidem diutius omnes dignitates gratis detinens, & firmariis ac fœnerantibus *Judæis* frequentiſſime concedens, ſub colore idoneum Paſtorem cum longa deliberatione aſſumendi, ambitioſis ac Clericis magis pecunioſis eas ubique propoſuit, & tandem reperto turgenti marſupio, omnem ſanctitatem atteſtans adeſſe ibi, unicum dignum Prælatum affuturum publice pronuntiavit. In hoc uno multum bonus, quod lecto decumbens & fere de vita deſperatus, venerabili Archiepiſcopo *Lanfranco* defuncto, virum æque ſanctiſſimum & omnium literarum ſimiliter ſcientiſſimum Venerabilem *Anſelmum* Abbatem *Becci* in *Normannia* ad Archiepiſc. *Cantuar.* ſancte ac fine aliquo Simoniæ ſcrupulo ſubrogavit.

Henric. R.

Redditus vacantium Eccleſiarum.

Prædictus vero *Ranulphus* de carcere nequiter evadens *Normanniam* adiit, & Comitem ejus, fratrem Regis, *Robertum*, qui mox audita morte *Wilelmi* [a] Patris ſui, amore Regni *Anglorum* de terra ſancta venerat, ad invadendum *Angliam* omnimodis animabat: unde collecto maximo exercitu cum Comes ad mare perveniſſet, & Rex è contra omnia Regni auſtralia litora innumero milite roboraſſet, volens finaliter, vincere & regnare, vel Regnum perdere & perire; Archiepiſcopus *Anſelmus* aliique viri virtutis, pacis procuratores, hanc compoſitionem intermedii condiderunt, quod Rex omni anno III. M. librarum argenti penſitaret, & pax amodo perpetua permaneret. Sed poſteris annis Comes hunc annuum cenſum minus docte remiſit. Sed & penes indigenas & ſuos ſubjectos cum ſe inſipienter gereret, Rex *Normanniam* adiens, & fratrem aperto bello capiens, uſque ad ultimum diem ſuum in vinculis retinuit, & ſuo Regno totam *Normanniam* adunavit. 1101.

Henric. I.

Pax inter Robertum & Henricum.

Henricus Robertum carceri mandat.

1106.

Hac victoria Rex potitus, & jugi hortamento ſancti Archiepiſcopi *Anſelmi* ſæpius edoctus, Inveſtituras Eccleſiarum per Annulum & Baculum, quæ totam ſanctam Eccleſiam diutiſſime antea turbaverant, in perpetuum acquietavit, Regalibus retentis ſibi tantummodo & exceptis. Hæc de Regibus credo ſufficere.

Inveſtituræ Eccleſiarum.

Eiſdem etiam diebus militia temporalis, Ducibus illuſtriſſimis filiis Comitis *Bolonienſis Euſtachii Godefrido* & *Baldewino*, ac *Roberto Normanniæ*,

Expeditio Hieroſolym.

[a] Fratris.

Wilelmo

Henric. R. 1106. *Wilelmo Pictaviæ*, necnon *Reymundo Toloſæ* Comitibus, cum *Boamundo* Duce *Apuliæ*, ac eorum exercitibus & cetera Chriſtianitate, *Lyciam*, *Meſopotamiam*, & tandem totam *Syriam* ſubjugantes, primo Civitatem *Niceam*, deinde *Antiochiam*, ipſam poſtmodum ſanctam *Jeruſalem* ſuo dominio Chriſtianæque fidei ſubdiderunt.

Monachi Ciſtertienſes. Spiritualis etiam tunc militia Monachici ordinis de *Moliſmenſi* Monaſterio pullulans tot palmites fecit, quod de primogenita filia *Ciſtellenſi* innumera hodie Monaſteria, ſervorum Dei habitacula, virtus Divina produxit ſub primis eorum patribus *Roberto*, *Alberico*, *Stephano*, & *Bernardo*, ut de iſto uno & ultimo ceterorum multitudo æſtimetur. Vidit enim dictus Pater ſanctus *Bernardus* filios ſuos de *Clavarallenſi* Monaſterio ſuo exeuntes, cui XL. annis præfuit, unum in *Romana* ſede Papam, ſcilicet *Eugenium*, duos Cardinales, XVI. Archiepiſcopos & Epiſcopos in diverſis mundi partibus conſtitutos, quorum apud *Eboracum* in *Anglia* unum, ſcilicet Archiepiſcopum *Henricum* habuimus, & in *Hibernia* duos re ac nomine *Chriſtianos* una cum CC. Monaſteriis & eo amplius, quæ de ſua *Claravalle* genuerat, & quotidie Domino pariebant alias infinitas.

Ingulphus. Hoc etiam tempore cum venerabilem Abbatem *Croylandiæ* Dominum *Ingulphum* hiſtoriam ſui Monaſterii uſque ad finem ſuæ vitæ deducere multiplices morbi non ſiverunt, ita ſuum ſenium laſſabant & lacerabant; multa namque ſenem circumveniunt incommoda: nihilominus in ſuæ domus reſtauratione, quæ dudum ignibus conflagrarat, ac Eccleſiæ ſuæ reædificatione, librorum, veſtimentorum, Campanarum, ac aliorum utenſilium reparatione cum ſtrenuiſſime laboraſſet, emeritæ militiæ ſenex & plenus dierum migravit ad Dominum, annis expletis in Paſtoralis officii regimine XXXIV. quorum X. *Vlketulo* Abbate ſuo prædeceſſore adhuc ſuperſtite & vivente laborioſiſſime ſuperaverat, reliquis vero XXIV. annis aliquotiens tam ab adverſariis Monaſterii quam ab aliis infortuniis multum jactatus & vexatus, ſed ſemper à Domino mirabiliter confortatus, ſolus Abbatizarat. Tandem mundi malitiæ ultimum valefaciens in ſinum *Abrahæ* cum ſanctis omnibus eſt receptus, de ſuo morbo podagrico, quo ſenior languerat, hic purgatus, & ad Paradiſi gaudia æternaliter aſſumtus, XVI. Kal. *Januarii* ſcilicet Anno Domini M. C. IX. Regis *Henrici* anno itidem IX. & ſepultus eſt in Capitulo ſuo in feſto ſancti *Thomæ* Apoſtoli.

Ingulphus obiit. 1109.

Alanus Croun. Cui Rex Henricus, inſtinctu aſſiduo & frequenti rogatu *Alani Croun*, qui Seneſchallus Domus Regiæ præ ceteris Palatii Baronibus Regi cariſſimus, & in omni conſilio acceptiſſimus, induſtria & probitate, ſapientia & ſanctitate omnibus præpollebat, in tantum ut *Regis Deus* à commilitonibus diceretur, ejus conſilio evocans ex Monaſterio ſancti *Ebrulphi* in *Normannia* Dominum *Joffridum* dicti loci Priorem, dictique Regii Palatii ſeneſchalli præclariſſimi genere proximum, per Epiſtolam ſuam venerabili Patri ejuſdem Monaſterii Abbati *Manerio* directam, præfatum venerabilem virum Priorem *Joffridum*, carne quidem valde generoſum, ſed ſpiritu multum generoſiorem, quippe qui de Marchione *Herberto* genitus ſuper *Hildeburgen* ſororem *Widonis Croun*, patris prædicti *Alani*, ſed natus & nutritus Aurelianis ab infantia Monaſterio à parentibus traditus, omnium Artium liberalium ſcientiam ſuperaverat; jam venerabili Abbate *Croylandiæ Ingulpho* defuncto, prædicto Monaſterio præficiens in Paſtorem ſaluberrime ſubrogavit. Vacaverat tunc Abbathia trium menſium ſpatio & ultra paucis diebus, Rege vacationem ex ſui fratris Wilelmi peſſimo exemplo adhuc penes ſe retinente; ſed amore dicti *Alani* omnia retenta præfato Abbati ſubrogato liberaliter & integre reſignante.

Joffridus Abbas Croyland.

Veniens autem ad **Croyland** dictus venerabilis Abbas *Joffridus*, in Dominica Palmarum, C. litera Dominicali, ſolemniter eſt receptus; & ſtatim ad *Linc.* tranſmiſſus ab Epiſcopo *Roberto* in ejus Capella benedictus eſt

eſt; & die Dominica qua cantatur *Quaſi modo geniti*, inſtallatus: ne Paſtor inutilis aut piger & puſillanimis in ſuo primordio putaretur, cœpit undecunque ſuo Monaſterio proſpicere, ac ut dicebat talem virum, non in ſtrato ſtertere aut lateri indulgere, ſed Dominos terræ privatim Dei timorem dulciter docere, publice reverenter exorare, populum ſubjectum devote deprecari, ſanctum Evangelium ubique ſupplicantibus Preſbyteris exponere, ac in omni ſuo ſermone ſemper honorem Dei animarumque ſalutem longe omnibus temporalibus anteferre. Ipſe namque omnium prædeceſſorum ſuorum Abbatum *Croylandiæ* literatiſſimus, qui literas omnes à cunabulis cum lacte matris ebiberat, cernens ſuum adhuc ſemiuſtulatum Cœnobium tanquam torrem ab igne erutum aliquantulum revelatum, ſed feſtinantius, & non ad condignum decorem nec debitam fortitudinem reſtauratum: ſtatuit novam Eccleſiam fundare, & totum Monaſterium pro muris luteis cum muris lapideis in fundamento marmoreo, ſi ſumtus ſufficerent, innovare. Sedens ergo prius & computans ſumtus neceſſarios, intuenſque ſui Monaſterii ſubſtantiam univerſam ad tantum opus minime reſpondere, ne de illo diceretur illud Dominicum, *Hic homo cæpit ædificare, & non potuit conſummare*: impetravit à Venerabilibus Archiepiſcopis *Cantuar.* ac *Eborac.* ac aliis Epiſcopis *Anglicanis* eorum Suffraganeis, Indulgentiam tertiæ partis pœnitentiæ pro commiſſis injunctæ, cuilibet ſuorum monaſterii benefactori & operis Eccleſiæ ſuæ adjutori gratioſe conceſſam: videlicet in Septimana ſi trium dierum abſtinentia alicui pro ſuis peccatis puniendis imponeretur, unius diei pœnitentia per dictam indulgentiam relaxabatur: ſi duo dies pœnitentiæ alicui à Pœnitentiario injungerentur, alter eorum condonabatur.

Henric. R.

Indulgentia tertiæ partis pœnitentiæ.

Impetrata itaque hac Indulgentia, ſuæ novæ Eccleſiæ fundamentum aperiens, tranſmiſit in totam *Angliam* & in terras contiguas tranſmarinas prædictæ Indulgentiæ teſtimoniales literas ſupplicans univerſis Chriſti fidelibus ad operis ſui adjutorium ſuum impendere caritativum beneficium, & concedens cuilibet adjuvanti ante Deum reciprocum prætactæ Indulgentiæ ſuffragium. Ad iſtud vero negotium ſtrenue procurandum direxit cum ſanctorum Reliquiis ad Auſtrales partes in *Flandriam* & in *Franciam* de ſuis commonachis venerabiles viros fratres *Ægelmerum* & *Nigellum*; ad partes Boreales & in *Scotiam* fratres *Fulconem* & *Ogerum*; ad *Daciam* & *Norwagiam* fratres *Suetmannum* & juniorem *Wlſinum*; & ad *Walliam*, *Cornubiam*, & *Hiberniam* fratres *Auguſtinum* & Osbertum; omnes ſuos commonachos, ac ad tale opus exequendum viros induſtrios, promtiſſimos etiam & paratos, cum literis commendatitiis ad terrarum ac Provinciarum Reges & Principes deſtinatis in hac forma:

Illuſtriſſimis Dei gratia Regni Francorum, vel Scotorum, vel aliorum ſimilium, *Regibus, Comitibus, Baronibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, necnon Eccleſiarum univerſis Rectoribus, & earum Presbyteris ac Clericis, omnibus etiam* Chriſti *fidelibus Regni ſibi ſubjectis, imo divitibus pauperibuſque fratribus ſub eorum regimine viventibus*, Joffridus *Abbas Eccleſiæ Dei, & glorioſæ* Mariæ *ſemper Virginis, & ſancti* Bartholomæi *Apoſtoli, atque ſanctiſſimi* Guthlaci *Confeſſoris, ex nobilibus Regibus nati, & ſancti* Waldevi *novi Martyris, totuſque Conventus Fratrum à Deo ſibi commiſſus, Apoſtolicam & Eccleſiaſticam a Domino* Jeſu Chriſto, *& a nobis perpetuam benedictionem. O Domini, & utinam amiciſſimi Dei, iſtis quos præſcripſimus, videlicet Domino noſtro* Jeſu Chriſto, *& glorioſæ Matri ſuæ, beato* Bartholomæo *Apoſtolo, & ſancto Confeſſori* Guthlaco, *ac ſancto Martyri novo* Waldevo, *nocte ac die pro noſtris & pro Chriſtianorum peccatis dulciter ſervimus, & præſertim pro omnibus benefacientibus nobis. Sciatis, O Domini, & amici Dei, quia Eccleſiam amicorum Dei quos nominavimus, noviter proſtravimus, quod caſum graviter minabatur: ſed in mariſcis moratur, & per nos eam reædificare non valemus, niſi bonus & benignus* Jeſus *per vos & per alios ſuos nobis auxi-*

Joffridi literæ.

P

Henric. R. *auxilietur. Ideoque ad veſtram dignitatem has litterulas dirigimus, ut juvet nos potentiſſimus veſter ſubventus, quatenus Eccleſiam Dei & ſanctorum ſuorum emendare valeamus. Sed utile & honeſtum eſt, ut mercedem quam a Deo in præſenti accepturi eſtis, audiatis. Nos enim ſub Regali* Anglicæ *terræ Dominio commoramur, & ſub duobus Archiepiſcopis, exceptis aliis Epiſcopis, ſancta Eccleſia in omni ordine ſacro ſubjicitur; & Divina pietas eos in tantum amorem accendit, pro nimia dilectione quam erga prædictam Eccleſiam noſtram habent, quod tertiam partem pœnitentiæ pœnitentium condonant, & ſuper ſe nobiſcum ponunt: Id eſt, ſi peccatori in hebdomada injungitur trium dierum abſtinentia, unus ei condonetur, & una Miſſa pro eo celebretur; Si enim duorum dierum abſtinentia ei injungitur, unus ſemper condonetur, & ſimiliter pro eo Miſſa celebretur; & quotidie pro Eccleſiæ noſtræ auxiliatoribus* XII. *pauperes reficientur. Valete.*

Porro prædicti Monachi ſibi injunctum officium exequentes ſtrenue, non tantum terrenam ſubſtantiam & perituras pecunias ad ſuam Eccleſiam comportabant; verum plurimas animas ad cœlum, & quorundam corpora ad Monachorum ordinem, non tantum de indigenis, ſed etiam de alienigenis adducebant. Unde in *Norwagiam* ad ejus Regem pro quodam Mercatore illius terræ ad Monachicum habitum in *Croyland* converſo, nomine *Thorwio*, poſt prædictam literam commendatitiam ita ſubjungit poſt *Valete. De cetero gratiam veſtram alloquor: unus enim ex provincialibus veſtris peregrinus ad nos cauſa Deum exorandi ſeſe dulciter direxit, & in tantum locum ſanctum in quo habitamus adamavit, ut ſeipſum totum & ſua in ſancto Capitulo noſtro per textum Evangelicum dedit, & per oſculum pacis quod promiſit confirmavit. Unde ſupplices piiſſimos Reges ſuoſque divites & pauperes exoramus, ut ad bona quæ nobis & ſibi promiſit perficienda juvent, & velint præcipere juvari. Si quis autem ei ſcienter quoquo modo docuerit, præſens* Anglorum *Eccleſia eum excommunicat, & eradatur de terra viventium, & nomen ejus de libro vitæ ante faciem Salvatoris. Nomen autem ejus, ut nobis dixit,* Thorwius *appellatur.* [Thorwius Norwag.]

Tranſmiſit etiam ad Manerium ſuum de *Cotenham* juxta *Cantabrigiam* Dominum *Giſlebertum* commonachum ſuum & Sacræ Theologiæ Profeſſorem, cum aliis tribus Monachis qui ſecuti eum in *Angliam*, Philoſophicis [a] Theoreumatibus & aliis ſcientiis primitivis inſtructiſſimi quotidie *Cantabrigiam* adeuntes, & conducto quodam horreo publico ſuas ſcientias palam profitentes, in brevi temporis excurſu grandem diſcipulorum numerum contraxerunt. Anno vero ſecundo adventus illorum tantum accrevit diſcipulorum numerus tam ex tota patria quam ex oppido, quod quælibet domus maxima, horreum, nec ulla Eccleſia ſufficeret eorum receptaculo. Unde diverſis in locis à ſe diviſi, & formam *Aurelianenſis* ſtudii ſequuti, ſummo mane frater *Odo* Grammaticus & ſatyricus illo tempore ſingularis, pueris & junioribus ſibi aſſignatis legebat Grammaticam juxta *Priſciani* doctrinam & *Remigii* in eundem. Ad horam vero primam frater *Terricus* acutiſſimus ſophiſta logicam *Ariſtotelis* juxta *Porphyrii* & *Aviroiz* Iſagogas & commenta adoleſcentioribus tradebat. Ad horam vero tertiam frater *Wilelmus* Rhetoricam *Tullii Quintilianique* flores perorabat. Magiſter vero *Giſlebertus* omnibus Dominicis diebus & ſanctorum feſtis in diverſis Eccleſiis verbum Dei ad populum prædicans, rudis in *Anglicana* lingua, ſed expeditus & profundus in *Latina* & *Gallicana* ſua, contra *Judaicum* errorem maxime diſputabat. Ferialibus diebus literatis ac ſacerdotibus ad ejus auditorium ſpecialius confluentibus ante ſextam horam textum ſacræ paginæ exponebat. Cumque nonnulli increduli, & adhuc *Judaica* perfidia cæcati, ad ejus verba in ſinum Matris Eccleſiæ, relicto penitus ſuo priſtino errore, compuncti accurrerunt, & fides

[Schola Cantabrigienſis.] [Odo Grammaticus.] [Terricus Logic.] [Wilelmus Rhetor.] [Giſlebertus Theolog.] [Judæi.]

[a] Theorematibus.

Chriſtiana

Chriſtiana indies ſolidior quotidie firmaretur: non modicum commodum eorum induſtria Monaſterio affluxit, [a] & tantum quod nihil onerantes Manerium, ſed multum meliorantes, aliquo anno Centum Marcas ad ædificationem ſuæ Eccleſiæ tranſmiſſas ab illis partibus computarent. Maxime ipſo venerabili Abbate *Joffrido* in partibus illis ſuos filios viſitante, & ſermonem ſuo more ad populum luculentiſſime perſonante, viri & mulieres innumeri de [b] vicis oppidi concurrebant; qui licet *Latine* vel *Gallice* loquentem illum minime intelligerent, tamen intendentes ad illum, virtute verbi Dei, & gratia vultus ſui ad lacrimas multoties compuncti ad reædificationem ſuæ Eccleſiæ nuper concrematæ, quam ſemper in concluſione ſermonis ingerebat, innumeras eleemoſynas erogabant. Semper etiam tres vel quatuor finito ſermone ſua veſtigia ſequentes & nuſquam divertentes, tam Laicos quam literatos vel ſuo Conventui incorporavit, vel vicinis Monaſteriis, *Burgo* **Thorney**, & aliquoties locis remotioribus Monachandos cum ſua epiſtola commendavit. Ex iſto itaque fonte parvo qui crevit in fluvium jam magnum, videmus nunc lætificatam Civitatem Dei, & totam *Angliam* factam frugiferam per plurimos Magiſtros & Doctores de *Cantabrigia* exeuntes ad ſimilitudinem ſanctiſſimi Paradiſi. *Henric. R.*

Tranſmiſit etiam tunc ad Manerium ſuum de **Wridthorp** juxta *Stanfordiam* commonachos ſuos, ſed Anglicos genere, fratres *Elſinum*, *Fregiſtum*, & *Haroldum*, quorum Dominus *Elſinus* factus eſt Prior, vir optimi ingenii ac profunde literatus. Hii verbo prædicationis in auribus *Stanfordenſium* ſæpius inſiſtentes plurimum proſperati ſunt & fidem Chriſtianam contra *Judaicam* pravitatem roborantes, etiam negotiis ſui Monaſterii nuper combuſti, & à fundamentis cum eorum adjutorio reſuſcitandi, patenter propoſitis, de Mercatoribus ac aliis Chriſti fidelibus totius patriæ vicinæ plurimas eleemoſynas adquirentes, Matrem ſuam deſolatam, ſcilicet Monaſterium ſuum concrematum, manu largiſſima pro ſuis ingeniis ſæpius viſitabant: ſed non eadem copia qua *Cantabrigenſes* Matrem ſuam confortabant, quia & illis patria pinguior, & locus melior: & gens liberior, & virtus major, & gratia Dei uberior abundantius reſpondebat. Unde cernens venerabilis Abbas *Joffridus* ſuos filios apud **Wridthorp** commorantes Matris ſuæ pro ſuo modulo ſæpius memores, & in ejus relevationem ad ſuos convicinos cum tota ſua diligentia vigilantes, & in injuncta ſibi obedientia non ſegnes ſed inſignes, nihilominus aliquoties ex cariſtia patriæ multam penuriam neceſſariorum patientiſſime tolerantes; conceſſit eis poteſtatem Confeſſiones tam convicinorum quam aliorum Chriſtum fidelium ac ſanctimonialium ſororum ſuarum juxta commanentium audiendi, & de confeſſis abſolvendi, & pro commiſſis Canonicas & ſalubres pœnitentias injungendi, necnon eleemoſynas ſibi datas licentiam recipiendi, & in uſus ſibi neceſſarios convertendi, cum juſtiſſimum ſit, eum de altario vivere, quem Dominus voluerit altario deſervire. Aſſignavit etiam tunc illis ad eorum ſuſtentationem totam prædictam villam ſuam de **Wridthorp**, ſcilicet tres virgatas terræ in Dominico, & IV. acras prati, cum tribus holmis in loco II. acrarum, & unum Molendinum aquaticum cum piſcatione ſtagni & totius ſui rivi, & cum XIV. nativis in eadem villa, quorum quilibet unam virgatam terræ tenet, videlicet XXVIII. acras terræ arabilis, & II. acras prati, & reddit quilibet pro terra ſua XIV. ſolidos, & cariagium bladi, & cariagium fœni, vel unum denarium pro cariagio bladi, & unum obolum pro cariagio fœni, & ſolvit quilibet pro filiabus ſuis maritandis *gerſon* Domino, & *Ourlop* pro filiabus correptis, & *Stoth*, & alia ſervitia & auxilia, quæ plenius in Cartariis Monaſterii deſcribuntur. Qui omnia prædictus Pater venerabilis Abbas *Joffridus* ſuis prædictis Monachis aſſignavit, cum tota Curia *Wridthorp juxta Stanford.*

a In. *b* Vicinis oppidis.

 prædictæ

Henric. R. prædictæ villæ & exitibus ejus ac proventibus univerſis conceſſit etiam eis omnia alia emolumenta de prædicta villa vel Curia ſua qualitercunque in villa vel in campis ejus ſurgentia, ſcilicet *Waſtis*, *hirnis*, *forbalkis* terræ arabilis, *fordol.* prati, & *fordikis*, circa ſuum Molendinum & ſtagnum ejus. Illi autem Monachi prædicti operi ſibi impoſito poſterioribus annis magis frugiferis & uberioribus nobiliter inſiſtentes, & ſororum ſuarum convicinarum ſanctimonialium conſcientias & ſuas ſemper ſanctiſſime cuſtodientes mundas ab hoc ſeculo, plurima donaria pulcherrima fidelium Chriſto ſuo Monaſterio tranſmiſerunt, & tam ſua induſtria, quam de fidelium Chriſti miſericordia per eoſdem procurata, in ædificatione ſuæ Eccleſiæ Abbati præfato & ſuis fratribus fortiſſime aſtiterunt.

Wendlyngburg. Tranſmiſit etiam tunc ad manerium ſuum de **Wendlyngburg** commonachos ſuos, fratres ſcilicet *Waldevum*, poſtea & poſt ipſum proximum Abbatem ejuſdem Monaſterii, & *Lewinum*, qui ſimiliter apud *Hibam* & per totam vicinam patriam, & aliquando apud *Northamtonam* negotia ſui Monaſterii proponerent, & eleemoſynas fidelium fideliter procurarent; ſed qualiter opus ſibi impoſitum iſti conſummaverunt, & quid ad eorum ſuſtentationem aſſignatum erat, poſtea plenius in ejuſdem *Waldevi* Abbatis actibus ſub ſuo faſciculo deſcribentur.

Porro prædicti Monachi tranſmiſſi ad diverſas terras, provincias, & patrias, gentes, & nationes quæ circum *Angliam* conſiſtebant, necnon ad vicinas Civitatulas & villas, ubi in vicinia habitationis refugia ſuo Monaſterio pertinentia poſſidebant, in omnem terram perſonabant, & uſque ad fines terræ beneficium Eccleſiaſticum omnibus benefactoribus ſui Monaſterii piiſſimi indultum ex eorum narratibus penetrabat. Indies itaque ad ſuum Monaſterium de [a] diverſi mundi partibus grandes acervos theſaurorum tranſmittebant, & fulvi metalli magnæ maſſæ quotidie cumulatæ ac accreſcentes venerabilem Abbatem *Joffridum* ad opus Eccleſiæ ſuæ præmeditatum cum Dei benedictione inchoandum, & cum ejus adjutorio fini proſpero deducendum cum ſpe bona jugiter abundantius animabant.

1112. Ad proſperitatem etiam prædicti venerabilis Abbatis eiſdem diebus addidit Dominus operari miranda valde magnalia ſua ad tumbam ſancti

Waldevi Miracula. *Waldevi* Martyris ſui. Cæci namque viſum, ſurdi auditum, claudi greſſum: & muti ſuam loquelam ibi per Dei miſericordiam *, & quotidie aliorum infirmorum tanquam ad ſalutis ſuæ fontem innumeri greges per omnes orbitas adventabant, & ſuper omnes Domino aperiente manum miſericordiæ ſuæ cenſus non modicos Monaſterio de peregrinorum confluentium oblationibus excreſcebat. Cumque quotidie adventantes peregrini, & Dei opera in ſuis ſanctis admirantes Domino debitas laudes perſolverent, ſanctum vero Martyrem ſuum *Waldevum* innocenter & impie decollatum palam fratribus Monaſterii audientibus quodam tempore prædicarent, quidam Monachus nomine *Audinus*, natione *Normannus*, ſed

Audinus Monachus S. Albani. Monaſterio ſancti *Albani* profeſſus, & *Croylandiæ* comprofeſſus, talia ſemel audiens multum obſtomachatus advenientes deriſit, & præfato ſancto Martyri poſt deriſionem temere detraxit, dicens ipſum peſſimum proditorem, & pro demeritis juſtiſſime decollatum, mortemque promeruiſſe viliorem. Hæc ubi audivit venerabilis Abbas *Joffridus*, dulciter eum redarguens reſpondit quod Dei operibus detrahere, & ſanctis ejus maledicere periculoſum nimis eſſe, ac nunquam ſine vindicta delictum hujuſmodi pertranſire. Inſuper etiam Deus promiſit ſuis fidelibus uſque ad conſummationem ſeculi ſuam præſentiam, pollicitus ad omnes vere pœnitentes ſemper indeficientem ſuam miſericordiam. Dum prædictus venerabilis Pater talia inculcaret, cupiens ejus ſtultitiam auctoritate ſacræ

a f. Diverſis.

Scripturæ

Scripturæ convincere, & ab erronea pertinacia pulcris verbis devium caſtigare, ille vero magis ac magis detraheret, & ultra modum oblatrans Omnipotentem Dominum irritaret, in præſentia ſæpe dicti Patris ſubita infirmitate in præcordiis eſt percuſſus, & poſt paucos dies ad ſanctum *Albanum* ſuum Monaſterium reverſus, ingraveſcente morbo etiam mortuus eſt. Sequenti vero nocte idem Abbas dum in lecto quieſceret, & de ſupradictis eventibus plura ſecum tractaret, mox in nocturna viſione Comitis prædicti loculo aſtare vidit Sanctos Dei *Bartholomæum* Apoſtolum, & *Guthlacum* ſuum Patronum, ſanctumque *Neotum* Confeſſorem in Albis nitentes. Apoſtolus autem videbatur caput Comitis corpori redintegratum accipiens ita dicere, *Acephalus non eſt*: E contra ſanctus *Guthlacus* qui ad pedes ſtabat, addidit iſtud, *Noſter Comes eſt*: ſanctus autem *Neotus* inceptum monodicon, id eſt verſum ſic perfecit, *Modo Rex eſt*. Abbas autem *Joffridus* in craſtino hæc recogitans, & fratribus manifeſtans omnes lætos reddidit, & Dominum majeſtatis ſuos ſanctos ſic magnificantem digna laude in commune glorificavit, qui omni tempore credentibus in ſe protector clementiſſimus ſemper aſſiſtit.

1112. *Henric. R.*

Viſio Joffridi.

Eodem etiam anno quo tot ſua miracula cepit operari manus Divina ad tumbam pretioſiſſimi Martyris ſui *Waldevi*, ſcilicet anno tertio Abbatis *Joffredi*, acceſſit ad felicitatem ejuſdem temporis obitus venerabilis Patris *Galteri* quondam Abbatis *Thorneyenſis*; cui ſubrogari in ſucceſſorem, dictoque convicino Monaſterio de Thorney præfici in Paſtorem, reverendiſſimum virum Dominum *Robertum* ſuum fratrem germanum, ætate tamen longe juniorem, Monachum ſimiliter ſancti *Ebrulphi*, venerabilis Abbas *Joffridus* penes Regem *Henricum* diligentiſſime interceſſit, & tandem præfato illuſtriſſimo Regis Conſiliario *Alano* de *Credona* ſpecialiſſime mediante feliciter ac favorabiliter impetravit. Miſſum ſiquidem per Regem in *Normanniam* ad Monaſterium ſancti Ebrulphi pro prædicto Religioſiſſimo Monacho, & quantocius admiſſum eſt. Veniens enim in *Angliam* ad Regem, nec mora cum Regia Epiſtola ad *Thorneyam* dirigitur, & viſa decentiſſima perſona ejus gratanter ad fratris ſui venerabilis Abbatis *Joffridi* laudabile teſtimonium, à toto Conventu unanimi omnium conſenſu electus, & ad *Herveum Helyenſem* Epiſcopum primum, Dioceſanum ſuum deſtinatus, ab eo apud *Hely* ſolemniter eſt benedictus: In omnibus fratre ſuo venerabili Abbate Croyland *Joffrido* ſibi aſſiſtente, ac à primo ingreſſu ſuo in Angliam, totum iter ſuum auctuſque ſuos univerſos provide per omnia diſponente. Reverſus ergo ad *Thorneyam* Monaſterium ſuum in feſto Aſſumtionis ſanctæ Dei Genetricis *Mariæ* celebriter inſtallatus, officium Paſtorale dicti Cœnobii fere xxxvi. annis ſtrenue adminiſtravit; acceptuſque Deo & hominibus, multa bona opera Monaſterio ſuo fecit: Nam novam Eccleſiam quam prædeceſſor ſuus inchoaverat, magnis ſumtibus appoſitis tandem ad finem deduxit, & plene conſummatam cum maxima ſolemnitate dedicari poſtea procuravit. Præmium ergo ſuum poſt tantos ſudores recepturus in cœlis, ſenex & plenus dierum migravit ad Dominum ſuum *Jeſum Chriſtum*, cum quo vivet in ſecula ſeculorum.

Robertus Joffridi frater Abb. Thorney.

Paulułum ante iſta tempora, Domino *Ricardo* ultimo *Helyenſe* Abbate defuncto, Rex *Henricus*, ut erat ingenii ſagaciſſimi, cernens inſulam *Helyenſem* locum periculociſſimum ſiqua ſeditio in Regno oriretur, tam pro Monaſterii maximis divitiis, quam pro loci multa naturali munitione, ſtuduit quantum ſibi licuit, tam locum quam poſſeſſiones ejus dividere, & ſuis uſibus res Eccleſiaſticas à Monaſteriali ſimplicitate immutatas propiores ſub ſede Epiſcopii applicare. Conſulto itaque ſuper hoc Domino Apoſtolico *Paſcali*, & ſuum propoſitum collaudante, ſtatuit apud Hely ſedem Epiſcopalem, dilatans ſibi Dioceſim de vicinis Epiſcopatibus, & maxime *Lync.* Dioceſi, quæ latiſſima videbatur, ei Parochiam aſſignans: & ne *Lin-*

1109.

Epiſcopatus Elienſis.

colnienſis Eccleſia ſe mutilatam ſubmurmuraret, de poſſeſſionibus *Helyenſis* Eccleſiæ *Linc.* Eccleſiæ ſatisfaciens, omnem in futurum inter eos calumniæ materiam tam auctoritate Apoſtolica quam Regia deinceps penitus amputavit.

1113. *Henric. R. Beby.* Venerabilis autem Abbas *Joffridus* anno quarto adventus ſui ad *Croylandiam* tranſmiſit ad Manerium ſuum de Beby duos Monachos, ſcilicet Dominum *Benedictum*, & fratrem *Stephanum* tunc magnæ indolis juvenem, exhortans & exorans quatenus habitum ſui Conventus nullatenus omitterant, & in auribus inclyti Comitis *Leyceſtriæ Roberti* tunc validiſſimi adoleſcentis, Burgenſiumque ſuæ dictæ Civitatis negotia ſui Monaſterii prædicantes, ſe non inferiores ceteris fratribus ſuis ad alia prænominata loca pro eodem negotio deſtinatis in adquirendis fidelium Chriſti eleemoſynis ſummopere demonſtrarent. Quod mandatum ſui Patris ut obedientiæ optimi filii vigilantius exſequentes, cum favore dicti Comitis, & gratia Dei cooperante in omnibus, plurima donaria ſuo Monaſterio procuraverunt; habitum fratrum ſuorum nihilominus attentiſſime providentes, & multum melius quam unquam antea Maneria ſua de Beby de *Suttona* & de *Stapiltona* cum omni genere animalium & carucarum ac carectarum aliorumque neceſſariorum utenſilium abundantiſſime inſtaurantes.

1114. Porro anno quinto ſuo ex quo Paſtorale officium ſuſceperat venerabilis Abbas *Joffridus*, plurimis Chriſti fidelium eleemoſynis ab omni terra & circumjacente provincia confluentibus copioſiſſime ditatus, immenſiſque auri & argenti cumulis impinguatus; omni etiam vicinorum comprovincialiumque adjutorio promiſſo confortatus; congeſtis etiam ex lapidicinis longinquis & propinquis cum multo labore diverſorum marmorum magnis montibus; necnon ferro & calybe, cemento & calce, ceteriſque omnibus operi ſuo neceſſariis ſufficientiſſime præparatis: diem fixit quo novæ Eccleſiæ ſuæ fundamentum, ſuis parentibus & amicis in unum convocatis, & ſemper Domino opus ſuum proſperante, non in petra ſcandali, ſed in lapide adjutorii Altiſſimi cum celebritate debita collocaret.

Conventus Nobilium, ad Eccleſia fundamenta ponend. Advenit itaque dies diu antea multis deſideratus, ſcilicet Sanctarum virginum *Perpetuæ* & *Felicitatis*, vera tunc inchoante, & vere convenerant comprovincialium immenſi greges, amici etiam ac parentes Abbatis, cum non vacuis manibus, ſcilicet præfatus venerabilis Abbas de Thorney *Robertus* germanus ſuus, & prætactus inclytus Comes *Leyceſtriæ Robertus*, necnon nobilis Comes *Northamptoniæ Simon*, ſancti Martyris *Waldevi* conſanguineus; illuſtriſſimus etiam Baro, cognatus dictorum Abbatum, *Alanus* de *Credona* cum *Muriele* uxore ſua, & cum *Mauritio* eorum primogenito filio, necnon cum *Mathilde* eorum primogenita filia: advenerat etiam nobiliſſimus Baro *Walterus* de *Cantilupo*, & *Emicina* uxor ſua, illuſtriſſima fœmina: aderat etiam ſtrenuiſſimus Miles *Joffridus Redel*, & *Geva* uxor ſua, & ſoror ejus Domina *Amicia*: Plures etiam alii Milites & Nobiles de tota provincia, afferentes diverſa donaria in maxima copia, opus Divinum cum maxima devotione omnes juxta ordinem ſibi præfixum benigniſſime aggredientes. Prius tamen invocata ſancti Spiritus gratia, & illam Collectam, *Actiones noſtras*, ipſo venerabili Abbate *Joffrido* cum multis lacrimis ſubjungente coram Domino.

Frons Orientalis. Primum quidem lapidem angularem Orientalem contra Boream poſuit ipſe venerabilis Abbas *Joffridus* juxta illum, proximum lapidem orientalem poſuit inclytus Miles, & Monaſterio ab ineunte ætate amiciſſimus, *Ricardus* de *Rulos*, & ſuper lapidem xx. libras operariis appoſuit. Et juxta illum, proximum lapidem orientalem poſuit præfatus Miles *Joffridus Ridel*, & ſuper lapide x. Marcas dedit: juxta illum, proximum lapidem Orientalem poſuit uxor ſua Domina *Geva*, offerens unum inciſorem in lapidcina de Bernak per biennium ſuis ſumtibus dicto operi ſerviturum: & juxta

juxta illam, proximum lapidem orientalem poſuit Domina *Avicia* ſoror 1114.
prædicti Militis *Joffridi*, offerens alium inciſorem ſimili forma. Porro *Henric. R.*
primum lapidem angularem orientalem contra Auſtrum poſuit præfatus Abbas *Thorneyenſis Robertus*, & ſuper lapidem dedit operariis decem libras juxta illum, proximum lapidem orientalem poſuit illuſtriſſimus Baro, & cognatus Abbatum, *Alanus* de *Croun*, offerens ſuper lapidem titulum Patronatus Eccleſiæ de *Freſtona*: & juxta illum, proximum lapidem orientalem poſuit Domina *Muriel* uxor ſua, offerens ſuper lapidem titulum Patronatus Eccleſiæ de *Toftis*: & juxta illam, proximum lapidem orientalem poſuit *Mauricius* primogenitus eorum, offerens ſuper lapidem titulum Patronatus Eccleſiæ de **Butirwykys**: & juxta illum, proximum lapidem orientalem poſuit filia eorum *Matilda* offerens ſuper lapidem titulum Patronatus Eccleſiæ de *Burtona* in **Keſtevene**, iſtos Titulos ſimul collectos obtulit præfatus *Alanus* Deo & ſancto *Guthlaco* in manibus *Joffridi* Abbatis palam omnibus ad conſtruendum Cellam *Croylandenſium* Monachorum in aliqua prædictarum Eccleſiarum ubi præfatus venerabilis Abbas *Joffridus* magis decerneret expedire. Ipſe vero *Alanus* & Domina *Muriel* uxor ſua, primogenituſque illorum prætactus *Mauricius*, promiſerunt ſe Cartas inde confecturos, & plura addituros, quandocunque conſilio Abbatis cum majori deliberatione complaceret. Porro circinum frontis Eccleſiæ ab angulo uſque ad angulum occupabant prædicti duo Comites *Simon* & *Robertus* & eorum Milites: videlicet lapidem in cono capitis orientalem verſus Auſtrum poſuit primum præfatus Comes *Leyceſtriæ Robertus*, offerens operariis ſuper lapidem XL. Marcas ad dexteram ejus verſus Auſtrum proximum lapidem orientalem poſuit inclytus Baro *Walterus* de *Cantilupo*, & Domina *Emicina* uxor ſua proximum, offerentes ſuper lapides XX. Marcas, & juxta illam, poſuit proximum lapidem verſus Auſtrum inclytus Miles *Alanus* de **Fulbek**, donans operariis C. ſolidos. Et juxta illum, proximum lapidem verſus Auſtrum poſuit *Theodoricus* de *Botheby* Miles, & juxta illum *Lezelina* uxor ejus, donantes operi Eccleſiæ Sancti *Guthlaci* unum Toftum & duas acras terræ. Et juxta illam proximum lapidem verſus Auſtrum poſuit *Turbrandus* Miles de **Spaldynges** offerens fabricæ Eccleſiæ ſancti *Guthlaci* omni anno decimas omnium ovium ſuarum. Lapidem in cono capitis orientalem ad ſiniſtram verſus Boream, juxta Comitem *Leyceſtriæ Robertum*, poſuit prætactus nobiliſſimus Comes *Northampt. Simon*, apponens operariis C. Marcas. Et juxta illum proximum lapidem orientalem verſus Boream poſuit *Radulphus* de **Bernak**, & juxta illum Domina *Boaſſ.* uxor ſua, offerentes operi Eccleſiæ duos inciſores in quadriennium ſervituros. Juxta illos proximum lapidem orientalem verſus Boream poſuit *Helpo* Miles donans fabricæ Eccleſiæ decimam ſuam de *Kyrkebya*. Et juxta illum proximum lapidem verſus Boream poſuit *Simon* Miles, & uxor ejus *Gizlana*, offerentes Eccleſiæ decimam de **Mortor** & de **Scapwik**. Et juxta illos proximum lapidem verſus Boream poſuit *Reynerius* de *Bathe* Miles, & uxor ejus *Goda*, offerentes operi decimam de *Houtona* & de *Birtona*. Iſti prætacti duo Abbates, duo Comites, & duo Barones & eorum uxores, ac Milites, ſcilicet *Joffridus, Mauricius, Richardus, Radulphus, Alanus, Theodoricus, Helpo, Simon, Reynerius*, & *Turbrandus*, ac uxores eorum, totam frontem Eccleſiæ orientalem occupantes, prætacta donaria ad ædificationem dictæ ſanctæ Eccleſiæ manu largiflua contulerunt.

Fundamentum vero muri Eccleſiæ borealis in lapidibus quadratis poſt *Muri Boreales & Auſtrales.*
venerabilem Abbatem *Joffridum* poſuit Conventus de choro Abbatis: Fundamentum autem muri Eccleſiæ Auſtralis in lapitibus quadratis poſt venerabilem Abbatem *Robertum*, poſuit Conventus de choro Prioris.

Porro baſim primæ columnæ muri borealis *Huctredus* Presbyter de **Depynges** *Columnæ.*
poſuit, & alii viri de eadem villa numero C. & IV. offerentes omni

menſe

1114. menſe uno die labores ſuos uſque ad dicti operis conſummationem. Ba-
Henric. R. ſim ſecundæ columnæ muri borealis juxta illos poſuit *Johannes* Presbyter de *Talyngtona* & viri de eadem villa LX. offerentes omni menſe uno die ſuos labores uſque quo dicta Eccleſia conſummaretur. Baſim vero tertiæ columnæ muri borealis poſuit *Stanardus* Presbyter de *Uffingtona*, & cum eo viri de eadem villa XLII. ſimiliter omni menſe uno die offerentes labores ſuos uſque dictum opus finem debitum ſortiretur. Ex oppoſito autem contra *Depingenſes* baſim primæ columnæ muri auſtralis poſuit *Turgarus* Presbyter de Grantham, & cum eo *Giva* & *Eilwardus* ambo Diaconi, & alii homines de eadem villa CCXX. offerentes operariis ad conſummationem dictæ columnæ X. Marcas. Baſim ſecundæ columnæ muri auſtralis poſuit *Turkillus* Presbyter de Hocham, & *Elwius* Diaconus, ac alii homines de eadem villa, offerentes operariis viginti quarteria tritici, & XX. quarteria braſii. Baſim autem tertiæ columnæ auſtralis poſuit *Godeſcallus* Presbyter de Routzeby, & *Johannes* Diaconus, & viri cum eis de eadem villa LXXXIV. offerentes VI. Marcas operariis, & duos inciſores in ſua lapidicina, & cariagium petræ uſque ad navim, & de navi uſque II. *baiardours* ſervituros ad Eccleſiam.

Iſtis omnibus ſupradictis venerabilis Abbas *Joffridus*, completo ſermone quem habuit ad omnes dum ſinguli ſuos lapides poſuiſſent, conceſſit ſui Monaſterii fraternitatem, ac participationem omnium orationum, devotionum, ac aliorum bonorum ſpiritualium communicationem quæ fiunt in dicta Eccleſia, vel fient in futurum: inſuper portionem prædictæ Indulgentiæ benefactoribus dicti Monaſterii ab Epiſcopis *Angliæ* gratioſiſſime conceſſæ de tertia parte pœnitentiæ cuilibet pœnitenti à ſuis pœnitentiariis pro ſuis commiſſis impoſitæ: tandem ſuper omnes data Dei benedictione univerſos tam viros quam mulieres ad prandium invitavit.

Prandium. Ipſe namque venerabilis Pater Abbas *Joffridus* & ſuus germanus Abbas *Robertus* dum omnibus Monachis qui illo die de diverſis Monaſteriis confluxerant fere CCCC. Refectorium tenuerunt. Duo autem Comites duoque Barones cum uxoribus & Militibus ſuis ceteraque tota Gentilium multitudo comederunt in aula Abbatis. Porro VI. cunei qui VI. columnas ſtatuerant cum ſuis uxoribus in Clauſtro diſcumbebant. Cetera populoſitas ſub divo in Curia comedebant. Fueruntque tam nobiles quam ignobiles
Hoſpites V.M numerati plures quam V. millia virorum ac mulierum ibidem tunc collectorum. Dominus enim dederat ſuam benedictionem, & omnes tam majores quam minores hilares & lætantes in Domino gaudebant, quin pro magno miraculo computabant, quod in tanto populorum contubernio Dominus arrideret ſole ſereniſſimo, & feſtum tranſigeretur abſque omni murmure & jurgio; tam copioſam caritatem Deus omnibus de cœlo indulgebat, tam diligenter diſtribuentibus ipſi Monachi propriis manibus miniſtrabant, tam devote ſiquid minus complacuit tenendam patientiam precabantur.

Feſto igitur cum omnium jocunditate & beneplacito feliciter conſummato, Dominis etiam univerſis cum ceteris familiis ad ſua dimiſſis; venerabilis Abbas *Joffridus* totuſque ſuus ſacer Conventus operi ſuo cœpto vivaci ſollicitudine inſiſtebant, quouſque altius ſuper terram creſceret, & quaſi motabilem ſpiritum & nitentem ad æthera concepiſſet; Dormitorio ac Refectorio plene completis celſior Eccleſia circumjacentes arbores deſpiciens, ſuper totius Mariſci ſilvam adventantibus appareat. Commiſſa tandem totius operis præcipua cura Priori *Odoni*, & fratri *Arnoldi* dicti Monaſterii Monacho Laico, ſed Cementariæ artis ſcientiſſimo Magiſtro, venerabilis Abbas *Joffridus* aliis negotiis animum adhibens, & *Londonias* adiens, multo amicorum interventu, præcipue nobili Barone *Alano* & *Creoun* Regis tunc Dapifero procurante, Confirmationem ſui Monaſterii impetravit, in hæc verba.

Henricus

Henricus *Rex* Angl. *Epiſcopis* Angl. *Baronibus*, *Vicecomitibus*, *omnibuſque fidelibus ſuis* Francis & Anglis *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe* Joffrido *Abbati* Croylandiæ *& omnibus ſucceſſoribus ſuis, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes poſſeſſiones & libertates ſpecificatas in Charta Domini* Edredi *quondam Regis* Angliæ, *de qua Charta illuſtriſſimus* Rex Wilelmus *Pater meus mentionem facit in Charta Confirmationis ſuæ Monaſterio eidem inde facta. Et ideo præcipio quod habeant omnes tenuras & poſſeſſiones ſuas liberas & ſolutas ab omni ſervitio ſeculari, ſcilicet* Scotto, Geldo, *& omnibus auxiliis Vicecomitum & omnium miniſtralium eorum*, Hidagio, Danegeldo, Schiris, Hundredis, Wapuntagiis, Trithingis, *placitis & querelis, & ab omnibus operibus Caſtellorum, Arcium, Pontium, Portuum, viarumque ſuſtentatione, & omni Cariagio & Summagio & Navigio, & Regalium domorum ædificatione, & ab omni onere ſeculi ſint immunes.* 1114. Henrici R. Charta.

Concedo etiam prædicto Abbati & Monachis ſuis, quod ipſi habeant Francum plegium *in omnibus Dominiis ſuis in cuſtodia ſua; & prohibeo ne aliquis de hoc ſe intromittat, niſi ipſi & Ballivi ſui; cum* Socha, Sacha, Tol, & Tem, Infangthef, Hamſokne Gridbregre, Blodwithe, Murdro & Teſauro foreſtall. Flem & Flitte, & Ordel, *& aliis libertatibus quas Regia Poteſtas aliquibus aliis Monaſteriis dare conſuevit. Prohibeo ſimiliter ne aliquis alterius dominii capiat* Teloneum, Paſſagium, *vel genus aliquod vectigalis exigat infra fines & limites villarum ſuarum, ſcilicet* **Croyland, Langtoft, Cappelade, & Wendlingburgh,** *abſque dictorum Abbatis & Monachorum licentia & voluntate, ſub forisfactura* x. *librarum Theſauro meo vel Hæredum meorum quotiens hoc attentare præſumſerint, ſi convicti inde fuerint, ſolvendarum. Huic meæ Conceſſioni ex parte mea teſtes interfuerunt iſti ſubſcripti.* Robertus *Epiſcopus* Lincoln. Herveus *Epiſcopus* Helienſis *primus.* Warnerus *de* Luſors. Hugo *de* Eſſartis, *& alii plures, apud* **Oxenford.** *Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo Centeſimo Quarto decimo, & Regni* Henrici *Regis Quarto decimo.* Signum Regis ipſius.

Advenerunt autem ad Regis Curiam de *Francia*, dum hæc Confirmatio Regia noviter conſignata in Theſaurarii & Cancellarii manibus tractaretur, duo Illuſtriſſimi Domini mei Regis *Henrici* avunculi eorundem ex ſorore ſua proximi cognati, videlicet nobiliſſimus Comes *Bleſenſis* Dominus meus *Theobaldus*, & ſuus germanus tunc pulcherrimus adoleſcens Dominus meus *Stephanus* poſtea Rex *Anglorum*, ambo *Aurelianis* in Scholaſticis diſciplinis Magiſtri *Joffridi* quondam diſcipuli & alumni. Qui ſuum veterem pædagogum & dulciſſimum doctorem gratiſſimis oſculis amplexantes, cum à Regiis Officialibus eum in quadam ſumma pecuniæ pro impetrata Confirmatione fiſco Regio perſolvenda calumniatum & triſtiſſimum cernerent; intellecta etiam ſui Monaſterii combuſtione, necnon & ejuſdem reædificatione per eum fortiter attemtata; liberaliſſimis animis in ſuum ſubſidium decem libras conferentes, prædictum Chirographum de Regalibus miniſtris obtinuerunt, & eum cum dicto Chirographo ad ſua lætiſſimum dimiſerunt. De dictis etiam duobus germanis Dominis meis largior ſermo in conſequentibus mihi merito incumbit; ſed præcurrentis temporis pauca præmittenda ſunt: & conſequenter eorum mirabilia geſta & permagnifica tunc in ſuo ordine ſtyli mei digniſſimo ſtudio ſuccedent, poſterorum notitiæ digerenda. *Theobaldus Bleſenſis, & Stephanus frater.*

Paucis enim præcedentibus annis obdormierat in Domino apud *Eveſhamium* Monaſterium venerabilis Anachorita ſanctus *Wlſinus*, Monachus quondam *Croylandenſis*, & *Eveſhamenſis* Eccleſiæ comprofeſſus, qui prius apud *Pegelandiam Croylandiæ* pro Chriſti amore in ſumma abſtinentia reclusus, poſtmodum tœdio populorum ad *Croylandiam* confluentium, & ipſum ſuper ſua negotia crebro conſultantium, nimiumque pacem ſuæ animæ quotidie inquietantium, tempore duellii duorum fratrum Regis *Canuti* filiorum pro Regno *Angliæ* inter ſe concertantium, quæ quidem diſ- *Wlſinus Anachoreta.*

1114. Henric. R. ſenſio tumultum graviſſimum per totam *Angliam* in proximo minabatur, ſe tranſtulit ad *Eveſhamium*, per totam viam faſcia ligatis oculis, ne relictas mundi vanitates iterum aſpiceret, & cordi ſuo quicquam inde [cordi ſuo] ingereret, & poſtea pœnitentiam faceret, oculos ſuos à mundi vanitatibus ſic avertit ne videret. Illuc vero ſanctus vir adveniens, in Capella ſancti *Kenelmi* Martyris, quam ipſe conſtruxerat, LXXV. anno ſuæ recluſionis ſemper Domino ſanctiſſime militans, & ad extremum vitæ ſuæ ſe perveniſſe percipiens, hujuſmodi exhortatorium ſermonem ad ſuos commonachos in ſupremo exitu habuiſſe dictus eſt.

Wlſini exhortatio. Domini mei & Confratres in Chriſto cariſſimi, tam venerabilis Pater Domine *Maurici*, quam ceteri univerſi hujus Cœnobii commonachi & commilitones mei, non vos tœdeat, quod illiteratus & omnino laicus doceam vos me multum doctiores, ſed multum omnibus ſenior, & in janua mortis jam conſtitutus, teſte conſcientia, vinculo caritatis attractus, ſalubria conſilia meis junioribus dare tento. Licet, ut bene noſtis, literas non noverim, tamen libro longæ experientiæ inſtructus, mandata Dei ſancta eſſe ſcio, mutuam caritatem multum in futuro meritoriam credo, patientiam in adverſis tenendam ſemper doceo, prudentiam in proſperis tenendam prædico, obedientiam obſervandam præcipio, continentiam conſervandam conſulo, ac omne opus bonum laudo, & mala univerſa prohibeo. Et apud vos Dominos meos literatos non differt ſi litera ſcribatur in membrana caprina vel ovina ſive vitulina, dummodo literæ doctrina ſit ædificatoria & divina: ita Patres mei, ſicut doctrina mea ſit ſimplex & aſinina, tamen aſinus in ſanctam Civitatem portavit Dominum, & in tam celebri triumpho non eſt dignatus Deus alium palefridum. Aſinus autem quo vicinius ad urbis mænia propinquabat, eo verius *Oſanna* diſcebat, & melius agnoſcens populum, ſuper veſtimenta puerorum audacius incedebat. Sic ea quæ longa ætate de ſtatu noſtri Monaſterii experimento didici, ſtatui vobis eo verius revelare, quo propius accedo ad vitæ terminum, futurus in proximo, propitiante Domino, concivis Angelorum, ibidem deprecaturus ut vobis aliquando occurrant, qui pro bene adminiſtrato iniquo *Mammona* recipiant etiam vos in æterna tabernacula.

De vita ſua. Natus & educatus non infimis parentibus in iſta patria, ſed pro cœleſti vita exilium eligens in regione remota apud celebre & ſanctum *Croylandenſe* Monaſterium, ſancti *Guthlaci* ſpeciale domicilium, cum Diabolo pugnaturus ſpirituale Monachorum tyrocinium ingreſſus, & fateor poſt anni circulum ſancti *Benedicti* Regulam ſum profeſſus. Cum vere laicus & literis minus aptus, inhabilis etiam omnino Monachorum choro, & *Marthæ* miniſterium penitus ignorarem in venalium foro; plurimis precibus penes venerabilem Abbatem dicti ſanctiſſimi Monaſterii, *Britmerum* nomine, obtinui tandem ad vitam Anachoreticam quam ſemper adoptaveram, apud illos in cella recludi, & tam pro totius congregationis negligentiis quam pro peccatis propriis die ac nocte jugiter Dominum deprecari. Votum itaque meum ibidem aliquanto tempore feliciter exequutus, ſæpius ut mihi tunc videbatur choris intereram cœleſtibus, quotidie colloquens cum cœli civibus, confortatus à Deo dulciſſimis revelationibus. Et ecce in tumultu qui tunc totam terram multum tribulabat, videlicet poſt mortem inclyti Regis *Cnuti* inter *Haroldum* & *Hardecnutum*, quis eorum videretur eſſe major & paterno ſceptro dignior, timore prælii præſagati tantus erat ad *Croylandiam* indigenarum concurſus, tantus in me quotidie irruentium virorum ac mulierum ſuper ſuas indigentias conſultantium ſtrepitus, quod ante mei pauperis tugurii oſtiolum tanquam ante fores Regii Palatii quotidie accubaret turba plurima populorum. Vix injunctum mihi Divinum Officium valebam tranſcurrere, vix vacabat vel unam Miſſam multotiens in die delibare; rariſſime, nec etiam nocturno tempore, regulare ſilentium poteram cuſtodire: ſed ab antiqua perfectione indies ceperam

peram deficere, & quaſi projectus à facie Domini, jamjam Juriſconſultus & conſolator egenorum dici, jam ſanctiſſimus homo vocari delectatus, in profundum malorum & deſperationem, recogitans annos meos, corruiſſem, niſi Dominus piiſſimus de ſua peccatori promtiſſima gratia ſuper ſtatum meum Dominum *Avicum* hujus Monaſterii tunc Priorem, & in carne mihi cognatum, in ſpiritualibus apud Regem & totius terræ Principes optimum conſiliarium, & ſanctiſſimum conſcientiarum ſuarum confeſſorem, quid agendum decerneret, expetere inſpiraſſet. Ne forte itaque in vanum currerem aut cucurriſſem, tranſmiſi; & remiſit, ad ipſum citius accedendum, & pro firmo animæ meæ quiete pleniſſima & ad deſiderium meum pace pacatiſſima, cum omni ſuo conſilio & ſubſidio me deinceps fruiturum. Quanta inſtantia licentiam recedendi à ſanctiſſimis confratribus obtinuerim, quot lacrimis ſanctum Abbatem meum & ceteros cariſſimos commonachos dimiſerim, quot intimis anguſtiis pulcherrimum locum reliquerim, non eſt jam dicendum per ſingula; ſed tandem recedens & huc adveniens, annos egi multos in iſta cella, homuncio fateor majoris apud mundum nominis, quam ante Deum meriti: veruntamen univerſis fratribus & vicinis quibus agnitus ſum populis pro meo modulo grandis exempli. 1114. *Henric. R.*

Ceterum de ſtatu noſtri Monaſterii, qui ſemper mutabilis & nimis inſtabilis eſt, nunquam in proſperitate diu permanſimus, quin quæ unus Abbas multa induſtria adquiſivit, hæc ſucceſſor ſuus primus ſeu ſecundus pudenda deſidia diſſipavit: verum huic Monaſterio graviſſimam tribulationem affuturam in proximo conſtanter prophetizo, ita ut manus omnium inſurgant contra vos, & de terra vos tollere, vel in terram conterere, omnes & ſinguli delectentur. Sed utinam mendax propheta inveniar, & veritas non permaneat in verbis meis. Ab initio namque fundata fuit hæc Abbatia, prout me ſæpe docuerunt ſeniores mei, & fabricata ab *Ecgewino* beatiſſimo Epiſcopo & Abbate noſtro; quam proſpere tenuerunt plures ſucceſſores uſque ad quendam nomine *Edwinum*, quo defuncto Monachi ejecti ſunt, & pauci Clerici, dicti Canonici, introducti. *De Monaſterio Eveſham.*

Sed huic hiſtoriæ *Croylandenſi* tot inſerere Monaſterii *Eveſhamenſis* antiquas immunitates & peſſeſſiones, ad *Croylandiam* minime pertinentes, tot ab *Eveſhamio* per tyrannos *Wicciæ* provinciæ Monachorum ejectiones, & iterum eorum per piiſſimos terræ Principes & Pontifices reſtitutiones; tot villarum & prædiorum totius Vallis adquiſitiones, & eorundem ſæpius alienationes: quæ omnia in ſchedula Sermonum Sancti viri ad inſtructionem poſterorum de ſtatu *Eveſhamii* latius continentur, quam ſchedulam *Teſtamentum ſancti Wlſini* ſoletis appellare: quin cum *Croylandiam* nihil tangant, ſupervacaneum & penitus inidoneum reputo hic imponere. Sed magis æſtimo neceſſarium & nunc conveniens talia tranſilire, & illud quod de manerio de Baddeby inter cetera contexitur ad *Croylandiam* pertinente, de verbo in verbum prout ſanctiſſimus Anachorita in ſuis extremis apertius expoſuit, & intimius ammonuit, expediens arbitror hic per ordinem ſubrogare. *Teſtamentum Wlſini.* *De Manerio de Baddeby.*

Poſt plurima ergo, tandem de Manerio de Baddeby ſequitur ibi ſic: *Tandem Domino* Walterio *Abbati ſucceſſit Dominus* Robertus *proximus prædeceſſor veſter, o Domine* Maurici, *quondam Monachus* Gemmeticenſis, *qui quot terras Monaſterii ſuis conſanguineis dederit, vos melius me noſtis, cum mutilationem tantam quotidie doleatis. Vos ergo venerabilis Pater Domine* Maurici, *qui nunc Monaſterio noſtro præſidetis,* Neuhamp *quondam manerium parentum meorum pacifice poſſidetis, de Firma vero de* Baddeby *adhuc reſtant anni pauci: conſulo, & veſtras conſcientias onero, quatenus completo termino veſtro, dictum Manerium ſuis juſtis poſſeſſoribus, ſcilicet Abbati & Monachis de* Croylandia, *integre reſtituatis; ac alia Maneria hujus Monaſterii, & cetera bona ejus univerſa quæ juſto titulo poſſidetis, debita diligen-*

Henric. R.

tia cuſtodiatis, ut pro bene conſervatis præmia perpetua a Deo conſequamini, cum in Regno cœlorum, ut omnes ſperamus, fuerimus occurſuri Amen. Hunc ſermonem præfatum ſanctum virum *Wlſinum* in ſuis extremis habuiſſe ad ſuos, paucis pro ornatu impoſitis, dictus eſt; & poſt ſermonem ſtatim in Domino obdormiſſe.

Præfato ſiquidem Abbati *Eveſhamii Mauricio* ſucceſſit ad dicti *Eveſhamenſis* Monaſterii regimen Paſtorale Dominus *Reginaldus* Monachus *Glouceſtriæ*; cujus primis diebus cum terminus Centum annorum Firmæ de Baddeby compleretur, venerabilis Abbas *Croylandiæ Joffridus*, licet occupatus multum fuiſſet ſuam Eccleſiam necnon alia magna & ſumtuoſa ædificia nuper ab igne conſumta reædificando; tamen cum Juriſperitis communicato conſilio, & longo libramine examinans quid circa Manerium de Baddeby Conventus ſuus decerneret faciendum: licet Chartæ Originales combuſtæ fuiſſent, & Charta Reſtaurationis dictum Manerium continens quo in loco per prædeceſſorem ſuum *Ingulphum* Abbatem fuerat repoſita, penitus ignoraret; cenſebant tamen & conſentiebant univerſi Monachi *Croylandenſes*, *Eveſhamium* fore adeundum, & Manerium de Baddeby in jus Monaſterii *Croylandiæ* repetendum; ac Rotulum Regium Domeſday nuncupatum allegandum. Ille ut viri Religioſi ſi conſcientiam haberent regulatam, cito redderent: ſin autem confidentes in pecunia ſeu exemtione ſua, cauteriatam cupidamque poſſiderent, & per nefas retinere contenderent; Regis Juſtitias eſſet adeundum, & ibi pro jure ſui Monaſterii viriliter decertandum. Quod & factum eſt. Venerabilis enim Abbas *Joffridus Eveſhamium* adiens, & Manerium repetens, tranſcriptum Chartæ Reſtaurationis *Croylandiæ* oſtendit, & inter cetera, etiam auctoritatem Regii Rotuli Domeſday prætacti in ſuum auxilium allegavit. Abbas autem *Eveſhamenſis Reginaldus*, cognatis ſuffultus & amicis, & maxime conſilio *Milonis* Comitis *Herfordenſis* tunc apud *Eveſhamium* demorantis, cujus viribus & verbis contra ſuos omnes adverſarios fortiter obviabat, reſpondit breviter, cum eſſet ingenioſus nimium, & juvenis in temporalibus ſatis induſtrius, Manerium de Baddeby eſſe poſſeſſionem ſui loci ex adquiſitione Domini *Avicii* Prioris quondam dicti Monaſterii ſui, & cognati ejuſdem Domini *Wlſini* nuper ibidem Anachoritæ defuncti, tanquam olim avitum patrimonium eorundem, ac à longo tempore ſuæ pertinens parentelæ. Acceſſit adhæc præſentia dicti Comitis *Milonis*, qui contra venerabilem Patrem Dominum *Joffridum* pertinaciſſime reſtitit, & ad defendendum dictum Manerium in Regis Curia contra Monachos *Croylandenſes* ſe & ſua omnia compromiſit. Venerabilis autem Abbas *Croylandiæ* cernens timorem Domini in loco non eſſe, & Chartam Reſtaurationis, inſuper primæ donationis Chirographum, ſibi penitus deeſſe, infecto negotio *Croylandiam* repetiit; & expoſito coram Conventu ſuo tam Comitis *Herfordenſis* quam Abbatis *Eveſhamenſis* graviſſimo reſponſo, ulterius circa dictum Manerium ſudores ſuos exponere deſperavit. Et ædificationi Eccleſiæ ſuæ quam noviter diligentiſſime inceperat, animum totum dedit, illam procurans & promovens ſollicite quoad vixit.

Cro landenſes Baddeby repetunt.

Sed retinent Eveſhamenſes.

Hoc eodem tempore confirmavit Rex *Henricus* Manerium quondam noſtrum de dono *Toroldi* Vicecomitis, & Cellam nuper noſtram in eodem Manerio *Spaldingiæ* ſituatam; Monachis Sancti *Nicholai Andegavenſ.* Quæ quidem Confirmatio fuit eis à Rege *Henrico* conceſſa in hiis verbis.

Cella de Spalding.

Henricus &c. * * *

** Deſ. in MS.*

Eodem anno ſequente mortuus eſt *Yvo Tailboys*, *Croylandiæ* ſemper hoſtis infeſtiſſimus, & in omni loco fortiſſimus adverſarius, omnium Monaſteriorum & Eccleſiarum Chriſti ſpoliator ſacrilegus: ſortilegiis in tantum deditus, ut etiam victorioſiſſimum Regem & conqueſtorem *Anglorum* in *Helienſis* Inſulæ obſidione invitum induxerit quandam ſacrilegam exerci-

Mors Yvonis Tailboys, & mores. orti leg s deditus.

tui

tui præponere, & ejus carminibus & funeſtis incantationibus adverſarios non poſſe reſiſtere, ſuis falſis pollicitationibus fecerit credere. Quod ſecus palam omnibus & vanum viſum ac compertum eſt. Ipſa namque ſuper pontem quem milites ultra paludes ad tranſeundum componebant, in quadam lignea turre celſius evecta, citius enecta eſt: Dum enim milites cum operariis paululum proceſſiſſent, occurrebat à latere ſagaciſſimus Baro *Herwardus* de *Brunna*, arundinetum proximum inflammans, & tam Magam quam milites omnes foco & flamma extinguens, ſed & opus inceptum in cineres redigens quicquid ſupra uligines apparebat. Sicque quod ſtultiſſimus *Yvo* contra Deum & homines cum multa ſuperbia compoſuit, victorioſiſſimus *Herwardus* ſua ſapientia diſſipavit. Idem *Toroldum* Abbatem de *Burgo* manu militari de vicinis ſaltibus & ſilvis *Herwardum* ejicere ſua ſolita pompatica verboſitate conſuluit: ſed venerabilis Abbas ac majores proceres fuerant anguſtias ſilvarum ingredi formidantes, cum *Yvo* aſſumtis omnibus pugnatoribus ad dextram ſilvas intraſſet, *Herwardus* cum ſuis ad ſiniſtram erumpens, Abbatem cum omnibus proceribus ſine cuſtodia relictos ſtatim cepit & abduxit; ac uſque tria Millia Marcarum pro ſua & ceterorum redemtione perſolviſſet, cum multa afflictione in locis abditis cuſtodivit. Taliter *Yvo Toroldum* Abbatem in foveam cadere compulit, & ſui Monaſterii omnes pecunias emungere in manus hoſtiles coegit. Erat etiam adulator aſſuetiſſimus Regibus tam Patri *Wilelmo* quam filiis ejus; ſed leviſſimus transfuga, cum nullo bene conſtans, nunc partes *Wilelmi* ſecundi fovens, mox *Roberto* fratri ſeniore favens & tumultum maximum faciens, tandem ex *Anglia* exlegatus eſt, & ad *Robertum* ſe totum contulit; quem iterum deſeruit, & juniori fratri ſe junxit, dum potentiorem vidit, dum pecunioſiorem ſenſit, dum prudentiorem ad ſuperanda certamina æſtimavit. Perfecto namque triumpho inclyti Regis *H.nrici*, & *Roberto* fratre ſuo ſecuræ cuſtodiæ commendato, totus exercitus in ſua dimiſſus eſt, & prædictus *Yvo* ad ſuam uxorem Dominam *Luciam* apud **Spalding** Curiam ſuam tenentem cum multa extollentia eſt reverſus. Ubi poſt non multos annos paralyſi obiit diſſolutus; quem ſua uxor modico planctu, ſed vicinorum omnium grandi plauſu in Prioratu *Spaldingiæ* ſepelivit.

Henric. R.

Yvone mortuo,

Poſt obitum ejus uno menſe vix emenſo, illuſtri adoleſcenti *Rogero* de *Romara*, filio *Geroldi* de *Romara* maritata, & à ſeniore fratre viri ſui *Wilelmo* de *Romara* Comite *Lincolniæ* plurimum honorata, omnem memoriam *Yvonis Tailboys* funditus eſt oblita. Ante patrem quidem obierat unica eorum filia, ſponſo nobili tradita; ſed ne radices altas figerent in mundo ſpuria vitulamina, omnem ſobolem ſecuri Domini ſuccedente deperiit linea viri malefici maledicta. Quid ergo tibi jam prodeſt, in Chriſti ſervos & omnes tuos convicinos, O *Yvo* ſemper ſæviſſime, ſic contra Dominum ſurrexiſſe? In terram lapſus es connumeratus cum mortuis, in puncto ad inferos deſcendiſti ſucceſſor veteris *Adæ*, teſta fragilis, glomum cineris, lutum fictile, pellis morticina, vas putredinis, fomes tinearum, cibus vermium, deriſio ſuperſtitum, abjectio ſupernorum, ſervorum Dei ſicut quondam publicus hoſtis, ſic à cœtu Sanctorum, ſicut veriſimiliter ſupponitur, exul & extorris, ac tenebris exterioribus tuis innumeris demeritis deputandus.

Uxor ejus vix menſe elapſo alii marit.

Cernens autem nobilis Baro *Alanus* de *Credona* dictum Regem *Henricum* Cellam de **Spalding** Monachis *Andegavenſibus* confirmaſſe; Manerium etiam de **Baddeby** viribus & potentia *Milonis* Comitis *Herfordenſis* penes *Eveſhamium* remanere; tam gravi dolore in ſuo animo contritus eſt, quod in lectum decidens etiam de vita deſperatus eſt. Sed Dei pietate tandem convaleſcens, Regis Curiæ in perpetuum valedixit: deportatus enim in lectica caballaria ad Manerium ſuum de *Freſtona*, celerem nuncium pro venerabili Abbate *Croylandiæ* accerſiendo direxit, & ipſum conſcientiæ

Alanus de Credona.

 ſuæ

Henric. R. ſuæ ſpecialiſſimum Confeſſorem de mundi vanitatibus relinquendis, de donariis Eccleſiarum quas ipſe aliquando Deo & ſancto *Guthlaco* promiſerat conficiendis conſuluit; inſuper totam ſuam animam ſuæ cuſtodiæ obtulit, & ad nutum ſancti Abbatis totam diſpoſitionem ſuæ Curiæ dependere in omnibus imperavit. Vixerunt adhuc Perſonæ de *Tofto*, de *Freſtona*, & de *Butirwico*; nihilominus convocatis proximis conſiliariis & amicis, ad Cellam Monachorum in Eccleſia *Freſtoniæ* de Monachis *Croylandenſibus* conſtruendam, ſeptem Eccleſias in proprios uſus poſſidendas, invocato ſancti Spiritus ſeptenario juvamine aſſignavit, faciens Chartam de dictis Eccleſiis ac aliis ſuis donariis Deo & Eccleſiæ ſancti *Guthlaci* de **Croyland** in manum reverendi doctoris & confeſſoris ſui Domini *Joffridi* Abbatis in hunc modum:

Cella de Freſton.

Charta Alani de Creoun. *Sciant omnes tam præſentes quam futuri quod ego* Alanus *de* Creoun *& uxor mea* Muriel *concedimus & donamus Eccleſiæ ſancti* Guthlaci *de* **Croyland** *libere & quiete in perpetuam eleemoſynam Eccleſiam de* Freſtona *cum omnibus decimis & conſuetudinibus quæ ad illam pertinent, ſcilicet terram Eccleſiæ & croftum juxta Eccleſiam, & quinque tofta in* Freſtona, *& quatuor bovatas terræ, cum prato, de noſtro Dominio liberas & quietas ab omni ſervitio & geldo & conſuetudine. Et Eccl ſiam de* **Butterwik** *& omnia quæ ad illam pertinent: & Eccleſiam de* **Toft** *ſimiliter cum omnibus decimis, & terra, & aliis pertinentibus, & cum tofto* Blanchardi, *& cum terra de noſtro Dominio. Et Eccleſiam de* **Warneburne** *cum omnibus pertinentibus, ſcilicet cum terra ſua, & cum boſco. Et Eccleſiam de* **Stonnesby** *cum omnibus ad illam pertinentibus. Et ſimiliter Eccleſiam de* **Claxeby** *cum omnibus pertinentibus ſuis. Et Eccleſiam de* **Burton** *cum decimis & aliis pertinentibus, ſcilicet* III. *bovatas terræ cum prato, & unum de noſtro dominio cum prato. Iſtas Eccleſias cum omnibus quæ ad illas pertinent, & cum emend tionibus quas faciemus, donamus in perpetuum ad victum & ad veſtimenta Monachorum qui ſervient Deo in Eccleſia ſancti* Jacobi Freſtoniæ; *inprimis pro animabus Patris & Matris Regis, & pro vita & ſalute ſua & ſuorum, & pro animabus patrum & matrum noſtrarum & parentum & prædeceſſorum noſtrorum, & pro ſalute noſtra & animarum noſtrarum. Præterea concedimus eis decimam denariorum de fietia noſtra de* **Botulfſton**, *& paſturam ad animalia ſua cum animalibus noſtris in omnibus locis. Hii ſunt teſtes,* &c. cum cereo ſigno ejus.

1107. Magnificus autem Rex *Anglorum Henricus*, hoc tempore *Roberti* fratris ſui ac aliorum ſuorum adverſariorum à Deo ſibi præſtita felici victoria, intima devotione gratias multiplices accumulans & exolvens, tam Epiſcoporum & Abbatum totius Cleri *Angliæ*, quam Comitum, Baronum, Optimatum & Procerum totius Regni ſui celeberrimo Conſilio apud *Londonias* conſtituto, ſui cordis proprio & ſanctiſſimo motu, coram omnibus coadunatis Inveſtituras amodo Eccleſiarum per Annulum & Baculum in perpetuum remiſit, Electiones Prælatorum omnibus Collegiis libere conceſſit, Epiſcopatuum ac Abbathiarum vacationes ſucceſſoribus reſtituendas integre promiſit, ac omnia alia quæ ſancta Mater Eccleſia diu antea ſuſpiraverat, Regali munificentia contulit, ſuis tantum Juribus Regalibus ſepoſitis & exceptis. Quantum tunc gaudium agitabat Clerus, quam devotus arridebat populus, quam ſolemniter & ſancte omnes & ſinguli Regis animum ad ſidera extollebant, nullus ediceret, nec *Tullius* edoceret. Illa namque vice venerabilis Archiepiſcopus *Cantuarienſis Anſelmus*, aſſiſtente ſibi reverendo Archiepiſcopo *Eboracenſi Girordo* uno die ſex Epiſcopos à ſuis Eccleſiis Canonice electos conſecravit.

Conſilium London.

Rex Inveſtituras Eccleſiarum remittit.

Rex Monaſter. de Reding inſtit. Inſuper ad Divinum ſervitium ampliandum Rex devotiſſimus Monaſterium pulcherrimum apud **Redinges** magnis ſumtibus fundavit ac Religioſis Monachis commendans, multis terris & tenementis, plurimis poſſeſſionibus & prædiis, magnis libertatibus & privilegiis, ac poſtremum omni Regio favore fovit, & coæquum ceteris majoribus condidit & effecit.

Reſtau-

Reſtauravit hoc eodem temporis momento inclytus & devotus Comes *Lincolniæ Gilbertus* de *Gaunt* Monaſterium antiquiſſimum, ſed *Danorum* veſania quondam concrematum, & multis annorum curſibus omnino deſertum, & feris ac pecudibus frequentatum, non longe à *Lincolnia* verſus orientem ſuper crepedinem fluvii quem *Withmum* dicimus, **Bardeney** nomine, ſituatum, cui cum multis poſſeſſionibus & redditibus decimas omnium Maneriorum ſuorum ubicunque per *Angliam* contentorum gratantiſſime aſſignavit. Quam plurimi nobiliſſimi Baronis *Alani* de *Creoun* exemplo provocati, Monaſteria fundabant, ditabant, & ornabant. Iſti *Beccenſium* Monachorum conſtruebant Cellas, & plures Eccleſias conferebant. Illi *Cluniacenſium* congregationes adducebant, & tam Eccleſiis quam aliis poſſeſſionibus largiſſimis dotabant.

Henric. R.

Gilbertus de Gaunt Abb. de Bardeney. reſtituit.

Alii alia Monaſteria ornant.

Porro venerabilis Pater Abbas *Joffridus* de Regio Conſilio *Croylandiam* accelerans, ſaluberrimum ſtatutum ſuis edidit commonachis, pro variis debitorum negligentiis & omiſſionibus omnibus temporibus obſervandum. Et ut verbis ejus utamur, in hac forma:

Ego Joffridus *peccator, Eccleſiæ glorioſi Confeſſoris & piiſſimi Anachoritæ* Guthlaci *Abbas dictus, Divino conſilio, & fratrum meorum conſenſu à Deo mihi commiſſorum, ſtabilivi pro ſalute & requie animarum patrum & matrum noſtrarum, fratrum & ſororum noſtrarum, parentum & omnium benefactorum noſtrorum, & pro omnibus quibus obnoxii & debitores ſumus, & quibus Eleemoſynas, Miſſas, & Orationes ſpoſpondimus, & quorum eleemoſynas recepimus, in ultimo die Menſis* Maii *Mandatum pauperibus facere, & eos paſcere, & unicuique pro Chriſti amore unum denarium erogare, ut ipſi nos paſcant & reficiant in noſtra ultima neceſſitate. Scimus enim quod multas ſponſiones jejuniorum, orationum, miſſarum Deo & benefactoribus noſtris ſpoſpondimus, unde ſtudioſi quod nec redditores fuimus, ſed ut miſeri & negligentes plura omiſimus, pauca perſolvimus. Ideoque iſtud bonum Mandatum quod prædiximus, Deo miſerante, ſtatuimus, ne mendaces erga Deum & animas eorum quibus obnoxii ſumus, inventi ut falſi promiſſores ſimus. Precor ergo devoto corde & verbo dulciſſimo fratres & ſucceſſores meos, ut iſtud bonum ſtatutum teneant & cuſtodiant, ut animæ eorum ſemper in Chriſto Domino requieſcant. De decima de* **Morburne** *panis ad iſtud Mandatum ſuſcipietur, & de decima de* Elmingtona *denaria ad companagium capientur.*

Joffridi ſtatutum de Mandat. ult. Maii.

Benignus & favorabilis negotiis omnibus *Croylandiæ* fuerat venerabilis Epiſcopus *Lincolniæ Robertus*: tamen à *Stowenſibus* Monachis *Eyneſhamium* tranſlatis, jugi maledictione abominabiliter execratus, eo quod ſuum Monaſterium, Regibus & Comitibus terræ cariſſimum, & multis donariis ditatum, de loco pinguiſſimo, & rivo pulcherrimo **Trente** cognominato, ad locum ſterilem & omnis opulentiæ indigentem, ductus ſoli cupiditate, ipſe tunc Juſtitiarius Regis manu Regia deportavit. Cumque ſuum *Eyneſhamium* Regio *Redingenſi* parificandum jactaret, Regis indignationem tantam incurrit, ut Juſtitiarii officio privatus, deinceps damnis & injuriis anguſtiatus, nec *Eyneſhamium* juxta propoſitum compleret, neque ſuam Curiam dapſilitate ſolita feſtivaret. De cujus vita ſuus *Huntyngdonienſis* Archidiaconus *Henricus* dicit ſic; *Quia multis ſecularibus ſolent ante mortem acerbiſſima contingere, quid ante finem venerabili noſtro Epiſcopo* Roberto *contigerit ediſſeram. Qui Juſtitiarius* Angliæ *ſumme fuerat formidatus, in ultimo vitæ ſuæ anno bis implacitatus à Rege per quendam Juſtitiarium ignobilem, damno graviſſimo cum magno dolore bis afflictus, tanto ſtupore angariatus eſt, ut cum ego jam Archidiaconus ejus inter prandium juxta eum recumberem, lacrimas eum fudiſſe viderim: Cauſam quærens,* Quondam, *inquit,* aſtantes mihi pretioſis induebantur; nunc multæ Regis, cujus ſemper gratiæ maxime ſtudui, compulerunt eos agninis veſtiri. *Tanta vero poſt hæc deſperatione de Regis amicitia uſus eſt, ut cum laudes egregiæ quas Rex de illo abſente dixerat, ei retractarentur, ſuſpirans dixerit,* Non laudat Rex quempiam

Robert. Linc. Stowenſes Monach. Eyneſham. tranſt.

Henr. Hunt. [in Libro de contemtu mundi.]

Henric. R. piam ſuorum, niſi quem voluerit funditus delere. Poſt paucos inde dies apud Wodeſtoke, ubi Rex conventum hominum & ferarum ſtatuerat, dum dictus Epiſcopus loqueretur cum Rege & Epiſcopo *Sarisburienſi Rogero*, qui tunc poſt Regem ſummus erat in Regno, percuſſus eſt Apoplexia, vivus

Robertus Ep. Linc. ob. 1123. tamen ſed elinguis in hoſpitium ſuum deportatur, & Rege præſente mox expiravit. Cujus Epitaphium hoc eſt:

> *Pontificum* Robertus *honor quem fama ſuperſtes*
> *Perpetuare dabit, non obiturus obit.*

1109. *Matildis Henr. R. filia, Imp. deſponſata.* Dum vero glorioſiſſimus Rex *Henricus* in Regno ſuo proſperatus, omnium circumjacentium regionum auribus inſonaret, miſſi ſunt ab *Almannorum* Imperatore *Henrico* nuncii, ſtatura proceri, cultu perſpicui, dignitate principes, opibus præponentes, filium Regis in Domini ſui conjugium poſtulantes. Tenens ergo Curiam ſuam *Londoniis* ſplendidiſſimo apparatu, omni deliciarum luxu, maximo Baronum conventu, ſacramenta depoſtulans de Connubio filiæ ſuæ ab imperatoris recepit legatis in feſto celebri Pentecoſtes.

1110. *In Alemann. tranſmiſſa.* Anno igitur ſequente tranſmiſſa eſt Domina, tanta jocalium coruſcans copia, tanta legatorum excellentia, tanta Theſaurorum conſequente pecunia; quod in omnium expenſas ab unaquaque hida per totam *Angliam* tres ſolidi ſolvebantur.

1109. *Obiit Anſelm. Arch. Cant.* Obierat hoc intermedio ſanctiſſimus Chriſti philoſophus & excellentiſſimus *Cantuarienſis* Archiepiſcopus *Anſelmus*, Doctor egregius, fortiſſimus Eccleſiæ murus, omnium oppreſſorum patronus, fidei Chriſtianæ prædicator devotiſſimus, & Angelicæ puritatis æmulator tenaciſſimus. Cui ſucceſſit ad Archiepiſcopatum *Cantuariæ* de Regia Collatione *Radulphus* Epiſcopus *Roſceſtriæ*.

1111. Imperator autem *Henricus*, qui proprium Patrem ſenem & decrepitum, abjecto pietatis & reverentiæ timore, incarceraverat & morti compulerat; etiam contra Eccleſiam doloſa machinamenta & nimium horrenda hoc tempore fabricabat. *Henric. Imp. Romam petit,* Pergens enim *Romam* cum Regio comitatu, ut ad Dignitatem Imperatoriam à Domino Papa conſecratione debita inungendus, cum ad portam *Angeli* adveniret, & Dominus Papa nihil ſiniſtrum ſuſpicans, cum Cardinalibus & Clero ad eum honorifice recipiendum cum Crucibus & multis luminaribus occurſaret, ſubito Papam cum *Papam Paſchalem 2. capit.* omnibus Cardinalibus cepit, & ſtrictiſſimæ cuſtodiæ commendavit, arctiſſime conſervans, uſque quo novum Privilegium de Inveſtituris Eccleſiarum per Annulum & Baculum Eccleſia ſibi conceſſit, & Papali bulla obtinuit conſignatum. In Imperatorem pariter inunctus, quod Pater ejus quinquaginta annis in Imperio nanciſci non poterat, tanta falſitate cepiſſe gaudebat: ſed fruſtra. Nam ſanctiſſimus Papa *Paſchalis* anno proximo ſequente *Lateranis* in Baſilica *Conſtantiniana* convocata ſynodo ge-

1112. *Synodus Lateran.* nerali, omnium Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Abbatum, necnon totius Cleri congregati conſenſu, quaſſavit illud *pravilegium* potius quam privilegium, quod anno præterito ab eo extorſerat Imperator *Henricus*: ſurrexitque *Gerardus* Epiſcopus *Engoliſmenſis*, & in *Aquitania* ſedis Apoſtolicæ tunc legatus, Decretum ſanctæ Synodi patenter omnium auribus legens, & tam dantes quam recipientes de manu Laicali Eccleſiaſticas dignitates in perpetuum anathematizans, acclamantibus omnibus qui aderant, *Fiat, Fiat, Amen, Amen.* Iſte *Paſchalis* Papa conceſſit Abbathiæ

Monaſt. Botulphi Colceſt. ſancti *Botulphi Colceſtriæ* magnam Abſolutionem infeſto ſancti *Dionyſii* & Octabis ſequentibus, omnibus peregrinis de commiſſis vere confeſſis & contritis, perpetuis indultam temporibus duraturam. Præfatus vero *Gerardus Engoliſmenſis* Epiſcopus, ſicut hac tempeſtate contra prætactum pravilegium erat pugil fervidus & devotus, ita in Schiſmate *Petri Leonis* contra Catholicum Papam Innocentium erat hoſtis Eccleſiæ pertinaciſſimus, & in ſententia excommunicationis mortuus & abjectus.

Porro

Porro *Gerardo Eboracenſi* Archiepiſcopo ſupratacto ſucceſſerat *Thomas*; 1114.
cui poſt modicum *Turſtanus* omnium optimus, excepto quod *Cantuarienſi* *Henric. R.*
Archiepiſcopo *Radulpho* obedientiam facere diutius detrectabat. *Roſenſi* *Thomæ Eborac. ſucc. Thurſtanus.*
vero ſedi poſt *Radulphum Arnulphus* Abbas de *Burgo* præfectus eſt, & ab
ipſo Archiepiſcopo conſecratus.

Hoc momento temporis venerabilis Abbas *Joffridus* uſum devotiſſimum *Joffridi conſtit. de diſcipl̄ina in Paraſceue.*
Croylandiæ induxit continua devotione in *Paraſeue* obſervandum. Conſtituit enim, & perpetua faciendum obedientia omnibus ſuis ſucceſſoribus injunxit, ut in die Paſſionis Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, quem *Paraſceuen* Divina pagina nominat, Abbas iſtius Domus ſeſe coram omnibus in Capitulo exſulat, & verbera propriæ carnis regulariter ſuſcipiat, & totus Conventus in ordine ſuo id idem faciat; ut ſicut Dominus *Jeſus Petrum* Apoſtolum poſt negationem ſuam miſericorditer reſpexit, & ipſe dolens de commiſſo peccatum ſuum amare planxit, ita nos de ſua miſericordia ipſe reſpiciat & nos peccata noſtra amare plangere faciat; & ſicut ita faciendo paſſionis ſuæ participes efficimur, ſic & gaudiorum reſurrectionis ſuæ participes efficiamur. Amen, Amen.

Maximus terræ-motus in Italia fuit hoc tempore, ut multi muri cade- 1117.
rent, magna mœnia everterentur, & grandis villa de loco ad locum lon- *Terræmotus.*
ge remotum tranſponeretur. *Mediolani* etiam tunc hoc mirabile contigit & *Solonem* Philoſophum multis reddidit memoratum. Cum enim plu- *Mirabile Mediolani.*
res Patriciæ dignitatis de re publica Civitatis *Mediolan.* ſub quadam turre collecti tractarent, vocatus eſt unus ex nomine ſuo ut exiret: quo tardante, venit quidam prece convincens quatenus comites conſilii paululum relinqueret, & citius negotio audito breviſſime repedaret. Vix itaque domum exierat, & turris corruens ceteros omnes oppreſſit. Hoc terræmotu cum etiam *Anglia* in multis provinciis graviſſime vexaretur, verum Eccleſiæ *Croylandenſis* opus recens, & adhuc ſine conſtabiliente nave tenerum, proh dolor! in auſtrali muro corporis ſui horribilibus orificiis dehiſcens, proximam ruinam minabatur acturum, niſi Carpentariorum induſtria longiſſimis trabibus & tignis tranſverſis ſtabili concordia, uſque ad navis impoſitæ confœderationem deinceps ſolida conſtantia fulciretur.

Matildis autem *Anglorum* Regina, & *Scotorum* gloria, pauperum alumna, 1118.
& omnium miſerorum refugiaria, *Croylandenſis* Eccleſiæ ac Abbatis *Joffridi* *Matildis Regina obiit.*
ſpecialiſſima Patrona, hoc tempore obiit, & *Weſtmonaſterio* requieſcit, prout ſchedula veſtra dicit. Cujus Epitaphium tale fuit.

O Regina potens Anglorum linea Regum,
Scotos *nobilitans nobilitate tua.*

Et poſt multa de morum prærogativa ſic,

Proſpera non lætam fecere, nec aſpera triſtem;
Aſpera riſus ei, proſpera terror erant.
Non decor effecit fragilem, non ſceptra ſuperbam;
Sola potens humilis, ſola pudica decens.
Maii *prima dies noſtrorum nocte dierum*
Raptam perpetua fecit ineſſe die.

Solvere promiſſa de præmiſſis rota raptat. Hac autem tempeſtate qua piiſſima Regina mortalia relinquebat, ut mala ſola non eveniant, ſed dicant multiplicata, *Incurvare, ut tranſeamus*; diſſenſio graviſſima inter duos Reges, *Francorum* ſcilicet & *Anglorum*, ſurrexerat in immenſum. Cauſa diſcordiæ Dominus meus inclytus Comes *Bleſenſis Theobaldus*, pro- *Theobaldus Bleſenſis.*
miſſus in præcedentibus, extiterat, Regi *Francorum Ludovico* pro ſua ſanctitate contemtui habitus, & deriſoriis injuriis ſæpenumero à Regiis tyronibus laceſſitus: quod Regi *Anglorum* non latuit, qui ſuæ cognationis generoſam parentelam ſic angariari compatiens, ad eundem præclariſſimum Comitem, ſemper dicendum Dominum meum *Theobaldum* nuncios direxit,

Henric. R. Gilbert. Weſtm. & Joffridus Croyl. in Franciam miſſi. 1117.

videlicet *Gilbertum Weſtmonaſterii* & *Joffridum Croylandiæ* Abbates, ambos *Francia* genitos & nutritos, ambos in ſeptem Liberalibus Artibus inſignes Doctores, ſenſu celebres, ſenio reverendos, præfato Domino meo cariſſimos, & omnibus *Belgicæ Franciæ* notiſſimos & amatos. Donati magnis ſumtibus à Rege, non tanquam Regales nuncii procedunt, ſed tanquam indigenæ ſuos contribules viſitaturi, & contemporaneos Magiſtros *Pariſiis* ac *Aurelianis* ſalutaturi; ſubito per itenerandum ad Comitem divertunt ſine ſtrepitu & pompa, negotio citius nuntiato diſcedunt, ſemper ad *Angliam* retrahentes, navibus etiam *Neptuno* ſuperato, Regi in reſponſis referunt, ipſum in *Normanniam* Comitem Regis colloquio feſtinantius acceſſurum. Laudatus uterque nuncius ad ſuum Monaſterium proſpere reverſus, ſed de immenſa pecunia quam ſecum de ſuo Monaſterio quiſque tulerat, fere ad ultimum quadrantem vacuatus eſt.

Theobaldi. Bleſenſis genus & mores.

Jam prædicti Domini mei præclariſſimi Comitis *Theobaldi* decet ſanctiſſimos mores proponere, eleemoſynas oſtendere, quam devotus æmulator extiterit ſancti Patris noſtri *Job*, quem omni tribulationis genere *Sathan* tribulaverat, pro meo modulo poſteris demandare. Senior enim *Stephanus* Comes *Bleſenſis* de uxore ſua Comitiſſa *Ada*, filia glorioſiſſimi Conqueſtoris *Anglorum* Regis *Wilelmi*, tres filios genuerat, ſcilicet *Theobaldum* primogenitum poſtea Comitem *Bleſ.* de quo ſuperior ſermo agitur; & *Stephanum* ſecundum filium, poſtea Comitem *Moretolii* & Regem *Anglorum*; & *Henricum* tertium filium ſuum, poſtea Monachum, deinde *Wynton.* Epiſcopum, & in *Anglia* ſedis Apoſtolicæ legatum. Sed de duobus poſterioribus fratribus ſermo poſtea largior fiet, de *Theobaldo* primogenito penna jam tangat, de quo *Galfridus* Abbas *Clarevallis* in ſuo [a] ſecundo libro de Miraculis ſancti *Bernardi* ſcribit ſic: *Fideliſſimum Principem Comitem* Theobaldum *in magna tribulatione probatum, non minus mirabiliter quam miſericorditer Dominus liberavit. Is nimirum potentiſſimus in Regno, & ſecundus a Rege, totus tamen eleemoſynis deditus, & ſtudio pietatis intentus, omniumque ſervorum Dei, ſed ſpecialiter* Bernardi Clarevallenſis *amator devotiſſimus erat. Quem eatenus impugnari & affligi paſſus eſt Deus, ut Rege pariter & vicinis potentibus cunctis fere conjurantibus in eum, uſque adeo [ut] de ejus evaſione deſperaretur, ut publice quoque jam inſultaretur religioni, pietati detraheretur, eleemoſynis derogaretur; Monachi & Converſi inutiles, ejus milites & baliſtarii dicebantur. Nec modi apud extraneos, ſed in ipſis quoque Civitatibus ejus & Caſtellis ejuſmodi [jam] blaſphemiæ perſonabant.*

Galfridus Abb. Clarevallis.

Arnaldus Abb. Bonevallis.

Et *Arnaldus* Abbas *Bonevallis* de eodem poſt multa ſic [b] ſcribit: *Non defuit viro [Dei] (ſcilicet Comiti* Theobaldo*) inhianti cæleſtibus, magni ponderis & horrendi temtatio, ſed aggreſſus eſt eum tam Rex quam Principes, & commota eſt & contremuit terra; & quaſi iratus ei eſſet Deus, rapinis, [&] incendiis fere omnia ad eum pertinentia depopulatoribus expoſita erant, & operuit faciem terræ Regis exercitus, & paſſim omnia vaſtabantur. Nec erat ei tutum reſiſtere vel obviare perſecutoribus, quia & ſui deſeruerant eum, maniſeſte [c] inſectantes; & qui remanſerant, in [d] ſubſidiis non ad.*

a Qui & quartus, c. 3. *b* l. 2. c. 8. *c* Infeſtantes. *d* Inſidiis non ad ſubſidia erant.

Cetera deſunt.

Inſerenda Pag. 104.

--- vendendis recipiendos ut dictus inunctus in ſuis extremis melius cuſtodiatur, dum ſervientes pro ſuo labore ſpeciali præmia conſequantur. Inſuper volumus quod omnia bona decedentis fratris per Priorem & Camerarium vendantur, & pro anima fratris defuncti pecunia pauperibus erogetur, vel pro pſalteriis dicendis minoribus Clericis tribuatur. Abbas autem ſupervideat ut omnia modo debito compleantur. Habeat etiam omnis frater lecto decumbens aliquem fratrem ſibi vacantem ex licentia Prioris quemcunque maluerit eligere de Conventu, qui cuſtodiat ipſum, & in omnibus ſibi ſerviat, dum tamen Infirmarius in Conventu ſuppleat vices ſuas. Præfatus autem ſerviens Infirmitorii adjuvabit Priorem ad celebrandum, & Clericus Infirmitorii Infirmarium vel alios ſenes, qui ibidem voluerint celebrare, dum tamen non impeditus fuerit per ſervitium alicujus infirmi. Accipiet autem dictus ſerviens Infirmitorii honeſtam liberationem de pane, potu, & coquina, prout unus miniſtrorum in aula Abbatis percipere hactenus conſuevit, & quatuor ſolidos pro ſuo ſtipendio percipiendos de Cellario annuatim. Si vero Conventus totus in Refectorio comederit, & nullus infirmus in Infirmitorio fuerit, dictus ſerviens Infirmitorii ante nolam pulſatam in Refectorio ad ſuum prandium non recedet, quod ſi pro ſuo ſolatio, recreatione, vel minutione Monachi in Infirmitorio comederint, ſerviens Infirmitorii eis ſerviet quouſque omnia eorum victualia eis fuerint appoſita, tuncque recedet ille ad prandium ſuum niſi fuerit à Priore vel à ſeniore diſcumbentium revocatus, afferetque tunc panem ſuum & Monachi diſcumbentes de ſuis eſcis companagium largientur. Secundo die ſi juſſus fuerit remanere tunc Clericus ſuum panem afferret, & ſic alternis diebus ſibi invicem panem invenient, & Monachi eſcas dabunt. Coci famulus eorum reliquias ad ſuum prandium habebit, & ſi nihil vel minus dimiſerint, eleemoſynarius ei victualia exhibebit. Prohibuimus etiam *Wlſino Barbour* & Clerico noſtro ac Coco noſtro ceteriſque ſervientibus noſtris ibidem quibuſcunque, ne faciant vel permittant fieri aliquem attractum ſecularium virorum, puerorum vel mulierum, in Infirmitorium, de villa vel aliunde, unde ſcandalum, gravamen, inquietudo, infirmis potuerint evenire. Et volumus quod nullus ſecularis radatur vel flebotometur infra officium Infirmitorii abſque licentia Abbatis vel Prioris vel in eorum abſentia præſidentis. Præcipimus etiam quod dicti tres famuli noſtri, ſcil. Serviens, Clericus, Cocus, jaceant omni nocte in Infirmitorio pro variis periculis quæ poterint contingere, niſi de Priore licentiam habuerint aliquid in villa occupandi, ſed hoc rarius concedatur. Quod ſi contra quicquam præmiſſorum aliquis prædictorum famulorum noſtrorum fecerit, qui in culpa fuerit, amittet liberationem ſuum per unam ſeptimanam abſque aliqua gratia ſibi ſuper hoc facienda. Tot & talia ſtatuta de famulis Infirmitorii noſtri tam pro futuris quam pro præſentibus edidimus, quod juxta ſacroſanctam regulam noſtram quam profeſſi ſumus nobis maxime incumbit providere, ne infirmi noſtri aliquam negligentiam patiantur. Conceſſimus etiam tunc Serjantiam noſtræ Eccleſiæ [a] *Senianno* de *Lek* qui veniens coram Conventu in noſtro publico Parliamento ſimiliter juramentum præſtitit quod fidus & fidelis nobis exiſteret, & officium ſuum diligenter ut hactenus cuſtodiret, recitavimuſque illi officium ſuum ſcilicet quod ſit intendens in Eccleſia tam in noctibus quam diebus, & ipſe illuminabit omnia luminaria Eccleſiæ præterquam circa magnum altare, & extinguet temporibus debitis, & pulſabit omnes pulſationes tam noctibus quam diebus in Eccleſia quum habuerimus plures campanas, præterquam in XII. lectioni-

[a] Semanno.

 bus

bus ad altam Miſſam, ad Veſperas, ad Matutinas, & pro obitibus lectis in Capitulo poſt Capitulum, quia tunc Monachi eas pulſabunt, & quotidie pro celebrantibus ad magnum altare & eorum miniſtris veſtimenta exponet, & faciet etiam omnes cereos tam Paſchalem cereum quam alios officio Sacriſtæ pertinentes, adjuvabit inſuper Subſacriſtam ad pinſendum oblationes & hoſtias pro Conventu quoties opus fuerit, nec mulieres ſuſpectas in cameram ſuam ducet, nec in aliqua privata loca intrare permittet unde ſuſpicio mali vel aliquod ſcandalum ſibi ſeu Monachis poterit exoriri, nec etiam exterius pernoctabit ſine Prioris licentia ſeu Sacriſtæ, aliquo fideli de aliis ſervientibus noſtris qui nobis jurantur ad Eccleſiæ cuſtodiam in ejus abſentia per Sacriſtam cum conſenſu Prioris medio tempore ſubſtituendo ---

CHRONICA
De MAILROS

Ab Anno DCC. XXXV.

Ad Annum MCC. LXX.

CHRONICA de MAILROS
Inchoata per Abbatem de DUNDRAINAND ad An. 735.
Continuata per varios ad Annum Domini 1270.

POSTQUAM veridicus hiſtoriographus & doctor eximius, decus & gloria noſtræ gentis, *Beda* venerabilis ſcribere ceſſavit, non inventi ſunt aliqui, quantum perpendere potuimus, certi vel continui relatores, qui in annorum & temporum eventibus recitandis, & ad inſtruendam poſteritatis noſtræ ignorantiam, & dubietates ætatis hujus tollendas, qualem deceret, operam impenderent. Quod animadvertentes, quantum pigritia noſtra permittit, aliquantulam dedimus operam, rei veritatem, quantum ſufficere potuimus, diligenter indagare. Ab eo igitur tempore, id eſt ab his tribus annis quibus prædictus & venerabilis *Gyrvenſis* ſive [a] *Weretimthenſis* Monaſterii Presbyter & Monachus *Beda* finem fecit recitare, ſeriem & ſtatum temporum, breviſſime tamen, decurrere aggredimur, & ab ipſis *Bedæ* verbis exordium ſumimus, quorum hanc eſſe formam certiſſime conſtat.

Anno dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo XXXI. Berhctwaldus *Archiepiſcopus longa conſumtus ætate defunctus eſt, die* V. *iduum* Januarii, *qui ſedit* 731. *Beda lib.* 5. *cap.* 24. *annos* XXXVII. *menſes* VI. *dies* XIV. *Pro quo, anno eodem, factus eſt Archiepiſcopus vocabulo* Tatwinus *de provincia* Merciorum, *cum fuiſſet Presbyter in Monaſterio quod vocatur* **Briodun**. *Conſecratus eſt in* Doroverni *civitate a viris venerabilibus* Daniele Wentano, *&* Ingwaldo Lundonienſi, *&* [b] Alwido Licheſfeldenſi, *&* Aldulpho Roſenſi *Antiſtitibus, die* X. Junii *menſis, dominica. Vir religione & prudentia inſignis, ſacris quoque literis nobiliter inſtructus. Itaque in præſenti Eccleſiis* Cantuariorum Tatwinus *&* Aldulfus *Epiſcopi præſunt. Porro provinciæ orientalium* Saxonum Hingwaldus *Epiſcopus; Provinciæ orientalium* Anglorum Eadbertus *&* [c] Eadhelacus *Epiſcopi; Provinciæ occidentalium* Saxonum Daniel *&* Fortherus *Epiſcopi; Provinciæ* Merciorum Alwinus *Epiſcopus. Et eis populis qui ultra amnem* Sabrinam *ad occidentem habitant,* Walſtodus *Epiſcopus; Provinciæ* Wicciorum Wilfridus *Epiſcopus; Provinciæ* Lindisfarorum Cinibrihetus *Epiſcopus præeſt. Epiſcopatus* Vectæ *inſulæ ad* Danielem *pertinet Epiſcopum* Wentæ *civitatis. Provincia auſtralium* Saxonum *jam aliquot annis abſque Epiſcopo manens, miniſterium ſibi Epiſcopale ab occidentalium* Saxonum *antiſtite quærit. Et hæ omnes provinciæ ceteræque auſtrales ad confinium uſque* Humbræ *fluminis, cum ſuis quoque Regibus, Regi* Merciorum Ethelbaldo *ſubjectæ ſunt. At vero provinciæ* Northanumbrorum *cui Rex* Ceowlfus *præeſt, major nunc Epiſcopi præſulatum tenent:* Wilfridus *in* Eboracenſi *Eccleſia,* Ethelwaldus *in* Lindisfarnenſi *Eccleſia,* Acca *in* Haguſtaldenſi *Eccleſia,* Pictelmus *in ea quæ* Candida Caſa *vocatur; quæ nuper multiplicatis fidelium plebibus in ſedem pontificatus addita, ipſum primum habet antiſtitem.* Pictorum *quoq; natio tempore hoc & fœdus habet pacis cum gente* Anglorum, *& catholicæ pacis ac veritatis cum univerſali Eccleſia particeps exiſtere gaudet.* Scotti *qui* Britanniam *incolunt, ſuis contenti finibus, nihil contra gentem* Anglorum *inſidiarum moliuntur aut fraudium.* Britones *quamvis & maxima ex parte domeſtico ſibi odio gentem* Anglorum *& totius catholicæ ſtatum Eccleſiæ moribus improbis impugnent, tamen*

a Werumuthenſis. b Aldwino. c Hadulac.

tem & divina ſibi & humana prorſus reſiſtente virtute, in neutro cupitum poſſunt obtinere propoſitum; quippe qui, quamvis ex parte ſui ſint juris, nonnulla tamen ex parte Anglorum *ſunt ſervitio mancipati. Qua arridente pace ac ſerenitate temporum, plures in gente* Northanumbrorum *tam nobiles quam privati ſe ſuoſque liberos depoſitis armis ſatagunt magis accepta tonſura Monaſterialibus aſcribere votis, quam bellicis exercere ſtudiis. Quæ res quem ſit habitura finem, poſterior ætas videbit. Hic eſt inpræſentiarum univerſæ ſtatus* Britanniæ, *anno adventus* Anglorum *in* Britanniam *circiter* CC. LXXXV. *Dominicæ [autem] incarnationis* DCC. XXXI. *in cujus regno exultet terra, & gratulante in fide ejus* Britannia *lætentur inſulæ multæ.*

733. Anno DCC. XXXIII. *Eclipſis facta eſt ſolis* XVIII. *kalendarum* Septembrium *circa horam diei tertiam, ita ut pene totus orbis quaſi nigerrimo & horrendo ſcuto videretur eſſe coopertus.*

734. Anno DCC. XXXIV. *Luna ſanguineo rubore perfuſa quaſi hora integra pridie kalendarum* Februarii *circa galli cantum, dehinc nigredine ſubſequente ad lucem propriam eſt reverſa.*

Hucuſque verba venerabilis & veraciſſimi *Bedæ*, doctoris non ſolum *Anglorum*, verumetiam univerſæ, confidenter dicere audemus, Eccleſiæ, prout ex lucidiſſimi fontis origine, *Eccleſiaſticæ* ſcilicet *hiſtoriæ* noſtræ *gentis* ab eo editæ, ſumere potuimus. Quæ autem amodo ſequuntur, hinc inde è diverſis locis excerpta ſunt.

735. Anno DCC. XXXV. *Nothelmus* Archiepiſcopus *Cantuariæ* ordinatus eſt. *Egberth Eboraci* Antiſtes primo poſt *Paulinum* accepto ab Apoſtolica ſede pallio, genti *Northumbrorum* in Archiepiſcopum confirmatus eſt.

736. Anno DCC. XXXVI. *Nothelmus* pallio à *Romano* pontifice ſuſcepto, ordinavit III. Epiſcopos, *Cuthbertum* videlicet, *Heordwaldum* & *Ethelfridum*. Obiit *Beda* doctor venerabilis in *Girvum*.

737. Anno DCC. XXXVII. *Aldwinus Lichesfeldenſis* Epiſcopus obiit, & pro eo *Wita* & *Totta Mercis* ac *Middelanglis* conſecrati ſunt Antiſtites. Eodem anno *Ceolwlfus* Rex *Northumbriæ* nobiliſſimus cum VIII. annis regnaſſet, monachus effectus, *Eadberto* filio patrui ſui regni ſceptra reliquit: qui *Eadbertus* regnavit viginti uno annis.

738. Anno DCC. XXXVIII. *Suebricht* orientalium *Saxonum* Rex defunctus eſt.

739. Anno DCC. XXXIX. *Nothelmus* Archiepiſcopus *Cantuariæ* & *Aldulfus Rofenſis* Epiſcopus deceſſerunt.

740. Anno DCC. XL. *Cuthbertus* XI. Archiepiſcopatum *Cantuarienſis* Eccleſiæ ſuſcepit, tempore *Zachariæ*; & Dom. *Aldulfo Rofenſi* ſucceſſit. *Adelwald Lindisfarnenſis* Epiſcopus migravit ad Dominum, & *Kinewlf* in Epiſcopatum ſubrogatus eſt. Eodem anno *Adelardus* Rex *Weſtſaxonum* cum XIV. annis regnaſſet, defunctus eſt, & regnavit pro eo *Cudredus*. Obiit ſanctus *Acca Haguſtaldenſis*, cui ſucceſſit ſanctus *Frethebertus* Epiſcopus.

741. Anno DCC. XLI. Monaſterium in *Eboraco* ſuccenſum eſt IX. kal. *Maii* die dominica. Obiit *Ewam* Rex *Scottorum*, cui ſucceſſit *Murezant* filius ejus.

742. Anno DCC. XLII.

743. Anno DCC. XLIII.

744. Anno DCC. XLIV. Factum eſt prœlium inter *Pictos* & *Britones*. Eodem anno *Cudredus* Rex *Weſtſaxonum* & *Adelbaldus* Rex *Merciorum* pacificati, viribus conjunctis contra *Britannos* pugnaverunt. Obiit *Murezant* Rex *Scottorum*, cui ſucceſſit *Ewen* filius ejus.

745. Anno DCC. XLV. Viſi ſunt in aere ignei ictus quaſi ſtellæ diſcurrentes tota nocte kal. *Januarii*, quod omnibus intuentibus magno fuit monſtro. Eodem anno dominus *Wilfridus* ſecundus *Eboracenſis* Epiſcopus obiit. Mortui ſunt etiam eodem anno Epiſcopi *Ingwald Lundonienſis*, & Antiſtes *Wiccenſis*.

Anno

Anno DCC. XLVI. Obiit *Daniel* Epiſcopus *Winceſtriæ*. 746.

Anno DCC. XLVII. *Selred Eſtanglorum* Rex obiit, cui ſucceſſit *Elfwaldus*. 747. Obiit *Ewen* Rex *Scottorum*, cui ſucceſſit *Hedabbus* filius ejus.

Anno DCC. XLVIII. 748.

Anno DCC. XLIX. *Edbrichtus* Rex *Cantuariorum*, filius *Wihredi* obiit, cui 749. ſucceſſit *Adelbricht*. Eodem anno *Elfwaldus* Rex *Eſtanglorum* obiit, regnumque ſibi *Humbeam* & *Albertus* diviſerunt. Hoc etiam anno *Kenric* filius *Cudredi* Regis *Weſtſaxonum* annis parvus, ſed vigore magnus occiſus eſt in pugna militari.

Anno DCC. L. *Adelbertus* Rex *Northumbriæ Kiniwlfum Lindisfarnenſem* 750. Epiſcopum in urbem *Bebban* captivum duxit, Baſilicamque *Petri* in *Lindisfarnea* fecit obſideri. *Cudredus* contra ad debellandum ſuperbum Regem *Merciæ* dimicavit. *Alwich* Epiſcopus obiit, cui *Aldulphus* ſucceſſit.

Anno DCC. LI. *Cudredus* Rex contra *Adeldun* ſuum Conſulem audaciſſimum pugnavit, qui ſeditionem moverat contra eum. Cui Conſuli cum 751. jam pene victoria contigiſſet, tandem accepto vulnere, juſtam Regis cauſam triumphare permiſit.

Anno DCC. LII. Eclipſis lunæ facta eſt pridie Kal. *Auguſti*. 752.

Anno DCC. LIII. *Cudredus* Rex, cum prædicto Conſule *Adelduno* ſibi paci- 753. ficato, occurrit apud **Bereford** ſuperbo Regi *Merciorum Adelbaldo*, qui *Cantuarienſes* cum *Mercienſibus* adduxerat, necnon & Orientales *Saxones* & *Anglos*. Cumque invicem pugnaretur, Deus, qui ſuperbis reſiſtit, fortitudinem *Adelbaldi* diſſipavit.

Anno DCC. LIV. *Bonifacius* qui & *Winfridus* Archiepiſcopus *Francorum* 754. martyrio coronatus eſt cum L. tribus. Eodem anno *Cudredus* Rex pugnavit contra *Britannos*, & ex eis ſtragem magnam fecit.

Anno DCC. LV. *Cudredus* obiit, & regnum *Sigeberto* cognato ſuo reliquit. 755.

Anno DCC. LVI. *Sigebertus* Rex *Weſtſaxonum*, cum inſolenter agens into- 756. lerabilis eſſet, à regno expulſus eſt. Qui fugiens abſcondit ſe in ſilva, quæ vocatur **Andredeſwald**, ubi inventus à quodam porcario interfectus eſt, cujus dominum, ſcilicet *Humbram* Conſulem, ipſe Rex nequiter occiderat. Ei ſucceſſit *Kinewldus* juvenis egregius de Regia ſtirpe oriundus. Eodem anno *Balthere* anachorita vitam Sanctorum ſecutus migravit ad Dominum. Luna quoque ætate XV ſanguineo rubore ſuperducta eſt, VIII. Kal. *Decembris*.

Anno DCC. LVII. *Adelbaldo* Regi *Merciorum* occiſo apud **Secandune** 757. ſucceſſit *Beornred*, quem *Offa* eodem anno expulit, & Regnum pro eo ſuper *Merciam* XXXIX. annis obtinuit.

Anno DCC. LVIII. *Eadbertus* Rex *Northumbriæ* tonſura capitis pro Deo ac- 758. cepta apud *Eboracum* ſub Archiepiſcopo *Egberto* factus eſt Canonicus, Regnumque *Oſulfo* filio ſuo reliquit; qui, cum anno uno regnaſſet, à ſuis nequiter occiſus apud **Methelwongtune** IX. Kal. *Auguſti* [a] *Moladelwaldum* Regni reliquit hæredem.

Anno DCC. LIX. *Edelwald* qui & *Moll* cœpit regnare in *Norhumbria* menſe 759. *Auguſto*.

Anno DCC. LX. Diriſſimum prœlium juxta *Eladunum* commiſſum eſt, in 760. quo cecidit *Oſwinus*. *Edwald* vero, qui & *Mol* dictus eſt, victoriam habuit. Hoc anno *Unnuſt* Rex *Pictorum* obiit.

Anno DCC. LXI. *Cuthbertus* Archiepiſcopus carne ſolutus eſt. *Edelbertus* 761. Rex *Cantuariæ* obiit, cui ſucceſſit *Egfridus*.

Anno DCC. LXII. *Edelwold* præfatus Rex accepit Reginam *Ethelridam*. 762.

Anno DCC. LXIII. 763.

Anno DCC. LXIV. Nix ingens gelu ligata à principio hyemis pene uſque 764. ad medium veris terram oppreſſit. eodem anno *Ceolwlfus* quondam Rex,

[a] Mol. Æthelwaldum.

tunc ſervus Chriſti & monachus, ad cœleſtia migravit. *Frehelmus* Abbas obiit. Defuncti ſunt etiam hoc anno Epiſcopi *Totra* gentis *Merciorum*, cui ſucceſſit *Eadbertus*; & *Frethewaldus Candidæ Caſæ*, cui ſucceſſit *Pictwinus*.

765. Anno DCC. LXV. Ignei ictus in aere viſi ſunt. *Adelwoldus Moll* occidit *Oſwinum* fortiſſimum ducum ſuorum, quia contra eum ſurrexerat. Eodem anno idem *Adelwaldus* Regnum *Northumbriæ*, quod ſex annis tenuerat, amiſit. Cui ſucceſſit *Aldredus*, & ipſe regnavit octo annis. *Bregwinus* Archiepiſcopus *Cant.* obiit, cui ſucceſſit *Lambertus*. Obierunt etiam alii duo Epiſcopi *Hemeli Merciorum*, cui ſucceſſit *Cuthfridus*; & *Aldulfus Lindiſienſis*, cui ſucceſſit *Ceolwlphus*.

766. Anno DCC. LXVI. *Egbertus Eboracenſis* Archiepiſcopus in pace Chriſti quievit, cui ſucceſſit *Albertus*. *Frithebertus Haguſtaldenſis* Epiſcopus de hac luce migravit ad Dominum x. kal. *Jan.* cui ſucceſſit *Alchmundus*. *Frithewaldus* Epiſcopus *Ceſtrenſis* obiit.

767. Anno DCC. LXVII. *Etha* fidelis Anachorita in *Creic* juxta *Eboracum* feliciter obiit.

768. Anno DCC. LXVIII. *Eadbertus* quondam Rex, in clericatu & ſervitio Dei feliciter obiit. Ipſo anno *Stephanus* Papa, & Rex *Francorum Pipinus* obierunt. Rex *Alcredus Northumbriæ* accepit Reginam *Oſgeivam*.

769. Anno DCC. LXIX. *Earnredus* Tyrannus *Ceteractam* ſuccendit; qui & ipſe incendio periit. Eodem anno Imperium etiam *Romanorum* cum Regno *Francorum Carolo* Magno Regi *Pipini* filio ſubjectum eſt.

770. Anno DCC. LXX.

771. Anno DCC. LXXI. *Sibaldus* Abbas obiit. *Eegric* Lector ad conſortium tranſiit electorum. *Offa* Rex *Merciorum Heſtingos* ſibi per arma ſubegit.

772. Anno DCC. LXXII. *Pittellus* Dux & *Sunuthulphus* Abbas obierunt in pace.

773. Anno DCC. LXXIII. *Hadwinus* Antiſtes Eccleſiæ [a] *Migenſis* obiit, pro quo *Leuthfridus* ſubrogatus eſt. *Wlfeht* Abbas *Beverlacenſis* migravit ad Dominum. *Albertus Eboracenſis* ſuſcepit pallium ab *Adriano* Papa ſibi directum.

774. Anno DCC. LXXIV. *Aldredus* Rex ſuis deſtitutus mutavit regnum exilio, cui ſucceſſit *Ædelredus* filius *Moll. Offa* Rex *Merciorum* pugnavit contra *Kentenſes* apud **Ottanforde**, & clade horrenda utrinque peracta triumphavit. Ipſo anno viſa ſunt in cœlo rubea ſigna poſt occaſum ſolis, & horrendi ſerpentes viſi ſunt in **Sudſexe** cum magna admiratione.

775. Anno DCC. LXXV. Antiqui *Saxones*, unde gens *Anglorum* deſcendit, ad *Chriſtum* converſi ſunt. Eodem anno *Nothus* Rex *Pictorum* obiit, & *Eadulfus* dux per inſidias captus fraudulenter occiditur. *Carolus* Rex *Francorum* famoſiſſimus *Saxones* debellavit, & provinciam *Bowheri* olim à *Francis* oppreſſam ſuo ſubierit imperio.

776. Anno DCC. LXXVI. *Pecthwine* Epiſcopus *Candidæ caſæ* migravit ad Dominum, cui ſucceſſit *Ethelbertus*.

777. Anno DCC. LXXVII. *Kinewlfus* Rex *Weſtſaxonum* pugnavit contra *Offam* Regem *Merciorum* circa **Benetune**, ſed ab eo fugatus eſt. *Æthelbertus* qui *Picthwine* ſucceſſerat, apud *Eboracum* conſecratus eſt. *Aldulfus Kinulfus*, & *Ecga* duces *Ethelredi* Regis, ipſo præcipiente fraudulenter occiſi ſunt ab *Adelbaldo* & *Heardberto* Principibus in kal. *Octobris*. Obiit *Hed* Rex *Scottorum* cui ſucceſſit *Fergus* filius ejus.

778. Anno DCC. LXXVIII. *Adelbaldus* & *Heardbertus* duces *Ethelredi* Regis *Northumbriæ* rebellantes domino ſuo, occiderunt *Aldulfum* filium *Boſæ* primatem exercitus apud **Kingeſclive**, & poſtea occiderunt *Kinulfum* & *Ecgan* ejuſdem Regis duces apud *Hylatyrnum*. Unde Rex à facie eorum fugit, & illi conſtituerunt regem pro eo *Alfwoldum Oſulfi* Regis filium.

[a] *f.* Nugenſis.

Anno

Anno DCC. LXXIX. *Ethelredo* expulſo *Alfwodus* ſuſcepit regnum *Northumbriæ.* 779.

Anno DCC. LXXX. *Oſbaldus* & *Ethelardus* duces congregato exercitu *Bearn* patricium Regis *Alfwoldi* in **Seletune** ſuccenderunt, IX kal. *Jan.* *Albertus* Archiepiſcopus migravit ad Chriſtum, quo adhuc vivente *Eanbaldus* ordinatus eſt, & ipſo anno pallium ſibi directum ſuſcepit. *Kimwlfus* Epiſcopus relictis curis ſecularibus, *Higbaldo* commiſit Epiſcopatum. Obiit *Fergus* Rex *Scottorum* cui ſucceſſit *Selvand* filius ejus. 780.

Anno DCC. LXXXI. *Alchmundus Haguſtaldenſis* Epiſcopus ad Chriſtum tranſiit VII. idus *Septembris*, cui ſucceſſit *Tylbertus.* 781.

Anno DCC. LXXXII. fuit Concilium apud *Acle.* 782.

Anno DCC. LXXXIII. *Werburga* quondam regina *Merciorum,* tunc vero Abbatiſſa, defuncta eſt. Eodem anno *Kimwlfus* Epiſcopus de quo ſupradiximus, feliciter obiit. 783.

Anno DCC. LXXXIV. *Kinewlfus* Rex *Weſtſaxonum* occiditur à *Kinehardo* fratre *Sigeberti*, quia Rex ſtatuerat eum exulare. 784.

Anno DCC. LXXXV. *Kinewlfo* ſucceſſit *Brichtricus.* 785.

Anno DCC. LXXXVI. *Bothwinus* venerabilis Abbas *Ripenſis* beato fine quievit, cui ſucceſſit *Albertus.* Eodem anno *Aldulfus* conſecratur Epiſcopus ab *Eanbaldo* Archiepiſcopo, *Tylberto* & *Higbaldo* præſulibus apud *Corebrigiam*, multiſque muneribus ditatus, ad ſuam Eccleſiam eſt remiſſus. *Rachtrida* quoque Regina tumc Abbatiſſa obiit. *Kinehardus* in ultionem domini ſui *Kinewlfi* Regis, ab *Oſredo* Rege interfectus eſt. *Adrianus* Papa legatos in *Britanniam* direxit, ut fidem catholicam innovarent & confirmarent, qui honorifice recepti ſunt & remiſſi. 786.

Anno DCC. LXXXVII. Synodus congregata eſt in *Pincanhale.* *Albertus* Abbas *Ripenſis* migravit ad Chriſtum, pro quo *Sigredus* ordinatus eſt. 787.

Anno DCC. LXXXVIII. *Elfwaldus* Rex innocentium necatus eſt ab ejus patricio *Sigan* nomine, & corpus ipſius in *Haguſtaldenſi* Eccleſia ſepultum. In loco autem interfectionis ejus cœlitus emiſſa lux videbatur. Conſtructa eſt ibidem Eccleſia in honore ſanctorum *Oſwaldi* & *Cuthberti* conſervata. Succeſſit ei *Oſredus* nepos ipſius. 788.

Anno DCC. LXXXIX. *Oſredus* proditione ſuorum à regno fugatus eſt. 789.

Anno DCC. XC. *Ethelredus* Rex filius *Moll* de exilio liberatus eſt, & regno ſuo reſtitutus. Qui *Eardulfum* ducem capiens & ad **Ripum** producens ibi eum occidit extra portam Monaſterii: Delato autem corpore ipſius, in Eccleſiam, & pſallentibus circa eum & pro eo fratribus, poſt mediam noctem vivus inventus eſt. *Badulfus* ad *Candidam caſam* ordinatur Epiſcopus. 790.

Anno DCC. XCI. Rex *Ethredus* filios *Elfwaldi Ælf* & *Elwinum* ab *Eboraco* vi abſtractos miſerabiliter peremit in **Wonwaldremere**. *Lambertus* Archiepiſcopus *Dorovernenſis* migravit ad Chriſtum, cui ſucceſſit *Ethelredus Ludenſis* Monaſterii Abbas. 791.

Anno DCC. XCII. *Oſredus* de exilio cum exercitu rediit, quo eum deſerente captus occiditur juſſu *Ethelredi* Regis, & ſepelitur apud *Tynemucham.* *Ethelredus* Rex accepit Reginam *Elfledam Offæ Merciorum* Regis. 792.

Anno DCC. XCIII. Viſi ſunt in aere flammei dracones, quod ſignum duæ peſtes ſubſecutæ ſunt, prius intolerabilis fames, deinde ſævitia gentis paganorum & *Norwagenſium*, qui eodem anno *Lindisfarnenſe* Monaſterium deſtruentes Monachos occiderunt, & *Northumbriam* miſerabili ſtrage percuſſerunt. Eodem anno *Sigga* dux qui *Elfwaldum* Regem occiderat, propria ſed profana morte periit. 793.

Anno DCC. XCIV. *Northumbri* occiderunt Regem ſuum *Ethelredum* filium *Moll.* *Oſbaldus* vero Patricius in regnum elatus, poſt XXVII. dies à regno expellitur: qui ſuſcepto religionis habitu poſtea factus eſt Abbas. *Eardulfus* vero filius *Earnulfi*, qui ut ſupradiximus, poſt occiſionem revixit, de exilio revocatus, Rex eſt conſtitutus. *Egfridus* Rex *Cantiæ* obiit, cui ſuc- 794.

ceſſit *Eadbrich Pren.* Papa *Adrianus* ſublevatus eſt ad cœli manſionem, cui *Leo* ſucceſſit. Gens prædicta paganorum Monaſterium Regis *Egfridi* apud *Donemutham* ſpoliaverunt, nec impune: nam beati *Cuthberti* meritis quidam eorum ſunt occiſi, quidam naufragati, quidam viventes capti & mox ad littus interfecti.

795. Anno DCC. XCV. Rex *Francorum Carolus Hunorum* ſibi gentem ſubjiciens, fugato eorum Principe & exercitu ſuperato, ſpolia pauperibus & Eccleſiis diviſit; i. e. de auro & argento onera plauſtrorum xv. quorum ſingula bini trahebant boves.

796. Anno DCC. XCVI. *Offa* Rex *Merciorum* qui vallum magnum à mari uſque ad mare fecerat, poſtquam XXXIX. annis regnaverat, defunctus eſt. Cui ſuccedens filius ſuus *Egfridus* poſt v. menſes obiit. Deinde *Cenwlfus* Regnum ſuſcepit, & XXVI. annis pacifice tenuit. Iſte etiam pater *Kenelmi* Martyris. *Eanbaldus* Archiepiſcopus *Eboracenſis* obiit. Cui ſucceſſit alter *Eanbaldus*, ordinantibus eum Epiſcopis *Ethelberto Higbaldo*, *Badulfo*.

797. Anno DCC. XCVII. *Ethelbertus* Epiſcopus defunctus eſt, & in ſua, id eſt *Haguſtaldenſi* Eccleſia ſepultus; cui ſucceſſit *Headredus*. *Romani* amputaverunt linguam *Leoni* Papæ, & oculos eruerunt, & eum à ſede Apoſtolica fugaverunt. Sed ipſe per virtutem Dei iterum & loqui potuit, & in ſede Apoſtolica reſtitutus eſt.

798. Anno DCC. XCVIII. Interfectores *Ethelredi* Regis cum duce *Wada* bellum inierunt contra *Eardulfum Ethelredi* ſucceſſorem apud **Billangahoh** juxta **Waleleie**, in quo multi ceciderunt; ſed duce *Wada* in fugam verſo, victoriam habuit *Eardulfus*. *Lundonia* repentino igne cum magna hominum multitudine conſumta eſt. *Cenwlf* Rex *Merciorum Kentenſes* prœdatione crudeliſſima vaſtavit, regemque illorum comprehendens & dehoneſtans, ſuo Regnum ipſius adjecit, quod de eo *Cuthredus* tunc ſuſcepit tenendum. Congregata eſt ſynodus apud **Pinkenhalhe**, præſidente *Eanbaldo* Archiepiſcopo.

799. Anno DCC. XCIX. *Brorda* Princips *Merciorum*, qui & *Hildegils* vocabatur, obiit. Abbas quidem nomine *Mora* à *Tilthegno* præfecto ſuo lugubri morte interemtus eſt. *Moll* quoque dux juſſu *Eardulfi* Regis occiditur. *Adredus* dux interfector *Ethelredi* Regis, in ultionem domini ſui occiditur à *Thormundo* duce. *Osbaldus* quondam dux & patricius, & ad tempus Rex, jam vero Abbas obiit, ſepultus *Eboraci* in Eccleſia.

800. Anno DCCC. *Headredus Haguſtaldenſis* Eccleſiæ Præſul obiit, cui ſucceſſit *Eanbertus*. *Alchmundus* qui fuerat ante *Ethelredum* filius *Aldredi* Regis, à tutoribus *Eardulfi* Regis comprehenſus, ejus juſſione occiditur. Ventus validiſſimus urbes & villas perplures ſubvertit, & arbores radicitus evulſit IX. kal. *Jan.* Mare ſuos terminos tranſgreditur, pecora quoque magna peſtis involvit. Rex *Carolus* imperatoria fretus Majeſtate, Romanos qui *Leonem* Papam dehoneſtaverant, morti addixit, ſed precibus ejuſdem Papæ mortem indulſit, eoſque in exilium truſit.

801. Anno DCCC. I. *Edwinus* qui & *Eda*, quondam dux *Northumbrorum*, jam tunc Abbas, feliciter obiit XVIII. kal. *Febr.* ſepultus in Eccleſia ſua apud *Geinforda*. *Eardulfus Northumbrorum* Rex & *Kinewlfus Merciorum* ad bellandum convenerunt, ſed Epiſcoporum ac Principum conſilio pacem inter ſe jurejurando confirmaverunt, quamdiu viverent tenendam.

802. Anno DCCC. II. *Brichtricus* Rex occidentalium [*Saxonum*] veneno interiit, quod ei *Eadburga* Regina *Offæ* Regis filia, bonorum ſemper accuſatrix, alteri paratum & datum porrexit. Quæ mare tranſiens cum innumerabilibus theſauris munera obtulit Regi *Carolo*. Cui Rex, *Optio tibi datur eligendi quem volueris, aut me aut filium.* At illa cum eſſet venerea, filium elegit, eo quod junior erat; & ſic utroque caruit. Rex autem dedit illi Monaſterium, in quo ſanctimonialium ſumto habitu ſub ſpecie hypocriſina latebat,

latebat, & à quodam propriæ gentis ignobili viro conſtuprata, & depre- *Egbertus R.*
henſa, atque à Monaſterio præcepto Regis ejecta, deinceps per vicos & caſtella mendicans, in pavia miſerabiliter obiit. *Brichtrico* autem ſucceſſit *Egbertus* Regali proſapia oriundus.

Anno DCCC. III. 803.

Anno DCCC. IV. Obiit *Selvad* Rex *Scottorum*, cui ſucceſſit *Eokal* venenoſus. 804.

Anno DCCC. V. Deceſſit *Adelhardus Cantuarienſis* Archiepiſcopus, cui ſuc- 805.
ceſſit [a] *Wiffredus*.

Anno DCCC. VI. *Eardulfus* Rex *Northumbrorum* à ſuis fugatus eſt, & de- 806.
inceps Rege diu carebat.

Anno DCCC. VII. *Cuthredus* Rex *Cantiæ*, qui *Egfrido* ſucceſſerat, obiit; & 807.
ei ſucceſſit *Baldredus*.

Anno DCCC. VIII. 808.

Anno DCCC. IX. 809.

Anno DCCC. X. 810.

Anno DCCC. XI. 811.

Anno DCCC. XII. 812.

Anno DCCC. XIII. *Carolus* magnus Rex *Francorum* deceſſit, cui ſucceſ- 813.
ſit *Ludovicus* filius ejus.

Anno DCCC. XIV. *Egbertus* Rex occidentalium *Saxonum* prœdavit in 814.
regnis aliorum ab oriente uſque in occidentem, nec fuit qui reſiſteret.

Anno DCCC. XV. Sanctus *Leo* migravit è ſeculo, cui *Stephanus* ſucceſſit. 815.

Anno DCCC. XVI. 816.

Anno DCCC. XVII. *Alchſtanus* ſuſcepit Epiſcopatum *Scireburnenſis* Eccleſiæ, 817.
quam rexit annis L.

Anno DCCC. XVIII. 818.

Anno DCCC. XIX. 819.

Anno DCCC. XX. 820.

Anno DCCC. XXI. *Cenwlf* Rex *Merciorum* obiit, cui *Ceolwlfus* ſucceſſit. 821.

Anno DCCC. XXII. 822.

Anno DCCC. XXIII. *Ceolwlfus* Regnum *Merciorum* amiſit quod ei *Beor-* 823.
nulfus diripuit.

Anno DCCC. XXIV. *Eſtangli* occiderunt *Beornulfum* Regem *Merciorum* in 824.
prœlio, cui ſucceſſit [b] *Luceden*. Eodem anno maximum prœlium fuit inter *Britones* & gentem **Daveneſcire** apud **Gavelforde**. *Egbertus* Rex *Weſtſaxonum* fugavit *Baldredum* Regem *Cantiæ*, & obtinuit regnum ejus.

Anno DCCC. XXIV. [c] *Luceden* Rex *Merciorum* occiſus eſt, & quinque con- 825.
ſules ejus cum eo. [c] *Wilar* ſucceſſit.

Anno DCCC. XXVI. 826.

Anno DCCC. XXVII. *Egbertus* Rex occidentalium *Saxonum* fugavit Re- 827.
gem [c] *Wilar Merciorum*, & obtinuit regnum ejus.

Anno DCCC. XXVIII. Rex *Egbertus* motus pietate, [c] *Wilar* Regi *Merci-* 828.
am conceſſit tenere de ſe. Quo anno idem Rex *Egbertus* ſibi *Nordwalanus* armatæ manus potentia ſubjugavit.

Anno DCCC. XXIX. *Wlfredo* Archiepiſcopo *Cantuarienſi* defuncto *Ceolno-* 829.
thus ſucceſſit.

Anno DCCC. XXX. 830.

Anno DCCC. XXXI. 831.

Anno DCCC. XXXII. *Daci* redierunt in *Angliam*, & prœdaverunt [d] *Pe-* 832.
ſeige.

Anno DCCC. XXXIII. Advecti ſunt *Dani* cum XXXV. puppibus magnis a- 833.
pud *Karrum*, contra quos pugnavit *Egbertus* Rex, ſed prævalentibus eis, perierunt ex parte *Egbert* Epiſcopi duo *Herefridus* & *Wigfridus*, & duo duces *Dudda* & *Oſmodus*.

[a] Wlfredus. [b] Ludecan. [c] Wiglaf. [d] Shepeige.

834. Anno DCCC. XXXIV. Venit navalis exercitus *Danorum* in *Weſtwaliam*, quibus aſſociati *Walani*, pugnaverunt contra *Egbertum* ſed contriti ſunt ab eo apud **Hengeſteſdune**, Obiit *Eokal* Rex *Scottorum*, cui ſucceſſit *Dungal* filius ejus.

835. Anno DCCC. XXXV.

836. Anno DCCC. XXXVI.

837. Anno DCCC. XXXVII.

838. Anno DCCC. XXXVIII. *Egbertus* Rex *Weſtſaxonum*, & jam Monarcha totius *Angliæ* deceſſit.

Æthelwlf R.

839. Anno DCCC. XXXIX. *Athewlfus* filius *Egberti* ſuſcepit Regnum *Weſtſaxonum*, & alter frater ejus *Athelſtanus* Regnum *Cantiæ*. Eodem anno *Athelwlfus* pugnans contra *Danos* in una parte Regni ſui, miſit *Wlfardum* conſulem contra eos, qui cum XXXIII. navibus apud *Hamtonam* appulerant, qui & victoriam habuit. Miſit etiam *Ethelelmum* contra alios apud *Port*, qui ab eis occiſus eſt.

840. Anno DCCC. XL. *Heredbertus* conſul pugnavit contra *Danos* apud **Merſcware**, à quibus ibidem occiſus eſt. Eodem anno ſtragem magnam fecerunt *Dani* in *Cantia* & *Mercia* & *Eſtanglia*.

841. Anno DCCC. XLI. *Dani* prœdaverunt circa *Cantuariam* & *Roveceſtriam* & *Lundonias*. Eodem anno *Ludovicus* Rex *Francorum* *Caroli* magni filius & ſucceſſor obiit, cui ſucceſſit *Carolus Calvus* filius ejus. Obiit *Dungal* Rex Scottorum, *Alpinus* filius *Eokal* ei ſucceſſit.

842. Anno DCCC. XLII.

843. Anno DCCC. XLIII. *Adewlfus* Rex cum parte exercitus ſui quem per multa loca diviſerat, pugnavit contra eos qui appulerant, ut ſupradiximus, apud *Karrum*, ſed illi victores extiterunt. Obiit *Elpinus* Rex *Scottorum*, cui ſucceſſit *Kined* filius.

844. Anno DCCC. XLIV.

845. Anno DCCC. XLV.

846. Anno DCCC. XLVI.

847. Anno DCCC. XLVII. *Alcſtanus* venerabilis Epiſcopus cum *Sumerſetis* & dux *Oſredus* cum *Dorſetis* contra *Danos* pugnantes obtinuerunt victoriam apud **Pedredeſmuthe**.

848. Anno DCCC. XLVIII.

849. An o DCCC. XLIX. *Athelwlfo* Regi naſcitur filius *Elfredus* in **Berrocſcire**, matre nobili & religioſa *Osburga*, famoſi *Oſlaci* pincernæ Regis *Adelwlfi* [filia.]

850. Anno DCCC. L.

851. Anno DCCC. LI. *Ceorl Downaniæ* Comes pugnavit contra *Danos* apud **Wincanbeorh**, & vicit. Magnus *Danorum* exercitus cum CCC. L. navibus appulerant in *Tameſemutham*, & *Cantuariam* vaſtaverunt, & *Brichtwlfum* Regem *Merciorum*, qui cum exercitu ſuo contra illos ad pugnam venerat, in fugam verterunt. Quod audiens *Athewlfus* Rex, congregato exercitu cum filio ſuo *Athelbaldo* in loco qui *Aclea* dicitur, eis occurrit, & pugnans ſuperavit.

852. Anno DCCC. LII. Rex *Merciorum Bertulfus* deceſſit, cui ſucceſſit *Burchredus*. Ipſo anno Rex *Athelſtanus Cantuariorum* frater *Athelwlfi*, & Comes vel dux *Alchere* paganorum exercitum ſuperantes, apud *Sandicum* de navibus eorum IX. rapuerunt.

853. Anno DCCC. LIII. *Burchredus* Rex *Merciorum* ſuffultus auxilio *Regis Athelwlfi Weſtſaxonum* mediterraneos *Britones*, id eſt *Walenſes*, ſuæ ditioni ſubegit. *Athelwlfus* miſit *Alueredum* filium ſuum *Leoni* Papæ conſecrandum in Regem qui eum loco filii ſuſcepit & unxit.

854. Anno DCCC. LIV. Dux *Alchere* cum *Kentenſibus* & *Huda* dux cum *Sudrienſibus* pugnantes contra paganos apud Inſulam [*Tenet*] occiſi ſunt. *Eardulfus* ſuſcepit Epiſcopatum *Lindisfarnenſem*. *Burchredus* accepit

filius

[a] filius *Athelwlfi. Wlfere* factus eſt Archiepiſcopus *Eboracenſium.*

Anno DCCC. LV. Rex *Athewlfus* decima parte regni ſui Dei Eccleſiis data, 855.
Romam profectus, ibi anno uno moratus eſt, & filius ejus *Alueredus* cum eo. Inde rediens filiam *Caroli Calvi* Regis *Francorum Juditham* accepit in uxorem.

Anno DCCC. LVI. 856.

Anno DCCC. LVII. 857.

Anno DCCC. LVIII. Defuncto Rege *Weſtſaxonum Athewlfo*, *Adelboldus* 858.
filius ejus Regnum ſuſcipiens, uxorem patris ſui infami ſcelere duxit in *Æthelbal. R.*
conjugem *Juditham Caroli* filiam.

Anno DCCC. LIX. Sanctus *Eadmundus* orientalium *Anglorum* ſuſcepit Re- 859.
gnum. Obiit *Kinedus* Rex *Scotorum*, cui ſucceſſit *Dovenaldus.* *Verſus.*

Anno DCCC. LX. Rex *Athelbaldus* obiit, cui ſucceſſit *Athelbertus*, qui etiam 860.
poſt mortem *Adelſtam* patrui ſui Regnum acceperat *Cantiæ* & *Sudriæ* & [b] *Subſaxoniæ.*

Anno DCCC. LXI. 861.

Anno DCCC. LXII. 862.

Anno DCCC. LXIII. Sanctus *Suithunus Wintonienſis* Epiſcopus cœlos pe- 263.
tiit. Obiit *Dovenaldus* Rex *Scotorum.* *Verſus.*

Anno DCCC. LXIV. *Ethelbertus* Rex *Weſtſaxoniæ* & *Cantiæ* obiit, cui ſuc- 864.
ceſſit *Ethelredus* frater ejus. *Æthelred. R.*

Anno DCCC. LXV. Paganorum exercitus quo duces erant *Iwarus* & *Hub-* 865.
ba, venit in *Angliam*, & perendinaverunt in *Eſtanglia.*

Anno DCCC. LXVI. Exercitus paganorum quem *Iwarus* & *Hubba* rexe- 866.
runt, venit *Eboracum. Northumbri* autem Regem ſuum *Oſbrich* abjecerant, & alium degenerem acceperant qui vocabatur *Ella.*

Anno DCCC. LXVII. *Osbrich* & *Ella* propter communem utilitatem paci- 867.
ficati, *Eboracum*, adeunt, fractoque muro irruentes in paganos occiſi ſunt ambo Reges, & innumera ſuorum multitudo cum eis, reſidui vero pacem fecerunt cum eis. Illi autem ſcilicet *Dani* ſub uno dominio fecerunt *Egbertum* Regem ſuper *Northumbros. Eodem* anno *Alchſtan* Epiſcopus *Scireburnenſis* obiit.

Anno DCCC. LXVIII. Cometis viſa eſt. *Iwarus* & *Hubba* de *Norhumbria*
veniunt *Snotingaham*, quibus reſtitit Rex *Merciorum Burchredus*, ſuffultus 868.
auxilio Regis *Ethelredi* & *Alueredi* fratris ejus. *Alueredus* accepit uxorem filiam *Ethelredi* Comitis *Gainorum* cognomento *Magni*, & *Eadburgæ*, quæ erat de Regali progenie *Merciorum.*

Anno DCCC. LXIX. *Iwarus* & *Hubba* redeunt in *Northumbriam* debacchan- 869.
tes & perdentes plurimos.

Anno DCCC. LXX. *Iwarus* & *Hubba* cum multis *Danorum* millibus *Eſtan-* 870.
gliam veniunt, & ſanctum *Eadmundum* occidunt, & cum illo *Humbertum* Epiſcopum. *Ceolnothus Cantuarienſis* Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit *Ethelredus.*

Anno DCCC. LXXI. Venit Paganorum exercitus in *Weſtſaxoniam* uſque ad 871.
Redingum, quorum duces fuerunt duo Reges *Baſrechg* & *Haldene.* Quibus occurrens Comes *Bearroccenſis Ethelwlfus* occidit Comitem unum *Sydroc* ſenem apud Englefeld. Poſt quatuor dies Rex *Athelredus* affuit cum *Alueredo* fratre ſuo, commiſſoque prœlio multi ex utraque parte corruerunt, ubi & præfatus Comes *Athelwlfus* occubuit. Item poſt quatuor dies Rex *Athelredus* & *Aueredus* frater ejus pugnaverunt contra eos apud Eſſendun. Pagani vero fecerunt duas turmas, unam rexerunt duo prædicti Reges, alteram vero univerſi Comites: tunc *Athelredus* diviſo exercitu ſuo in duas partes, cum una congreſſus eſt contra duos Reges, & unum occidit, ſcilicet *Baſrechg. Alueredus* vero cum altera parte pugnavit contra Comites, & occidit

a Filiam. *b* Sudſaxoniæ.

quatuor

Alfredus R. quatuor, *Sydroc* juvenem, *Osbernum, Freanam, Haroldum.* Item poſt dies paucos congreſſi ſunt apud *Baſingum*, & *Daci* vicerunt, ubi corruit *Alchmundus* Epiſcopus. Item prœlium habuerunt apud *Redingum.* Poſt hæc obiit Rex *Ethelredus*, cui ſucceſſit frater ſuus *Alueredus.* Cui uxor ſua *Elſwitha* duos filios *Edwardum* & *Agelwardum* genuit, & tres filias *Elfletham, Ethelgivam*, & *Elfthritham*. Expleto autem menſe pugnavit contra Paganos apud *Wiltonam*, ſed *Daci* vicerunt, quia multi erant, & *Angli* pauci. Erant enim multis prœliis vexati, in quibus ceciderunt ex Paganis Rex unus & novem Comites.

872. Anno DCCC. LXXII. *Alchwinus Wictiorum* Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit vir doctiſſimus *Werefridus*, ordinatus ab *Ethredo Cantuarienſi* Archiepiſcopo: qui juſſu Regis *Alueredi* libros *Dialogorum* beati *Gregorii* de *Latinitate* tranſtulit in linguam *Saxonicam.* Ea tempeſtate *Northumbri* Regem ſuum *Egbertum* & *Wlfere* Archiepiſcopum expulerunt. Paganorum exercitus à *Redingo Lundonias* adiit, & ibidem hyemavit, cum quo *Mercenſes* pacem pepigerunt.

873. Anno DCCC. LXXIII. Memoratus Paganorum exercitus cum Rege *Haldene* hyemaverunt in *Lyndiſſi* apud *Torkeſeiam. Egbertus* Rex *Northumbrorum* obiit, & *Ricſig* factus eſt Rex, & *Wlfere* Archiepiſcopus in ſedem ſuam receptus eſt.

874. Anno DCCC. LXXIV. *Aldene* cum exercitu ſuo movens de *Lindiſſi*, in **Repedun** hyemavit; ubi congregati ſunt ad eum tres alii Reges, ſcilicet *Godrun, Osketin*, & *Andwen*, & expulerunt *Burhredum* Regem de Regno *Merciorum*, qui *Romam* pergens ibidem obiit, & in Eccleſia ſanctæ *Mariæ* ſepultus eſt in ſchola *Saxonum*, & commendaverunt *Daci* Regnum *Merciorum Ceolwlfo.*

875. Anno DCCC. LXXV. Pars exercitus cum *Haldene Northumbriam* dominio ſuo ſubdentes manebant ibi. Altera pars cum tribus regibus apud *Grantebrige* hyemavit. *Alueredus* Rex navali prœlio contra VII. naves paganorum congrediens unam cepit, & ceteræ fugerunt. *Eardulfus* Epiſcopus & *Edredus* Abbas corpus ſancti *Cuthberti* de *Lindisfarnia* tollentes, per VII. annos paſſim vagabantur.

876. Anno DCCC. LXXVI. *Ricſig* Rex *Northumbrorum* obiit, cui ſucceſſit *Egbertus.* Exercitus trium Regum venit ad **Werham** & *Weſtſaxoniam*, cum quibus *Alueredus* Rex pacem pepigit obſideſque accepit: ſed ipſi prima nocte fœdere dirupto diſcedentes prœdaverunt apud **Exanceſtre**, id eſt *Caerwiſc. Rollo* paganus genere *Danus* cum ſuis *Normanniam* intravit & obtinuit, qui poſtea baptizatus vocatus eſt *Rodbertus.*

877. Anno DCCC. LXXVII. Navalis exercitus paganorum in mari periit cum CXX. *Iwarus* & *Haldene* cum XXIII. navibus navigaverunt *Domnaniam*, ubi à miniſtris *Alueredi* Regis necati ſunt, & cum eis M. CC. XX. viri. Alter exercitus de **Exanceſtre** adiit **Chipenham** cum mira multitudine quæ nuper venerat de *Dacia. Alueredus* vero Rex fugientibus ſuis cum paucis relictus eſt, & in nemoribus ſe abſcondebat. Sed tandem oraculo confortatus per beatum *Cuthbertum*, venit contra inimicos ſuos ad locum qui dicitur **Ethandun**, & pugnans vicit; qui metuentes obſidibus datis, juraverunt ſe à Regno exituros, & Rex eorum *Godrun* futurum ſe Chriſtianum promiſit.

878. Anno DCCC. LXXVIII. *Godrun* baptizatus eſt, quem Rex *Alueredus* de ſacro fonte ſuſcepit, & dedit ei poſtea *Eſtangliam*, in qua ſanctus *Edmundus* regnaverat; & vocavit eum *Athelſtan. Carolus Calvus* Rex *Francorum* obiit.
Verſus. Occiditur *Conſtantinus* Rex *Scottorum.* Rex *Scottorum Hed* frater ejus.

879. Anno DCCC. LXXIX. Novus paganorum exercitus in *Angliam* veniens manſit in **Fulenham** juxta fluvium *Tameſiæ.* Rex *Scotorum Het* occiditur. Rex *Scottorum Grig.* filius *Dovenaldi. Ludovicus* Rex *Francorum* filius *Caroli Calvi* obiit.

880. Anno DCCC. LXXX. *Godrun* cum ſuis inhabitare cœpit *Eſtangliam.* Exerci-

Anno

tus qui venerat in Fulenham mare tranſiit, & apud *Gant* uno anno permanſit.

Anno DCCC. LXXXI. Idem exercitus veniens in *Franciam* bellum intulit 881.
& invenit. His diebus multa *Francorum* Monaſteria deſolata ſunt. Nam
& fratres cœnobii ſancti *Benedicti* oſſa ipſius de tumulo eruentes huc illucque diſcurrebant.

Anno DCCC. LXXXII. Idem exercitus venit per fluvium *Meſe* in *Franciam*, 882.
& ibidem hyemavit. Rex *Alueredus* navali prœlio naves paganorum vicit,
duabus comprehenſis.

Anno DCCC. LXXXIII. Prædictus exercitus occupans *Cundoth*, ibidem graſ- 883.
ſatur per annum unum. Rex *Alueredus*, u ſupradictum eſt, occiſis *Iwar*
& *Haldene*, vaſtatas *Northumbriæ* partes cœpit incolere. Tunc ſanctus
Cuthbertus Abbati *Edredo* per viſionem aſſiſtens præcepit ut Epiſcopo &
toti *Anglorum* & *Danorum* genti diceret, quatenus *Guthredum* filium *Ardecnut*
quem *Dani* vendiderant in ſervum cuidam viduæ apud Witingeham, dato
redemtionis pretio redimerent, & in Regem ſuper *Northumbros* levarent;
Quod & factum eſt, & regnavit ſuper *Eboracum*; Egbertus vero ultra *Tinam*. Tunc inſtaurata eſt ſedes in Cuncaceſtre quæ prius fuerat in *Lindisfarnia*.

Anno DCCC. LXXXIV. *Marinus* Papa dona multa, inter quæ & particulam 884.
ligni crucis Domini, *Alueredo* Regi *Anglorum* miſit, & pro ejus amore ſcholam *Saxonum* ab omni tributo & thelone liberavit.

Anno DCCC. LXXXV. ſupradictus paganorum exercitus diviſus eſt in duas 885.
partes, quarum una in orientalem ſeceſſit *Franciam*, altera in *Angliam*
rediens *Roveceſtriam* obſedit, quam Rex *Alueredus* ab obſidione dejecit.
Miſit Rex *Alueredus* navalem exercitum ad defenſionem *Eſtangliæ*, ubi naves pyraticæ XVI. inventæ ſunt & comprehenſæ in *Sturemutha*. Redeuntes vero magno exercitui paganorum obviarunt, & cum eis congreſſi, victi ſunt. Eodem anno *Carolus* Rex *Francorum* in venatione apri dentibus laceratur, qui *Ludovico* fratri ſuo ſuccederat. Erat autem pater eorum *Ludovicus* frater *Judithæ* Reginæ quam Rex *Athelwlfus* duxerat. Obiit *Marinus* Papa.

Anno DCCC. LXXXVI. Paganorum exercitus de orientali *Francia* in occi- 886.
dentalem rediit, & per flumen [a] *Secanum* pervenit *Pariſios*, & obſidens
civitatem anno uno nihil prævaluit. Rex *Alueredus Lundonum* obſidens
cepit venientibus ad eum *Anglis* & fugientibus *Dacis*, qui *Ethelredo Merci-*
orum Comiti reſtauratam commendavit civitatem. 887.

Anno DCCC. LXXXVII. Paganorum exercitus *Pariſios* deſerens ivit per *Secanum* uſque ad *Marnam*, inde ad *Caedzi*, ubi per annum graſſantes oſtium fluminis *Jorna* intraverunt, ibique per annum magno regionis damno morati ſunt. *Carolus* Rex *Francorum* ab *Ernulfo* filio fratris ſui de Regno expulſus, poſt XL. dies obiit. Tunc diviſum eſt regnum *Francorum* in partes V. Idem *Ernulfus* obtinuit regiones ad orientem *Rheni* fluminis, *Rodulfus* mediterraneum Regnum, *Odo* occidentale, *Brengar* & *Wido Longobar-*
diam & omnes regiones ex illa parte montium. 888.

Anno DCCC. LXXXVIII. Rex *Alueredus* conſtruxit duo Monaſteria, unum
Monachorum in loco qui dicitur *Eathelingeie*, alterum ſanctimonialium
juxta orientalem portam Scaſteſbiri, in quo filiam ſuam *Ethelgivam* Ab-
batiſſam conſtituit. 889.

Anno DCCC. LXXXIX. *Ethelredus Cantuarienſis* Archiepiſcopus obiit, cui
ſucceſſit *Plegmundus*. 890.

Anno DCCC. XC. 891.

Anno DCCC. XCI. *Godrun Ethelſtan* Rex *Eſtanglorum* obiit. 892.

Anno DCCC. XCII. *Wlfere* Archiepiſcopus *Eboracenſis* obiit anno præſulatus ſui XXXIX.

a Sequanam.

 Anno

893. Anno DCCC. XCIII. Rex paganus *Heſteng* cum LXXX.[a] parionibus intravit oſtium *Tamenſis* fluminis, & ædificavit ſibi munitionem apud Middeltune.

894. Anno DCCC. XCIV. *Guthredus* Rex *Northumbrorum* obiit.

895. Anno DCCC. XCV.

896. Anno DCCC. XCVI.

887. Anno DCCC. XCVII. Paganorum exercitus fabricatis navibus longis & [b] ſceleribus, prœdam agentes circa ripas maris, terram *Weſtſaxonum* graviter vexabant. Adverſum quas Rex *Alueredus* alias multo longiores & altiores fabricari fecit; Quibus in mare miſſis, capiuntur hoſtium naves XX. & homines occiduntur. Obiit *Grig*. Rex *Scottorum Dovenaldus* filius *Conſtantini*.

Anno DCCC. XCVIII. *Rollo* primus *Normannorum* dux *Carnotum* obſedit,
898. ſed Epiſcopus ejuſdem urbis *Walzelinus* exiens, & tunicam ſanctæ *Mariæ* in manibus ferens, *Rollone* fugato, civitatem liberavit.

Anno DCCC. XCIX.

899. Anno DCCCC. *Ethelbaldus Eboracenſis* Archiepiſcopus ordinatur.

900. Anno DCCCC. I. Rex *Alueredus* anno Regni ſui XXX. obiit V. kal. *Novemb.*
901. & *Wintoniæ* ſepelitur. Huic ſucceſſit *Edwardus* filius ejus cognomento ſe-
Ædward. R. nior, vir ſtrenuus, qui de manibus *Danorum Eaſtſaxoniam, Eſtangliam Merciæque* provincias quam plures potenter extorſit. Hujus frater *Athelwoldus* contra voluntatem Regis & populi accepit uxorem quandam ſacratam virginem, & tenuit *Winburnam* contra Regem. Sed inde fugatus receſſit *Northumbriam*, & ibi Rex & princeps Regum eorum factus eſt. Habuit etiam Rex *Edwardus* quatuor filios; Ex *Eguinna* muliere nobiliſſima primogenitum ſuum *Athelſtanum*; Ex Regina vero *Edgiva Edwinum, Edmundum, Edredum*; Quatuor quoque filias, *Eadburgam* virginem & aliam uxorem *Ottonis* imperatoris *Romani*, tertiam vero uxorem *Caroli* Regis *Francorum*, & quartam, uxorem *Sihtrici* Regis *Northumbrorum*. Hoc anno *Earnulfus* Epiſcopus *Lindisfarnenſis* obiit, cui *Cuthredus* ſucceſſit.

902. Anno DCCCC. II.

903. Anno DCCCC. III. Sanctus presbyter *Grimbaldus* & magiſter *Alueredi* Regis, & venerabilis de *Scotia Virgilius* Abbas, & ſtrenuus Comes *Athulfus* frater *Elſwithæ* Reginæ uxoris *Alueredi* Regis obierunt.

904. Anno DCCCC. IV. *Kentenſes* cum multitudine *Danicorum* pyratarum pugnantes apud Holme victores extiterunt.

905. Anno DCCCC. V. Luna obſcurata eſt horribiliter. Chriſti famula *Elſwitha* Regina deceſſit, quæ Monaſterium ſanctimonialium conſtruxit *Wintoniæ*.

906. Anno DCCCC. VI. Paganorum exercitus pacem fecit cum Rege *Edwardo*. *Rollo* qui & *Rodbertus* primus dux *Normannorum* deceſſit, cui filius ſuus *Willelmus Langa ſpata* ſucceſſit. Cometis viſa eſt.

907. Anno DCCCC. VII.

908. Anno DCCCC. VIII. *Kaerlegion* quæ nunc *Legaceſtria* dicitur, juſſu Regis *Edwardi* reſtaurata eſt. Eodem anno periit *Doſualdus* Rex *Scottorum*.

909. Anno DCCCC. IX.

910. Anno DCCCC. X. Oſſa ſancti *Oſwaldi* Regis & Martyris de *Bardeneia* in *Merciam* tranſlata ſunt.

911. Anno DCCCC. XI. In provincia [c] *Stanfordenſi* in loco qui dicitur Totenhale inter *Anglos* & *Danos* inſigne prœlium habetur, & tandem *Angli* victoria potiuntur.

912. Anno DCCCC. XII. *Ethelredus* dux *Merciorum* obiit. Poſt quem uxor ejus *Elfreda* filia Regis *Alueredi* Regnum rexit *Merciorum*.

913. Anno DCCCC. XIII. *Elfleda Merciorum* domina conſtruxit burgum ad Scoriate.

914. Anno DCCCC. XIV. *Elfleda* conſtruxit Tamewrthe. *Sihtricus* occidit Regem *Mellum*.

a Myoparonibus. *b* l. Celeribus. *c* f. Staffordenſi.

Anno

Anno DCCCC. XV. *Werefridus* ſanctus Epiſcopus *Wicciorum* obiit, cui ſuc- 915.
ceſſit *Adelhunus*. *Elfleda* conſtruxit **Edeſhbiri** & **Warewic**.

Anno DCCCC. XVI. Rex invictiſſimus *Edwardus Bedefordam*, ſuam accepit 916.
in ditionem, urbemque in auſtrali parte fluminis *Uſæ* condi præcepit. *El-*
fleda conſtruxit **Chirebiri** & **warebiri** & **Runconen**.

Anno DCCCC. XVII. *Elfleda* miſit exercitum *Waliam* & victis *Walenſibus* 917.
fregit *Bretallenmere*, ubi capta eſt uxor Regis *Walenſium* cum XXIV. homi-
nibus & in *Merciam* ducta.

Anno DCCCC. XVIII. *Elfleda* expugnavit *Derebiam* & obtinuit, ubi qua- 918.
tuor duces fortiſſimos amiſit.

Anno DCCCC. XIX. *Elfleda* conquiſivit *Legaceſtriam*, & poſtea obiit apud 919.
Tamewrthe.

Anno DCCCC. XX. Rex *Edwardus* exhæredavit filium ſororis ſuæ *Elfledæ*, 920.
ſcilicet *Elfwinnam*. Ipſo anno Rex conſtruxit *Glademutham*. Rex *Sihtricus*
infregit *Devenport*. *Carolus* qui & *Martellus* deſtructor Eccleſiarum Rex
Francorum, filius *Ludovici* filii *Caroli Calvi* obiit.

Anno DCCCC. XXI. Rex *Scottorum* cum tota gente ſua, & *Reinaldus* Rex 921.
Danorum Northumbriam incolentium, & Rex *Sihtricus Edwardo* Regi fece-
runt hominium.

Anno DCCCC. XXII. Rex *Egelwardus* frater *Edwardi* Regis obiit. *Adel-* 922.
huno ſucceſſit *Wilfredus*.

Anno DCCCC. XXIII. 923.

Anno DCCCC. XXIV. Invictiſſimus Rex *Anglorum*, *Danorum*, *Cumbrorum*, 924.
Britonum, *Edwardus* cognomento ſenior obiit, cui ſucceſſit *Athelſtan* filius
ejus, ſacratus ab Archiepiſcopo *Athelmo*.

Anno DCCCC. XXV. Strenuus Rex *Athelſtanus* dedit ſororem ſuam *Sihtrico* 925.
Regi *Northumbrorum*. *Wigredus* Epiſcopus *Lindisfarnenſis* conſecratur.

Anno DCCCC. XXVI. Rex *Sihtricus* obiit, cujus Regnum *Athelſtanus* adjecit 926.
imperio ſuo, expulſo *Gutfertho* filio ejus; Regem quoque *Britonum Huwal*,
& Regem *Scottorum Conſtantium*, & Regem *Wentorum Wuer*, prœlio vicit &
fugavit; qui pacem ab eo petentes, firmatum ſacramento fœdus cum eo
pepigerunt.

Anno DCCCC. XXVII. 927.

Anno DCCCC. XXVIII. 928.

Anno DCCCC. XXIX. *Wilfredo Wictiorum* Epiſcopo ſucceſſit *Kinewaldus*. 929.

Anno DCCCC. XXX. 930.

Anno DCCCC. XXXI. 931.

Anno DCCCC. XXXII. Sanctus *Fritheſtanus Wintonienſis* Epiſcopus ordina- 932.
vit pro ſe in Epiſcopum vivum religioſum *Brinſtanum*.

Anno DCCCC. XXXIII. Obiit ſanctus *Fritheſtanus*. *Edwinus* frater Regis 933.
Athelſtani in mari periit.

Anno DCCCC. XXXIV. Rex *Athelſtanus* vaſtavit *Scotiam* uſque **Dunfoeder** 934.
& **Wertmore** terreſtri exercitu; navali vero uſque **Catenes**; eo quod *Con-*
ſtantinus pactum fœderis dirupit. Sanctus *Brinſtanus* Epiſc. *Wintoniæ* obiit.

Anno DCCCC. XXXV. *Elphegus* Monachus, beati *Dunſtani* propinquus, ſuſce- 935.
pit Epiſcopatum *Wintoniæ*.

Anno DCCCC XXXVI. 936.

Anno DCCCC. XXXVII. *Anlafus* Rex *Hiberniæ* oſtium *Humbræ* fluminis 937.
cum DC. & XV. navibus ingreditur, cui Rex *Athelſtanus* & frater ejus *Ed-*
mundus occurrit apud **Brunanburch**, & commiſſo prœlio regulos V. & VII.
Duces occidunt, & cum triumpho reverſi ſunt.

Anno DCCCC. XXXVIII. 938.

Anno DCCCC. XXXIX. *Radulfus* Rex *Francorum Conradi* ducis *Burgundiæ* fi- 939.
lius obiit.

Anno DCCCC. XL. Rex *Athelſtanus* obiit VI. kal. *Nov.* feria quarta, Indi- 940.
ctione XIV. ſepultus apud urbem *Maidulfi*, cui ſucceſſit *Edmundus* frater ejus.

Ædmund. R.
941. Anno DCCCC. XLI. *Northumbri* fidelitatem, quam *Edmundo* juraverant, poſtponentes, *Noreganorum* Regem *Aulafum* ſibi elegerunt in Regem, qui *Hamtonam* veniens eam obſedit, nihilque proficiens, vertit exercitum ad *Tamewrtham*, & vaſtatis omnibus, cum rediret, occurrit ei Rex *Edmundus*, & mox committeretur prœlium, niſi ſedaſſent eos duo Archiepiſcopi *Odo* & *Weſtan*. Pace igitur facta, utriuſque Regni terminus erat **Wathlingeſtrate.** *Anlafus* incenſa & vaſtata Eccleſia ſancti *Baldredi* in **Tiningham**, mox periit. Filius vero *Sihtrici* nomine *Anlaf* regnavit in loco patris ſui.

942. Anno DCCCC. XLII. Rex *Edmundus* quinque civitates *Lincolniam*, *Snotingaham*, *Deorbeiam*, *Legaceſtriam*, *Stanfordiam* manibus *Danorum* penitus extorſit.

943. Anno DCCCC. XLIII. Cum *Elgiva* Regina ſancta Regi *Edmundo* peperiſſet *Eadgarum*, ſanctus *Dunſtanus* tunc Abbas *Glaſtoniæ*, poſt Epiſcopus *Wigorniæ*, deinde Archiepiſcopus *Cantuariæ*, audivit voces Pſallentium in ſublimi & dicentium, *Pax* Anglorum *Eccleſiæ*, *exorti nunc pueri noſtrique* Dunſtani *tempore*. Eodem anno Rex *Edmundus Anlafum* Regem *Sihtrici* filium tam viribus cedentem, quam verbis credentem, de lavacro ſalutari ſuſcepit; & poſtea *Reinoldum* Regem, dum ab Epiſcopo confirmaretur, tenuit. Obiit *Conſtantinus* Rex *Scottorum*.

944. Anno DCCCC. XLIV. Rex *Edmundus Anlafum* & *Reinoldum* de *Northumbria* expulit, quia pacem cum eo factam infregerunt.

945. Anno DCCCC. XLV. Rex *Edmundus* terram *Cumbrorum* vaſtavit, & ſibi ſubjugatam *Malcolmo* Regi commendavit.

946. Anno DCCCC. XLVI. Magnificus Rex *Anglorum Edmundus*, cum dapiferum ſuum de manibus peſſimi clepteris *Leone*, ne occideretur, vellet eripere, ab eodem interficitur, feria III. die ſancti *Auguſtini* Doctoris *Anglorum*, indictione III. apud [a] **Windechirche**, & *Glaſtoniæ* ſepelitur. Succeſſit ei *Edredus* frater ejus, à ſancto *Odone* Archiepiſcopo conſecratus; qui eodem anno *Northumbriam* ſibi rebellantem conquiſivit, & *Scotti* ſine bello ſe ei ſubdiderunt.

Edredus R.

947. Anno DCCCC. XLVII. *Anlafus*, qui à Regno *Northumbriæ* fugatus fuerat, cum claſſe rediens Regno reſtitutus eſt.

948. Anno DCCCC. XLVIII. *Northumbri* abjecto *Anlafo* juraverunt fidelitatem Regi *Anglorum Edredo*, nec diu tenuerunt.

949. Anno DCCCC. XLIX. *Northumbri* fidelitatem tenere neſcientes *Eyricum* quendam de ſtirpe *Danorum* ſuper ſe Regem levaverunt.

950. Anno DCCCC. L. Rex *Anglorum Edredus Northumbriam* devaſtat, in qua vaſtatione combuſtum eſt Monaſterium quod ſanctus *Wilfridus* conſtruxerat in **Ripun.** *Northumbrenſes* timore coacti Regem, quem ſibi fecerant, abjecerunt *Eyricum*, filium *Haroldi*, qui fuit ultimus Rex illorum; nam ei ſucceſſerunt Comites, primus *Oſulfus*, qui poſtea ſocium habuit *Oſlacum*, quibus ſucceſſit *Wallevus* ſenior, poſt quem *Vhctredus* filius ejus, poſt *Vhctredum Edolf Cudes* frater ejus, poſt hunc frater ejus *Aldredus*; Illi ſucceſſit *Eadulfus* filius *Coſpatrici* filii *Vhctredi* prædicti, *Eadulfo* ſucceſſit *Siwardus*, poſt eum *Toſtius* frater *Horaldi* Regis; *Toſtio Morkarus*, qui Comitatum commiſit *Oſulfo* filio *Edulfi* Comitis, cui expulſo ſucceſſit *Coſpi*, poſt eum *Coſpatricus* filius *Maldredi*, quem *Coſpatricum Maldredus* habuit ex *Aldgitha* filia *Vhctredi* Comitis & *Elfgivæ* filiæ *Ethelredi* Regis. Iſte *Coſpatricus* erat pater *Dolfini*, *Wallevi*, *Coſpatrici*. Poſt eum datus eſt Comitatus *Walthevo Siwardi* Comitis filio. Capto *Walthevo*, commiſſa eſt Comitatus cura *Walthevo* Epiſcopo. Quo interfecto, Rex dedit Comitatum *Albio*; cui reverſo patriam, ſucceſſit *Rodbertus* de *Mulbreio*: ſed eo capto, ipſi Reges deinceps tenuerunt Comitatum in manu ſua, Primus *Willielmus* junior, deinde *Henricus*, poſtea *Stephanus*, & poſt eum *Henricus* ſecundus.

Comites Northumbr.

951. Anno DCCCC. LI. Sanctus *Elphegus Wintonienſis* Epiſcopus huic mundo ereptus eſt, cui ſucceſſit *Elfſius*.

[a] *Pucelchirche.*

Anno

Anno dcccc. lii. Rex *Anglorum Edredus Wlſtanum Eboracenſem* Archiepiſcopum in arctiſſima cuſtodia poſuit. 952.

Anno dcccc. liii. *Wlſtano* à cuſtodia ſoluto, Epiſcopalis honor apud *Dorcaceſtrum* reſtauratur. 953.

Anno dcccc. liv. 954.

Anno dcccc. lv. Rex *Anglorum Edredus* ægrotans accerſivit ſanctum *Dunſtanum* Abbatem & Confeſſorem ſuum. Quo ad palatium tendente, vox deſuper ipſo audiente ſonuit, dicens, *Rex* Edredus *nunc in pace quieſcit.* Quam vocem equus non ſuſtinens in terram corruit & interiit. Sepultus eſt Rex *Wintoniæ,* cui ſucceſſit *Edwius* filius fratris ſui *Edmundi* & ſanctæ *Ealſgivæ,* conſecratus ab *Odone* Archiepiſcopo. 955.

Anno dcccc. lvi. Beatus *Dunſtanus* Abbas ab *Edwio* rege juſtitiæ cauſa proſcriptus mare tranſiit, & in Monaſterio quod *Blandunum* dicitur, exilii tempore manſit. *Wlſtanus Eboracenſis* Archiepiſcopus obiit, cui ſucceſſit *Oskitellus.* 956.

Anno dcccc. lvii. *Mercenſes* & *Northumbri* contemnentes *Edwium* Regem, elegerunt fratrem ejus *Edgarum,* qui mox beatum *Dunſtanum* de exilio revocavit, & defuncto *Kinewaldo Wigornenſem* ei Epiſcopatum dedit, & ab *Odone* Archiepiſcopo conſecratur. *Ludovicus* Rex *Francorum* filius *Radulſi* Regis obiit, cui ſucceſſit *Lotarius,* litera dominicali d. 957.

Anno dcccc. lviii. Sanctus *Odo Cantuarienſis* Archiepiſcopus migravit ad Chriſtum, cui ſucceſſit Epiſcopus *Wintonienſis Elſius,* & *Brihtelmus* ordinatur pro eo. 958.

Anno dcccc. lix. *Elſius Dorobernenſis* Archiepiſcopus, dum *Romam* pro pallio pergeret, in *Alpinis* montibus frigore defecit. Eodem anno Rex *Edwius* defunctus *Wintoniæ* ſepultus eſt, cujus frater *Edgarus* totius regni *Anglorum* Monarcha efficitur, anno ætatis ſuæ xvii. adventus *Anglorum* in *Britanniam* dx. ab adventu ſancti *Auguſtini* ccc. lxiii. Ipſo anno *Brihtelmus Dorſetenſium* Epiſcopus ad primatum *Cantuarienſis* ſedis eligitur: ſed quia minus videbatur idoneus, juſſu Regis ad ſedem ſuam rediit. Dehinc beatus *Dunſtanus Wigornenſis* Epiſcopus nutu divino & ſapientum conſilio primæ Metropolis *Anglorum* primas & patriarcha conſtituitur. Cujus doctrina & eruditione multum proficiens Rex *Edgarus,* abjectis à cœnobiis clericorum ſecularium neniis, Monachorum xl. inſtituit Monaſteria. 959.

Anno dcccc. lx. ſanctus *Dunſtanus Romam* profectus, indictione iii. pallium à *Joanne* Papa ſuſcepit; rediens autem, precibus obtinuit à Rege, ut prædeceſſoris ſui *Odonis* fratruelis *Oſwaldus* humilis Monachus ad Epiſcopatum *Wigornenſem* ordinaretur pontifex. Conſecratus eſt igitur à beato *Dunſtano* ſanctus vir *Oſwaldus.* 960.

Anno dcccc. lxi. Rex *Scottorum Indulfus* occiditur. 961.

Anno dcccc. lxii. 962.

Anne dcccc. lxiii. *Edelwoldus* venerabilis Abbas à beato *Dunſtano* educatus, *Brihtelmo* ſucceſſit in Epiſcopatum *Wintoniæ.* Sanctus *Edelwoldus* juſſu Regis *Edgari* expulſis clericis, vetus Monaſterium *Wintoniæ* cum Monachis inſtituit. 963.

Anno dcccc. lxiv. Rex *Anglorum* pacificus *Edgarus Ordgari* ducis *Domnaniæ* filiam nomine *Elſthridam,* poſt mortem viri ejus *Elwoldi* glorioſi ducis *Eſtanglorum,* in matrimonium accepit; ex qua duos filios *Edmundum* & *Egelredum* ſuſcepit. Habuit etiam prius ex *Elfleda* Candida *Ordmeri* ducis filia, *Edwardum* poſtea Regem & Martyrem, & ſancta *Wltritha* virginem *Edgitham* Deo devotam. Et eodem anno Rex *Edgarus* Monachos in novo Monaſterio & *Middiltona* collocavit, illis *Etelgarum,* iſtis *Kineardus* Abbates conſtituens. 964.

Anno dcccc. lxv. Rex *Duf Scottorum* interficitur. 965.

Anno dcccc. lxvi. 966.

Anno dcccc. lxvii. Rex *Edgarus* in Monaſterio *Rumeſiæ,* quod avus ſuus 967.

 Rex

Rex *Edwardus* conſtruxerat, ſanctimoniales & ſanctam *Merwinnam* Abbatiſſam conſtituit.

968. Anno DCCCC. LXVIII. *Aldredus* Epiſcopus apud ſanctum *Cuthbertum* in **Conkeceſtre** obiit. cui ſucceſſit *Elſtius*, litera D.

969. Anno DCCCC. LXIX. Rex Anglorum pacificus *Edgarus* ſanctis Epiſcopis *Dunſtano Dorobernenſi*, *Oſwaldo Wigornenſi*, *Etelwoldo*, præcepit, ut expulſis Clericis, in majoribus Monaſteriis per *Merciam* Monachos locaret; Quod exequens ſanctus *Oſwaldus* Monachos in Eccleſia Wigornienſi poſuit, eiſque *Wiſinum* virum religioſum præfecit. Rex *Scottorum Culenus* perimitur.

970. Anno DCCCC. LXX. Sanctus *Ethelwaldus* Epiſcopus ſancti *Swithuni* reliquias de tumulo levavit, & in Eccleſia Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* clementiſſime recondidit.

971. Anno DCCCC. LXXI. Clito *Edmundus* Regis *Edgari* filius obiit, [&] *Ordgarus* Dux *Dompnaniæ* ſocer Regis, quorum primus in Monaſterio *Rumeſiæ*, ſecundus *Exaceſtræ* honorifice eſt ſepultus.

972. Anno DCCC. LXXII. *Oſbitellus Eboracenſis* Archiepiſcopus obiit, cui ſucceſſit *Oſwaldus* ſuus propinquus *Wigornenſis* Epiſcopus, qui à *Stephano* Papa pallium ſuſcepit.

973. Anno DCCCC. LXXIII. Rex *Anglorum* pacificus *Edgarus*, anno ætatis ſuæ XXX. dies Pentecoſtes à beatis *Dunſtano* & *Oſwaldo* & à ceteris totius *Angliæ* Epiſcopis in civitate *Aceamanni* cum maximo honore ac gloria in Regem totius Inſulæ tunc primum conſecratur. Interjecto deinde tempore, ille cum ingenti claſſe ſeptentrionali *Britannia* circumnavigata ad civitatem *Ceſtram* appulit, cui Subreguli octo, *Kineth* ſcilicet Rex *Scottorum*, *Malc* Rex *Cumbrorum*, *Maccus* plurimarum Rex Inſularum, & alii quinque, *Dufnal*, *Sifert*, *Huwal*, *Jacob*, *Ulkil*, ut eis mandarat occurrerunt, & quod ſibi fideles & terra & mari aſſiſtere ſibi vellent, juraverunt; cum quibus die quadam ſcafam aſcendens, illiſque ad remos locatis, ipſe clavum gubernaculi arripiens, eam per curſum fluminis **De** perite gubernavit, omnique turba Ducum & Procerum ſimili navigio comitante, à Palatio ad Monaſterium ſancti *Johannis* Baptiſtæ navigavit, ubi facta oratione, eadem pompa ad palatium remeavit; quod dum intraret, Optimatibus fertur dixiſſe, tunc demum quemque ſuorum Succeſſorum ſe gloriari poſſe Regem *Anglorum* fore, cum tot Regibus ſibi obſequentibus potiretur pompam talium honorum.

Octo Reguli Ædgaro ſubd.

974. Anno DCCCC. LXXIV. Terræmotus per totam *Angliam* factus eſt maximus.

975. Anno DCCCC. LXXV. *Anglici* orbis Baſileus, flos & decus anteceſſorum Regum, pacificus Rex *Edgarus*, non minus memorabilis *Anglis*, quam *Romulus Romanis*, *Cyrus Perſis*, *Alexander Macedonibus*, *Carolus* Magnus *Francis*, *Arcturus Britannis*, poſtquam cuncta regaliter conſummavit, anno ætatis ſuæ XXXII. VIII. idus *Julii* ex hac vita tranſivit, filiumque *Edwardum* poſtea Martyrem & Regni & morum reliquit hæredem. Corpus vero illius *Glaſtoniam* delatum Regio more eſt tumulatum. Is dum viveret III. mille DC. robuſtas ſibi congregaverat naves, ex quibus Paſchali emenſa ſolemnitate omni anno M. CC. in orientali, totidem in occidentali, totidem in ſeptentrionali inſulæ plaga coadunare & ad occidentalem cum orientali claſſe, & illa remiſſa ad borealem cum occidentali, ipſaque remiſſa cum boreali ad orientalem claſſem remigare, eoque modo totam inſulam omni æſtate circumnavigare conſueverat; viriliter hoc agens ad defenſionem contra ceteros Regni ſui, & ſuum ſuorumque ad bellicos uſus exercitium. Hyeme vero & vere infra Regnum uſquequaque per omnes Provincias *Anglorum* tranſire, & quomodo legum jura & ſuorum ſtatuta decretorum à Principibus obſervarentur, ne pauperes à potentatibus præjudicium paſſi opprimerentur, diligenter ſolebat inveſtigare. In uno fortitudini, in altero juſtitiæ ſtudens, in utroque reipublicæ & Regni utilitatibus conſulens. Hinc hoſtibus circumquaque timor, & omnium ſibi ſubditorum

torum erga eum excreverat amor; cujus deceſſu totius Regni perturbatus eſt ſtatus, & poſt tempus lætitiæ quod illius tempore vigebat pacifice, tribulatio cœpit undique advenire. Orta namque ſeditione magna de Monachis de Monaſteriis ejiciendis, & Rege eligendo, tandem agentibus ſanctis Archiepiſcopis *Dunſtano* & *Oſwaldo* & ceteris catholicis viris qui adverſæ parti reſiſtebant, Monachi ſuas ſedes conſtanter tenuerunt. *Edwardus* Clyto ut pater juſſerat, ſpreto interim fratre ſuo *Eilredo*, in Regem conſecratur. Cometis ſtella viſa eſt in autumno.

Anno DCCCC. LXXVI. 976.

Anno DCCCC. LXXVII. In *Eſtanglia* apud villam quæ dicitur **Kireling** 977. maxima ſynodus celebratur. Dehinc apud **Kalne** dum alia ſynodus celebraretur, totius *Angliæ* majores natu qui ibidem aggregati fuerant, excepto ſancto *Dunſtano*, de ſolario corruerunt; quorum quidam mortui ſunt, quidam vero mortis periculum vix evaſerunt.

Anno DCCCC. LXXVIII. Rex *Anglorum Edwardus* juſſu novercæ ſuæ *Alſtrithæ* Reginæ occulte cultro perfoſſus in loco qui **Corueſgate**, à ſuis injuſte 978. perimitur, & apud **Werham** non Regio modo ſepelitur. Cujus frater *Eldredus* Clyto egregius, moribus elegans, pulcher vultu, & decorus aſpectu, poſt Paſchalem feſtivitatem die dominico XVIII. kal. *Maii* à ſanctis Archiepiſcopis *Dunſtano* & *Oſwaldo* & X. Epiſcopis in **Kingiſtun** in Regem eſt conſecratus; qui XXX. & VIII. annis in multis calamitatibus regnavit, pro fratris ſui nece, quem mater ejus injuſte peremerat. Prædixit autem ei beatus *Dunſtanus* prophetico ſpiritu plenus eaſdem calamitates ſibi futuras in Regno, his verbis. *Quoniam*, inquit, *aſpiraſti ad Regnum per mortem fratris tui, quem occidit ignominioſa mater tua, propterea audi verbum Domini; hæc dicit dominus, Non deficiet gladius de domo tua, ſæviens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de ſemine tuo quouſque regnum tuum transferatur in Regnum alienum, cujus ritum & linguam gens cui præſides non novit, nec expiabitur niſi longa vindicta peccatum tuum, & peccatum matris tuæ, & peccata vivorum qui interfuerunt conſilio nequam.* Igitur poſt hæc nubes per totam *Angliam* media nocte nunc ſanguinea, nunc ignea viſa eſt; dehinc in radios varios & colores diverſos mutata, circa auroram diſparuit.

Anno DCCCC. LXXIX. Obiit papa *Johannes*, cui ſucceſſit *Benedictus*. *Ailtritha* quondam Regina, ſancti *Edwardi* Regis interfectrix, duo Monaſteria, 979. id eſt **Warewelle** & Ambresbiri, cauſa pœnitentiæ conſtruxit. Dux *Merciorum Elferus* cum multitudine populi **Werham** venit, ſanctique *Edwardi* Regis & Martyris corpus de tumulo levari præcepit, ubi multa miracula facta fuerant. Quod dum eſſet nudatum, ſanum atque incolume ab omni clade atque contagione inventum eſt, lotum deinde noviſque veſtimentis indutum ad **Scateſbiri** eſt delatum & honorifice tumulatum.

Anno DCCCC. LXXX. Obiit papa *Benedictus*, cui ſucceſſit *Dionyſius* centeſimus quadrageſimus. 980. *Suthamtonia* à *Danicis* piratis devaſtatur, & ejus cives omnes fere vel occiſi, vel captivi ſunt abducti. Poſtea inſula **Teneth-land**, urbis etiam *legionum* provincia, à *Norwinenſibus* piratis conſumitur.

Anno DCCCC. LXXXI. Sancti *Patroci* Confeſſoris Monaſterium in *Cornubia* ab iiſdem piratis conſumtum eſt, & in ipſa *Cornubia* & in *Domnania* circa 981. ripas maris frequentes prædas agebant.

Anno DCCCC. LXXXII. Obiit *Dionyſius* papa, cui ſucceſſit *Boneſacius* eodem anno obiens, cui ſucceſſit papa *Benedictus*. Ad provincias *Dorſetenſium* IV. naves piratarum applicantes **Pordand** vaſtaverunt. Civitas *Londoniæ* igne cremata eſt. 982.

Anno DCCCC. LXXXIII. Dux *Merciorum Elferus* propinquus Regis *Edgari* 983. deceſſit, ejuſque ducatum filius ejus *Alfricus* ſuſcepit.

Anno DCCCC. LXXXIV. Sanctus *Ethelwoldus Winthonienſis* Epiſcopus kal. 984. *Auguſti* migravit ad Chriſtum, cui ſucceſſit ſanctus *Elfegus Bathonicus* Abbas.

Hic

Hic in Monaſterio de *Horebirſt* religionis habitum ſuſcepit.

985. Anno DCCCC. LXXXV.

986. Anno DCCCC. LXXXVI. Rex *Anglorum Eldredus* propter quaſdam diſſen-
Æthelred. R. ſiones civitatem [a] *Hroſi* obſidens, nihil profecit; unde iratus diſcedens, terras ſancti *Andreæ* Apoſtoli devaſtavit. Dux *Merciorum Elfricus* filius ducis *Elferi Anglia* expellitur.

787. Anno DCCCC. LXXXVII. *Lotharius* Rex *Francorum* obiit, cui ſucceſſit *Ludovicus*. Febris hominum, & lues animalium, quæ *Anglice* dicitur [b] Sitric, pervalida *Angliam* ubique vexavit.

988. Anno DCCCC. LXXXVIII. Wecedport à *Danicis* piratis devaſtatur; cum quibus *Domnanienſes* congredientes, licet [c] ſatrafa illorum, & miles fortiſſimus *Strenwaldus* cum multis aliis peremti ſunt, *Angli* tamen loco dominantur funeris. Sanctus *Dunſtanus Dorobernenſis* Archiepiſcopus migravit ad Chriſtum, cui ſucceſſit *Etelgarus Seoleſigenſis* Epiſcopus, & uno anno tribuſque menſibus tenuit. *Ludovicus* miſer Rex *Francorum* obiit, Cui ſucceſſit *Hugo* filius *Hugonis Capeht*.

989. Anno DCCCC. LXXXIX.

990. Anno DCCCC. XC. Obiit *Elflius* ſancti *Cuthberti Cunakeceſtræ* Epiſcopus, cui ſucceſſit *Aldwinus*.

991. Anno DCCCC. XCI. *Edhelr. Dorobernenſi* Archiepiſcopo defuncto ſucceſſit *Siricius*. Gipewic à *Danis* depopulatur; deinde occiſo in prœlio ſtrenuo duce Orientalium *Anglorum Britmoto*, & utrinque infinita multitudine, *Dani* juxta *Meldunam* victores fuerunt. Quo etiam anno conſilio *Sirici Dorobernenſis* Archiepiſcopi & ceterorum nobilium, tributum *Danis*, quod erat X. Mille librarum, primitus datum eſt, ut pacem firmam tenerent. Sanctus *Oſwaldus* Archiepiſcopus Monaſterium Rameſege dedicavit, quod ipſe & amicus Dei *Ethelwinus* dux orientalium *Anglorum* conſtruxerat.

992. Anno DCCCC. XCII. Sanctus *Oſwaldus* Archiepiſcopus pridie kal. *Martii*,
Mandatum ante pedes pauperum, ubi *Mandatum* ſolito more faciebat, tranſivit ad
pauperum. Dominum, & in Eccleſia ſanctæ *Mariæ*, quam ipſe à fundamentis conſtruxerat, ſepultus eſt; cui *Adulfus Medeſhaſtendenſis* Abbas ſucceſſit. Obiit dux *Ethelwinus*.

993. Anno DCCCC. XCIII. Exercitus *Danorum* Baembrac infregit & ſpoliavit; deinde *Lindeſeiam* & *Norhimbriam* magna ex parte conſumſit.

994. Anno DCCCC. XCIV. Obiit papa *Benedictus*, Cui ſucceſſit *Johannes* eodem anno obiens, cui alter *Johannes* ſucceſſit. *Anlafus* Rex *Noreganorum* & *Suanus* Rex *Danorum* cum XCIV. trieribus *Londoniam* advehuntur, unde non ſine magno ſui exercitus detrimento, à civibus repelluntur; unde ira ſuccenſi, per *Angliam* debacchantes, non ſexui, non ætati parcentes, ferro & flamma inſaniunt. Tributum vero [d] XVI. librarum eis perſolvebatur. Poſtea *Anlafum* Regem confirmatum à ſancto *Elfego* Rex *Eilredus* in filium adoptivum ſuſcepit, & in patriam non amplius reverſurum cum honore remiſit. Obiit *Ricardus* primus dux *Normannorum*, cui ſucceſſit *Ricardus* filius ejus. Rex *Scottorum Kined* occiditur. Rex *Scottorum Conſtantinus* calvus filius *Culini*.

995. Anno DCCCC. XCV. *Aldunus* Epiſcopus tranſtulit de Ceſtre in *Dunelmum* corpus ſancti *Cuthberti*. Obiit papa *Johannes*, cui ſucceſſit alter *Johannes*. Rex *Scottorum Conſtantinus* necatur, poſt quem Rex *Scottorum Grim* ſive *Ki-*
996. *nedus* filius *Luf*.

Anno DCCCC. XCVI. Obiit *Siricius Dorobornenſis* Archiepiſcopus. Iſte clericis à *Cantia* proturbatis, Monachos inſtituit. *Elfricus Dorobernenſis* Ar-
997. chiepiſcopus conſecratur.

Anno DCCCC. XCVII. *Danorum* exercitus qui remanſerat in *Anglia*, deſtructis magna ex parte quibuſdam provinciis, multas etiam hominum ſtrages dedit, & incenſo Tawiſtoke Monaſterio, ingenti præda ad naves onuſtus repedavit, & in eodem loco hiemavit.

a Roſæ. *b* Shitta. *c* Satrapa. *d* XVI. M.

Anno

Anno dcccc. xcviii. Memoratus paganorum exercitus ad oſtium fluminis *Fronte* appulſus, *Dorſetaniam* maxima ex parte devaſtans, frequenter inſulam *Vectam* adiit. Adverſus tantam tempeſtatem multotiens congregatus eſt exercitus, ſed miſerabili infortunio hoſtes fiebant victores. 998.

Anno dcccc. xcix. Paganorum exercitus oſtium *Tamenſis* ingreſſus, per flumen *Medewaie Roveceſtræ* advehitur, eamque paucis diebus obſidet, ubi cum *Cantuarienſibus* durum bellum geritur, ſed hoſtes victores exiſtunt, unde occidentalem *Cantiæ* plagam fere totam ſunt demoliti. 999.

Anno m. *Danorum* claſſis *Normanniam* petiit. Rex *Anglorum Eildredus* terram *Cumbrorum* fere totam depopulatus eſt. Obiit *Hugo* Rex *Francorum* filius *Hugonis Capeth*, cui ſucceſſit *Robertus* filius ejus. 1000.

Anno m. i. Paganorum exercitus de *Normannia Angliam* revectus, oſtium fluminis [*Eaxæ*] ingreditur, & urbem *Exceſtram* nihil proficientes [a] expugnant, unde nimis exaſperatus more ſolito villas ſuccendendo, agros depopulando, homines cædendo per *Domnaniam* vagatur; quare *Domnanienſes* & *Sumerſietunenſes* in unum congregati, certamen cum eis ineunt; *Angli* vero terga vertentes, fugam ineunt, & hoſtes victores fiunt. 1001.

Anno m. ii. Rex *Anglorum Eilredus* habito cum ſuis conſilio, pro pace tenenda xxiv. perſolvere ſtatuit. Eodem anno Rex *Eilredus* uxorem duxit *Emmam*, *Anglice*, *Elfgivam* vocatam, Ducis *Normannorum Ricardi* primi filiam. *Adulfus Eboracenſis* Archiepiſcopus oſſa S. *Oſwaldi* Archipræſulis è tumulo levavit, & in ſcrinio honorifice locavit, & non multo poſt obiit, cui ſucceſſit Abbas *Wlſtanus*. 1002.

Anno m. iii. Rex *Danorum Suanus* civitatem *Exceſtram* infregit, ſpoliavit, murum deſtruxit; deinde *Wintonienſem* provinciam; unde *Wiltonienſes* & *Suthamtunienſes* viriliter contra hoſtes congregati, Duce *Alfrico* vomere incipiente & inerti timiditate vehementer exterrito, ab inimicis ſine pugna diverterunt; Quod videns *Suanus* cum ſuo exercitu *Wiltoniam* & *Sareſbbiriam* conſumſit, & poſtea ſuas naves repetiit. Rex *Scottorum Grim* necatur. 1003. *Verſus.*

Anno m. iv. Rex *Danorum Suanus* cum ſua claſſe **Norwic** advectus illam devaſtavit & incendit. Tunc magnæ ſtrenuitatis dux *Eſtanglorum Vlfketel*, quia ex improviſo venit, nec ſpatium congregandi contra eum exercitum habuit, habito cum ſuis conſilio pacem cum eo pepigit; quam non multo poſt, *Theodforda* concremata, Rex *Danorum* violavit. Quo cognito, ſtrenuus dux *Vlfketel* ſuum congregans exercitum, cum hoſtibus audacter congreditur, multiſque ex his & ex illis cæſis, *Dani* vero vix evaſerunt, & ut ipſi teſtati ſunt, durius bellum in *Anglia* nunquam experti ſunt. Obiit papa *Johannes*, cui ſucceſſit *Gregorius*. 1004.

Anno m. v. Dira fames *Angliam* invaſit, unde Rex *Danorum Suanus Danemarchiam* adiit, poſt non longum tempus reverſurus. Obiit papa *Gregorius*, cui ſucceſſit *Johannes*, ipſo anno obiens; Cui ſucceſſit *Silveſter* qui & *Gerbertus*. Iſtum dicunt feciſſe *Gerbertum* hominium Diabolo, ut eum faceret ad honores terrenos aſcendere de quo dicitur 1005.

Tranſit ab R. *Gerbertus in* R. *fit papa vigens* R. id eſt, de Epiſcopatu *Remenſi* ad Archiepiſcopatum *Ravennanæ* civitatis, quæ tunc temporis glorioſa erat inter Cathedras, demum ad ſummæ, id eſt *Romanæ* ſedis apicem. Eundem vero interius poſtea compunctum, & exterius horribiliter afflictum, manus & pedes abſciſos diabolo projeciſſe dicunt, & ſic truncum obiiſſe, & inter beatos collocatum.

Anno m. vi. Obiit *Alfricus Dorobernenſis* Archiepiſcopus, cui *Elfegus Wintonienſis* Epiſcopus ſucceſſit; & pro illo *Kenulfus* ſubſtituitur Epiſcopus. *Danorum* claſſis *Angliam* advecta, cæde & incendio quæque conſumens, 1006.

a Oppugnant.

Æthelred.R. *Cantiam*, *Suthſaxoniam*, *Suthamtonenſem* provinciam, **Barrochire** devaſtans ad naves cum præda repedavit.

1007. Anno M. VII. Obiit papa *Silveſter*, cui ſucceſſit *Johannes*. Rex *Eilredus* neceſſitate compulſus, pro pace ulterius ſervanda XXXVI. librarum tributum *Danis* ſingulis annis perſolvere conceſſit. Quo anno etiam Rex *Edricum* cognomento *Streone* perfidum & poſtea patriæ proditorem, licet gener Regis fuerit, *Merciorum* conſtituit ducem.

1008. Anno M. VIII. Obiit papa *Johannes*, cui ſucceſſit *Johannes*. Rex *Eilredus* naves per totam *Angliam* intente præcepit fabricari, ut regni ſui fines ab exterorum irruptione defenderet.

1009. Anno M. IX. Obiit papa *Johannes*, cui ſucceſſit *Sergius* papa. *Turkillus* Comes cum ſua claſſe, & *Hemingus* & *Ailafus* cum innumerabili exercitu *Darum* ad **Tenetland** inſulam applicuerunt, deinde civitatem *Cantuariæ* infringere incipientibus, dextras dederunt cives & orientales *Cantiæ*, & eis III. librarum pro firma pace dederunt. Poſtea niſi perfidus dux *Edricus* impediſſet, plene de eiſdem Rex triumphaſſet *Eilredus*.

1010. Anno M. X. Memoratus *Danorum* exercitus omnem fere auſtralem *Angliam* uſque ad *Lincolnienſem* provinciam devaſtantes, concremaverunt, & victoriam de *Eſtanglis*, heu! in prœlio obtinuerunt.

1011. Anno M. XI. Obiit papa *Sergius*, cui ſucceſſit *Benedictus*. *Dani* ferro, flammis urbem *Cantuariæ* miſerabiliter conſumunt; ſanctum *Elfegum* Archiepiſcopum, ſpoliata principali Chriſti Eccleſia, & *Godwinum Roſenſem* Epiſcopum, & *Leofrunam* Abbatiſſam capiunt. *Elfredum* etiam Regis præpoſitum, Monachos quoque & clericos, & populum utriuſque ſexus innumerabilem. Sanctus vero *Elfegus* vinctus tenetur, & variis injuriis afficitur, & graviter ſauciatur, ad claſſem ducitur, in carcere truditur, ibique VII. menſibus affligitur. Monachi, viri, mulieres, infantuli decimantur, novem trucidantur, decimus vitæ reſervatur. IV. Monachis, DCCC. viris decimatorum ſumma perficitur. Interim ira Dei in populum homicidam deſæviens, ex eis II. millia per diros internorum cruciatus proſtravit, nec tamen Deo & ſancto pontifici ſatisfaciunt.

1012. Anno M. XII. Perfidus dux *Edricus Streona* & omnes primates *Angliæ Londoniis* congregati, promiſſum *Danis* tributum XLVIII. librarum perſolvebant. Interea ſacroſancto dominicæ diei ſabbato ſancto *Elfego* à *Danis* proponitur conditio, ut ſi vita & libertate vellet potiri, III. librarum perſolvat; Illo nolente, necem ejus uſque ad aliud ſabbatum protelant; Quo adveniente, ſpiritu furoris exagitati, vino multo inebriati, de carcere eductum ad eorum concilium pertractum averſis ſecuribus dejiciunt, lapidibus, oſſibus, bovinis capitibus obruunt. Ad ultimum quidam *Trum* nomine; quem pridie confirmarat, impia motus pietate, ſecurim capiti ejus infixit, qui ſtatim in Domino obdormivit. Corpus vero illius die ſequenti *Londoniæ* delatum ab Epiſcopis *Elnotho Lincolnienſi* & *Alfuno Lundonienſi*, & à civibus in Eccleſia ſancti *Pauli* honorifice ſepelitur.

1013. Anno M. XIII. Sanctus *Edmundus Suanum* tyrannum & blaſphemum in placito apud *Gainesburc* ipſum videntem & exclamantem armatus occidit; Quo mortuo, filium ejus *Cnutum* claſſis *Danorum* conſtituit, ac majores natu *Angliæ Elruedm* Regem de *Normannia* revocaverunt.

1014. Anno M. XIV. *Levingus Dorobernenſem* Archiepiſc. ſuſcepit. *Suanus* Rex *Danorum* cum valida claſſe *Angliam* devectus, ubique fere per *Angliam* furibundus debacchans, obſidibus acceptis ſibi illam ſubegit; quod videns Rex *Eilredus*, cum uxore & filiis in *Normanniam* ad *Ricardum* ducem profectus eſt.

1015. Anno M. XV. Rex *Eilredus* ægrotare cœpit. *Edmundus Ferreum latus* filius ejus Regni curam habuit. *Cnuto* vero per multa loca prædam agenti, multi obſides dederunt; Cui & *Edricus* perfidus ſe ſubmiſit.

1016. Anno M. XVI. Rex *Eilredus*, Epiſcopi, Abbates & nobiliores *Angliæ Cnutum* ſibi in Regem eligere. Cives vero *Lundonienſes* & pars aliqua Nobilium

um *Edmundum Ferreum latus* in Regem levavere. Qui poſtquam ſexies cum *Cnuto* congreſſus fuerat, ubi ſemper fere victor extiterat, pace facta inter ipſum & *Cnutum*, & *Anglia* inter eos diviſa. At quidam proditor ſub purgatoria domo *Edmundum* ad requiſita naturæ nudatum inter celanda percuſſit, & mortuus eſt. *Ædmund. R.*

Anno M. XVII. Rex *Cnutus* filius *Suani*, totius *Angliæ* ſuſcepit imperium; poſtea occiſo *Edwino* clitone germano Regis *Edmundi*, filios ejuſdem Regis *Edmundum* & *Edwardum* ad Regem *Swavorum* occidendos miſit. Qui nolens pueros innocentes perimere, eos ad Regem *Ungariæ Salomonem* nutriendos miſit. *Edmundus* proceſſu temporis ibidem vitam finivit. *Edwardus* vero *Agatham* filiam *Germani* Imperatoris *Henrici* in matrimonium accepit, ex qua *Margaretam* poſtea *Scottorum* Reginam, & *Chriſtinam* ſanctimonialem virginem, & clitonem *Edgarum* ſuſcepit. *Cnutus* Rex duxit in uxorem *Emmam* quondam Reginam, ex qua *Hardecnutum* poſtea *Danorum* & *Anglorum* Regem, & *Gunnildam* filiam quæ nupſit poſtea *Henrico Romanorum* Imperatori. 1017. *Cnutus R.*

Anno M. XVIII. In nativitate Domini Rex *Cnutus* perfidum Ducem *Edricum Streona* in palatio juſſit occidi, qui timebat inſidiis ab eo quandoque circumveniri, ſicut priores domini ſui, *Eagelredus* & *Edmundus* frequenter ſunt circumventi. Corpus vero illius ſuper murum civitatis projici, ac inſepultum præcepit dimitti. Ceteri vero tres filii ducum nobiles ſine culpa ſunt interemti. Obiit *Aldunus Dunelmenſis* Epiſcopus. Ingens bellum inter *Anglos* & *Scottos* apud *Carham* geritur. *Angli* & *Dani* de lege Regis *Edgari* tenenda apud *Oxenefordiam* concordes ſunt effecti. 1018.

Anno M. XIX. Rex *Anglorum* & *Danorum Cnutus Danemarchiam* adiens ibidem per totam hyemem manſit. 1019.

Anno M. XX. Rex *Cnutus Angliam* rediens magnum Concilium apud **Ciceceſtre** in paſcha tenuit. *Edmundus* ſuſcepit Epiſcopatum *Dunelmenſem*. Obiit *Livingus Doroberněnſis* Archiepiſcopus, cui *Agelnothus* qui *Bonus* dicitur ſucceſſit. 1020.

Anno M. XXI. *Algarus* orientalium *Anglorum* Epiſcopus obiit, cui *Aldwinus* ſucceſſit. 1021.

Anno M. XXII. *Agelnothus* Archiepiſcopus *Romam* profectus pallium à *Benedicto* papa ſuſcepit. 1022.

Anno M. XXIII. Corpus beati *Elphegi* Martyris de *Lundoniis Dorobernïam* eſt tranſlatum. Obiit *Wlſtanus Eboracenſis* Archiepiſcopus, cui ſucceſſit *Alfricus Wintonienſis* præpoſitus. 1023.

Anno M. XXIV. & XXV. nihil dignum memoriæ. Obiit *Benedictus* papa 1024.
cui ſucceſſit *Johannes*. 1025.

Anno M. XXVI. *Alfricus Eboracenſis* Archiepiſcopus Romam profectus pallium à *Johanne* papa ſuſcepit. Obiit *Ricardus* ſecundus Dux *Normannorum* cui ſucceſſit *Ricardus* III. eodem anno defunctus, cui ſucceſſit *Rodbertus* frater ejus. 1026.

Anno M. XXVII. Rex *Cnutus Noreganos*, *Olavum* Regem ſuum propter ejus ſanctitatem ſpernentes, multa auri & argenti copia cæcatos corrupit. 1027.

Anno M. XXVIII. Rex *Cnutus* L. magnis navibus *Noregiam* devectus, *Olavum* Regem de illa expulit, ſibique eam ſubjugavit. 1028.

Anno M. XXIX. Rex *Cnutus Anglorum* & *Danorum* & *Noreganorum Angliam* rediit. 1029.

Anno M. XXX. Sanctus *Olavus* Rex & Martyr *Haroldi Noreganorum* filius quem Rex *Cnutus* expulerat, reverſus in *Noregia* injuſte perimitur à *Noreganis*. 1030.

Anno M. XXXI. Rex *Cnutus* magno cum honore *Romam* profectus ingentia munera ſancto *Petro* in auro & argento obtulit, & ut Schola *Anglorum* libera, eſſet à *Johanne* papa impetravit. 1031.

Anno M. XXXII. Eccleſia ſancti *Edmundi* Regis & martyris dedicata eſt, in 1032.

 qua

qua Rex *Cnutus* communi conſilio præſulum & optimatum ſuorum, ejectis presbyteris ſecularibus, Monachos impoſuit. Ignis pene inextinguibilis multa per *Angliam* loca concremavit. Obiit *Ælfſige Wintonienſis* Epiſcopus, cui ſucceſſit *Ælſwinus* presbyter Regis.

1033. Anno M. XXXIII. Obiit *Leofſius* magnæ religionis *Wicciorum* Epiſcopus: cui ſucceſſit *Perforenſis* Abbas *Brithegus*.

1034. *Verſus.* Anno M. XXXIV. Obiit *Malcolmus* Rex *Scottorum* & *Dimecanus* nepos ejus ei ſucceſſit.

1035. *Haroldus & Hardecnutus.* Anno M. XXXV. *Cnutus* Rex *Anglorum* ante ſuum obitum ſuper *Noreganos Swanum* filium ſuum conſtituit, ſuper *Danos Hardecnutum* & *Emmæ* Reginæ filium Regem locavit, ſuper *Anglos Haroldum* filium ex *Hamtuenſi Ælgiva* procreatum, & poſtea II. idus *Novembris* apud *Scaftesberiam* vita deceſſit, & *Wintoniæ* in veteri Monaſterio ſatis honorifice tumulatur. Non multo poſt tamen, Regnum *Angliæ* inter *Haroldum* & *Hardecnutum* dividitur. *Rodbertus* dux *Normannorum* obiit, cui ſucceſſit filius ejus *Willielmus baſtard* puer.

1036. Anno M. XXXVI. Innocentes clitones *Alwredus* & *Edwardus* Regis *Egelredi* filii ad colloquium matris ſuæ *Angliam* de *Ricardo* avunculo ſuo venerunt. Quorum ſocios Comes *Godwinus* quoſdam catenavit, & poſtea cœcavit, nonnullos cute capitis abſtracta cruciavit, & manibus & pedibus amputatis multavit, multos etiam venundari fecit, & mortibus variis ac miſerabilibus apud *Gelgdefordiam* ſexcentos viros occidit. *Aluredi* vero oculos inſidiis intercepti juſſit erui apudHeli, ibique non multo poſt mortuus eſt. *Edwardus* vero rediit in *Normannia* cum feſtinatione *Rodbertus* Rex *Francorum* filius *Hugonis* obiit; hic ſancto fine quievit, cui ſucceſſit *Henricus* filius ejus.

1037. Anno M. XXXVII. *Haroldus* Rex *Merciorum* & *Northumbrorum* ut per totam *Angliam* regnaret, à principibus & populo, ſpreto fratre ſuo *Hardecnuto*, quia nimium in *Danemarchia* morabatur, eligitur. *Emma* quondam Regina immiſericorditer ab *Anglia* expulſa, ab *Aldwino Flandrenſium* Comite honorifice ſuſcipitur.

1038. Anno M. XXXVIII. Obiit *Egelnotus Dorobernenſis* Epiſcopus, cujus obitus die VII. *Agelricus Suthſaxonum* præſul, ut à Deo petierat ne poſt tantum patrem diu remaneret, obiit. *Edgius* capellanus Regis ſuſcepit Archiepiſcopatum *Cantuariæ*, *Gimketel* Epiſcopatum *Suthſaxonum*. Obiit *Brithegus Wigornenſis* Epiſcopus, cui ſucceſſit *Livingus*.

1039. *Verſus.* Anno M. XXXIX. Hyemis extitit aſperrima. Obiit *Brithmarus Lichefeldenſis* Epiſcopus, cui *Wlfius* ſucceſſit. *Hardecnutus* Rex *Danorum Flandriam* devectus ad matrem ſuam *Emmam* venit. Obiit *Dunecanus* Rex *Scottorum*, cujus Regnum *Macbet* ſibi uſurpavit.

1040. Anno M. XL. Obiit *Haroldus* Rex *Lundoniæ* & in *Weſtmonaſterio* ſepelitur. *Hardecnutus* in Regem elevatus graviter necem fratris ſui *Alwredi* ſuper defunctum fratrem ulciſcitur. Caput enim defuncti Regis *Haroldi* de terra extractum poſtea in gronnam, demum in *Tamenſem* fluvium projicere juſſit. *Godwinus* multis donariis & per jurandum ſui & multorum aliorum nobilium, Regem ſibi pacificavit.

1041. Anno M. XLI. *Edwardus Agelredi* quondam Regis *Anglorum* filius de *Normannia* ubi multis exulaverat annis, venit *Angliam*, & à fratre ſuo *Hardecnuto* Rege honorifice ſuſceptus, in curia ejus manſit.

1042. Anno M. XLII. Rex *Hardecnutus* dum in celebri nuptiarum convivio in quo *Oſgotus Clappa* magnæ vir potentiæ filiam ſuam *Githam Danico* & præpotenti viro *Tovio Pudan*, in loco qui dicitur Lamhithe, magna cum lætitia tradebat nuptui, lætus, ſoſpes, & hilaris cum ſponſa prædicta & quibuſdam viris ſtaret, repente inter bibendum miſerabili caſu ad terram corruit, & ſic mutus permanens feria IV. VI. idus *Junii* expiravit, & *Wintoniæ* juxta patrem ſuum eſt tumulatus.

Anno

Anno m. xliii. *Edwardus* ab Archiepiſcopis *Edſio Dorobernenſi* & *Alfrico* *Eboracenſi* aliiſque fere totius *Angliæ* Epiſcopis, prima paſchæ iii. nonarum *Aprilis* ungitur in Regem *Wintoniæ*. Defuncto *Edmundo Dunelmenſi* Epiſcopo ſucceſſit *Egelricus*, *Siwardo* adminiſtrante comitatum *Northimbrorum*. 1043. *Ædwardus.*

Anno m. xliv. *Alwordus Lundonienſis* Epiſcopus obiit. 1044.

Anno m. xlv. Obiit *Brithwaldus Wiltonienſis* Epiſcopus, cui ſucceſſit *Hermannus* Regis capellanus. 1045.

Anno m. xlvi. *Magnus Noreganorum* Rex ſancti *Olavi* Regis filius, fugato Rege *Danorum Swano*, *Danemarchiam* ſibi ſubegit. *Oſgotus Clappa* expellitur *Anglia*. 1046.

Anno m. xlvii. Bellum fuit apud *Wallundunas*. Obiit *Alwinus Wintonienſis* Epiſcopus, cui *Stigandus* ſucceſſit. *Magnus* Rex *Noreganorum* cum *Swano* prælium committens, illum *Danemarchia* expulit, & in illa regnavit, ac non multo poſt obiit. 1047.

Anno m. xlviii. *Swanus Danemarchiam* recepit, & *Haroldus Harfahgher* *Siwardi* Regis *Noreganorum* filius, & ex parte matris frater ſancti *Olavi*, patruus ſcilicet *Magni* Regis, *Noregam* repetiit, & per ſuos nuncios pacem cum Rege *Anglorum* fecit. Terræ motus extitit magnus kalendarum *Maii* die, *Wigornæ*, Wic, Deorbeia, & multis aliis locis. Mortalitas hominum & animalium ſecuta eſt, & ignis aerius, vulgo dictus *Silvaticus*, quibuſdam in locis villas & ſegetes multas cremavit. 1048.

Anno m. xlix. *Leo* factus eſt papa c. xl. v. Iſte *Leo* novum cantum de ſancto *Gregorio* fecit. *Henricus* Imperator innumerabilem congregavit exercitum contra *Baldwinum Flandrenſium* Comitem, eo quod apud *Neomagum* palatium ſuum combuſſiſſet pulcherrimum atque fregiſſet; In qua expeditione fuit *Leo* papa, & de multis terris nobiles quamplurimi. *Swanus* etiam Rex *Danorum* cum ſua claſſe illi affuit, & fidelitatem Imperatori juravit. Compulſus tandem Comes *Baldwinus* pacem cum Imperatore fecit. *Leo* papa dedicavit Eccleſiam ſancti *Remigii Remis*, ubi & Concilium poſtea tenuit. 1049.

Anno m. l. *Macbeth* Rex *Scotiæ* *Romæ* argentum ſpargendo diſtribuit. Obiit *Edſius Dorobernenſis* Archiepiſcopus, cui *Rodbertus Lundonienſis* Epiſcopus genere *Normannus* ſucceſſit. *Hermannus Wiltonienſis* Epiſcopus, *Aldredus Wigornenſis* Epiſcopus *Romam* ierunt. 1050.

Anno m. li. *Alfricus*, qui & *Putta*, *Eboracenſis* Archiepiſcopus apud Sudwelle obiit, & apud Medeſhamſtede ſepelitur, cui *Kinſius* Regis capellanus ſucceſſit. Rex *Edwardus* abſolvit *Anglos* à gravi vectigali, id eſt [a] xxx. librarum & viii. anno ex quo pater ſuus Rex *Egelredus* primitus *Danicis* id ſolidariis ſolvi mandarat. Orta ſeditione inter Regem & Comitem *Godwinum*, pro eo quod tradere noluit morti ſororium ſuum Comitem *Bononienſem*, cujus milites ſtolide hoſpitia quærentes apud Dover ubi applicuerat, plures è civibus peremerunt, qui & ipſe ad caſtrum Dover cum ſuis confugerat; Tandem *Godwinum* cum Rege placitare volentem, poſtquam bis ſuper Regem exercitum duxerat, & ſecundo dilapſus fuerat ab eo, ſubter fugientem diem conſtitutum, cum quinque filiis Rex exlegavit. Rex *Edwardus Willielmum* Comitem *baſtard Normanniæ* ad ſe in *Anglia* venientem, magno cum honore ſuſcepit, & multis donatum muneribus ad propria remiſit. 1051.

Anno m. lii. *Emma*, quæ & *Elgiva*, quondam regina *Anglorum* obiit *Wintoniæ*. Rex *Edwardus* & Comes *Godwinus* & filii ſui ad invicem reconciliati ſunt, receptis priſtinis dignitatibus ſuis. Et *Normanni* fere omnes ab *Anglia* exlegantur. *Rodbertus Dorobernenſis* Archiepiſcopus cum ſuis evadens vix receſſit ab *Anglia*. 1052.

a l. xxx. & viii. anno.

1053. *Ædwardus.* Anno M. LIII. Caput *Ros* fratris *Griffini* Regis *Walenſium* ad Regem *Edwardum* in vigilia Epiphaniæ apud *Glawornam* allatum eſt. *Godwinus* Comes feria 2. paſchæ ad menſam juxta Regem mutus permanens & inde à filiis ſuis exportatus in cameram Regis quinta poſt hæc feria vita deceſſit, cui ſucceſſit *Haroldus* filius ejus in comitatum, & *Haroldi* comitatus datus eſt *Algaro Leofrici* Comitis filio.

1054. Anno M. LIV. Dux *Northimbrorum Siwardus* juſſu Regis *Edwardi Scotiam* cum multo exercitu intrans, prælium cum Rege *Scottorum Macbeth* committens illum fugavit, & *Malcolmum*, ut Rex juſſerat, Regem conſtituit. Rex *Edwardus* miſit *Aldredum Wigornenſem* Epiſcopum ad Imperatorem, ut per eum reciperet fratruelem ſuum *Edwardum*, qui in *Ungaria* exulaverat.

1055. Anno M. LV. *Siwardus* dux *Northimbrorum Eboraci* obiit, cujus ducatus *Toſtio* fratri *Haroldi* ducis datus eſt. Non multo poſt *Algarus* filius *Leofrici* Comitis ſine culpa à Rege *Edwardo* exlegatus, *Hiberniam* mox petiit, & XVIII. piratis navibus adquiſitis & auxilio Regis *Walenſium Griffini* maxime fretus, tandem ſuum comitatum recuperavit, combuſta prius civitate *Herefordenſi*, & Monaſterio S. *Alberti* Regis & Martyris, & quibuſdam canonicis occiſis & CCCC. vel eo amplius ceteris. *Dulach* quatuor menſes & dimidium regnavit.

1056. Anno M. LVI. Obiit *Henricus* Imperator, cui ſucceſſit *Henricus* filius ejus. Obiit ſanctæ memoriæ *Edelſtanus Herefordenſis* Epiſcopus, cui *Devegarus* ducis *Haroldi* capellanus ſucceſſit; qui eodem anno à Rege *Walenſium Griffino* cum ſuis clericis & multis aliis occiſus eſt. *Agelricus Dunelmenſis* Epiſcopus ſponte Epiſcopatum relinquens, ad Monaſterium ſuum *Burch* rediit, ibique vitam finivit; cui ſucceſſit frater ejus *Agelwinus*.

Scotorum Regis. *Malcolmus* filius *Dunecam* ſuſcepit Regnum Scotiæ jure hæreditario, Regnavitque XXXVII. annis. Anno autem M. LXVII. deſponſata eſt ei *Margareta* glorioſa Regina, ex qua genuit VI. filios ſcilicet *Edwardum*, *Edmundum*, *Edelredum*, *Edgarum*, *Alexandrum*, *David*, duas filias, ſcilicet *Matildam* Reginam *Anglorum*, & *Mariam* Comitiſſam *Baloniæ*. Anno vero Regni ſui XXXVII. interemtus eſt in *Anglia* idus *Novembris*, & filius ejus primogenitus *Edwardus* lancea ibidem perforatus eſt, qui XVII. kal. *Decembris* fatis ceſſit. Quod ut audivit felix Regina Margareta, imo, ut verius dicam, Spiritu Sancto præſcivit, confeſſione & communione ſuſceptis, Deo ſe precibus commendans, animam ſanctam cœlo reddidit, XVI. *Decembris*. Invaſit igitur Regnum *Duvenaldus* frater prædicti Regis *Malcolmi*, legitimis hæredibus, ſcilicet *Edgaro*, *Alexandro*, *David* exilio relegatis: ſed *Dunecanus* filius prænominati *Malcolmi* ſed nothus, qui erat obſes in curia Regis *Angliæ*, ſcilicet *Willielmi Ruffi*, auxilio & conſilio ejuſdem ſuperveniens patruum ſuum fugavit, & ſuſceptus eſt in Regem, & regnavit per annum & dimidium, cui quidam Comes, ſcilicet de *Mornes*, conſilio prædicti *Duvenaldi*, necem nequiter intulit. *Duvenaldus* iterum Regnum invadens, regnavit annis tribus & dimidio. Anno autem ab incarnatione Domini M. XCVI. *Edgarus* filius Regis *Malcolmi* & Reginæ glorioſæ *Margaretæ* hæreditarie Regnum *Scotiæ* ſuſcepit, *Duvenaldo* capto & carceri perpetuo damnato. Regnavit igitur *Edgarus* Rex feliciter IX. annis, anno ab incarnatione Domini M. C. VII. vitam terminans, ſcilicet VII. idus *Januarii*. Cui ſucceſſit in Regnum frater ejus *Alexander*, regnans glorioſe XVII. annis, anno ab incarnatione Domini M. C. XXIV. viam univerſæ carnis ingrediens VI. kal. *Maii*. Succeſſit autem ei frater ejus junior & felicior *David*, qui potentiſſimus Rex regnavit feliciter XXIX. annis, & ſic Deo animam commendans, deceſſit anno ab incarnatione Domini M. C. LIII. ſcilicet IX. kal. *Junii*. Comes *Henricus* filius ejuſdem Regis *David*, obierat anno præcedente, ſcilicet ab incarnatione Domini M. C. LII. & anno ſubſequente, videlicet ab incarnatione Domini M. C. LIII. ſuſcepit *Malcolmus* filius prædicti Comi-

tis

tis *Henrici* Regni gubernacula puer, & virgo in virginitate ſua permanens, gratia Dei ei inſpirante, uſque ad obitum ſuum; Regnavit annis VII. & dimidio, & hominem exuens cœlo ſuſceptus V. idus *Decembris*; ita quod *Willielmus* frater ejus eodem anno, ſcilicet ab incarnatione Domini M.C.LXV. Regnum ſuſcepit, & anno Regni ſui XXXIII. natus eſt ei filius ejus *Alexander*, ab incarnatione Domini M.C.XCVIII. & anno Regni ſui XLIX. obiit. *Alexander* vero filius ejus poſt obitum ſuum ſuſcepit Regnum honorifice, & anno M.CC.XXI. copulavit ſibi in matrimonium *Johannam* filiam *Johannis* Regis, & ſororem H. Regis *Angliæ*. Poſtea elapſi ſunt anni XLII. Quæ anno M.CC.XXXVIII. obiit ſine liberis; Quapropter idem Rex accepit in uxorem *Mariam* filiam *Ingerami* de *Ceuchi* anno M.CC.XXXIX. quæ peperit ei filium anno M.CC.XLI. vocans eum *Alexandrum*. Poſt ejus nativitatem completi ſunt anni XXII. Anno M.CC.XLIX. & Regni ſui XXXV. Obiit *Alexander* Rex pacificus VIII. idus *Julii*, cui ſucceſſit *Alexander* filius ejus III. idus *Julii*. Poſtea completi ſunt anni XIV.

Poſt fundationem Ciſtercii 9. æ. CLXVI.

Anno M.LVII. Clito *Edwardus Edmundi Ferrei lateris* Regis filius pro quo Rex in *Ungaria* miſerat, ut Regem poſt ſe ſubſtitueret, obiit *Londoniis*. Obiit bonæ memoriæ *Leofricus*, Comes ducis *Leofewini* filius, qui cum ſua uxore *Godiva* cœnobium *Conventræ* de ſuo patrimonio conſtruxerunt, ubi & ſepultus eſt, cui ſucceſſit *Algarus* filius ejus. 1057.

Anno M.LVIII. *Algarus* Comes ſecundo à Rege *Edwardo* exlegatus eſt: ſed Regis *Walanorum Grifini* juvamine, & *Noreganicæ* claſſis, per vim ſuum comitatum recepit. *Aldredus Wigornenſis* mare tranſiens, per *Ungariam Seroſolymam* profectus eſt. 1058.

Anno M.LIX. *Nicholaus Florentinæ* civitatis Epiſcopus papa eligitur, & *Benedictus* ejicitur. 1059.

Anno M.LX. Obiit *Henricus* Rex *Francorum*, cui ſucceſſit *Philippus* filius ejus. Obiit *Kinſius Eboracenſis* Archiepiſcopus, cui ſucceſſit *Aldredus Wigornenſis* Epiſcopus, & *Herefordenſis* præſulatus eſt datus *Waltero* capellano *Edithæ* Reginæ. 1060.

Anno M.LXI. *Aldredus* Archiepiſcopus *Eboracenſis Romam* cum *Toſtio* Comite profectus, pallium à *Nicholao* papa ſuſcepit. Interim *Malcolmus* Rex *Scottorum* ſui conjurati fratris *Toſtii* comitatum, id eſt *Northimbriam* ferociter depopulatur; violata pace ſancti *Cuthberti* in *Halieilande*. Obiit *Nicholaus* papa, cui ſucceſſit *Alexander* C.XLIX. 1061.

Anno M.LXII. *Wlfſtanus Wigornenſis* Eccleſiæ venerabilis Monachus *Wigornenſi* Eccleſiæ præficitur Epiſcopus, & ab *Aldredi Eboracenſi* Archiepiſcopo conſecratur, quia officium Epiſcopale *Stigando* interdictum fuerat à Domino papa. 1062.

Anno M.LXIII. Rex *Northwalanorum Grifinus*, impetu & fortitudine Comitis *Haroldi* & fratris ſui *Toſtii* ferre non valens, navem conſcendens fugit & vix evaſit. Unde *Walani* coacti datis obſidibus ſeſe ſuaque dederunt, Regemque ſuum *Grifinum* exlegantes abjecerunt. 1063.

Anno M.LXIV. Rex *Norwalanorum Grifinus* à ſuis interficitur, & caput ejus caputque navis [a] impius cum ornatura, Comiti *Haroldo* mittitur. Quæ mox ille Regi *Edwardo* detulit. Rex vero *Edwardus* terram Regis occiſi duobus fratribus ſuis *Bleothgento* & *Rithwalano* ea conditione conceſſit ut fideles illi ſemper exiſterent, quod & per ſacramentum & obſidibus datis confirmaverunt. 1064.

Anno M.LXV. *Agelwinus Dunelmenſis* Epiſcopus oſſa beati *Oſwini* Regis & Martyris apud *Tinemutham* de tumulo in ſcrinio magno cum honore levavit. 1065.

Anno ab incarnatione Domini M.LXVI. Obiit piæ memoriæ *Edwardus* 1066.

[a] Ipſius.

Rex,

Rex, honor & gloria *Anglorum* dum vixit, eorundem ruina dum moritur, poſtea quam curiam ſuam in nativitate Domini ut potuit *Lundoniis* tenuerat, & Eccleſiam ſancti *Petri Weſtmonaſterii*, quam ipſe à fundamentis conſtruxerat, cum magna gloria dedicari fecerat, in vigilia *Epiphaniæ*; *Haroldus.* cui poſt obitum ejus ſucceſſit *Haroldus* Comitis *Godwini* filius. Rex *Noreganorum Haroldus Harphagher*, frater ſancti *Olavi* Regis & Martyris, & *Toſtius* Comes apud [a] Strinfordebrigge occciduntur. *Willielmus Baſtard Angliam* debellat & obtinet; & ab *Aldredo Eboracenſi* Archiepiſcopo apud *Wilhelmus.* *Weſtmonaſterium* in Regem conſecratur. Viſa eſt cometa.

1067. Anno M.LXVII. Rex *Willielmus Normanniam* rediit, ducens ſecum *Dorobernenſem* Archiepiſcopum *Stigandum*, clitonem *Edgarum*, Comites *Edwinum* & *Morkarum* & *Walteum* & multos alios de nobilioribus *Angliæ*. Rediens vero, *Anglis* importabile tributum impoſuit.

1068. Anno M.LXVIII. Duo papæ in *Roma* facti ſunt, id eſt Epiſcopus *Parmenſis* qui expulſus eſt, & Epiſcopus de *Luca* qui papa permanſit.

1069. Anno M.LXIX. Comes *Rodbertus Cumin* cum DCC. fere viris apud *Dunelmum* à *Norhimbris* occiditur. *Aldredus* Archiepiſcopus obiit.

1070. Anno M.LXX. Rex *Malcolmus Angliam* uſque Clivelaund vaſtavit; & tunc clitoni *Edgaro* & ſororibus *Margaretæ* & *Chriſtinæ*, ubi eas invenit Regem *Angliæ* fugientes, ut in *Scotiam* irent, apud *Weremundam* in reditu pacem ſuam donavit, & *Margaretam* poſtea ſibi in matrimonium junxit. *Stigandus* ab Archiepiſcopatu deponitur à legatis *Alexandri* papæ, & multæ aliæ perſonæ. *Thomas* & *Lamfrancus.* Archiepiſcopi conſecrantur. *Lamfrancus* à ſuffraganeis, *Thomas* à *Lamfranco.*

1071. Anno M.LXXI. *Lamfrancus* & *Thomas Romam* profecti, pallia ab *Alexandro* papa ſuſceperunt. *Walkerus Dunelmenſi* Eccleſiæ præficitur Epiſcopus.

1072. Anno M.LXXII. *Willielmus Scotiam* intravit, cui occurrens Rex *Malcolmus* in loco qui dicitur Abernithi, homo ſuus devenit. Rex *Willielmus* in reditu de *Scotia* temere per ſuos capellanos de ſancto *Cuthberto* explorare volens, territus à *Dunelmo* & ſub velocitate receſſit.

1073. Anno M.LXXIII. Clito *Edgarus* cum Rege *Willielmo* pacificatus eſt. Comes *Waldevus* necem avi ſui *Aldredi* Comitis ſuper filios *Carl* graviter ulciſcitur.

1074. Anno M.LXXIV. *Hiltibrandus* qui & *Gregorius Romanus* Archipapa eſt electus & conſecratus. Iſte papa banno interdixit clericis uxores habere. Tres Monachi de *Eveſham* venerunt, id eſt *Aldwinus, Elfwinus, Reinfridus:* Ab his tribus inſtaurata ſunt tria Monaſteria, *Dunelmum, Eboracum,* Witebi. Magna conjuratio contra Regem *Willielmum* facta eſt.

1075. Anno M.LXXV. Comes *Waldevus* occiſus eſt. *Philippus* Rex *Francorum* ab obſidione *Dol* fugavit Regem *Willielmum.* *Gregorius* papa præcepit ut nullus audiret miſſam presbyteri conjugati.

1076. Anno M.LXXVI. Rex *Danorum Swanus* bene litteris imbutus obiit. Cui filius ſuus *Haroldus* ſucceſſit.

1077. Anno M.LXXVII. *Rodbertus Curtehoſe* guerram contra patrem ſuum movit auxilio *Philippi* Regis *Franciæ*, eo quod *Normanniam* ſibi coram eodem Rege promiſerat & non dederat.

1078. Anno M.LXXVIII. Nihil dignum memoriæ.

1079. Anno M.LXXIX. Rex *Malcolmus Scottorum Angliam* uſque ad *Tynam* vaſtavit. Rex *Willielmus* & filius ejus *Willielmus* ante caſtellum *Gerboreth* à filio ſuo *Rodberto* vulnerati ſunt & in fugam converſi ſunt

1080. Anno M.LXXX. *Walkerus* Epiſcopus *Dunelmenſis* occiſus eſt. *Odo Baiocenſis* Epiſcopus miſſus à Rege *Willielmo Norhimbriam* vaſtavit. Rex *Willielmus* filium ſuum *Rodbertum* contra *Malcolmum* in *Scotiam* uſque ad Eaglesuret miſit. Qui nullo perfecto negotio reverſus, *Novum Caſtellum* condidit. *Wil-*

a Stanefordebrigge.

lielmus

lielmus ſuſcepit *Dunelmenſem* Epiſcopatum. *Henricus* Imperator *Gregorium* papam *Magontiæ* decrevit deponendum, & *Wibertum Ravenenſem* Epiſcopum pro eo fecit antipapam. Ventus validiſſimus in natale Domini.

Anno M. LXXXI. *Hen icus* Imperator hoſtiliter *Romam* adverſus papam adiit, oppugnans urbem adhuc non intravit. 1081.

Anno M. LXXXII. Multis homicidiis & prædationibus inter *Henricum* Imperatorem & papam *Gregorium* actis, in nocte palmarum multi ſunt occiſi. Rex *Willielmus* fratrem ſuum *Odonem Baiocenſem* Epiſcopum in cuſtodiam poſuit. 1082.

Anno M. LXXXIII. *Henricus* Imperator urbem *Romæ* infregit & cepit, & *Wibertum* antipapam intruſit: *Gregorius* vero *Beneventum* adiens ibidem uſque ad obitum deguit. 1083.

Anno M. LXXXIV. *Gregorius* papa obiit. Rex *Willielmus* de unaquaque hida per *Angliam* VI. ſolidos accepit. 1084.

Anno M. LXXXV. Rex *Willielmus* tribus capellanis ſuis *Mauricio Lundonienſem, Willielmo Teodfordenſem, Rodberto Ceſtrenſem* dedit præſulatum. 1085.

Anno M. LXXXVI. Rex *Willielmus* fecit deſcribi totam *Angliam*. Clito *Edgarus* cum cc. militibus mare tranſiens *Apuliam* adiit, Cujus ſoror *Chriſtiana* Monaſterium *Rumeſeia* intravit & ſanctimonialem habitum ſuſcepit. 1086.

Anno M. LXXXVII. Reliquiæ ſancti *Nicholai* de *Mirreia* uſque ad *Barum* transferuntur. *Aldwinus* Prior *Dunelmenſis* deceſſit. Rex *Willielmus* in *Franciam* cum exercitu venit, & opidum quod *Mathuntun* nuncupatur, & omnes Eccleſias in eo ſitas, duoſque recluſos igne ſuccendit; & inde *Normanniam* rediit. Sed in iſto reditu dirus viſcerum dolor illum apprehendit, & magis ac magis de die in diem gravabat. Cum autem ingraveſcente ægritudine diem ſibi mortis imminere ſenſiſſet, fratrem ſuum *Odonem Baiocenſem* Epiſcopum, & Comites *Morkarum* & *Rogerum* & *Siwardum* cognomento *Barn*, & *Wlnotum* Regis *Haroldi* germanum quem à pueritia in cuſtodia, & omnes quos vel in *Anglia* vel in *Normannia* cuſtodiæ manciparat, relaxavit. Deinde filio ſuo *Willielmo* Regnum tradidit *Angliæ*, & *Rodberto* primogenito ſuo, qui tunc in *Francia* exulabat, comitatum *Normanniæ* conceſſit; Et ſic cœleſti viatico munitus poſtquam XX. annis, menſibus XI. genti *Anglorum* præfuit, V. iduum *Septembrium* die Regnum cum vita perdidit; & *Cadomi* in Eccleſia ſancti *Stephani* ſepultus eſt, [&] quam ipſe à fundamentis conſtruerat, bonis ditaverat. *Willielmus* autem filius ejus *Angliam* feſtinato adiit, ducens ſecum *Morkarum* & *Wlnotum*. Sed mox ut *Wintoniam* venit, illos ut prius fuerant, cuſtodiæ mancipavit. Poſt hæc VI. kal. *Octobris* die dominico in *Weſtmonaſterio* à *Lamfranco* Archiepiſcopo in Regem conſecratus eſt. Theſauros patris ſui, ut ipſe juſſerat, Eccleſiis per *Angliam* diviſit & pauperibus. *Ulſum Haroldi* quondam Regis filium, & *Dunecanum Malcolmi* Regis filium à cuſtodia laxatos & armis militaribus honoratos abire permiſit. 1087.

Anno M. LXXXVIII. Fere omnes Comites & proceres *Angliæ* paraverunt Regem prodere, ſed nihil profecerunt. 1088.

Anno M. LXXXIX. Obiit *Lamfrancus* Archiepiſcopus. Terræ motus extitit per *Angliam* permaximus circa horam diei tertiam. 1089.

Anno M. XC. Rex *Willielmus* Regem *Francorum Philippum* per pecuniam occulte tranſmiſſam ab obſidione ſui caſtri in *Normanniam* abire fecit. Ventus vehemens percuſſit *Lundoniam*. 1090.

Anno M. XCI. Reconciliati ſunt Rex *Willielmus* & frater ſuus *Rodbertus*. *Henricus* frater eorum *Montem ſancti Michaelis* occupavit, & Regis terram vaſtavit; quem Rex & Comes per totam quadrageſimam obſiderunt, ſed nihil profecerunt. Rex *Willielmus* occurrit cum exercitu Regis *Malcolmi* jam *Norhimbriam* vaſtanti, in provincia **Loidis**, quos Comes *Rodbertus* ea conditione pacificavit, ut Rex *Scottorum* Regi *Willielmo* obediret, & Rex 1091.

Willielmus Regi præfato XII. villas, quas ſub patre ſuo habuerat, redderet, & XII. marcas auri ſingulis annis daret. Diſſenſio permaxima inter *Urbanum* papa & *Wibertum* antipapam prædictum.

1092. Anno M. XCII. Antiſtes *Remigius* tranſtulit ſedem *Dorcaceſtriæ* ad *Lincolum*. Rex *Willielmus* veniens ad [a] *Carel* inſtauravit illam.

1093. Anno M. XCIII. Rex *Willielmus* dedit Archiepiſcopatum *Cantuariæ Anſelmo* Abbati *Beccenſi*, & Epiſcopatum *Lincolniæ* Cancellario ſuo *Rodberto Bloeth*. Eccleſia nova *Dunelmi* incœpta eſt III. idus *Auguſti*; Epiſcopo *Willielmo*, & *Malcolmo* Rege *Scottorum*, & *Turgoto* Priore ponentibus primos in fundamento lapides. Rex *Scottorum Malcolmus* cum filio ſuo primogenito *Edwardo* à *Norhimbris* occiſus eſt. *Margareta* Regina *Scotiæ* obiit. *Dovenaldus* Regnum *Scotiæ* invaſit.

Verſus.

1094. Anno M. XCIV. *Scotti* Regem *Dunecanum* peremerunt.

1095. Anno M. XCV. *Wlſtanus* venerabilis *Wigornenſis* Epiſcopus obiit. *Walterus Albanenſis* Epiſcopus legatus *Romanæ* Eccleſiæ ab *Urbano* papa miſſus, pallium *Cantuariæ* attulit. *Rodbertus* de *Mobreia* Comes *Norhimbriæ* in **Tinemue** capitur, & apud **Windeſhoure** cuſtodiæ mancipatur. *Urbanus* papa *Galliam* veniens iter *Hieroſolymitanum* prædicavit.

Wilhelm. 2.

1096. Anno M. XCVI. Chriſtiani iter verſus *Hieroſolymam* inierunt. Rex *Willielmus* VI. DC. LXVI. libras fratri ſuo *Rodberto* præſtitit, & ab eo *Normanniam* in vadimonium accepit. *Urbanus* papa iter *Hieroſolymitanum* prædicavit. *Willielmus Dunelmenſis* Epiſcopus obiit.

1097. Anno M. XCVII. Rex *Willielmus* clitonem *Edgarum* in *Scotiam* cum exercitu miſit, ut expulſo *Duvenaldo Edgarum* filium *Malcolmi* Regis Regem conſtitueret; quod & fecit. Chriſtiani *Nicetim* civitatem ceperunt XIV. kal. *Junii*.

Verſus.

1098. Anno M. XCVIII. *Facta eſt abbatia ſanctæ Mariæ Ciſtercii. Antiochia* à Chriſtianis capta eſt III. Non. *Junii*, & cometa apparuit. Obiit *Walchelinus* Epiſcopus *Wintoniæ*, cui ſucceſſit *Willielmus Giffard*. Rex *Noreganorum Magnus* filius Regis *Olavi* filii Regis *Haroldi Harfauh Orcadas* & *Menanias* inſulas ſuo adjecit Regno. Eodem anno kal. *Auguſti* obiit *Adimarus Podienſis* Epiſcopus. *Urbanus* papa Concilium tenuit apud *Barum* comitante ſecum *Anſelmo* Archiepiſcopo *Cantuarienſi*. Chriſtiani ceperunt in *Syria* duas urbes, *Barram* ſcilicet & *Marram*, ubi tantam famem paſſi ſunt ut de cadaveribus *Saracenorum* comederent.

1099. Anno M. XCIX. *Urbanus* papa in ebdomada paſchæ magnum Concilium *Romæ* tenuit. *Hieruſalem* capta eſt à Chriſtianis idus *Julii* feria VI. & *Godefridus Lothtarenſis* Regnum ſuſcepit. *Urbanus* papa obiit, *Paſchalis* in papam in ſequenti die eſt conſecratus. Tertio Nonarum *Novembris* mare litus egreditur, & villas & homines quamplures, boves & oves innumeras demerſit. Dicitur quod cum rogaretur ut per ignis miſſionem in vigilia paſchæ oſtenderet Deus quem ſibi Regem præficerent & veniſſet ſuper lanciam *Roberti Curthoſe*, reſpuit ille.

1100. Anno M. C. *Wibertus* antipapa obiit. Rex *Willielmus* in Nova foreſta à *Waltero Tirello* ſagitta occiditur. Rex *Henricus* à *Mauricio Lundonienſi* Epiſcopo in Regem conſecratur. Rex *Henricus Anſelmum* Archiepiſcopum revocavit. *Rannulfum Dunelmenſem* Epiſcopum in cuſtodia *Lundoniæ* poſuit. *Rodbertus* Comes *Normanniæ* & *Rodbertus Flandrenſis*, & *Euſtacius Bononienſis* repatriaverunt. Rex *Henricus Matildem* Reginam filiam *Malcolmi* Regis *Scottorum* & ſanctæ *Margaretæ* reginæ, ſororem etiam Regnum *Edgari*, *Alexandri* & *David* deſponſavit, quam *Anſelmus* Archiepiſcopus conſecravit & coronavit. Obiit *Thomas* Archiepiſcopus *Eboracenſis*, cui ſucceſſit *Girardus*. *Bomundus* jam dominus *Antiochiæ* ante urbem *Baldewino* reddidit fratri *Regis Godfridi*. Eodem anno ipſe *Godefridus* obiit, & *Baldewinus* *.

Henric. R.

[a] Carlel.

Anno

Anno M. C. I. *Rannulfus* Epiſcopus de cuſtodia evaſit. Rex *Franciæ Ludovicus* interfuit Curiæ *Henrici* Regis *Lundoniis* in natali Domini. Pax facta eſt inter Regem *Henricum* & Comitem *Rodbertum*, ut Rex III. Marcas argenti perſolverit Comiti ſingulis annis. Rex *Hieroſolymorum Baldewinus Cæſaream Palæſtinam* cepit. 1101.

Anno M. C. II. Rex *Henricus Rodbertum* de *Beleſmo* & *Arnoldum* fratrem ejus de *Anglia* expulit; & *Mariam* ſororem Reginæ *Matildis Euſtachio Bononienſi* Comiti nuptum tradidit. 1102.

Anno M. C. III. *Anſelmus* Archiep. injurias multas à Rege ſuſtinens, *Romam* tendit. *Rodbertus* Comes *Angliam* veniens, III. Marcas Regi perdonavit. 1103.

Anno M. C. IV. Corpus S. *Cuthberti* oſtenſum eſt, & incorruptum inventum & flexibile, & tranſlatum eſt apud *Dunelmum* in novam Eccleſiam poſt annos depoſitionis ejus CCCC. XVIII. 1104.

Anno M. C. V. Rex *Henricus* mare tranſivit, quem receperunt omnes fere Barones *Normanniæ*, ſpreto fratre ſuo, cæcati multæ cupiditate pecuniæ, & *Baiocas* incendit. 1105.

Anno M. C. VI. *Rodbertus* Comes venit in *Angliam* quærens à fratre ut omnia ablata ſibi redderet, cui contradixit. *Henricus* Imperator moritur, cui ſucceſſit filius ejus *Henricus*. Rex *Henricus* mare tranſiit, & apud *Tenerchebrai* commiſſo prœlio *Rodbertum* Comitem & *Rodbertum* de *Stutevill* & *Willielmum* Comitem de *Moretonio* cepit. 1106.

Anno M. C. VII. *Edgarus* Rex *Scotiæ* VI. idus *Januarii* obiit. Cui ſucceſſit frater ejus *Alexander*. Comes *Rodbertus* & Comes *Willielmus* de *Moretonio* in *Anglia* cuſtodiæ mancipantur. Rex rediit in *Angliam*, & in concilio apud *Lundonias* ſtatutum eſt ut nuſquam ulterius per dationem baculi vel annuli de Epiſcopatu vel Abbathia per Regem vel quamlibet laicam manum aliquis inveſtiretur. *Anſelmus* Archiepiſcopus V. Epiſcopos una conſecravit. *Philippus* Rex *Francorum* obiit, cui ſucceſſit *Ludovicus* groſſus filius ejus. Ordinatio *Rogeri* Epiſcopi Salesbiriæ. 1107. *Verſus.*

Anno M. C. VIII. Rex *Henricus* leges ſtatuit de furibus & latronibus ſuſpendendis, & ut obuli eſſent rotundi. *Gundulfus* Epiſcopus *Roſenſis* obiit, & *Radulfus* ei ſucceſſit. 1108.

Anno M. C. IX. Obiit *Anſelmus* Archiepiſcopus. *Thomas Eboracenſis* Eccleſiæ à *Ricardo Lundonienſi* Epiſcopo in Archiepiſcopum conſecratus eſt [a] V. kal. *Julii*, & in kal. *Auguſti Turgotum* Priorem *Dunelmenſem* in Epiſcopum S. *Andreæ Eboraci* idem *Thomas* conſecravit. Rex *Henricus* Abbatiam *Elienſem* in Epiſcopalem ſedem mutavit. Cometa apparuit. *Tyronenſis* Eccleſia fundata eſt. 1109.

Anno M. C. X. Rex *Henricus* dedit filiam ſuam in conjugem *Henrico* Regi *Tentonicorum*. Cometa apparuit. Fluvius *Trenta* exſiccatus eſt à mane uſque ad tertiam, ſpatio unius miliarii. *Godricus* Eremita intravit in locum qui dicitur *Finchala* prope *Dunelmum*, & ibi fuit uſque ad diem mortis ſuæ, ſcilicet lx. annis. 1110.

Anno M. C. XI. *Henricus Tentonicus Romam* veniens, *Paſchalem* papam cepit, & in cuſtodia poſuit; Sed poſtea ſtatim reconciliati ſunt. 1111.

Anno M. C. XII. Rex *Henricus* Comitem *Rodbertum* de *Beleſmo* in cuſtodia poſuit in *Keresburch*. 1112.

Anno M. C. XIII. Rex *Henricus Angliam* rediens *Rodbertum* de *Beleſmo* in arcta poſuit cuſtodia apud *Warham*. Monachi *Tyronenſes* venerunt in patriam iſtam. 1113.

Anno M. C. XIV. *Henrico* Imperatori deſponſata eſt *Matildis* filia Regis *Anglorum Magontiæ*, & in Imperatricem eſt conſecrata. Obiit *Thomas Eboracenſis* Archiepiſcopus; *Radulfus Roſenſis* Epiſcopus factus eſt Archiepiſcopus *Cantuariæ*. *Turſtinus* Regis capellanus ad *Eboracenſem* Archiepiſcopatum eligitur. Rex *Henricus* in *Walloniam* exercitum duxit. *Tamiſia* defecit, ita ut à puero tranſvadari poſſit. 1114.

[a] Dunelm. Chron. iii. kal.

1115. Anno M. C. XV. *Radulfus* ſuſcepit pallium ab *Anſelmo Romanæ* Eccleſiæ legato. *Turgotus* de *Scotia* rediens *Dunelmum*, obiit & ſepultus eſt ubi diu ante Prior fuerat. Canonicis tradita eſt Eccleſia de Scon.

1116. Anno M. C. XVI. Comites & Barones totius *Angliæ Willielmo* filio Regis hominium apud [a] *Seleberiam* fecerunt & fidelitatem juraverunt. *Turſtinus Eboracenſis* electus, nolens profeſſionem *Cantuarienſi* Archiepiſcopo facere, mare cum Rege tranſiit. *Paſchalis* papa Regi *Henrico* vices ſuas in *Anglia* agere per litteras conceſſit.

1117. Anno M. C. XVII. Apud *Italiam* magno terræmotu XL. diebus durante, plurima ædificia corruerunt, villaque quædam pergrandis de proprio loco mota eſt. Luna verſa eſt quaſi in ſanguinem.

1118. Anno M. C. XVIII. *Paſchalis* papa obiit, Cui ſucceſſit papa *Gelaſius*. *Henricus* Imperator *Romam* tendit, & *Burdinum Braccarenſem* Epiſcopum, jam anno præterito à papa *Gelaſio Beneventi* excommunicatum, antipapam inſtituit. Obiit *Matildis* Regina *Anglorum*. *Gelaſius* papa *Galliam* venit, ſuſceptus honorifice à Rege *Francorum*, & ab univerſis perſonis Regni. Dominus *Norbertus* papam *Gelaſium* adiens, officium ab eo prædicationis accepit.

1119. Anno M. C. XIX. Obiit papa *Gelaſius* apud *Cluniacum*, ibidemque ſepelitur; in cujus locum Cardinales aliique *Romam Widonem Vienenſem* Archiepiſcopum eligunt, eumque *Calixtum* nominant. Eccleſia gravi ſcandalo percellitur. *Calixtus* papa XIII. kal. *Novembris* generale Concilium *Remis* conſtituit, In quo & *Henricum* Imperatorem excommunicavit. In quo & *Turſtinum Eboracenſem* Archiepiſcopum conſecravit, licet Rex *Anglorum Henricus* & *Radulfus* Archiepiſcopus *Cantuarienſis* per nuncios ſuos contradicerent. *Calixtus* papa *Giſortium* venit locuturus cum Rege *Anglorum Henrico*. Dominus *Norbertus* auctoritate papæ *Calixti* ordinem *Præmonſtratenſem* inſtituit.

Henric. R.

1120. Anno M. C. XX. *Willielmus* filius Regis, & frater ſuus nothus, & multi nobiles viri & fœminæ, C. XL. milites, L. nautæ cum tribus gubernatoribus omnes ſubmerſi ſunt.

1121. Anno M. C. XXI. Rex *Henricus Aaliz Godefridi* ducis *Luvaniæ* filiam ſibi in matrimonium junxit. [b] *Edmundus Cantuarienſis* Monachus præcedenti anno ad Epiſcopatum S. *Andreæ* in *Scotia* electus, depoſita intentione regendi Epiſcopatus, ad locum ſuum revertitur. *Calixtus* papa litteris ſuis Regem *Anglorum* coegit ſuſcipere *Turſtinum* Archiepiſcopum, & ſine exactione profeſſionis in ſuum mox recipitur Archiepiſcopatum. *Calixtus* papa ab urbe *Roma* digreſſus *Suthrinam* civitatem obſedit, & *Burdinum* antipapam capit, & in cavam trudit in exilium. Rex *Henricus* in *Wallionam* cum magno exercitu venit; ſed *Walenſes* ſtatim concordati ſunt. *Rannulfus Dunelmenſis* Epiſcopus caſtellum apud *Norham* firmavit.

1122. Anno M. C. XXII. *Johannes* Epiſcopus *Glaſcuenſis Romam* & *Hieroſolymam* proficiſcitur. *Calixtus* papa & *Henricus* Imperator reconciliati ſunt. *Henricus* Rex ad Carleil venit. *Radulfus Cantuarienſis* Archiepiſcopus obiit. *Sibilla* Regina *Scotiæ* obiit III. idus *Julii*.

1123. Anno M. C. XXIII. *Johannes* Epiſcopus *Glaſcuenſis* à *Calixto* papa compellitur redire ad Epiſcopatum. *Willielmus* de *Curbuil* ad Archiepiſcopatum *Cantuariæ* eligitur. *Calixtus* papa tenuit *Romæ* Concilium, præſentibus CCC. Epiſcopis, XV. kal. *Aprilis*. *Willelmus* & *Turſtinus* Archiepiſcopi *Romam* veniunt, & revertuntur infectis negotiis. Rex *Jeruſalem Baldewinus* dolo à paganis capitur.

1124. *Verſus.* Anno M. C. XXIV. *Alexander* per *Scottorum* obiit VII. kal. *Maii*, cui ſucceſſit frater ejus *David*. Ipſo anno quatuor ante mortem ſuam menſibus fecit eligi *Rodbertum* Priorem de *Scona* in Epiſcopum ſancti *Andreæ*, ſed ejus

a Saleſbiriam. *b* Ædmerus.

ordinatio

ordinatio multo tempore eſt dilata. *Calixtus* papa obiit, cui ſucceſſit *Honorius*.

Anno M.C.XXV. *Henricus* Imperator ſine filiis obiit; Cui ſucceſſit *Lotharius*. *Johannes Cremenſis* legatus *Angliam* venit, & ad Regem *David* apud Rokeſburch; & in reditu apud *Lundoniam* Concilium tenuit. Monetarii totius *Angliæ* principales deprehenſi juſſu Regis. *Henrici* ſimul *Wintoniæ* congregati, amputatis dextris & abſciſis teſticulis evirantur; ſtatim poſt circumciſionem Domini fames fuit maxima per *Angliam*. Imperatrix, defuncto marito, ad patrem ſuum in *Normanniam* rediit. 1125.

Anno M.C.XXVI. Rex *Hieroſolymorum*, data redemtione ſua paganis, & datis obſidibus, libere ad ſuos redire permittitur. *Turſtinus Eboracenſis* & *Willielmus Cantuarienſis* Archiepiſcopi redeunt *Roma*; *Willielmus* quidem *Cantuarienſis* legatus factus eſt, ſed *Turſtinus* in ſtatu ſuo. 1126.

Anno M.C.XXVII. *David* Rex *Scotiæ* & omnes Archiep. Abbates, Comites, & Barones totius *Angliæ* Imperatrici Regnum juraverunt in circumciſione Domini apud *Lundonias*. *Carolus* Comes *Flandrenſis* in orationem admiſſam in quadrageſima interfectus eſt, Cui ſucceſſit *Willielmus longa ſpata* filius *Roberti Curthoſe* in comitatum. Rex *Henricus* dedit filiam ſuam Imperatricem Comiti *Andegaviæ Gaufrido*. 1127.

Anno M.C.XXVIII. Cepit fundari Eccleſia ſanctæ crucis de *Edeneburc*. *Willielmus* Comes *Flandrenſis* lethaliter vulneratus eſt, cui ſucceſſit *Theodorus*. *Rannulfus* Epiſcopus *Dunelmenſis* obiit, cui ſucceſſit *Gaufridus* Regis Cancellarius. Fundata eſt Eccleſia de Kelchehou v. Nonarum *Maii*. 1128.

Anno M.C.XXIX. Obiit *Willielmus Giffard Wintonienſis* Epiſcopus, & Rex dedit Epiſcopatum nepoti ſuo *Henrico* fratri Comitis *Theobaldi* & *Stephani*; Et Epiſcopatus *Ceſtrenſis* datus eſt *Rogero* nepoti *Gaufridi* de *Clintun*, & ambo pariter conſecrati ſunt *Cantuariæ* à *Willielmo* Archiepiſcopo. 1129.

Anno M.C.XXX. *Anagus* Comes *Muravenſis* interfectus eſt cum gente ſua à *Scottis*. Obiit papa *Honorius*, cui ſucceſſit *Innocentius*. 1130.

Anno M.C.XXXI. *Henricus* Rex adſcivit ad Epiſcopatum *Herefordenſem* *Rodbertum* Priorem de *Lantonia*, virum Epiſcopatu dignum. 1131.

Anno M.C.XXXII. *Tertio non. Martii facta eſt Abbatia ſanctæ Mariæ de Reivalle die ſabbati.* 1132.

Anno M.C.XXXIII. Eclipſis ſolis facta eſt IV. Non. *Auguſti*, feria IV. ita ut dies in noctem verteretur aliquandiu. *Gaufridus* Regis Cancellarius Eccleſiæ *Dunelmenſis*, & *Adulfus* Eccleſiæ *Carleolenſis* à *Turſtino* Archiepiſcopo *Eboracenſi* conſecrati ſunt Epiſcopi. *Nigellus Elyenſis* Epiſcopus conſecratur. 1133.

Anno M.C.XXXIV. Dedicatio Eccleſiæ ſancti *Jacobi* in Rokeſburch, XV. kal. *Maii* feria III. paſchæ, & combuſta eſt Eccleſia S. *Pauli Lundoniæ*. *Malcolmus* capitur & in arcta ponitur in turre Rokeſburch cuſtodia. Obiit *Robertus Curthoſe* in cuſtodia. 1134.

Anno M.C.XXXV. *Henricus* Rex *Angliæ* obiit IV. Nonarum *Decembris*. Et *Stephanus* Comes nepos ejus ſuſcepit Regnum. Et poſtea XI. kal. *Januarii* coronatus eſt, & in die coronationis ſuæ ad miſſam oblita eſt pax populo dari, nec habuit pacem fere toto tempore vitæ ſuæ. 1135.

Anno M.C.XXXVI. *Facta eſt Abbatia ſanctæ Mariæ de Malros feria ſecunda paſchæ*, & *Ricardus* primus Abbas Melros. Obiit *Willielmus Cantuarienſis* Archiepiſcopus. Dedicatio Eccleſiæ *Glaſcuenſis*. *Norhimbria* & *Cumbria* redditæ ſunt Regi *Scottorum David*; ſed ſtatim pacificati ſunt Rex *David* & Rex *Stephanus*, & *Norhimbria* reddita Regi *Stephano*, & *Cumbria* Regi *David* remanſit. Tranſlatio ſancti *Guthlaci* Confeſſoris. 1136.

Anno M.C.XXXVII. *Ludovicus Groſſus* Rex *Franciæ* obiit, cui ſucceſſit filius ejus *Ludovicus*. *Turſtinus* Archiepiſcopus *Eboracenſis* veniens Rocheſburch impetravit à Rege *David* interim ne vaſtaret *Norhimbriam*. Sed non multo poſt ſolutæ ſunt induciæ, quia Rex *Stephanus* nolebat dare *Norhimbriam* *Henrico* filio Regis *David*. 1137.

1138. Anno M. C. XXXVIII. Rex *David* miſerabiliter vaſtavit *Norhimbriam* totam. Rex *Stephanus* in capite Jejunii cum magno exercitu veniens **Rokesburc**, cum ignominia ſtatim rediit. Obiit *Petrus Leo* antipapa. *Albertus* legatus *Hoſtienſis* Epiſcopus venit *Carleil* ad Regem *David.* Fuit bellum in **Cuteenemor** inter *Scottos* & *Anglos* ad ſtandardum XI. kal. *Septembris,* feria II. Et Epiſcopus *Seleberiæ* & Epiſcopus *Lincolniæ* & Cancellarius capti ſunt à Rege *Stephano.*

1139. Anno M. C. XXXIX. Conſecratus eſt *Teodbaldus* Abbas *Beccenſis* ab *Alberico* legato in Archiepiſcopum *Cantuarienſem* circa Epiphaniam Domini. Pax facta eſt inter duos Reges inſtantia Reginæ, & *Norhimbria* data eſt *Henrico* filio Regis *David. Henricus* Comes duxit *Ade* Comitiſſam filiam *Willielmi* Comitis de *Warenna,* & *Rodberti* Comitis de *Leiceſtria,* & *Walerani* Comitis de *Mellent*, cujus mater fuit ſoror *Radulfi* Comitis de *Perona*, Regis *Francorum* conſanguinea. *Henricus Wintonienſis* Epiſcopus frater Regis *Stephani* factus eſt ab *Innocentio* papa legatus in *Anglia. Matildis* Imperatrix venit in *Angliam*, ut adquireret terram ad opus filii, quem Rex *David* & multi alii pro legitimo hærede habebunt.

1140. Anno M. C. XL. Rex *Stephanus* capitur *Lincolniæ* in prœlio, die purificationis S. *Mariæ* & cuſtodia mancipatur. Ad feſtum ſanctæ Crucis in *Septembri* contracto numeroſo exercitu militari de *Anglia* & de tranſmarinis partibus, per ſuæ Reginæ inſtantiam omnino à vinculis liberatus & Regno reſtitutus, & in concambium pro *Rodberto* Comite *Glouceſtriæ* filio Regis *Henrici,* qui ibi captus eſt, & Rex *David Scottorum* & Imperatrix ſine periculo evaſerunt. Facta eſt Abbatia ſanctæ *Mariæ* de **Heubotle**. Obiit *Turſtinus Eboracenſis* Archiepiſcopus in extremo redditus monaſterio S. *Johannis* Evangeliſtæ del **Pimfreit**.

1141. Anno M. C. XLI. Eclipſis ſolis facta eſt XIII. kal. *Aprilis. Albericus* de *Ver* occiſus *Lundoniæ* ſeditione civium. Obiit *Gaufridus Dunelmenſis* Epiſcopus. *Willielmus* Theſaurarius in Archiepiſcopum *Eboracenſem* electus eſt.

1142. Anno M. C. XLII. *Willielmus Cumin* Cancellarius Regis *Scottorum* per dationem Imperatricis intravit in caſtellum *Dunenſe*, & vi ſancti *Cuthberti* poſſeſſiones per aliquod tempus obtinuit, cæca ambitione volens fieri Epiſcopus. Quo Eccleſiam graviter opprimente, receſſerunt de loco *Rogerus* Prior & *Rannulfus* Archidiaconus, & ceteri diſperſi, Eccleſia ceſſavit à divino officio. Eodem anno fundata eſt Abbatia de **Dundraynan** in *Galwaya.*

1143. *Stephanus.* Anno M. C. XLIII. *Willielmus* de ſancta *Barbara* decanus *Eboracenſis* Eccleſiæ electus eſt in Epiſcopum *Dunelmenſem.* Conſecrati ſunt ambo *Willielmi* ab *Henrico Wintonienſi* Epiſcopo, *Romanæ* Eccleſiæ legato, *Willielmus* prædictus theſaurarius in Archiepiſcopum *Eboracenſem, Willielmus* Decanus in Epiſcopum *Dunelmenſem.* Obiit papa *Innocentius*, cui ſucceſſit *Celeſtinus.* Ordo *Præmonſtratenſis* venit ad *Neus.* Natus eſt *Willielmus* Rex *Scotiæ.*

1144. Anno M. C. XLIV. Obiit papa *Celeſtinus*, cui ſucceſſit *Lucius.*

1145. Anno M. C. XLV. Obiit *Willielmus* Abbas *Rievallis*, cui ſucceſſit *Mauricius.* Obiit papa *Lucius*, cui ſucceſſit *Eugenius.* Nobilis civitas *Edeſſa* in *Meſopotamia Syriæ*, quæ nunc *Roeiſæ* vocatur, in nocte natalis Domini proditione capitur, dum populus divino officio vacabat, Archiepiſcopo à *Saracenis* in Eccleſia miſerabiliter cum univerſo fere Chriſtianorum populo detruncato. In hac civitate beatus *Thomas* Apoſtolus olim ab *India* tranſlatus requieſcit.

1146. Anno M. C. XLVI. Eccleſia ſanctæ *Mariæ* de *Malros* dedicata eſt V. kal. *Auguſti* in die dominica. *Willielmus* Archiepiſcopo gravibus capitulis in curia *Romana* à dioceſis ſuæ perſonis accuſatus eſt. Unde quia Epiſcopus *Dunelmenſis* nolebat eum ſacramento purgare, præcepit eum papa *Eugenius* ceſſare.

Anno

Anno M. C. XLVII. Rex *Francorum Ludovicus* & multi nobiles & populus innumerabilis *Hieroſolymam* profecti ſunt ad debellandum *Saracenos*; ubi non ſolum nihil perfecerunt, verumetiam plurimam jacturam populi ſui, capto à *Turcis Willielmo* nobili Comite de *Warenna*, diverſis in locis perpeſſi ſunt. Ordo *Præmonſtratenſis* venit ad **Alnewic**. Obiit *Johannes Glaſcuenſis* Epiſcopus, & *Herebertus* Abbas de *Kelhou* ſucceſſit ei, conſecratus à papa *Eugenio Antiſiodoro* die ſancti *Bartholomæi. Henricus Murdac* Abbas de *Fontibus* electus eſt in Archiepiſcopum *Eboracenſem*, & conſecratus eſt à papa *Eugenio Treveris* dominica ſecunda adventus domini. Obiit *Alexander* Epiſcopus *Lincolniæ*. Eodem anno *Eugenius* papa magnum Concilium *Remis* tenuit ad *lætare Hieruſalem*. 1147.

Anno M. C. XLVIII. *Walthevus* frater *Henrici* Comitis *Northimbrorum* & *Simonis* Comitis *Northumtunæ* factus eſt Abbas de *Malros*. Conventus venit ad **Alnewic**. Obiit venerabilis *Rodbertus* Epiſcopus *Herefordiæ*, cui ſucceſſit *Girardus*. Civitas *Oliſiponis* à Chriſtianis capta eſt. Obiit ſanctus *Malathias* Epiſcopus *Hyberniæ* apud *Clarevallem*, ibique ſepultus eſt. 1148.

Anno M. C. XLIX. Obiit *Ricardus* quondam Abbas de *Malros* apud *Claram vallem* in Conventu. *Henricus* filius Imperatricis filiæ Regis *Henrici* primi & filius Comitis *Andegaviæ* honorifice à Rege *Scottorum David* apud **Carleil** ſuſceptus, arma militaria ab eo recepit. Rex *Francorum Ludovicus* ab *Hieroſolymis* reverſus eſt. 1149.

Anno M. C. L. *Facta eſt Abbatia de Holmcultre in kal. Januarii. Abbatia de Kinlos in Muref*. Ordo *Præmonſtratenſis* venit ad **Druebureh** ad feſtivitatem ſancti *Martini*. 1150.

Anno M. C. LI. Papa *Eugenius* quatuor pallia per legatum ſuum *Johannem Papirum* tranſmiſit in *Hiberniam*, quo nunquam antea pallium delatum fuerat. Obiit *Gaufridus* Comes *Andegaviæ*, & *Henricus* filius ejus ſucceſſit ei. Ordo *Præmonſtratenſis* venit ad **Rikemunt**. 1151.

Anno M. C. LII. Obiit *Matildis* Regina *Anglorum*. Obiit *Henricus* Comes *Norhimbrorum*, filius Regis *David Scottorum*, & *Matildis* filia ejus. Obiit *Baldewinus* primus Abbas de **Alnewic**, cui ſucceſſit *Patricius*. Obiit *Willielmus Dunelmenſis* Epiſcopus. Conventus venit ad **Driebure** die ſanctæ *Luciæ*, & *Rogerus* factus eſt Abbas primus. 1152.

Anno M. C. LIII. Obiit *David* Rex *Scottorum* IX. kal. *Junii*, & *Malcolmus* nepos ejus XII. annorum puer, filii ſui *Henrici* Comitis filius, ſucceſſit ei. Obiit papa *Eugenius*, & *Anaſtaſius* ſucceſſit ei. Obiit *Henricus* Archiepiſcopus *Eboracenſis*, & *Bernardus* Abbas de *Clara valle*. 1153. *Stephanus.*

Pax *Angliæ* reddita eſt, pacificatis adinvicem Rege *Stephano* & *Henrico* duce *Normanniæ*, quem & Rex *Stephanus* adoptavit in filium & hæredem, & ſucceſſorem Regni, mediantibus venerabilibus *Thedbaldo Cantuarienſi* Archiepiſcopo & *Henrico Wintonienſi* Epiſcopo, conſtituit. *Hugo* Theſaurarius *Eboracenſis*, cognatus Regis, conſecratus eſt ab *Anaſtaſio* papa in Epiſcopum *Dunelmenſem Romæ* dominica ante natale Domini. *Pax inter Stephanum & Henricum.*

Anno M. C. LIV. Obiit *Euſtachius* filius Regis primus, & poſtea Rex *Stephanus*; & *Henricus* Dux *Normanniæ*, filius *Gaufridi* Comitis *Andegaviæ*, filius Imperatricis, ſucceſſit ei, coronatus in dominica ante natale domini. *Willielmus* dudum *Eboracenſis* Archiepiſcopus, quem ſuſpenderat papa *Eugenius*, *Romam* in ſuperiore anno profectus, gratiam ab *Anaſtaſio* papa recuperavit, & in imminente anno in ſuam honorifice receptus eſt ſedem; ſed non multo poſt, proditione ut dictum eſt ſuorum Clericorum, poſt perceptionem euchariſtiæ infra ablutiones liquore lethali infectus, extinctus eſt; cui ſucceſſit *Rogerus*, *Cantuarienſis* Archidiaconus. 1154.

Anno M. C. LV. Obiit papa *Anaſtaſius*, cui ſucceſſit *Adrianus*. 1155.

Anno M. C. LVI. Conventus ſanctimonialium ſecundo venit ad **Eccles**. *Dovenaldus* filius *Malcolmi* apud **Witterne** captus eſt, & incarceratus in turre de **Rokeſburc** cum patre ſuo. 1156.

Anno

1157. Anno M. C. LVII. Rex *Malcolmus Scottorum* veniens ad Regem *Angliæ Henricum* apud *Ceſtram*, devenit homo ſuus, eo modo quo avus ſuus fuerat homo veteris Regis *Henrici*, ſalvis omnibus dignitatibus ſuis. Rex *Henricus* primum exercitum duxit in *Walliam*, & cepit Rueland.

1158. Anno M. C. LVIII. Item firmatum eſt caſtellum de Werc, præcipiente Rege *Angliæ*. Rex *Angliæ Henricus* & *Malcolmus* Rex *Scottorum* apud Carlel convenerunt, ſed non bene pacificati ab invicem diſceſſerunt, ideoque Rex *Scottorum* non adhuc miles factus eſt.

1159. Anno M. C. LIX. Obiit *Rodbertus* Epiſcopus ſancti *Andreæ*. Obiit piæ memoriæ *Waldevus* Abbas II. de Malros tertio Non. *Auguſti*, qui fuit avunculus Regis M. & *Willielmus* ejuſdem Eccleſiæ Monachus ei ſucceſſit v. kal. *Decembris*, & in vigilia ſancti *Andreæ* Apoſtoli, quæ dominica die evenit, à *Glaſcuenſi* Epiſcopo *Hereberto* benedictus eſt in noſtra Eccleſia.

Alexand. 3. P. Obiit *Adrianus* papa, cui ſucceſſit *Alexander* canonice electus & conſecratus. Et *Fredericus* Imperator erexit ſibi Idolum, *Octavianum* ſcilicet antipapam, quem in execrabili concilio & conventiculo ſanguinum apud *Papiam* cum ſua gente ſtatuit adorandum, & ſciſma factum eſt in Eccleſia multo tempore perdurans.

Victor 4. *Antip.*

Henric. 2. *R.* Rex *Henricus Angliæ Toloſam* cum exercitu adiit, & in eodem exercitu mortui ſunt plurimi, & *Willielmus* Comes *Boloniæ*, filius Regis *Stephani*, & *Hamo* filius Comitis *Glouceſtriæ* obierunt. Rediens ab hoc exercitu *Malcolmus* Rex *Scottorum*, factus eſt miles *Turonis* à Rege *Anglorum Henrico*. *Willielmus* Epiſcopus *Muraviæ*, & *Nicholaus* Regis *Scottorum* tunc temporis Camerarius, Curiam *Romanam* ex parte Regis *Malcolmi* viſitantes, ad papam *Alexandrum Agnaniæ* ultra *Romam* venerunt: Ubi ab eo ſuſcepti ſatis honorifice, *Willielmus* rediit in ſequenti anno, legatus Regni *Scottorum* factus. Obiit *Robertus* Epiſcopus ſancti *Andreæ*.

1160. Anno M. C. LX *Malcolmus* Rex *Scotiæ* venit de exercitu *Toloſæ*, cumque veniſſet in civitatem quæ dicitur *Peit*, *Fereteatht* Comes, & v. alii Comites, irati contra Regem quia perrexit *Toloſam*, obſederunt civitatem, & Regem capere voluerunt; ſed præſumtio illorum minime prævaluit. *Malcolmus* Rex tribus vicibus cum exercitu magno perrexit in *Galweia*, & tandem ſubjugavit eos. *Ernaldus* Abbas de *Calceo* electus eſt ad Epiſcopatum ſancti *Andreæ* in *Scotia* die ſancti *Bricii* Epiſcopi, quæ hoc anno dominica die evenit, & in ſequenti die dominica, ſcilicet ſancti *Edmundi*, conſecratus eſt apud ſanctum *Andream* in *Scotia* à *Willielmo Murovenſi* Epiſcopo, ſedis apoſtolicæ legato, aſtante Rege *Malcolmo*, & Epiſcopo & Abbatibus & Comitibus Regni. Et *Johannes* ejuſdem Eccleſiæ cantor ei ſucceſſit, vigilia ſancti *Andreæ* electus, & in die Epiphaniæ à *Glaſcuenſi* Epiſcopo *Hereberto* benedictus. Et hoc anno *Malcolmus* Rex dedit ſororem ſuam *Margaretam Conano* duci *Britanniæ*. Obiit *Robertus* Prior ſancti *Andreæ*, cui ſucceſſit *Walterus* cantor ejuſdem Eccleſiæ.

1161. Anno M. C. LXI. Obiit *Thedbaldus Cantuarienſis* Archiepiſcopus, & legatus *Romanæ* Eccleſiæ; cui ſucceſſit venerabilis *Thomas* Cancellarius Regis *Angliæ*, & Archidiaconus *Cantuarienſis* Eccleſiæ, optimus ſanctæ Dei Eccleſiæ defenſor, licet de palatio & ſeculari habitu aſſumtis, ſeculum tamen omnino deſpiciens.

Ernaldus Epiſcopus factus eſt legatus Regni *Scotiæ* à papa *Alexandro*; qui & in tempore legationis conſecravit *Gregorium Roſmarkineſem* Epiſcopum; ſed poſtea jubente papa *Alexandro* à legatione ceſſavit.

1162. Anno M. C. LXII. Obiit Hugo de *Morevill* fundator Eccleſiæ de Drieburg. *Malcolmus* Rex *Scotiæ* dedit ſororem ſuam aliam *Adæ* Comiti de Hoilande. Rex *Angliæ Henricus* ſuſcepit honorifice papam *Alexandrum* verſus *Gallias* venientem. Obiit *Ernaldus* Epiſcopus ſancti *Andreæ*. Fundata eſt Eccleſia ſancti *Andreæ* in *Scotia*.

Anno

Anno M. C. LXIII. *Henricus* Rex *Angliæ* venit in *Angliam* de tranſmarinis partibus. Et *Ricardus* capellanus Regis *Mal.* electus eſt ad Epiſcopatum ſancti *Andreæ*, & Rex *Malcolmus* de magna infirmitate, Deo miſerante, convaluit apud *Danecaſtræ*, & firma pax eſt inter *Henricum* Regem *Angliæ* & inter *Malcolmum* Regem *Scotiæ*. Generale Concilium apud *Turonem* civitatem, quod *Alexander* III. papa tenuit, in quo excommunicavit *Octavianum* antipapam & ceteros ſchiſmaticos, imperatore tantum excepto. 1163. *Henric.* 2. *R.* *Alex.* 3. *P.*

Anno M. C. LXIV. Facta eſt Abbatia de *Cupro* quam *Malcolmus* Rex fecit. Obiit *Willielmus* frater *Henrici* Regis. Obiit *Octavianus* antipapa, & *Wido Cremenſis* ſecundus antipapa à prædicto Imperatore ſchiſmatico elevatus eſt. Et [a] *Sumledus* regulus [b] **Eregeithel** jam per annos XII. contra Regem *Scotiæ Malcolmum* dominum ſuum naturalem impie rebellans, cum copioſum de *Hibernia* & diverſis locis exercitum contrahens apud **Renfrin** applicuiſſet, tandem ultione divina cum filio ſuo & innumerabili populo à paucis comprovincialibus ibidem occiſus eſt. *Herebertus* Epiſcopus *Glaſcuenſis* obiit, cui ſucceſſit *Engelramus* Regis Cancellarius, conſecratus à papa *Alexandro* apud *Senonenſem* civitatem, die Apoſtolorum *Simonis* & *Judæ*, licet nuncii *Eboracenſis* Archiepiſcopi plurimum reſtiterint. *Thomas Cantuarienſis* Archiepiſcopus venerabilis, ob intolerabiles ſanctæ Eccleſiæ à Rege *Angliæ* illatas injurias, receſſit ab *Anglia*. Archiepiſcopus *Eboracenſis* venit **Norham**, ut legatione fungeretur per *Scotiam*; ſed nuncii Regis *Scotiæ* reſtiterunt ei, & contradixerunt ejus legationi, & inde rediit confuſus. 1164. *Calliſtus* 3. *Antip.*

Anno M. C. LXV. *Ricardus* capellanus Regis *Malcolmi* conſecratus eſt apud ſanctum *Andream* in *Scotia* ab Epiſcopis ejuſdem terræ, ſcilicet in dominica die ramis palmarum, quæ tunc evenit V. kal. *Aprilis*. Et *Henricus* Rex *Angliæ* transfretavit; & poſtquam rediit, cum exercitu magno perrexit in *Gallias*, ibique plures occidit, & juſtitiam fecit de duobus filiis Regis *Ris*, & de filiis ac filiabus nobilium ejus, ſcilicet oculos puerorum eruit, & nares aureſque puellarum abſcidit. 1165.

Duæ cometæ apparuerunt ante ſolis ortum menſe *Auguſti*, una ad auſtrum, altera ad aquilonem. Cometa eſt ſtella quæ non omni tempore ſed maxime in obitu Regis, aut in excidio apparet regionis. Cum crinito diademate apparuerit fulgens, regale nunciat letum; ſi autem ferens comas rutulanſque ſparſerit illas, patriæ monſtrat excidium. Tempeſtas magna fuit in eodem menſe in provincia *Eboraci*. Antiquus autem hoſtis à multis viſus eſt illam tempeſtatem in equi nigri & maximi ſpecie præcedere, & ſemper ad mare fugiendo properare, perſequente illo fulgure & tonitruo cum horrendis fragoribus, & omnia devaſtante grandine: veſtigia vero prædicti equi iniqui enormis magnitudinis ſunt reperta, maxime vero de monte oppidi **Scardeburch** ſaltum ad mare dedit, [c] ubi per annum ſingula veſtigia terræ foſſæ in altum depreſſæ patuerunt. Quæ tempeſtas conſumſit unum molendinum cum inhabitantibus ſuper flumen *Sabrinæ*, excepto uno Monacho qui per ineffabilem Dei miſericordiam ſalvatus eſt de incendio. Ad multorum vero diſcretionem & indubitatæ ſpei conſolationem, maximeque ad ſummi tonantis laudem Monachus & ejus ſervantur illæſa. *Cometæ.* *Prodigia.*

Papa *Alexander* de *Galliis Romam* reverſus eſt, ibique cum magna gloria exceptus eſt, & univerſa fere *Italia* & *Tuſcia* cum *Mediolanenſibus* illum ſuſcipiens, ſchiſmatici dominium ſpreverunt.

Obiit piæ memoriæ *Malcolmus* Rex *Scotiæ* apud **Gedewurth** V. idus *Decembris*, quod evenit V. feria, anno ætatis ſuæ XXV. Regnique ejus anno XII. & dimidio; cujus corpus honorifice ab omnibus perſonis uſque ad **Dunfermelin** delatum ſepelitur. Cui ſucceſſit *Willielmus* frater ejus, in vi- *Malcolmo R. Scot. ſuccedit Willielmus.*

a Sumerledus. *b* i e. Argatheliæ, ſive Argile. *c* Ubi an ſingula.

gilia natalis Domini, more Regio elevatus in Regnum. Ordo *Præmonſtratenſis* venit ad **Blanchelande**. *Johannes* Abbas *Calkoenſis* venit de *Roma* mitratus.

1166. Anno M. C. LXVI. Rex *Angliæ Henricus* tranſfretavit, quem ob negotia domini ſui Rex *Scotiæ Willielmus* ſecutus eſt, & in tranſmarinis partibus quibuſdam militiarum probitatibus attemtatus, ſtatim rediit. Obiit Comes *Goſpatricus*, Cui ſucceſſit *Waldevus* filius ejus.

1167. Anno M. C. LXVII. Obiit piæ memoriæ *Aldredus* III. Abbas *Rievallis*, cui ſucceſſit *Silvanus* Abbas de **Dundraynan**. Obiit magiſter *Robertus* de *Melum* Epiſcopus venerabilis *Herefordiæ*, cui ſucceſſit *Robertus foliot*. Obiit *Patricius* ſecundus Abbas de **Alnewic**. Obiit *Mathildis* Imperatrix mater *Henrici* II. Regis *Anglorum*.

Fredericus Imp. Romæ. *Fredericus* Imperator hoſtiliter ad juvandas partes ſecundi antipapæ, id eſt *Widonis Cremenſis*, *Romam* veniens eundem ſchiſmaticum ſchiſmaticus & ipſe in Eccleſiam ſancti *Petri* vi & armata manu intruſit. Redeunte vero cum exercitu, ſtatim peſtis mortifera in populum ejus graſſata eſt, & primates quoſdam extinxit. Et ille *Colonenſis* electus totius ſchiſmatis caput, in *Alpibus* extinctus eſt; & ut oſſa à carnibus disjungerentur, & Coloniæ deferentur, totus in aquam coctus eſt. Volebant enim primates ſui electi licet non Epiſcopi, quantum ad ipſos honorabiles, quantum ad nos ſatis inhonoras & falſi nominis ſaltem habere reliquias.

1168. *Paſchalis 3. Antipapa.* Anno M. C. LXVIII. Obiit piæ memoriæ *Gilebertus* Abbas *Ciſtercienſis*, cui ſucceſſit *Alexander* x. Abbas. Obiit *Wido* ſchiſmaticus & ſecundus antipapa, & quidem tertius antipapa, cujus nomen ignoratur, qui & ignorans ignorabitur, elevatus eſt. Obiit *Rodbertus* Comes juſtus *Leiceſtriæ*, & qui Juſtitia ſumma vocatur.

1169. Anno M. C. LXIX. Obiit *Gregorius* Epiſcopus **Dunkelde**, cui ſucceſſit *Ricardus* capellanus Regis.

§ Vilis & execrabilis conjuratio per totam fere *Angliam* juſſione Regis facta eſt.

§. *Hunbandus* Prior de **Weneloc** adduxit conventum apud **Paſſelet** qui eſt juxta **Renfrin**.

1170. Anno M. C. LXX. Rex *Angliæ Henricus* de *Normannia Angliam* rediit; in quo reditu multi naufragio perierunt.

§. *Willielmus* Abbas III. de *Mailros* curam paſtoralem x. kal. *Maii* humiliter dimiſit, & ipſo die *Jocelinus* Prior ei ſucceſſit.

§. *Willielmus* Rex *Scottorum* apud **Windleſoure** ad *Henricum* Regem venit. *David* frater ejus in octavis Pentecoſtes Miles à Rege *Angliæ* factus eſt.

§. *Henricus* Rex *Angliæ* fecit coronari filium *Henricum* puerum, & in Regem apud *Lundonias* XI. kal. *Junii* in die dominica conſecrari à *Rogero* Uſurpatore *Eboracenſi* Archiepiſcopo, qui in alienam provinciam jus & officium alienum contra canones per Regiam & propriam tyrannidem, vivente venerabili *Thoma* Archiepiſcopo *Cantuarienſi* & in *Galliis* exulante, ſibi uſurpavit.

§. In feſtivitate Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ſubito terræmotus ingens & horridus in oriente ultra mare *Græciæ* urbes plurimas & caſtella cum ſuis habitatoribus ſubverſas obruit, *Tripolim*, *Gibellum*, *Laodiciam*, *Antiochiam* & caſtella quamplurima; ſed & terra Gentilium eodem terræmotu miſerabilius cum eorum innumeroſitate periit.

§. *Richardus* Capellanus Regis *Willielmi* conſecratus eſt in Epiſcopum *Dunkelde* in vigilia ſancti *Laurentii*, à *Richardo* Epiſcopo ſancti *Andreæ* in Cathedrali Eccleſia ſancti *Andreæ*.

§. Obiit venerabilis *Godricus* Eremita de **Finchalach** prope *Dunelmum*.

§. *Richardus* Comes de **Penbroc** filius *Gileberti* Comitis [a] **Stranbove**, filius etiam *Iſabel* materteræ *Malcolmi* & *Willielmi* Regum *Scottorum*, & bo-

[a] *Strongbow.*

næ ſpei *David* Comitis, cum multa militum & proborum hominum copia transfretans venit in *Hiberniam*, & fretus auxilio cujuſdam Reguli illius terræ, cujus filiam ſibi in matrimonio copulaverat, quaſdam civitates cum illius terræ, nobiliore, ſcilicet **Dubelin** viriliter oppugnans per Dei providentiam tandem obtinuit. *Angli in Hibernia.*

§. Obiit *Owein* Regulus *Walliæ*.

§. Venerabilis *Thomas Cantuarienſis* Archiepiſcopus à Papa *Alexandro* jam Legatus factus, circa feſtum ſancti *Andreæ* de exilio per Regis licentiam rediit in *Angliam*.

§. Papa *Alexander* ſuſpendit *Rogerum Eboracenſem* Archiepiſcopum ab omni Epiſcopali Officio, & *Hugonem Dunelmenſem* & *Gilbertum Lundonienſem* Epiſcopos, & ceteros omnes qui interfuerunt coronationi non Canonicæ *Henrici* filii Regis.

Anno M. C. LXXI. O ſcelus nefandum! O nefas deteſtandum! O flagicium execrandum, ô cunctis retro ſeculis inauditum piaculum! beatæ memoriæ *Thomas Cantuarienſis* Archiepiſcopus, ſedis Apoſtolicæ Legatus, primas totius *Angliæ*, qui jam per ſex & eo amplius annos pro juſtitia decertans, Regis ſenioris *Anglorum Henrici* violentiis in *Galliis* exulaverat, innumerabiles etiam ibi pro Chriſti Eccleſia perpeſſus injurias, utpote infantibus infra annos ad ubera pendentibus in cunis, illius ſecundum carnem propinquis, & ceteris omnibus ſenibus cum junioribus ab *Anglia*, inſtante nequiſſimo Regis edicto eliminatis; pace tandem inter ipſum & Regem, domini Papæ & Curiæ *Romanæ*, necnon *Gallicanæ* Eccleſiæ, & maxime pii Regis *Franciæ Ludovici* inſtantia, ad plenum ut putabatur reformata, poſtquam ab eo in oſculo pacis fuerat ſuſceptus, & in *Anglia* cum litteris ſuis liber abire permiſſus, à domeſticis & ſceleratiſſimis Baronibus & deteſtandis militibus Regis, paucis diebus poſtquam in ſuam ſedem fuerat ſuſceptus evolutis, ſævientis Regis ira, ob creditam ſibi à domino Papa ut dictum legatione, & ob Epiſcoporum ſuorum ſuſpenſionem, longe magis diſſimili & ſceleratiore modo quam *Herodis* in *Jeſum*, vel ſecundi in *Johannem* Baptiſtam, ad mortem contra jus & fas damnatus, in principali totius *Angliæ*, ſanctæ *Trinitatis* Eccleſia, ante ſanctum altare beati *Benedicti*, innumerabilium Martyrum, Confeſſorum, virginum, utpote in tali Eccleſia circumvallatus reliquiis, quinta die locum ſuum obtinens poſt nativitatem ſalvatoris, ſicut beatus *Thomas* Apoſtolus v. die eandem nativitatem præcedit, ſequenti ſcilicet die poſt natale *Innocentium*, ſcilicet innocentibus in altera vita copulandus, ſui ipſius, imitatus *Jeſum*, mortem interfectoribus remittens, amputata fere unius ex clericis ſuis qui crucem præferebat dextera, proh dolor! Et ſicut verus Chriſti [a] magiſter detruncatur; cujus ſanguinis effuſionis injuriam omnibus linguis inexplicabilem, in carnes impiorum, inprimis qui opus abominabile perpetraverunt, præceptum ſtatuerunt, conſilium ſubminiſtraverunt, aſſenſum præbuerunt, demum in duces & ſequelas omnes aſſiſtentes, qui hujus ſceleris ſcelerum notitiam antea habuerunt, vindicet quantocius domini gladius & redditor altiſſimus. 1171. *Thomas Cantuar. cæſus.*

§. Obiit *Nicholaus* Cancellarius Regis *Scotorum*. Obiit *Conanus* Dux *Britanniæ* & Comes de **Richemunt**. Obiit *Ferchet* Comes de **Strathern**. Mare viſum eſt à multis ardere in *Anglia*. *Radulfus* Monachus de **Meylros** apud *Cuprum* in patrem eligitur, & à *Ricardo* Epiſcopo ſancti *Andreæ*, in purificatione beatæ *Mariæ*, apud **Coldingham** in Abbatem benedicitur. *Henric. 2. R.*

Sepulcrum pii patris noſtri domini *Wallevi* Abbatis ſecundi de **Melros** à bonæ memoriæ *Ingeramo Glaſguenſi* Epiſcopo, & IV. Abbatibus ad hoc vocatis, reſeratum eſt, & corpus ejus integrum inventum, & veſtimenta intacta, anno XII. obitus ſui, XI. kal. *Junii*. Et poſt ſacra miſſarum ſolemnia,

a Martyr.

nia, idem antiſtes & Abbates quos prænumeravimus, cum ipſius Monaſterii univerſo conventu, ſuper ipſam ſanctiſſimi corporis glebam poſuerunt lapidem novum, id eſt, marmor politum: Et facta eſt lætitia magna, conclamantibus qui aderant & dicentibus, vere hic homo Dei eſt.

Piæ memoriæ dominus *Poncius* Abbas *Clarevallis* in Epiſcopum *Clari Montis* eligitur, & ibidem paſtor præficitur, tranſlatus & aſſumtus de valle in montem, de *Clara valle* in *Clarum montem*, de claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.

§. *Simon* de *Tonei* Monachus de *Melros*, olim Abbas de **Kokeſhala**, in Epiſcopum *Mureviæ* electus eſt & adductus.

Henricus Rex *Angliæ* cum manu valida & robore magno, viſitandi gratia, in *Hyberniam* vento & velo tranſpoſitus & tranſportatus eſt. *Edwardus* Epiſcopus de **Aberden** obiit.

1172. Anno M. C. LXXII. Ventus validiſſimus fuit in die ſanctorum *Innocentium*. Eccleſia *Cantuarienſis* per duos Cardinales in *Franciam* miſſos reconciliata eſt & paci reddita.

§. *Simon* electus de *Murevia* conſecrationis munus apud ſanctum *Andream* in *Scotia* x. kal. *Februarii* ſuſcepit. *Mattheus* Archidiaconus ſancti *Andreæ* ad Epiſcopatum de **Aberden** eſt electus, & poſtea IV. Nonarum *Aprilis*, ſcilicet in paſſione Domini, conſecratur. *Henricus* Rex *Angliæ* de *Hybernia* poſt paſcha rediit.

1173. Anno M. C. LXXIII. Papa *Alexander* tertius in capite jejunii apud *Anagniam* beatum *Thomam Cantuarienſem* Archiepiſcopum canonizavit, & ejus memoriam in catalogo ſanctorum ſcribi inſtituit, & diem paſſionis ipſius feſtivum & celebrem auctoritate Apoſtolica haberi firmiter præcepit. Ipſe autem in Martyris memoriam primam miſſam, aſtante clero & populo innumero, more ſuo devotiſſime cantavit, & in collecta & in ſecreto & in poſtcommunione Deo ſicut de Martyre & pontifice mentionem ſolenniter fecit. Et qui vidit & audivit, teſtimonium perhibuit.

Thomas Cant. canoniz.

Bellum inter Patrem & Filium.

§. Facta eſt contentio & fere inexorabile bellum inter ventrem & viſcera, inter patrem & prolem, inter *Henricum* ſeniorem & *Henricum* filium ejus juniorem Regem *Angliæ*, ita ut puer ipſe miles tamen jam tunc & Rex, obortis quibuſdam moleſtiis & gravaminibus à patre illatis, clanculo noctu ad Regem *Francorum* patrem ſuum dictum in lege, ſe citiſſime tranſtulit, & hoc ex conſilio matris ſuæ ut dicebant; nos neſcimus, viderit ipſa & judicet ipſe. Cogitabat enim pater, ut rumor vulgi erat, filium capere & in cuſtodiam firmam & ſecuram ponere. Secuti ſunt eum tam de *Anglia* quam *Normannia* viri potentes & nobiles ad bella promtiſſimi, quorum fretus conſilio & auxilio ſurgit filius, immo filii in patrem, & guerrarum tumultu & turbine non ſolum ciſmarinæ ſed tranſmarinæ provinciæ commotæ in arma ruunt, & dextras jungunt ad dimicandum.

§. Rex etiam *Scottorum Willielmus* vetera damna novo conflictu reſarcire ſperans, bella immania per conſilia iniqua contra cognatum & dominum ſuum *Henricum* Regem *Angliæ* inſtaurat, & cum ingenti exercitu caſtra metatus eſt ante caſtrum quod **Werc** nominatur, & moram aliquantulum ibidem fecit, ſed nihil plus profecit. Profectus autem inde Rex, magnam partem *Northumbriæ Scotti* crudeliter igne combuſſerunt, & plebem ejus ferociter gladio tranſverberaverunt. Inde ad *Carlegium* iter recurvant, & civitatem totis viribus oppugnant, ſed exercitus *Angliæ* ſimulato à quibuſdam & ſignificato adventu, fugæ ſe velociter dederunt.

Scoti Northumbriam vaſtant.

Alex. 3. P.

§. Miracula magna & inaudita per beatum Martyrem *Thomam* Archipræſulem facta ſunt in *Anglia*. Tonitruum horribile mugiit XVII. kal. *Septembris*. Tuſſis quædam mala & inaudita omnes fere longe lateque occupavit, in qua vel ex qua peſte multi mortui ſunt. *Robertus* Comes *Legeceſtriæ* una cum conjuge ſua in finibus ſancti *Edmundi* captus eſt, & cuſtodia

dia arctiſſima poſitus. Sed & *Flandrenſium* populus infinitus à finibus ſuis egreſſus ut fines *Angliæ* occuparent, in eiſdem finibus, quibus & Comes, curſum fixerunt, & vitam finierunt. Benedictus Deus qui perdidit impios ne perderent pios.

Anno M.C.LXXIV. Obiit bonæ memoriæ *Ingeramus* Epiſcopus *Glaſconenſis* in die purificationis beatæ *Mariæ*. kal. *Martii*. Obiit *Aſcelinus* primus Abbas de **Kinlos** in *Murevia*, Cui in loco miniſterii hujus *Reinerius* ſucceſſit Monachus de **Meylros**. Obiit *Osbertus* primus Abbas de **Jeddewortha**, Cui ſucceſſit *Ricardus* ejuſdem *Cellerarius*. *Jocelinus* Abbas monaſterii de **Melros** numero quartus à clero, à populo exigente, & Rege ipſo aſſentiente, ad Eccleſiam *Glaſcuenſem* præſu. eligitur x. kal. *Junii* apud **Peit** in *Scotia*, vir mitis & morigeratus, vir manſuetus & moderatus. *Willielmus* Rex *Scotiæ* rurſus exercitum **Alnewic** direxit, immo ipſe duxit, multos fugavit, multos proſtravit. 1174.

Henricus Rex *Angliæ* ſenior inter hæc tonitrua *Angliam* venit, corde compunctus, animo contritus, laneis indutus, & pedibus nudis incedens, cum numeroſa præſulum & procerum multitudine, ſepulcrum beati *Thomæ Cantuariæ* in ipſo Regni ingreſſu quo citius potuit inviſit, peccatorum ſuorum pœnitens & pacem depoſcens.

§. Mane enim facto *Willielmus* Rex *Scottorum* apud **Alnewic** capitur, & ad **Richemund** cum mœrore ducitur, & in cuſtodiam ad tempus ibi reverenter reſervatur. Poſtquam autem Regi *Angliæ* res innotuit, ipſius imperio in *Normanniam* tranſponitur, & in turri de *Faleiſio* theſaurus deſiderabilis ſervandus reponitur. *David* Comes frater ejus junior cum hæc cognoviſſet, *Legeceſtriam* de qua pugnabat, velociter reliquit, & ſeſe cum ſuis ut potuit in *Scotiam* tranſtulit. *Willielm. Scot. R. captus.*

§. Beatus *Bernardus* primus Abbas *Clarevallis* à Domino papa *Alexandro* tertio in urbe *Roma* ſolemniter autorizatur, & in Catologo memoriam ejus ſcribi auctoritate Apoſtolica conſtituitur. *Bernardus canoniz.*

Anno M.C.LXXV. *Willielmus* Rex *Scotiæ* cum ſuis de cuſtodia rediit ad ſua. *Jocelinus* Eccleſiæ *Glaſguenſis* electus, ex mandato Domini papæ *Alexandri* III. in Epiſcopum conſecratus eſt à Domino *Eskilo Lundenſi* Archiepiſcopo, ſedis Apoſtolicæ legato, & totius *Daciæ* primate, in *Claravalle*. 1175.

§. *Laurencius* Monachus noſter quondam Abbas in *Orcadiæ* II. Idus *Maii* electus eſt, in craſtina die *Aſcenſionis* Domini à *Jocelino* Epiſcopo *Glaſguenſi* in Eccleſia noſtra honorifice in Abbatem benedictus.

Eccleſia *Clarevallis* dedicatur. Reliquiæ ſancti *Bernardi Clarevallis* Abbatis primi, honorifice tranſlatæ & in Eccleſia locatæ ſunt ea reverentia quæ ſanctum decuit.

Comites & Barones & omnes majores & potentiores per Regnum *Scotiæ* coram Rege ſuo *Willielmo* ligantiam fecerunt & obſides dederunt, & Epiſcopi ejuſdem Regni in verbo veritatis fidelitatem juraverunt *Henrico* Regi *Angliæ* civitate *Eboraco*.

Anno M.C.LXXVI. *Wivianus* tituli ſancti *Stephani* in Celiæ monte preſbyter Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legatus. *Scotiam* intravit, conculcans & comminuens obvia quæque, expeditus capere nec impeditus rapere. *Ricardus* Comes cognomine *Strangboge* in *Hybernia* obiit. 1176.

§. Facta eſt contentio inter *Walterum* Abbatem *Tironenſem* & *Johannem Ralcoenſem* de ſubjectione, quis eorum videretur eſſe major.

Anno M.C.LXXVII. *Fredericus Romanorum* Imperator ad Chriſtianam devotionem & ſanctæ matris Eccleſiæ unitatem rediit, & *Venetiam* veniens, Domino papæ *Alexandro* III. in Eccleſia S. *Marci* reverentiam quam debuit & ſpopondit & impendit, & in ſignum fidei & fœderis firmi ſuſceperunt ſe invicem in oſculo pacis. 1177. *Henric. 2. R.*

Vivianus Cardinalis *Hybernia* rediens, apud caſtrum *Puellarum* prælatos Regni *Scotiæ* convocavit, & in concilio ſedit. *Rogerus* Abbas primus de

Drieburc curam ovium reſignavit, & *Girardus* Prior ei ad miniſterium ſucceſſit.

§. *Walterus* filius *Alani* dapifer Regis *Scotiæ*, familiaris noſter, diem obiit, cujus beata anima vivat in gloria.

1178. Anno M.C.LXXVIII. Obiit *Ricardus* Epiſcopus de Dunkelde, & *Ricardus* Epiſcopus ſancti *Andreæ*.

§. Magiſter *Johannes* cognomine *Scottus* ad Epiſcopatum ſancti *Andreæ*, electus eſt, ſed Rege *Willielmo* totius viribus electioni ejus veniente, *Hugonem* capellanum ſuum Regia fretus poteſtate in Eccleſia ſancti *Andreæ*, ut voluit Epiſcopum conſecrari fecit. Hinc inde gravis contentio & periculoſa diviſio emerſit.

§. Sol in Meridie pallore indutus & pene totus obſcuratus eſt, idus *Septembris*. Submerſio *Hollandiæ*. Obiit *Ada* Comitiſſa, mater *Malcolmi* & *Willielmi* Regum *Scotiæ*, & Comitis *David*. Obiit piæ memoriæ *Laurentius* Abbas quintus de *Melros*, vir miræ humilitatis & manſuetudinis, & in divinis litteris plurimum eruditus. Obiit *Gaufridus* Abbas de Dunfermelin, & *Walterus* de *Bidun* Cancellarius Regis *Scottorum* Eccleſiæ de Dunkelde electus.

1179. Anno M.C.LXXIX. *Ernaldus* Abbas VI. de Melros à domino *Jocelino* Epiſcopo *Glaſguenſi* in Eccleſia noſtra benedictus eſt, die Epiphaniæ Domini.

Concilium Rom. Concilium magnum à domino papa *Alexandro* III. *Romæ* celebratum eſt, ad *lætare Hieruſalem*, in Eccleſia quæ dicitur Conſtantiniana, V. Idus *Martii*, anno pontificatus ſui XX. *Henricus* Abbas *Clarævallis* in eodem Concilio electus eſt Epiſcopus *Albanenſis* Eccleſiæ & à Domino papa *Alexandro* III. dominica qua *vocem jocunditatis* canitur poſt paſcha conſecratus eſt, in Eccleſia ſanctæ *Mariæ* quæ *Narciſſæ* appellatur.

Obiit *Reinaldus* Abbas ſancti *Thomæ* Martyris in *Scotia* & *Adam* perſona de Dunbar. Obiit etiam *Amfridus* Abbas ſecundus de Neubothle XIV. kal. *Sept.* Obiit *Alina* comitiſſa de Dunbar XIII. kal. *Sept.* Tonitruum magnum & fulgur factum eſt in die ſancti *Bartholomæi* Apoſtoli per totam *Helielendeſchiram*. *Willielmus* Rex *Scotiæ* & *David* frater ſuus, cum Comitibus & Baronibus terræ, cum exercitu magno & valido, perrexerunt in Ros, ibique duo firmaverunt caſtella, nomen uni Dunſcath & nomen alteri Etherdover.

1180. Anno M.C.LXXX. Obiit *Johannes* Abbas de *Kalco*; *Osbert* Prior ſancti *Mathuti* ſucceſſit. Controverſia magna quæ vertebatur inter domum de Melros & *Ricardum* de *Morevia* ſuper foreſta & paſtura inter Galge & Ledre, deciſa eſt in præſentia *Willielmi* Regis *Scottorum* & Comitis *David* fratris ſui, & coram aliis tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus perſonis innumeris apud Hadintun, dominica media quadrageſima, & Dei adjutorio reſpondebat Monachis juſtitia ſua in hac parte, ita videlicet quod chartarum ſuarum merito, & privilegiorum *Romanæ* Eccleſiæ auctoritate, ipſis adjudicata eſt poſſeſſio.

Venerabilis & ſpectabilis ſcientia & ſanctitate vir *Baldvinus* Abbas de *Forda* in Epiſcopum eligitur *Wireceſtriæ* & reſpexit Dominus ad humilitatem ipſius, quem licet vitæ meritum multis prætulerit, humilitas tamen ſola in conſpectu Domini illum exultavit; nec enim mundum reſpexit ſed deſpexit, nec captavit quos calcavit honores.

§. *Alexis* ſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ ſubdiaconus, & Apoſtolicæ ſedis nuncius, ut de facto Eccleſiæ ſancti *Andreæ* verum cognoſceret, regnum *Scotiæ* cum *Johanne* electo, Rege *Willielmo* vix permittente, intravit, plurimoſque turbavit, & cor Regis ad iram provocavit.

Alex. 3. P. §. *Johannes* ſancti *Andreæ* electus à Domino papa *Alex.* mittitur in curia confirmatus, ſed pro dignitate Eccleſiæ ſancti *Andreæ* & Regis honore, in ſede Epiſcopali à quibus vellet Epiſcopis conſecrandus; quem *Alexis* prædictus poſt multa conſilia pluraque gravamina, etiam excommunicatis quibuſdam Regis clericis, inſuper Epiſcopatu ſancti *Andreæ* interdicto,

dicto, tandem convocatis Epiſcopis, Abbatibus, religioſiſque viris apud caſtellum *Puellarum* in Eccleſia ſanctæ *crucis* octavas pentecoſten, ſcilicet VI. idus *Junii* à *Matheo* Epiſcopo de **Aberden** ex mandato domini papæ *Alex.* ad prænominatam ſedem in antiſtitem *Johannem* magnifice conſecrari fecit. *Johannes* autem conſecratus, & abſque Epiſcopatu ſe intelligens, extemplo præ timore Regis & indignatione regalium, provinciam mœrens reliquit, & ad tutiora ſe contulit.

Anno M. C. LXXXI. Obiit piæ memoriæ *Willielmus* de *Tuloſa* Abbas *Ciſtercienſis*, cui ſucceſſit *Petrus* de *Pontiniaco*. *Ludovicus* Rex *Franciæ* vir pius & religioſus, ſeculum nequam deſpexit, regnumque ſuum, quod ipſe per XLIV. annos ſtrenue gubernavit, *Philippo* filio ſuo honorifice tradidit. Ille autem poſtea, Deo inſpirante, ad ordinem *Ciſtercienſem* apud Abbatiam quæ *Port* dicitur, quam ipſe fundavit, humiliter convolavit, & eodem anno de corpore mortis feliciter migravit. 1181. *Ludovico R. Franc. ſucc. Philippus.*

Willielmus Rex *Scottorum* & *David* Comes frater ejus ad *Henricum* Regem ſeniorem pro ſuis negotiis tranſmarinis partibus ſe contulerunt. Fulgura & tonitrua magna & tempeſtates & inundationes aquarum in *Anglia* per loca diverſa.

§. Miracula multa & magna apud ſanctum *Edmundum*, per beatum puerum *Robertum*, quem quidam *Judæus* occulte crudeliter neci tradidit. Similiter apud *Huntodinam* de alio puero, *Herberto* nomine, nova contigerunt, quem proprius pater ad ſtipitem impie ligavit, & in aquam quæ juxta ipſam villam decurrit, miſerabiliter extinxit.

Cometa menſe *Julio* apparuit. *Jocelinus* Epiſcopus ſedem Epiſcopalem dilatavit, & ſancti *Kentegerni* Eccleſiam glorioſe magnificavit.

III. Kal. *Septembris* obiit piæ memoriæ *Alexander* III. papa, pontificatus ſui anno XXIII. Cui ſucceſſit *Lucius* III. qui & *Hubaldus* Epiſcopus. *Lucius 3. P.* Obiit *Robertus Eboracenſis* Archiepiſcopus X. kal. *Decembris*, anno Epiſcopatus ſui XXVII.

Anno M. C. LXXXII. *Jocelinus Glaſcuenſis* Epiſcopus, & *Ernaldus Mailrocenſis* Abbas, & *Osbertus* Abbas *Calcoenſis*, cum aliis honeſtis viris, *Romam* pro Regis Regnique negotiis ierunt; cauſaſque ſuas Deo opitulante caute & prudenter peregerunt; ſani & alacres inde ad ſua redierunt. Per ipſos etiam *Lucius* III. papa auream roſam Regi *Willielmo Scottorum* cum paterna benedictione tranſmiſit. 1182.

§. *Henricus* ſenior Rex *Angliæ* transfretavit, & Deo ſuffragante pacem fecit inter Regem *Philippum Franciæ* & comitem *Philippum Flandrenſem*.

Obiit *Waldevus* Comes de **Dunbar**, cui ſucceſſit *Patricius* filius ejus.

§. Imperator *Fredericus* nepotem ſuum ducem *Saxoniæ Henricum* generum *Hen.* Regis *Angliæ* ob ſuam injuriam in exilium ire compulit; Ipſe vero neceſſitate compulſus, cum ſuis ad Regem *Hen.* in *Normanniam* triſtis & mœrens venit, quem Rex honorifice ſuſcepit, & locum ei ad peregrinandum deſtinavit. *Henric. 2. R.*

§. Multi piſcatores cum navibus ſuis menſe *Septembri* in mari inter **Hertelpol** & **Witebi** nocte miſerabiliter perierunt.

Anno M. C. LXXXIII. *Willielmus* Rex *Scottorum* filiam ſuam *Iſabel*, quam genuit ex filia *Roberti Avenel*, *Roberto* de *Brus* honorifice dedit. 1183.

§. Diſſenſio prava atque perverſa orta eſt inter fratres uterinos filios *Henrici* Regis *Angliæ*, per quam multa mala emerſerunt, & plures præſentem vitam amiſerunt.

§. *Henricus* junior Rex *Angliæ* obiit, anno XIV. coronationis ſuæ, apud opidum quod dicitur *Martel* III. Idus *Junii*. *Henric. R. junior obiit.*

Anno M. C. LXXXIV. Obiit *Ricardus* Archiepiſcopus *Cantuariæ*. 1184.

§. *Henricus* Rex *Angliæ*, propter Eccleſiæ pacem & pauperum, *Philippo* Regi *Franciæ* licet invitus ſuum fecit hominium; & poſt Pentecoſten proſpere venit in *Angliam*.

§. Petrus

Petrus Abbas *Ciſtercienſis* eſt electus ad Epiſcopatum de *Araz*, cui ſucceſſit Abbas de *Folenei*. *Willielmus* Rex *Scottorum* dedit filiam ſuam *Ada Patricio* Comiti. Obiit *Simon* Epiſcopus *Mureviæ*, noſtræ congregationis, xv. kal. *Octobris*.

§. Controverſia quæ fuit inter Eccleſiam de **Melros** & homines de **Wedhale** ſuper paſturam foreſtæ Regis, Deo opitulante, coram Rege *Willielmo* & *David* Comite fratre ſuo, & coram Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, & multis aliis probis hominibus, in die ſancti *Lucæ* Evangeliſtæ ſuper *Croſſelette* per *Ricardum* de *Morevile* Conſtabularium Regis, & per alios XII. fideles homines qui eo die præſente Rege ſuper reliquias Eccleſiæ noſtræ cum timore & tremore juraverunt, & veraciter affirmaverunt, quod foreſta Regis tendit uſque ad viam quæ vadit ad occidentem partem Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Wedhale**, & eſt paſtura Eccleſiæ de **Melros** uſque ad terminos de **Wedhale**, & uſque ad rivulum qui vocatur **Faſſeburne**, ex donatione trium Regum, ſcilicet *David, Malcolmi, Willielmi*, & per IV. ſive V. *Romanorum* pontificum privilegia firmiter confirmata, & irrefragabiliter ſolidata.

§. Venerabilis *Baldwinus* Epiſcopus *Wireceſtriæ* electus eſt ad Archiepiſcopatum *Cantuariæ*.

1115. Anno M. C. LXXXV. Obiit piæ memoriæ *Andreas* Epiſcopus de **Cateneſſe** III. kal. *Januarii* apud **Dunfermelin**. Obiit piæ memoriæ *Willielmus* quondam Abbas de **Melros**, apud *Rievalſem*. Obiit *Robertus Avenel*, novitius familiaris noſter, VIII. idus *Martii*. Iſte dedit Deo & ſanctæ *Mariæ* & Monachis de **Melros** terram ſuam de **Heſkedale**, ſicut charta ipſius teſtatur; cujus beata anima ſemper vivat in gloria.

Patriarcha Hieroſolym. in Anglia. §. *Eraclius* patriarcha *Hieroſolymitanus*, & Prior hoſpitalis de *Hieruſalem* cum labore & mœrore ad *Henricum* Regem in *Angliam* venerunt, auxilium & conſilium humiliter ab eo petentes; quos ipſe non tam glorioſe & devote ſuſcepit, ut decuit & debuit.

§. *Henricus* Rex *Angliæ* comitatum *Huntedoniæ* reddidit *Willielmo* Regi *Scottorum* honorifice & plenarie ſicut ipſe habuit ante guerram, apud **Windeleſore**.

§. Terræmotus factus eſt magnus menſe *Aprili* per *Angliam*.

Henric. 2. R. §. Eclipſis ſolis facta eſt kal. *Maii* feria IV. poſt nonam, & ſtellæ apparuerunt.

Bellum fuit in *Galwela* inter *Rolandum* & *Gilleputricium* IV. Non. *Julii* feria V. in quo plures occubuerunt ex parte *Gillepatricii*. Ipſe vero interiit cum multis aliis.

§. Iterum *Rolandus* bellum habuit contra *Gillecolmum*, in quo frater *Rolandi* occubuit, & *Gillecolmus* periit.

Urban. 3. P. §. Obiit *Lucius* papa III. Cui ſucceſſit *Urbanus* tertius.

1186. Anno M. C. LXXXVI. In *Hybernia* apud civitatem quæ vocatur **Dune**, Inventio ſanctorum corporum ſcilicet ſancti *Patricii* Epiſcopi, & ſancti *Columbani* Abbatis, & ſanctæ *Brigidæ* virginis. Apud *Pariſium* obiit *Gaufridus* Comes *Britanniæ* filius *Henrici* Regis *Angliæ*.

§. Obiit *** Abbas *Ciſtercienſis*, cui ſucceſſit *Willielmus* Abbas de *Pratea*. *Henricus* Rex *Angliæ* cum exercitu magno venit ad *Carleolam* contra *Rolandum* menſe *Auguſto*. *Rolandus* autem ſub conductu *Willielmi* Regis *Scottorum*, venit ad eum & fecit ei humagium.

§. Rex *Scottorum Willielmus* deſponſavit cognatam Regis *Henrici Angliæ*, *Ermengardam* nomine, filiam videlicet vicecomitis de *Bello Monte*, qui erat filius filiæ [a] Priori filii *Willielmi Baſtard*, in capella Regis de parco apud **Wudeſtoc**, præſente Rege cum magna gloria nonas *Septembris*, feria VI. luna XVIII.

[a] f. Henric. Primi, fil.

§. Obiit

§. Obiit piæ memoriæ *Chriſtianus* Epiſcopus de *Candida Caſa* nonas *Octobris* apud Holcultram. Obiit *Petrus* Abbas *Clarevallis*, cui ſucceſſit *Guarnerius* Abbas de *Alba ripa*. Henric. 2. R.

Anno M.C.LXXXVII. *Ricardus* clericus *Willielmi* Regis electus eſt ad Epiſcopatum de *Murevia* kal. *Martii* die dominica, & idus ejuſdem menſis in paſſione Domini conſecratus eſt apud ſanctum *Andream* in *Scotia* à *Hugone* ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo. In *Britannia* natus eſt *Arturus* filius *Gaufridi* Comitis in kal. *Aprilis*, nocte ſcilicet ſancti paſchæ, de *Conſtantia* filia *Margaretæ* ſororis *Malcolmi* & *Willielmi* Regum *Scottorum*. 1187.

§. *Turci* Dei inimici *Nazaræam* Eccleſiam ſanctæ *Mariæ* violaverunt & multos occiderunt, & Magiſter *Hoſpitalis* ibi occiſus eſt cum v. militibus, & aliis multis in die Apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi*. *Turci.*

§. Rex *Babylonis Saladinus* cum LXXX. militum & eo amplius ſequenti die *Veneris* poſt feſtum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli Hieroſolymitani* Regni terram invaſit, & *Tiberiam* vi cepit. Contra quos Rex *Hieroſolymitanus* cum ſuis proceſſit ad bellum verſus *Tabarum* per dietam unam. Cumque ad eminentem & ſaxoſum veniſſent locum, ubi vero imminentibus hoſtibus undique neceſſitate compulſus Rex de Baronum conſilio bellum committere dignum duxit. In quo loco *Saladinus* Rex cum tubis & infinita multitudine bellatorum in Chriſtianos, qui propter loca ſaxoſa & invia pugnare non poterant, aſſultum fecerunt & eos omni bellandi genere impugnaverunt & expugnaverunt. Tandem *Tochedinus Saladini* nepos Regem fugam arripientem, & crucem dominici ligni cepit. Ceteri omnes fere confracti, capti, & trucidati, & vinculis mancipati ſunt. *Saladinus* ſtatim militiæ *Templi* & *Hoſpitalis* milites ſegregari fecit ab aliis, & coram ſe decapitari. Ipſe propria manu principem *Reinaldum* de *Caſtellione* interfecit, & fratrum de *Templo*, ut in veritate dicunt, eodem die CC. & XXX. decollatis, exceptis illis DC. qui prima die *Maii* interemti fuerunt. *Rex Hieroſol. captus à Saladino.*

§. *Willielmus* Rex *Scottorum* cum magno exercitu perrexit in *Mureviam* contra *Macwilliam*. Cumque Rex eſſet apud opidum *Inverius* cum exercitu, Comites *Scotiæ* miſerunt ſuos homines ad prædandum, inveneruntque *Macwilliam* cum ſuis ſuper moram quæ dicitur *Mamgarvia* prope Muref, & mox cum eo pugnaverunt, & Deo opitulante eum cum multis aliis interfecerunt, pridie kal. *Auguſti*, feria VI. Benedictus Deus qui tradidit impios.

§. IV. Kal *Novembris* obiit *Urbanus* papa III.

§. XII. Kal. ejuſdem electus eſt *Gregorius* VIII. qui fuit Cancellarius, & ipſe dicitur [a] *Pannoſus*, ſecundum interpretationem *** Abbatis, & VIII. kal. ejuſdem conſecratus. *Gregor. 8. P.*

§. XVI. Kal. *Januarii* obiit *Gregorius* papa VIII. & XIV. kal. ejuſdem electus eſt *Clemens* IV. & in craſtino conſecratus. *Clemens 3. P.*

Anno M.C.LXXXVIII. *Philippus* Rex *Francorum*, & *Henricus* Rex *Anglorum*, & Comes *Ricardus Aquitaniæ*, & *Philippus* Comes *Flandriæ*, & Archiepiſcopi & Epiſcopi, & Comites & Barones, & populus innumerabilis divitum & pauperum utriuſque [b] ſextus nobiles interna inſpiratione compuncti ſignum ſalutis devote ſuſceperunt. 1188. *RR. Franc. & Angl. cruce ſignati.*

§. *Henricus* Rex *Angliæ* habuit colloquium apud *Geitun* poſt purificationem beatæ *Mariæ* cum Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, & ſuis probis hominibus clericis & laicis, de diverſis cauſis & negotiis, ibique multi crucem ſuſceperunt, licet non pure, & Rex inſtituit & firmiter præcepit dare decimas omnium rerum ſuarum per *Angliam* ad ſuccurſum terræ *Hieruſalem* quam Deus redemtioni noſtræ prævidit.

§. *Henricus* Cardinalis *Albanenſis* Eccleſiæ Epiſcopus, quondam Abbas *Claravallis* ibidem obiit.

a f. De Pannonia Tuſciæ, quod alii Paſchali 4 trib. *b* Sexus.

§. *Ricardus* de *Morevilla* Conſtabularius Regis *Willielmi*, & uxor ejus *Avicia*, & *Willielmus* hæres eorum dederunt Deo & ſancto *Mariæ* & Monachis de 𝔐𝔢𝔩𝔯𝔬𝔰 in perpetuam eleemoſynam terram quæ 𝔓𝔞𝔯𝔠 dicitur, [ut] charta ipſorum teſtator; quorum felix eleemoſyna ſemper ſit in æterna memoria.

§. Obiit *Hugo* Epiſcopus ſancti *Andreæ* Apoſtoli.

§. *Silvanus* Abbas IV. *Rievallis* villicationem ſuam Deo humiliter ac ſimpliciter reſignavit apud *Dundreinan*.

1189. Anno M. C. LXXXIX. *Ernaldus* Abbas de 𝔐𝔢𝔩𝔯𝔬𝔰 electus eſt ad curam animarum de *Reivalle*, VI. nonas *Martii*, feria V. & *Reinerius* Abbas de 𝔎𝔶𝔫𝔩𝔬𝔰, Eccleſiæ noſtræ Monachus, electus eſt apud 𝔐𝔢𝔩𝔯𝔬𝔰 in Abbatem x. kal. *Aprilis*, feria V. & *Radulfus* Prior ipſius ſuſcepit curam animarum de 𝔎𝔶𝔫𝔩𝔬𝔰 poſt illum.

§. *Rogerus* cognatus & Cancellarius Regis *Willielmi* electus eſt ad Epiſcopatum ſancti *Andreæ* Apoſtoli apud 𝔓𝔢𝔯𝔱, idus *Aprilis*, feria VI.

§. *Johannes* de [a] *Aragnia* Cardinalis, & IV. Archiepiſcopi, cum multis Epiſcopis & diverſis ordinibus prælatis, ex auctoritate domini papæ *Clementis* IV. ſententiam excommunicationis tulerunt in audientia duorum Regum, ſcilicet *Francorum* & *Anglorum*, & Comitis *Ricardi*, & totius plebis, in omnes tam clericos quam laicos per quos ſtaret quod pax non fieret inter prædictos Reges & Comitem R. & iter *Hieroſolymitanum* expediatur, in eos tanquam in dominicæ ac vivificæ crucis inimicos ipſam ſententiam promulgaverunt, prope *Feritatem Bernardi*, ubi Reges ſuum colloquium fecerunt.

Richard. R. §. Obiit *Henricus* Rex *Angliæ*, & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, apud opidum *Chynun*, pridie nonas *Julii*, anno XXXV. Regni ſui; & ſepultus eſt apud fontem *Eubrardi* in Abbatia ſanctimonialium ibidem ſervientium. Cui ſucceſſit *Ricardus* filius ejus Comes *Aquitaniæ*, III. nonas *Septembris* die dominica apud *Lundonias* magno cum honore coronatus à *Baldewino* Archiepiſcopo *Cantuariæ*, & à ceteris Epiſcopis & Prælatis *Angliæ*.

§. Obiit *Radulfus* II. Abbas de *Cupro* kal. *Auguſti* feria V. Cui ſucceſſit *Adam* Subprior de 𝔐𝔢𝔩𝔯𝔬𝔰.

§. Obiit piæ memoriæ *Silvanus* quondam Abbas *Rievallis*, VII. idus *Octobris* apud 𝔅𝔢𝔩𝔢𝔩𝔞𝔫𝔡𝔢, ibique honorifice ſepultus eſt.

§. Obiit *Ricardus* de *Morevilla* Conſtabularius *Willielmi* Regis, familiaris noſter.

§. *Fredericus* Imperator obiit, in flumine ſubmerſus.

1190. Anno M. C. XC. *Willielmus* Rex *Scottorum* dedit *Ricardo* Regi *Anglorum* x. millia marcas auri & argenti propter dignitates & libertates ac honores ſuos quos habuit ante guerram, & pro 𝔅𝔢𝔯𝔢𝔴𝔦𝔠 & 𝔎𝔬𝔠𝔥𝔢𝔰𝔟𝔲𝔯𝔠𝔥, quas *Henricus* Rex per XVI. annos violenter detinuit; & ſic Deo ſuffragante, ejus dominationis & ſervitutis jugum grave à Regno *Scottorum* digne & honorifice ſubmovit.

RR. Franc. & Angl. in Terram Sanctam. §. *Philippus* Rex *Franciæ*, & *Ricardus* Rex *Angliæ*, & *Philippus* Comes *Flandriæ*, & *Baldewinus* Archiepiſcopus *Cantuariæ*, & plures alii Archiepiſcopi atque prælati, principes & duces, nobiles ac divites, & populus innumerabilis, Regna ac patrias & dignitates ſuas humiliter pro Chriſto relinquentes, *Hieroſolymam* profecti ſunt, & uſque ad civitatem *Meſſanam* in *Sicilia* pervenientes, ibique tota hyeme uſque ad menſem *Aprilem* perendinaverunt. *Baldewinus* Archiepiſcopus obiit apud *Acon* die ſancti *Edmundi*, & *Robertus* Comes *Laiceſtriæ*, *Anandiæ*, ſancti *Egidii*, obiit languore præventus in mari mediterraneo, & apud *Duraz Græciæ* urbem ſepultus eſt, & filius ejus *Robertus* Comes factus eſt apud *Meſſanam* civitatem *Siciliæ*.

a Anagnia.

§. San-

§. Sanguis *Judæorum* multis in locis per *Angliam* beſtialiter effuſus eſt, & maxime in *Eboraco*, ubi ſe mutuo peremerunt; unde omnes expulſi ſunt.

§. *David* Comes deſponſavit ſororem *Rannulfi* Comitis de *Ceſtria*, *Matildam* nomine, dominica prima poſt aſſumtionem ſanctæ *Mariæ*.

Anno M.C.XCI. Kal. *Januarii* obiit *Avicia* uxor R. de *Merevilla* conſtabularii *Willielmi* Regis. 1191.

§. *Willielmus* Rex *Scottorum* dedit filiam ſuam *Iſebel*, quæ fuit uxor *Roberti* de *Brus*, *Roberto* de *Ros* apud **Haditun**.

§. IV. Nonas *Aprilis* obiit *Clemens* IV. papa; Cui ſucceſſit in ſequenti die *Cæleſtinus* III. qui & *Iacinctus* Cardinalis. *Cæleſtin.* 3. P.

§. III. Kal. *Aprilis* aſcendit Rex *Franciæ* naves ſuas transfretans in terram *Hieruſalem*; & Rex *Angliæ* & Comes *Flandrenſis* conduxerunt eum cum magna gloria in galeis ſuis.

§. IV. Idus *Aprilis* aſcendit *Rex Angliæ* naves ſuas cum exercitu ſuo, cum C. L. navibus terræ ſuæ, & buccis XXV. & duxit ſecum ſororem ſuam *Johannam*, & puellam de *Navare* deſponſandam.

§. Rex *Angliæ* conſtituit *Arturum* ducem *Britanniæ* hæredem ſuum tam de *Anglia* quam de ceteris terris ſuis, ſi ipſe ſine prole deceſſerit, & hoc ſacramento Epiſcoporum & Comitum & Baronum ſuorum fecit confirmari.

§. Eclipſis ſolis fuit in vigilia ſancti *Johannis* Baptiſtæ IX. kal. *Julii*, die dominica, hora VI.

Anno M.C.XCII. Obiit *Ricardus* Abbas de **Gedewurthe**, cui ſucceſſit *Radulfus* ejuſdem Eccleſiæ Canonicus, IV. kal. *Junii*. 1192.

§. Obiit piæ memoriæ dominus *Everardus* primus Abbas de **Holmcultram**, cui ſucceſſit *Gregorius* ſubcellarius ejus.

§. Obiit *Philippus* Comes *Flandriæ* in terra *Hieruſalem*. Poſt cujus mortem *Philippus* Rex dilatione propter cupiditatem de terra promiſſionis in *Franciam* reverſus eſt; & terras, villas, opida & caſtella Regis *Angliæ* in *Normannia*, dum eſſet in cuſtodia Imperatoris, contra pacem & pactum & juſtitiam & juramentum quod juravit, inique invaſit, cepit, & crudeliter deſtruxit, quaſi, paganus, non Chriſtianus.

Anno M.C.XCIII. *Willielmus* Rex *Scottorum* dedit filiam ſuam *Margaretam* *Euſtacio* de *Veſci* apud **Rokeſburch**, quam genuit de filia *Adam* de *Hythuſum*. 1193.

§. *Willielmus* Rex duo millia marcas argenti ad redemtionem R. Regis *Angliæ* de **Rokeſburch** miſit.

§. *Jocelinus* Epiſcopus *Glaſcuenſis* dedit Deo & ſanctæ *Mariæ* & Monachis de **Melros** Eccleſiam ſancti *Kentegerni* Epiſcopo de **Haſtanedene** in perpetuam eleemoſynam, pro ſalute animæ ſuæ & anteceſſorum & ſucceſſorum ſuorum, coram multis teſtibus, ſicut ejus charta teſtatur. Cujus beata anima ſemper ſit in æterna gloria & felici memoria.

§. *Dunecanus* filius *Gileberti* de *Galweia* dedit Deo & ſanctæ *Mariæ* & Monachis de **Melros** quandam partem terræ ſuæ in *Karic* quæ dicitur **Maybothel**, in perpetuam eleemoſynam, pro ſalute animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum, coram Epiſcopo *Jocelino* & aliis multis teſtibus, ſicut ejus carta teſtatur.

§. *Ricardo* Regi *Angliæ* cum reverteretur de terra promiſſionis menſi *Novembris* poſt Regem *Franciæ*, multi curioſe inſidiabantur per loca diverſa, ut caperetur & traderetur; Tandem nutu divino ab hominibus [a] *Limpoldicis Auſtriæ* capitur, & invitus quo nollet ducitur, & in cuſtodia cum mœrore ponitur; & poſtea Domino *Henrico* Imperatori *Alemanniæ* mittitur; & ipſe in ſua poteſtate per annum & eo amplius eum reveren- *Richard. R. captus.*

a Leopoldi Ducis Auſtr.

ter ſervavit, donec obſides & redemtionem redderet. O qualis & quam miſerabilis falſæ dignitatis improviſa ſubitaque immutatio! O variabilis & inſtabilis rerum & dignitatum infirma debiliſque protectio vel dilectio! O lamentabilis & flebilis ſecularis poteſtatis & propriæ voluntatis cæca & fœda ambitio vel elatio! Nunc Rex, nunc captivus; nunc potens, nunc infirmus; nunc dives, nunc pauper; nunc liber, nunc famulus. Erudimini qui judicatis terram, venite & conſiderate opera domini: Regem miſerum, ſuperbum humiliatum, divitem pauperem. Ubi eſt gloriatio & exaltatio tua vana, & inanis humana elatio? Ecce ut fumus aſcendit, & mox evanuit, & quaſi flos fœni emarcuit & defecit.

1194. *Richard. R. in Angl. red.* Anno M. C. XCIV. *Ricardus* Rex *Angliæ* III. idus *Martii* die dominica ad veſperam apud **Sandwic** cum magna lætitia de captivitate & peregrinatione, Deo gratias agens, venit in *Angliam*; & in octavis *Paſchæ* apud *Wintoniam* à *Huberto* Archiepiſcopo *Cantuariæ* coronatus eſt, ſcilicet XV. kal. *Maii*. Deinde in hebdomada ante *aſcenſionem* Domini cum armatorum multitudine in *Normanniam* tranſvectus eſt. Poſt cujus transfretationem Rex *Gallorum Philippus* obſedit *Vernolium* cum infinita multitudine, & diverſis bellorum machinis; ſed confuſus inde revertens in *Galliam*, divertens *Ebroicas* civitatem combuſſit, & Eccleſiam Epiſcopalem cum duobus [a] Abbatis, Monachorum ſcilicet & ſanctimonialium, & reliquias loci illius ſecum *Gallias* detulit. Deinde *Rotomago* cum XX. tantum equitibus *Robertum* Comitem *Leiceſtriæ* pueriliter egreſſum in ſilva *Leonis*, circa feſtum ſancti *Botulfi*, cepit, & apud *Eſtampes* incarceravit. Rex *Angliæ* interim *Mirabel* opidum *Galliæ* cepit, dejecit, & ad terram proſtravit. Deinde veniens *Vendomium*, Regem *Franciæ* parantem ibidem obſidionem fugavit, & vehicula ipſius cum magnis opibus & capella ſua cepit, III. nonas *Julii*. Poſt paucos dies *Luches* caſtrum ſuum combuſtum miraculoſe obtinuit, fugientibus cuſtodibus Regis *Galliæ* ignem quem ipſi appoſuerant.

Dominus R. VII. Abbas de **Melros** curam paſtoralem ſigillo ſuo Abbati E. de **Rievalle** humiliter aſſignavit, ſcilicet XV. kal. *Octobris*, id eſt Sabbato; Cui ſucceſſit dominus *Radulfus* Abbas de **Kinlos** feria II. id eſt XIV. kal. *Octobris*.

1195. Anno M. C. XCV. Obiit *Gregorius* Epiſcopus de **Roſmarkin**, poſt quem electus eſt dominus *Reinaldus* Monachus de **Melros** apud **Dunfermelin** III. kal. *Martii* feria II. qui & conſecratus eſt IV. idus *Septembris*. O mira Dei diſpoſitio, de qua proceſſit talis electio.

§. Obiit *Hugo* Epiſcopus *Dunholmenſis* V. nonas *Martii* feria VI. Epiſcopatus ſui anno XLIII.

§. R. electus de *Roſmarkis* conſecrationis munus apud ſanctum *Andream* in *Scotia* IV. idus *Septembris* die dominica, à Domino *Johanne* Epiſcopo **Dunkelde** cum honore ſuſcepit.

§. Eccleſia ſancti *Andreæ* Apoſtoli de **Pebles** dedicata eſt à Domino *Jocelino* Epiſcopo *Glaſcuenſi*, IV. kal. *Novembris*, die dominica. *Willielmus* Rex *Scottorum* innovavit monetam ſuam.

1196. Anno M. C. XCVI. Obiit magiſter *Johannes* de **Rokeſburch** Theſaurarius de **Glaſgu** apud **Melros**, novitius ejuſdem domus, IV. nonas *Februarii*.

§. Obiit *Willielmus* de *Morevilla* Conſtabularius Regis *Scottorum*.

1197. Anno M C. XCVII. Obiit Rex *Hieruſalem*, & *Fredericus* Imperator *Alemanniæ*.

Ortum eſt prælium in *Morevia* juxta caſtrum **Jubernis** inter homines Regis & *Rodericum* & *Thorphinum* filium Comitis *Haraldi*; ſed Deo procurante Regis hoſtes in fuga verſi ſunt, & prædictus *Rodericus* cum multis aliis cæſus interiit. Per omnia benedictus Deus qui tradidit impios. Poſtmodum

[a] Abbatiis.

modum idem Rex *Willielmus* cum exercitu ſuo profectus eſt in *Mureviam*, & in ceteras remotiores terræ ſuæ partes, ubi *Haraldum* Comitem cepit, eumque in caſtello de **Rokeſburch** obſervari fecit; donec *Thorfinus* filius ejus ſe pro patre ſuo obſidem daret.

§. *Jocelinus* Epiſcopus *Glaſguenſis* cathedralem Eccleſiam ſuam, quam ipſe novam conſtruxerat, pridie nonas *Julii* die dominica, anno Epiſcopatus ſui XXIV. dedicavit.

§. Factum eſt novum opidum inter **Don** & **Ar**.

Anno M. C. XCVIII. Obiit *Cœleſtinus* papa, VII. idus *Januarii*; cui ſucceſ- 1198.
ſit *Innocentius*. *Rogerus* filius Comitis *Leirceſtriæ* conſecratus eſt in Epiſco- *Innocent* 3.P.
pum ſancti *Andreæ* prima dominica Quadrageſimæ. Obiit *Erchinbaldus* Abbas de **Dunfermelin**, cui ſucceſſit *Robertus* de **Berewich**. Natus eſt *Alexander* filius *Willielmi* Regis *Scottorum* in die ſancti *Bartholomæi* Apoſtoli; In cujus nativitate multi gaudebant.

Anno M. C. XCIX. Obiit *Jocelinus Glaſguenſis* Epiſcopus apud **Melros** XVI. 1199.
kal. *Aprilis*. Obiit *Ricardus* Rex *Angliæ* pridie idus *Aprilis*. Dominus *Ernaldus* Abbas *Rievallis* ceſſit curæ paſtorali; cui ſucceſſit Dominus *Willielmus* de *Punchard*. *Johannes* Rex *Angliæ* in die *Aſcenſionis* eſt coronatus. Obiit *Johannes*
Hugo Cancellarius VI. idus *Julii*. Obiit *Matheus* Epiſcopus de **Aberden** XIII. kal. *Septembris*. *Willielmus Malevicinus* factus eſt Cancellarius VI. idus *Septembris*.

Anno M. CC. Dominus *Willielmus* magiſter Converſorum de **Melros** fa- 1200.
ctus eſt Abbas de *Cupro*, XVIII. kal. *Februarii*. Conſecratus eſt Dominus *Innocent.* 3.P.
Willielmus Malevicinus.

Anno M. CC. I. Dominus *Hugo* Abbas de **Neubotil** cum humilitate ſuo 1201.
ceſſit officio. Cui ſucceſſit Dominus *Adam* magiſter Converſorum ejuſdem loci. Magnates terræ juraverunt fidelitatem *Alexandro* filio Regis, IIII. Idus *Octobris* apud **Muchſelburg**. *Johannes* de *Salerno* Presbyter Cardinalis tenuit Concilium ſuum apud **Perth**, ibidemque multa conſtituit obſervanda.

Anno M. CC. II. Obiit piæ memoriæ *Rogerus* Epiſcopus ſancti *Andreæ*; 1202.
Cui ſucceſſit Epiſcopus *Glaſguenſis Willielmus Malevicinus*. *Johannes* de *Salerno* Apoſtolicæ ſedis legatus profectus in *Hiberniam*, Dominum *Radulfum* Abbatem de **Melros** fecit Epiſcopum apud *Dunum*; Cui in regimine apud **Melros** ſucceſſit dominus *Willielmus* Abbas de *Cupro*. Conſecratus eſt dominus *Radulfus Breccenſis* Epiſcopus. Tranſlatus eſt Dominus *Willielmus Malevicinus* de *Glaſgu* ad ſanctum *Andream*.

§. Prædictus Apoſtolicæ ſedis legatus apud **Melros** honorifice ſuſceptus, per L. noctes & amplius commoratus eſt; maxime ut controverſiam inter Monachos de **Kelcou** & Monachos de **Melros** pacificaret; Qui utrique parti bene pollicitans, nulli ſatisfaciens, quamplurima dona ſcilicet auri & argenti, necnon & equorum plurimorum, ab utraque parte auferens, nulli quicquam commoditatis conferens, litem penitus indeterminatam reliquit.

Anno M. CC. III. Obiit bonæ recordationis *Johannes Dunkeldenſis* Epi- 1203.
ſcopus; Cui ſucceſſit *Ricardus* de *Prebenda* clericus & cognatus Domini Regis. Obiit *Ricardus* Epiſcopus de *Moravia*; Cui ſucceſſit Dominus *Bricius* Prior de *Leſmahagu*. Obiit *Erniſius* Abbas de *Ruford*. Obiit *Oſbertus* Abbas de **Kelchou**; cui ſucceſſit *Gaufridus* Prior ejuſdem loci. Obiit *Willielmus* Abbas *Rievallis*. Magiſter *Willielmus Bleſenſis* factus eſt Epiſcopus *Lincolniæ*. Rediit *Johannes* Rex in *Angliam*, terris ſuis & caſtris tranſmarinis ignominioſe ſatis amiſſis.

Anno M. CC. IV. Dominus *Gaufridus* adminiſtrationem *Rievallis* ſuſcepit. 1204.
Obiit *Alanus* filius *Walteri*. Obiit Regina *Alienor*. *Danecaſtria* in vigilia *Paſchæ* funditus combuſta eſt. Obiit Comes *Duncanus*. Obiit *Godefridus* de *Luci* Epiſcopus *Wintoniæ*. Septem Epiſcopi in terra Promiſſionis renunci-

 averunt

averunt fidei Chriſtianæ. *Baldewinus* Comes *Flandriæ* factus eſt Imperator *Conſtantinopolitanus*. *Johannes* de *Curci* per fraudem ſuorum ab *Hugone* de *Laſci* captus eſt. Obiit *Petrus* Abbas de **Wedurn** apud *Vacellas*. Obiit Abbas *Alexander* de *Santreia*.

1205. Anno M. CC. V. Comes *David* fecit homagium nepoti ſuo *Alexandro* filio Regis *Willielmi*.

§. Viſæ ſunt duæ lunæ ſimul in firmamento ejuſdem quantitatis, quarum cornua ex una parte cohærebant, ex altera ſeparatim fluctuabant, ſed tandem veniebant.

§. Gelu magnum & horrendum & diuturnum oves & boves & equos ſilveſtres ubique terrarum ſtravit.

Muri *Rothomagi* ab hominibus Regis *Franciæ* ſolo tenus proſtrati ſunt. Obiit *Hubertus* Archiepiſcopus *Cantuariæ* III. Idus *Julii*. Obiit *Radulfus* Abbas de **Jodeworth** VII. idus *Auguſti*.

1206. *Johannes*. Anno M. CC. VI. Dominus *Ricardus* de *Cane* factus eſt Abbas de **Belchon** IV. kal. *Aprilis*.

§. III. Idus *Aprilis*, luna XIX. audita ſunt tonitrua.

§. VII. Kal. *Maii* cecidit nix in tanta quantitate quod vix non videntibus poſſit perſuaderi. VI. idus *Maii* obiit *Willielmus Bleſenſis* Epiſcopus *Lincolniæ*. Obiit Comes *Arald*. Obiit Dominus *Willielmus* IX. Abbas de **Melros**. VI. idus *Junii* factus eſt Dominus *Patricius* Subprior de **Melros**, Abbas ejuſdem loci.

1207. Anno M. CC. VII. Obiit *Johannes* Epiſcopus de **Aberden**. Poſt quem electus eſt *Adam* clericus Regis dictus de **Kald**. Obiit piæ memoriæ Dominus *Patrius* X. Abbas de **Melros**; cui ſucceſſit *Adam* Prior ejuſdem loci. *Florencius* electus *Glaſguienſis* licentia Domini papæ curæ ſuæ renunciavit. *Willielmus* Epiſcopus ſancti *Andreæ* in tranſmarinis partibus moratus eſt. *Ranulfus* de *Sules* occiſus eſt in domo ſua à domeſticis ſuis. Combuſta eſt magna pars **Rokeſburch** accidentaliter. *Walterus* capellanus Domini Regis electus eſt in Epiſcopum *Glaſguienſem* V. idus *Decembris*.

§. Apparuit angelus cuidam ſancto eremitæ, & dixit ei hæc verba: *Excitabitur* Romanus *contra* Romanum, & Romanus Romano *ſubſtituetur* Romæ. *Novus grex ſemper ad cumulum. Allevabuntur virgæ paſtorum, & onus eorum erit in ſolatium. Non modica nubes incipiet pluere, quia natus eſt immutator ſeculi.*

§. *Udardus* Abbas de *Cupro*, & *Ricardus* ſucceſſit.

1208. *Anglia interdicta*. Anno M. CC. VIII. menſe *Martio*, XV. diebus ante paſcha, interdicta eſt *Anglia*, hac de cauſa. Defuncto *Cantuarienſi* Archiepiſcopo, ſcilicet *Waltero Huberto*, facta eſt diſſenſio inter Regem & Monachos de electione pontificis, alium Rege, alium Monachis eligentibus. Cum autem plures Monachorum veniſſent *Romam* pro cauſis ſingulorum electorum, Apoſtolicus diſſenſionem eorum audiens, caſſavit electiones ſingulorum, præcipiens ut de novo canonicam facerent electionem coram ipſo; & elegerunt magiſtrum *Stephanum* de **Langetun**, & ſcripſit pro eo Regi *Angliæ*, commendans ei perſonam ejus, ut eum reciperet. Rex autem graviter offenſus, tum quia caſſata eſt electio ejus, tum quia Monachi quos ipſe miſerat contra promiſſionem ſuam fecerant, juravit quod nunquam prædictum *Stephanum* reciperet. Papa vero diu ſuſtinuit, ſcribens & exhortans Regem; ſed nihil exhortando profecit; unde ſicut prædictum eſt, terram ſuam interdixit, Ita ut nec privatim nec publice cantaretur. Et ita factum eſt ut nec morituri communionem, nec mortui haberent ſepulturam. Obiit *Philippus Dunelmenſis* Epiſcopus. Clerici timentes Regis tyrannidem, *Oxoniam* fere omnes reliquerunt; pauci autem remanentes non multo tempore poſt, propter divinorum ſuſpendium ex toto villam interdicendo receſſerunt, partim apud **Radinges**, partim *Pariſios*.

§. Obiit Dominus *Ricardus* Abbas de **Belchon**, cui ſucceſſit *Henricus* Prior ejuſdem domus, XV. kal. *Julii*.

§. IV.

§. iv. Idus *Septembris* feria iv. novum cœmeterium de **Dꝛibuꝛc** dedicatum eſt à *Willielmo* Epiſcopo ſancti *Andreæ*.

§. Obiit *Gilebertus* quondam Abbas de **Alnewic**, cui ſucceſſit in anno ſequenti *Galfridus* Abbas de **Driburc**. In cujus loco electus eſt Dominus *Willielmus* de **Driburc** in Abbatem ejuſdem domus. *Walterus* electus *Glaſguenſis*, quæſita licentia Domini papæ in ſede ſua apud **Glaſgu**, conſecratus eſt, in die commemorationis fidelium animarum.

§. *Adam* Abbas de **Alnewic** depoſitus eſt v. Idus *Decembris*.

Anno M. CC. IX *Johannes* Rex *Angliæ* mandavit *Willielmo* Regi *Scotiæ* ut ei occurreret apud *Novum caſtellum*; & obviaverunt adinvicem **Boyeltun**. 1209.
Rex itaque *Scotorum Willielmus* proceſſit & Rex *Anglorum* venit uſque ad **Noꝛham**, ix. kal. *Maii*, feria quinta, & tam in reditu quam in tranſitu hoſpitatus eſt in **Alnewic** propriis expenſis; & habuerunt colloquium ambo Reges apud prædictum caſtellum, & infecto negotio ab invicem diſceſſerunt.

§. vi. Kal. *Maii Radulfus* ſacerdos de **Dunbaꝛ** accepit curam de **Hecles**. Obiit Epiſcopus *Johannes Candidæ caſæ*, cui ſucceſſit *Walterus* camerarius *Alani* filii *Rolandi*.

§. Obiit magiſter *Randulfus* Archidiaconus ſancti *Andreæ*, cui ſucceſſit magiſter *Laurentius* Officialis.

§. *Alanus* filius *Rolandi* duxit filiam *David* Comitis fratris Regis *Scotiæ* in uxorem.

§. Data eſt licentia à Domino papa in Abbatiis per *Angliam* ſemel in Hebdomada divina celebrare officia, voce ſubmiſſa, januis clauſis, excluſis ſecularibus.

§. Circa feſtum ſancti *Jacobi* Rex *Angliæ* & Rex *Scotiæ* cum exercitibus ſuis ad invicem occurrerunt, ubi pacem inter eos pepigerunt; Ita tamen quod Rex *Scottorum* Regi *Angl.* duas filias ſuas dedit maritandas, cum xiii. millibus librarum, & cepit licentiam ſubvertendi caſtellum quod erectum fuit contra **Beꝛwic**, quod & factum eſt. Et pro pace tenenda dedit ei obſides filios proborum hominum terræ ſuæ, & facta eſt contra voluntatem *Scottorum*.

§. Circa feſtum ſancti *Martini* duo Epiſcopi de **Saleſbiꝛ** & de *Rouceſtria* in *Scotiam*, quorum alter apud **Kelchon** commoratus eſt, ſcilicet *Salesberienſis*, alter autem apud **Rokeſbuꝛch**, uterque propriis expenſis; Quibus venerabilis Rex *Scotiæ* honoris gratia dedit octoginta celdras frumenti, & lxvi. de braiſ. & octoginta de avena.

§. Abbas de *Cupro Ricardus* ceſſit, & *Alexander* ei ſucceſſit.

Anno M. CC. X. Obiit *Ricardus* Epiſcopus de **Dunkeldin** menſe *Maio*. 1210.
Et *Thomas* de *Colovilla* captus eſt, & apud **Edenbuꝛc** cuſtodiæ mancipatur, propter ſeditionem quam contra Regem ſuum & dominum machinatus eſt, ut infamia narrando clamat, qui ad feſtum ſancti *Martini* ſe redemit.

§. Menſe *Junio Johannes* Rex *Angliæ* congregato exercitu *Hiberniam* ſibi ſubjugavit. Rediens autem de *Hibernia* Monachos *Ciſtercienſes* in multis expoliavit. A *Judæis* autem quicquid fere habebant auferens, eoſque à do- *Judæi.*
mibus ſuis excludens, quibuſdam oculos eruens, quoſdam fame perdens, omnes in tanta neceſſitatis dejecit pericula, ut Judæi à Chriſtianis in nomine *Jeſu Chriſti* oſtiatim victum mendicabant, & famem paſſi ſunt ut canes, & circuierunt civitates ut præoſtenderetur ad literam quid de illis venturum ſit ſpiritualiter, teſte Propheta qui dicit, *Convertentur ad veſperam* &c. Quod cum Regi *Francorum* innotuit, ſciens *Judæos* licet locorum intervallis longe lateque per mundi climata diſperſos, uno tamen eodemque infidelitatis fœdere connexos, & invicem in quibus poſſunt neceſſitatibus ſubvenientes, ſubtili fretus aſtutia per omnes *Galliarum* provincias ſimul ut omnes *Judæi* carceribus manciparentur, edixit. Quod cum factum eſt, uſque adeo eos in omnibus apporiavit, ut nec ſibi ipſis poſſent ſubvenire,

re, necnon & militibus ſuis terras ſuas & chartas quas *Judæis* inpignoraverant, abſque fœnore reſtituit, & divites dimiſit inanes.

Eodem autem anno convocatis *Pariſios* Archiepiſcopis & Epiſcopis ceteriſque prælatis totius Eccleſiæ *Gallicanæ*, cum omni univerſitate magiſtrorum civitatis, maximum ibidem celebratum eſt Concilium, præcipue contra ſuperſtitioſos hæreticos, qui & domos viduarum penetraverant, & & maximam innocentum multitudinem, ſacram ſcripturam ſiniſtra interpretatione docendo, latenter ſeduxerant, quorum errores plus expedit reticendo dolere quam recitando docere. Qui in eodem Concilio de hæretica pravitate convicti ſunt, & de nefanda ſecta magiſtri *Amauri*, cujus oſſa ibidem audientibus omnibus & videntibus, ut ceteri metum habeant, ab omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis excommunicata, extra ſacrum cœmeterium projici jubentur; & ipſi hæretici xxv. diebus ante natale Domini in campis juxta capellam ſancti *Honorati* coram omni populo ſunt degradati, & laicorum cuſtodiæ mancipati, qui & poſt triduum præcepto Domini Regis, igne conſumti ſunt; qui tanta pertinacitate obduruerunt, quod nec ſonitum nec tumultum in flammis emiſerunt, quos laici *Papelardos* appellaverunt. Magiſter autem *Robertus* de *Curcim*, vir vitæ venerabilis & in omni doctrina perſpicuus, cui à Domino papa cum ceteris dignitatibus ſuis data eſt cura ſumma prædicationis in *Galliis*, prædictos pſeudo-prophetas à principio omni ſtudio perſecutus eſt, eoſque *Almaricanos* à prædicto *Almarico* denominavit, vel *Godinos* à *Godino* hæreſiarcha eorum qui etiam pari pœna punitus interiit. Plures autem errore eorum decepti, ſed compuncti, perpetuo carceri ſunt mancipati; prius tamen degradati à ſacris ſcilicet ordinibus; Et ita factum eſt quod in illo anno maxima extitit tam *Judæorum* quam hæreticorum perſecutio.

Concilium Pariſiens. — *Almaricani.* — *Godini.*

§. *Laodovicus* filius *Philippi* Regis *Franciæ* miles à patre factus eſt, cum ingenti gloria & exultatione apud ſanctum *Licium* die ſancti *Johannis* Baptiſtæ.

1211. *Innocent.* 3. P. Anno M. CC. XI. In die ſanctæ *Mariæ Magdalenæ Johannes* Archidiaconus *Laodonenſis* electus eſt in Epiſcopum de **Dunkelden**. Obiit *Willielmus* decanus de **Cuningham**.

§. Vigilia Sanctorum *Petri* & *Pauli Willielmus* de *Bois* factus eſt Cancellarius Domini Regis *Scotiæ*. Rex *Angliæ* firmatis caſtellis in *Wales* eam ſibi ſubjugavit. Obiit Dominus *Warinus* Abbas *Rievallis*, cui ſucceſſit Dominus *Helias* Cellerarius ejuſdem domus.

§. Tres Abbates, ſcilicet de *Fontibus* & de *Furn.* & de *Caldeia*, benedicti ſunt à Domino R. *Dunenſi* Epiſcopo apud **Melros** ipſo die ſanctæ *Luciæ*; ſed & alii duo Abbates eodem anno ibidem ab eodem benedictionis ſuæ munus acceperunt.

Otho 4. *Imperator.* Eodem autem anno facta eſt univerſaliter in omni regione ſtrages hominum innumerabilis; Incipiens ab oriente, nec deſinens uſque in occidentem. Factum eſt enim quod cum *Otho* vir inter omnes coævos ſuos proſapia præclarus, in omni acie miles eminentiſſimus, in omni exercitu militia propugnator probatiſſimus, à Domino papa in imperatorem promotus, inunctus, & coronatus, innumeras orientalis plagæ ſibi ſubjugaſſet provincias, cæde tamen prius ineſtimabili peracta, nec adhuc humano ſanguine ſatiatus, cruentas manus crudeliſſime in matrem propriam injiciens, Apoſtolicæ ſedis dignitates comminuens, proprias poſſeſſiones ab ipſa violenter niſus eſt extorquere. O quam inſatiabilis ambitionis ingluvies, quæ quanto majora devorat, tanto latius hiando fame inextinguibili ſemper nova devorando ejulando depoſcit! O quam improba terrenæ dignitatis aviditas, quæ nuſquam honoris terminos attendens, ſemper ad altioris magiſtratus apicem poſſe conſcendere ſuis fautoribus pollicitans, eoſque, infra omnium vitiorum ſpurcitias latenter præcipitans, manus pluſquam ſacrilegas in Deum etiam porrigere compellit! Hæc & hiis ſimilia

non

non ſolum in prædicto, ſed etiam in omni qui præſumtuoſe in ſanctæ matris Eccleſiæ poſſeſſiones manus extollit violentas, de facili poſſunt comperiri. Quid plura? Apoſtolica in eum publice & in propatulo lata eſt ſententia, qua promulgata, ex decreto Domini papæ novus Imperator ſubſtitui edicitur. Sed quo fine vel qua lege hæc nimis improba litis conteſtatio fuerit dirimata & determinata, ſequens annorum ſeries planius declarabit.

Eodem etiam anno accidit quod cum jam per quinquennium vel amplius *Albigenſes*, gens ſcilicet aſpera & à Deo reprobata, juſtitiam Dei à ſe abigentes, ſuam volentes conſtituere, catholicæ fidei religionem manifeſta perſecutione impugnaverant; ex perſuaſione Apoſtolicæ admonitionis, & virtute verbi divinæ prædicationis; ſed & principaliter ex gratia divinæ inſpirationis, unanimiter contra prædictos divinæ legis deriſores non modica turba fidelium in partibus coadunata eſt *Tholoſanis*, quæ divinæ virtutis diſpoſitione in acies diſpartita, pugna campeſtri qualem non meminit ætas præſentium, infidelium ſtragem dederunt; Hoc autem factum eſt *anno milleno bis centem monodeno*, Septembrique *die quarta poſt feſta Mariæ*, ſub duce Chriſtianiſſimo & Comite invictiſſimo *Simone* dicto de *Munford* vel de *Rocheford*, qui eoſdem à principio vehementiſſimo fervore perſequutus eſt. *Albigenſes.*

Hac etiam vix finita & caſſata perturbatione; & ecce recens ſubrepit Chriſtianorum aliunde perſecutio. Impetuoſa en im & ignominioſa turba paganorum cum claſſe non modica per littora *Hiſpaniæ* applicuerat, qui & Chriſtianos ad prœliandum invitaverunt. In quos Rex magnanimus, cognomine tamen Rex *parvus*, cum commilitonibus ſuis inſurgens, virtute divina fere omnes conquaſſavit; vix enim Rex & princeps eorum dictus de **Mairhoc** cum maxima ignominia vivus evaſit. *Saraceni in Hiſpan.*

§. Rex autem *Galliæ* terram Regis *Angliæ* in tranſmarinis partibus ſibi ſubjugando, non modicum ſanguinem effudit. Conſimilem autem ſtragem Rex *Angliæ* terram *Hiberniæ* & *Wales* ſibi ſubjugando perpetravit. Sed & Rex *Scotiæ* filium *Macwilliel[illegible]i*, *Guthred* ſcilicet, perſequendo, proprioſque ſeductores deſtruendo, multorum cadavera inanimata reliquit.

Anno M.CC.XII. Exiit à ſummo pontifice *Innocentio* generale mandatum in omnem Chriſtianæ profeſſionis regionem, ut omni ceſſante excuſatione univerſi Eccleſiarum paſtores ad terminum præfixum, ſcilicet anno M.CC.XV. kal. *Novembris*, *Romæ* congregarentur, generale Concilium ibidem celebraturi, exceptis pauciſſimis qui communi conſilio in unaquaque patria ob animarum cuſtodiam remanerent. Ipſi autem paſtores interim omni ſollicitudine verbum vitæ prædicarent & infirmos in fide confirmarent, confirmatos animarent, ſed & ſanctæ crucis ſignaculo conſignarent in ſubſidium ſanctæ terræ repromiſſionis, quam tunc temporis *Saraceni* nimis improbe & indecenter tractaverunt. 1212.

§. Miſſa ſunt à latere Domini papæ multa & magna luminaria, Doctores ſcilicet ſanctiſſimæ converſationis & excellentiſſimæ doctrinæ in omnem circa regionem; quorum duo miſſi ſunt, unus in *Angliam*, & reliquus in *Franciam*. In *Angliam* magiſter *Stephanus* de *Langetun* Archiepiſcopus *Cantuariæ* conſecratus: In *Gallias* magiſter *Robertus* de *Curzun* ſedis Apoſtolicæ Presbyter & Cardinalis, & totius *Franciæ* legatus & arbiter conſtitutus, ut ſanctæ converſationis exemplo & Catholicæ prædicationis miniſterio utramque regionem illuſtrarent. Item omnes Chriſtianos publicos uſurarios, & publicas meretrices, & ceteros ſanctæ religionis deriſores, ad admonitionem prædicti magiſtri *Roberti*, abſtulit Rex *Franciæ* à civitatibus ſuis univerſis. *Legati in Angliam & Franciam.*

Item *Alexander* filius *Willielmi* Regis *Scottorum* in *Angliam* profectus *Lundonias* à Rege *Angliæ* militarem ordinem accepit anno ætatis ſuæ XIX. VIII. idus *Martii*, ad *lætare Hieruſalem*. Miles itaque honorifice effectus,

 cum,

cum utriuſque regni applauſu & congratulatione ad propria eſt reverſus.

Petrus Eremita. Item, In illis diebus ſurrexit in *Anglia* miræ audacitatis homo & abſtinentiæ, *Petrus* nomine, qui neſcio quo ſpiritu futura prædicens, ipſi Regi *Angliæ* crudelitatem ſuam adverſus Eccleſiam de die in diem improperabat, & quia in proximo honorem regni & nomen Regium eſſet amiſſurus, coram facie ſua clamitabat; Quod quidem in magna parte poſtmodum evenit, ut ſequens annorum ſeries declarabit.

1213. Anno M. CC. XIII. Obiit *Reinaldus* Epiſcopus *Roſenſis*, quondam Monachus *Melroſenſis*, ipſo die ſanctæ *Luciæ*; poſt cujus obitum electus eſt magiſter *Andreas* de *Murevia*, qui renuens Epiſcopari, quæſita licentia à Domino papa, tantæ dignitatis honorem humiliter reſignavit; loco cujus ſubrogatur *Robertus* capellanus Domini *W.* Regis *Scottorum*.

§. Dominus *Adam* Abbas de **Melros** electus eſt ad curam Epiſcopatus *Cathen.* Nonas *Auguſti.*

§. Dominus *Ernaldus* Abbas *Ciſtercii* electus eſt & conſecratus in Archiepiſcopum de *Narbon.* Hic omni ſtudio verbum vitæ prædicando, fidem Chriſti confirmando, *Albigenſes* perſequendo, eorum ſectam deſtruxit; cui ſucceſſit dominus *Ernaldus* Abbas de *Fonte Johannis.*

§. Dominus *Wido* Abbas *Clarevallis* diutino rigore ordinis laſſatus, & nimia ſenectute aggravatus, quæ ultra tenere non potuit, ſigillum ejuſdem Domus & prælationem Deo & ordini reſignavit; Qui paucis intervenientibus diebus in venerabili ætatis maturitate ex hac luce migravit; cui ſucceſſit Dominus *Conradus* Abbas de *Villiaco.*

§. Dominus *Adam* Abbas de **Neubotil** humilitatis gratia ſuo ceſſit officio; cui ſucceſſit Dominus *Alanus* ſubprior de **Melros**.

§. Obiit piæ memoriæ magiſter *Willielmus* de *Montibus*, Cancellarius Eccleſiæ *Lincolnienſis*, poſt paſcha; Cujus corpus anno ſequenti, reddita Chriſtianitate per *Angliam*, in Eccleſiam *Lincolnienſem* eſt tranſlatum, ibi-

Verſus. demque cum debita reverentia eſt tumulatum.

1214. Anno M. CC. XIV. Conſecratus eſt prædictus A. Abbas de **Melros** in Epiſcopum *Cathen.* à Domino *Willielmus Malevicino* Epiſcopo S. *Andreæ*, menſe *Maio*, die ſancti *Mamerci* Epiſcopi; cui ſucceſſit dominus *Hugo* de **Clippeſtun**, Monachus ejuſdem domus, Idibus *Maii.*

Willielmo R. Scot. ſucced. Alexander. §. Piæ recordationis Dominus *Willielmi* Rex *Scottorum* viam univerſæ carnis aggrediens, Regno ſuo in ſumma pace permanente, felici exitu migravit ad Dominum, anno Regni ſui XLIX. & ætatis ſuæ LXXII. II. nonarum *Decembris.* Dominus *Alexander* filius prædicti *Willielmi* Regis, cum non modico agmine magnatum ad [a] *Scotiam* profectus, ibidem tam honorifice quam pacifice more Regio & digna celebritate Regni *Scotiæ* gubernacula ſuſcepit anno ætatis ſuæ XVII. VIII. idus *Decembris.*

§ Dominus *Willielmus* Cellerarius de **Melros** electus eſt in Abbatem de **Glengus**.

§. Dedicata eſt Eccleſia ſanctæ *Mariæ* de **Hawic** à Domino A. Epiſcopo *Cathen.* IV. kal. *Junii.*

§. Dominus Abbas *Ciſtercienſis* viſitationis ſuæ gratia in *Angliam* advenit.

§. Obiit piæ memoriæ *Johannes* Epiſcopus de **Dunkelden**, nonas *Octobris*; poſt quem electus eſt *Hugo* clericus de ſigillo.

§. Dominus *Alanus* Abbas de **Neubotil** humili devotione ad propriam domum ſuam rediens, curam regiminis in Capitulo reſignavit, VIII. kal. *Junii*; cui ſucceſſit Dominus *Ricardus* Cellerarius ejuſdem domus.

§. Intravit magiſter *Stephanus* Archiepiſcopus *Cantuarienſis* in *Angliam* inter *Paſcha* & *Pentecoſten*, exultantibus omnibus & dicentibus, *Benedictus qui venit in nomine Domini.*

a f. Sconam.

§. Ceſſavit

§. Ceſſavit interdictum in *Anglia* circa kal. *Julii.* *Interdictum ceſſat.*

§. Miſſus eſt in *Angliam* quidam ex Clericis Domini papæ, *Pandulfus* nomine, ut cor Regis emolliret, & ad ſatisfactionem congruam ſuaderet; qui compacta nec peracta pace *Romam* rediit. In cujus reditu miſſus eſt & alius vir quidem magnæ opinionis, nomine *Nicholaus* profeſſione Monachus *Ciſtercienſis*, officio ſummus Apoſtolicæ ſedis Pœnitentialis, ad hoc quidem miſſus, ut prolocutam formam pacis legationis ſuæ auctoritate confirmaret, & congrua ſatiſfactione ſuſcepta, ipſum Regem ab anathematis vinculo abſolveret. Interim autem *Philippus* Rex *Franciæ* haud dubium quin divina diſpoſitione excitatus, adverſus eum cum omni impetu exercitus ſui inſurgens, etiam uſque ad mare *Anglicum* pervenerat. Sed & ſupradictus P. ſimplex Propheta in faciem Regis improperia exaggeravit, *Petrus Eremita.* & Regiæ dignitatis amiſſionem conſtanter prædicavit, & quia filius bonæ mulieris poſt eum regnaturus eſſet, intimavit; quod dictum eſſe de Domino *Philippo*, ſanctæ matris Eccleſiæ filio arbitramur. Tam multiplici igitur terrore perterritus, in adventu ſupradicti Cardinalis, Deo & ſanctæ matri Eccleſiæ *Romanæ*, & ſummo pontifici humagium ſuum, & Regni ſui ſubjectionem perpetuam mira manſuetudine in manibus legati offerebat; ad cujus ſubjectionis teſtimonium, & humagii recognitionem, redditum annalem, ſcilicet M. Marcas, ex proprio thalamo Deo & ſummo pontifici & omnibus ejuſdem ſucceſſoribus ſe & omnes hæredes ſuos exhibituros, tam ipſe quam magnates terræ ſuæ, tactis etiam ſanctuariis, pepigerunt. Additum etiam eſt in Juramento, quod plenam faceret reſtitutionem omnium, quæcunque ab initio interdictionis terræ ſuæ, ab Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis extorſerat, & quod terram ſuam à Domino papa quaſi ſummo Rege in poſterum teneret. Rex igitur hæc omnia promtiſſime ſe facturum pollicitans, coronam etiam regni ſub pedibus legati ponendam exhibuit. Per omnia benedictus Deus fortis & potens, qui ſuperbientium colla ſibi ſubjugare & obduratorum corda novit cum voluerit ad pœnitentiam vocare. Rex tamen nondum intelligens ſe nomen regium & priſtinæ dignitatis honorem amiſiſſe, ſæpe dictum [a] *Philippum* ſimplicem crudeli morte interimi præcepit; quod amariſſime poſtmodum ſe feciſſe pœnituit, ut inferius declarabitur.

§. Commiſſum eſt prœlium campeſtre inter *Philippum* Regem *Franciæ* *Prælium ad Bovinas.* & *Othonem* quondam Imperatorem *Alemanniæ*, die dominica proxima poſt feſtum ſancti *Jacobi*, eo anno VI. kal. *Auguſti*, in *Flandriis* inter *Tornacum* & pontem de *Bovines*. In illo autem conflictu, prout ſcripſit Dominus *H.* Abbas de *Urſicampo* Domino *A.* Abbati *Ciſterc.* capti ſunt ex parte *Othonis* Comes *Flandriæ*, Comes *Boloniæ*, Comes *Salebiriæ*, Comes de *Tenekebroc*, Comes *Piloſus*; Capti ſunt etiam Barones & Baronum filii de *Flandria*, de *Alemania*, meliores & nobiliores omnes milites egregii in acie provocantes, quos ipſe Abbas numerando nominavit fere ſepties viginti. Ex parte *Othonis* erant XXX. equitum & CC. peditum, Numerus militum captorum CC. XX. Interfectorum militum LXX. Peditum interfectorum M. milium. De *Francis* autem tres milites tantum. De Rege autem *Franciæ* verum eſt, quod de equo dejectus corruit inter inimicos ſuos crudeliſſimos, qui nihil aliud ſitiebant quam ejus ſanguinem. Sed divina miſeratione, & ut ipſe poſtmodum confeſſus eſt, *Ciſtercienſis* ordinis apud Deum interceſſione protectus, & virtute militum ſuorum, quorum quidam ſuper corpus ipſius interfici ſe permiſerunt, in equum ſuum rejectus, illæſus evaſit. Nec prætereundum eſt de Comite de *Bolonia*, cujus ſeditione totum bellum initiatum eſt, quod cum coram Rege *Franciæ* proſtratus veniam precaretur, & diceret ſe nihil in Regem deliquiſſe; ad hoc verbum Rex indignatus, exprobravit ei omnia beneficia quæ illi ſæpe contulerat, & quomodo ſemper

a l. Petrum.

Innocent. 3. P. mala pro bonis ipſe reddiderat; & fremens in eum, *Tace*, inquit, *quia per oſſa ſancti* Jacobi *faciam tibi oculos erui*, *& ſcies quia me vivente de carcere non exibis.* Juramento etiam cuſtodes conſtrinxit, quod nec propter mandatum, nec propter litteras redderent eum, niſi in manibus ejus. Deniq; in trunco grandi fecit duas catenas groſſas & grandes infigi, quibus legatus Comes velit nolit factus eſt *Perronæ* caſtellanus.

1215. Anno M. CC. XV. Dominus *Conradus* Abbas *Clarevallis* viſitationis ſuæ gratia in *Angliam* advenit, ubi ſatis rigide ſe continuit, necnon & in filiabus ſuis ob ordinis rigorem multa dura & aſpera conſtituit obſervanda.

§. Dominus *Helyas* Abbas *Rievallis* ſuo ceſſit officio, cui ſucceſſit Dominus *Henricus* Abbas de *Wards* VI. idus *Aprilis*. Electus eſt in Abbatem de *Wards* Dominus *Rogerus* magiſter Converſorum ejuſdem domus, III. kal. *Maii.*

§. Intraverunt in *Moreviam* hoſtes Domini Regis *Scotiæ*, ſcilicet *Lovenaldus* filius *Macwillielmi*, & *Kennauhmacaht*, & filius cujuſdam Regis *Hiberniæ*, cum turba malignantium copioſa: In quos irruens *Machentagar* hoſtes Regis valide proſtravit, quorum capita detruncavit, & novo Regi nova munera præſentavit, XVII. kal. *Julii*, propter quod Dominus Rex novum militem ipſum ordinavit.

Diſcordia inter Johannem & Barones. Ordinem præpoſterum *Anglia* ſanxivit. Mirum dictu dicitur, tale quis audivit? Nam præeſſe capiti corpus concupivit; Regem ſuum regere populus quæſivit. Cauſa tamen multiplex illud exigebat; Nam Rex mores optimos Regni pervertebat, Jura, leges; ſubditos recte non regebat: Quicquid erat placitum, ſummum jus credebat; proprios indigenas nimis deprimebat, Barbaros, rutarios illis præponebat; hæredes legitimos obſides perdebat, Quorum adventitius terras poſſidebat. Regis ad colloquium milites citati caute ſibi præcavent, veniunt armati; Jurant unanimiter jam ſe nolle pati amplius tyrannidem Regis tam ingrati. Die primo veniunt juri parituri. Rex venire diſtulit, nolens ſtare juri; diem ponit alterum tempotis futuri, nec venit; ſed veniunt ipſi coacturi. Regis ergo poſtulant depoſitionem, legis niſi faciat emendationem plenam, & exhibeat certam cautionem, pacis ad perpetuam conſervationem. Humagium quod fecerant reconſignaverunt, & Barones militum cauſam ſuſceperunt. Hinc in ſeptem acies ſeſe diviſerunt, terras, urbes, prædia, caſtraque ceperunt. Horum terras complices Regis vaſtaverunt; Hinc & hinc quamplurima mala peregerunt. Et dum ſic diutius ſibi adverſantur; fiunt homicidia, cenſus diſſipantur. Leges tandem priſtinas Regni ſitientes, ſed in Regem mittere manus non volentes, formam pacis congruam inter ſe fecerunt, & diſtricte ſuper hac Regem convenerunt. Formam pacis renuens inde Rex receſſit. Sed coactus poſtmodum omnia conceſſit; & ut manus militum caute declinaret, quicquid eſſet placitum, promiſit ut ſervaret. Omne igitur pactum pariter in ſcriptum reduxerunt, & ſigillum Regium apponi petierunt. Qui promittens placide, diem prolongavit & ut ad *Oxoniam* venirent, intimavit. Rex collectis viribus ad diem quem præfixit venit, ſed articulis pacis contradixit. Receſſerunt igitur magno cum rancore. Error ſic poſterior pejor fit priore. Rex igitur interim ad novum nocendi genus ſe convertit. Conſilium enim habuit neſcio cujus *Achitophel*, ut totam *Anglorum* progeniem ab *Anglia* funditus eradicaret, & Barbaris nationibus terram *Angliæ* perpetuo poſſidendam donaret. Rex tamen Regum & Dominus dominantium, cujus decretum nunquam poterit infirmari, aliter fieri præordinavit; ſatis enim miſericorditer innocentes liberavit, nec minus mirabiliter conſilium *Achitophel* diſſipavit; Dum namque ex parte ipſius Regis quidam ex ſuis fautoribus tranſmarinis *Hugo* de *Boves* inæſtimabilem navium multitudinem congregaſſet, & eas etiam ad ſummum uſque multitudine malignantium repleſſet, contigit ut ipſe *Hugo* cum omni illa claſſica multitudine VI. kal. *Octobris* verſus *Angliam* vela ventis explicaret: Et ecce elevatis ad imperium ſummi Regis marinis fluctibus, tam ipſe *Hugo* dux

Hugo de Boves.

dux tanti ſceleris, quam ceteri ſcelerati ſubito ſubmerſi ſunt quaſi plum-bum in aquis vehementibus, ita ut ex omni illa multitudine navium nulla penitus optatum litus inveniret, ſed tam nautas quam naves & ceteros tranſfretantes maris unda ſæviens avido gurgite deglutivit, exceptis pauciſſimis, qui poſt diutinam fatigationem, procellarum etiam & ventorum infeſtationem, vix tanti diſcriminis impetum cum magno periculo evaſerunt; Nec ſic quidem, ut creditur, evaſiſſent, niſi de concepto ſcelere compuncti, ab ipſo qui dominatur poteſtati maris, cui ſcilicet mare & venti obediunt, tota cordis contritione veniam quæſiſſent: Cum lacrymis enim & ſingultibus iter ſanctum verſus *Hieroſolymam* devoverunt, & in carne propria crucis ſanctæ ſignaculum ab invicem ſuſceperunt. Per omnia benedictus Deus, qui incredulis & obſtinatis meritum ſupplicium non negavit; pœnitentibus vero & veniam petentibus motum fluctuum maris mitigavit. *Johannes. R.*

Celebratum eſt Concilium generale apud *Romam* per xv. dies ad kal. *Novembris*; in quo concilio multa ad extirpationem vitiorum & deſtructionem hæreticorum, ad confirmationem etiam fidelium, & emendationem morum, Spiritu ſancto inſpirante ſunt conſtituta. Inter quæ etiam ſtatutum eſt, & approbante ſacro Concilio auctoritate Apoſtolica firmiter præceptum eſt, ut ad ſubſidium ſanctæ terræ omnes omnino in Eccleſiis beneficiati tam ſubditi quam prælati viceſimam partem omnium Eccleſiaſticorum proventuum per ſubſequens triennium integre conferrent, per manus eorum quos ad hoc opus Apoſtolica aſſignaret providentia, exceptis quibuſdam religioſis, & iis qui perſonaliter in terram ſanctam eſſent profecturi. Ipſe autem Dominus papa & omnes Cardinales, ne in humeros aliorum onera importabile imponere viderentur, decimam omnium proventuum ſuorum perſolverunt. Præter hæc etiam Dominus papa triginta millia librarum DCCC. ſignatis aſſignavit, & ex alia parte Millia Millia marcarum. Præceptum eſt etiam ut anno ſecundo ſequenti, id eſt anno ab incarnatione Domini M.CC.XVII. omnes cruce ſancta ſignati ab univerſis mundi partibus congregati in kal. *Junii* in regno [a] *Scotiæ* adunarentur. Notandum etiam quod in eodem Concilio præſidente Domino papa *Innocentio* III. pontificatus ſui anno XVIII. quæ *Conſtantiniana* dicitur, fuerunt Epiſcopi CCCC. & XII. Inter quos extiterunt de præcipuis Patriarchis duo, videlicet *Conſtantinopolitanus* & *Hieroſolymitanus*; *Antiochenus* autem gravi languore detentus, non potuit venire, ſed miſit pro ſe vicarium ſuum *Antidorenſem* Epiſcopum; *Alexandrinus* autem ſub *Saracenorum* dominio conſtitutus, fecit quod potuit, mittens pro ſe germanum ſuum diaconem. Primates autem & Metropolitani LXXI. Ceterum Abbates & Priores ultra octingentos. Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Priorum, Capitulorum abſentium, non fuit certus numerus comprehenſus. Legatorum vero Regis *Siciliæ* in Imperatorem *Romanorum* electi, Imperatoris *Conſtantinopolis*, Regis *Franciæ*, Regis *Angliæ*, Regis *Hungariæ*, Regis *Hieroſolymitani*, Regis *Cipri*, Regis *Aragoniæ*, & aliorum principum & magnatum, civitatum, & aliorum virorum tam ingens affuit multitudo, ut præ nimia multitudine magnatum, Epiſcopus quidam ſuffocatus expiravit. Quod cum ad aures Domini papæ deveniſſet, juravit per ſanctum *Petrum*, quod mauſoleum ejus lapide marmoreo ſignaretur. *Concilium. Romæ.*

§. XVI. Kal. *Novembris* combuſta eſt una de melioribus grangiis de *Cupro*, blado plena, & grangiarius Converſus in ea, per negligentiam unius candelæ male defixæ.

§. XIV. Kal. *Novembris* *Alexander* Dei gratia Rex *Scottorum* cum exercitu ſuo univerſo caſtellum de *Norham* cœpit obſidere; quod cum per quadraginta dies obſediſſet, nihil inde proficiens, ab obſidione ceſſavit.

§. XV. Kal. *Novembris* cepit Dominus *A.* Rex *Scottorum* humagium Baronum de *Northumbria* apud *Feltuniam*.

[a] Siciliæ.

 §. Nonas

XIII. *Abbas de Melros.* §. Nonas *Novembris* obiit *Philippus* de *Valoniis* Camerarius Domini *Willielmi* Regis *Scottorum*, qui apud Melros delatus, honorifice eſt tumulatus.

§. Eodem anno in Capitulo generali *Ciſtercii*, Dominus *Hugo* Abbas de Melros ſuo ceſſit officio, cui ſucceſſit Dominus *Willielmus* Abbas de Holmcultram XVI. Kal. *Decembris*.

§. Profecti ſunt de *Scotia* ad Curiam *Romanam* generalis Concilii gratia, Dominus *W. Malevicinus* Epiſcopus ſancti *Andreæ*, & Dominus *Walterus* Epiſcopus *Glaſguenſis*, & Dominus *Bricius* Epiſcopus *Morevenſis*, & Dominus *Henricus* Abbas de *Kelceo*; Quorum duo, ſcilicet Epiſcopus *Morevenſis*, & Abbas *Kelcoienſis*, finito Concilio in *Scotiam* ſunt reverſi; *Glaſguenſis* autem Epiſcopus in anno III. Dominus vero Epiſcopus ſancti *Andreæ* in principio IV. ann. repatriavit. Ceteri vero prælati perſonaliter *Romam* non adierunt, ſed legatos ſuos miſerunt.

1216. Anno Domini M.CC.XVI. Menſe *Januario* facta eſt in *Northumbria* & in auſtrali parte *Scotiæ* mira & inaudita villarum & urbium vaſtatio. Audito enim quod Dominus A. Rex *Scottorum* *Northumbriam* ſibi vindicaſſet, & humagium Baronum *Northumbriæ* ſuſcepiſſet, *Johannes* Rex *Angliæ* ſumtis ſecum Rutariis ſuis verſus *Scotiam* cum impetu magno vertit habenas. Audito vero ejus adventu, Barones de patria *Eboracenſi* qui contra ipſum juraverant, nimio terrore percuſſi præſidium Domini Regis *Scottorum* requirentes, ipſius præſentiam adierunt. Humagia ſua fecerunt, fidelitatem etiam & ſecuritatem omnes ſimul tactis Sanctuariis juraverunt III. Idus *Januarii*, in capitulo Monachorum de Melros. Rex autem *Angliæ* poſt ipſos ſubſequenter adveniens, villas eorum & opida, poſſeſſiones & prædia, gladio vindice vaſtavit & igne. Ipſi etiam Barones villas ſuas proprias & blada, ante adventum Regis, ne illi eſſent in auxilium, combuſſerunt; & ita factum eſt ut magna pars regionis ſimul igne ſuccenderetur. Nam III. idus *Januarii* combuſta eſt villa de Werc, V. idus ejuſdem Alnewic, VII. idus ejuſdem Mitford & Morpath. XVII. Kal. *Februarii* *Rokesburgia* cum viculis & ſuburbiis quamplurimis.

Northumbria vaſtata.

§. XVIII. Kal. *Februarii* cepit *Johannes* Rex *Angliæ* villam & caſtellum de Berwic, ubi cum rutariis ſuis feroci ſupra modum & inhumana uſus eſt tyrannide; utriuſque enim ſexus homines, quoſcunque ſatellites diaboli apprehendere potuerunt, alios per articulos manuum & pedum ſuſpendentes, alios diverſis ſuppliciis torquentes, nefandi queſtus intuitu, immaniſſime cruciaverunt; Ibi etiam *Judæos* ſecum adduxiſſe, & magiſtros malitiæ illos effeciſſe refertur. Inde vero progrediens *Hadintoniam* die tertia combuſſit, & Dunbar, & alias villas in partibus illis voraci flamma deſtruxit. In reditu autem ſuo *Rutarii* ſui miniſtri diaboli Abbatiam de Coldeingam expoliaverunt; villam etiam de Berwic ſuccenderunt, ipſo Rege incipiente. Domum enim in qua hoſpitatus eſt, propria manu, ut dicitur, contra morem Regium indecenter accendit.

§. Eodem anno menſe *Februario* Dominus *Alexander* Rex *Scottorum* cum manu valida & exercitu ſuo univerſo poſt Regem *Angliæ* iter arripiens, terram illius uſque ad *Carleolum* & ultra, igne voraci vaſtavit & armis. Hac etiam vice, quod dolendum eſt, invito Domino Rege & omnimodis prohibente, & firmam pacem ſuam religioſis concedente, *Scotti* quidam non magiſtri militiæ, ſed miniſtri malitiæ, Domum de Holmcultram omnibus quæcunque potuerunt attingere, ſacris videlicet libris, veſtimentis, calicibus, equis & animalibus, utenſilibus & indumentis, tam nefaria & ſcelerata dementia expoliaverunt, ut etiam Monachum in infirmitorio in extremis poſitum, cilicio ſuper poſitum, pannis quibus indutus erat, denudarent, nec ullam reverentiam ſacris altaribus exhiberent; Quod tamen peccatum non pertranſivit inultum; Nam dum reverterentur cum præda, ſubmerſi ſunt in fluvio quodam *Edena* dicto, quantum ad æſtimationem hominum

minum pluſquam mille nongenti *Scotti* in brevi hora diei. Ultio digna Dei.

§. Eodem anno, menſe *Julio*, cum exercitu ſuo univerſo, exceptis *Scottis* de quibus expenſas ſumſit, iterum *Carleolum* profectus eſt, eamque obſedit; quæ videlicet civitas *Carleoli* VI. idus *Auguſti* reddita eſt illi; Caſtellum tamen illa vice non expugnavit. Inde vero progrediens per medium *Angliæ* cum omni exercitu ſuo, vivente & invidente *Johanne* Rege *Angliæ*, uſque ad *Doveram* in occurſum Domini *Laodivici* filii Regis *Franciæ* progreſſus eſt; qui eodem anno II. nonas *Maii* cum multitudine navium copioſa ad interventum Baronum *Angliæ* ut eis eſſet in auxilium applicuerat. In hoc itaque procinctu itineris occiſus eſt *Euſtatius* de *Veſci*, gener ipſius Regis, in obſidione caſtelli *Bernardi*. *Scotus in Angliam Ludovico obviam ivit.*

§. Et ſciendum quod adveniente *Laodowico* in *Angliam*, *Willielmus longa ſpata*, frater ipſius Regis *Angliæ*, Comes *Salisbiriæ*, & alii multi ab ipſo Rege divertentes, ad *Laodowicum* ſe tranſtulerunt; quod quidem plus doli quam dilectionis intuitu, plus ſubvertendi quam ſuccurrendi gratia ſe feciſſe, per ſeditionem ſubſecutam innotuit. Hac etiam vice Dominus A. Rex *Scottorum* in *Anglia* moram faciens, humagium fecit dicto *Laodowico* apud *Londonias*, ut dicitur, ſub ea forma qua Barones *Angliæ* fecerant eidem; & tam ipſe *Laodowicus* quam ceteri barones *Angliæ* tactis ſanctuariis juraverunt, quod nunquam ſine ipſo Rege *Scottorum* pactum pacis aut concordiæ cum Rege *Angliæ* inirent; quod tamen omnino non eſt obſervatum, ut patebit inferius.

§. Eodem anno XVII. kal. *Auguſti* piæ recordationis Dominus *Innocentius* papa III. ex hac luce, Domino vocante, ſeceſſit, anno pontificatus ſui XIX. Cui ſucceſſit vir venerabilis, tam ſcientia quam ætate maturus, Dominus *Honorius* Epiſcopus & Cardinalis, XIII. kal. *Auguſti*.

§. Eodem anno obiit Dominus *Hen.* Abbas *Rievallis* apud **Rubford**, ibidemq; ſepultus eſt; cui ſucceſſit in regimine Dominus *Willielmus* Abbas de **Melros** II. kal. *Septembris*; loco cujus electus eſt in Abbatem de **Melros** Dominus *Radulfus* Cellerarius ejuſdem Domus, XVIII. kal. *Octobris*, ibidemque à Domino *Hugone* Epiſcopo *Dulkeldenſi* benedictionis ſuæ munus adeptus eſt III. kal. *Octobris*. 14. *Radulfus Abbas de Melros.*

§. Dominus *Ricardus* Abbas de **Neubotil** ſuo ceſſit officio VI. kal. *Auguſti*; cui ſucceſſit Dominus *Adam* Cellerarius ejuſdem domus XIII. kal. *Septembris*.

§. Eodem anno XVI. kal. *Novembris* obiit *Johannes* Rex *Angliæ* apud **Newerc**, cujus viſcera extracta ſepulta ſunt in Abbatiam de **Croketun**, corpus vero traductum uſque **Wirecestre** ibidemque ſepultum eſt in Monaſterio.

Eodem tempore miſſus erat in *Angliam* à latere domini papæ Cardinalis quidam, *Galo* nomine, ut pro Rege *Johanne* & ipſius hæredibus & eorum libertatibus tuendis contra Dominum *Laodowicum*, & ceteros omnes Regis adverſarios, Apoſtolicæ auctoritatis munimine fultus conſtanter aſtaret; Quod & conſtantiſſime fecit. Defuncto enim, & dictum eſt, Rege, aſſumtis ſecum Domino *Henrico* Archiepiſcopo *Dublinenſi*, & Domino *Petro* Epiſcopo *Wintonienſi*, filium Regis & hæredem, *Henricum* nomine, puerum ſeptennem apud *Wireceſtriam* coronaverunt. Eodem die Dominus Abbas *Weſtmuſtrenſis*, & Prior *Cantuarienſis*, pro libertatibus Eccleſiarum ſuarum ſuper coronatione Regis, contra dictum Cardinalem ad audientiam Apoſtolicæ ſedis appellaverunt. *Weſtmuſtrenſis* videlicet, quia alibi quam in *Weſtmonaſterio*; *Cantuarienſis* vero, quia ab alio quam à domino Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, contra libertates & privilegia Eccleſiarum ſuarum fuerat coronatus. Cardinalis autem appellantes excommunicavit. Ipſi tamen nec pro excommunicatis ſe habuerunt, nec ab appellatione facta ſe ſubtraxerunt. Deinde vero in dictum *Laodowicum* & omnes fautores ſuos excom- *Henric. 3.*

excommunicationis ſententiam promulgavit, & à Domino papa prolatam eſſe denunciavit; Necnon & Dominum Regem *Scottorum*, & omnes magnates ſuos eadem ſententia innodavit, & tam iſtorum quam illorum terras ſub interdicto ponere non formidavit. Cujus tamen excommunicationis & interdicti ſententia nec per *Angliam* ſtatim eſt obſervata, nec fere per annum ſubſequentem in *Scotia* eſt denunciata. Dictus etiam Cardinalis omnes qui humagium aut aliquam fidelitatem dicto *Laodowico* fecerant Apoſtolica auctoritate qua fungebatur penitus abſolvit, ſi converti vellent ad novum Regem & Dominum ſuum legitimum.

§. Eodem anno tranſlatus eſt Dominus *Conradus* Abbas *Clarevallis* in Abbatem *Ciſtercii*, loco cujus electus eſt in Abbatem *Clarevallis* Dominus *Willielmus* Abbas de Monaſterio in *Nargune*.

Epiſtola Abb. de Glenlus, de Prodigio.

In occidentali parte *Scotiæ* quæ *Galewia* dicitur, ſecundum quod ſcripſit Dominus *Willielmus* Abbas de Glenlus, vir optimi teſtimonii & ſanctæ converſationis Monachus, domino Priori & ſacro Conventui de Melros, apparuit viſibiliter ſtupenda ſupra modum & noſtris ſeculis inaudita lunæ transfiguratio; quod autem ſcripſit, hoc idem cum apud Melros veniret nobis aſtantibus & expoſcentibus, omnibus qui aderant audientibus & admirantibus, proprio ore per ordinem enarravit. Scripſit igitur in hanc formam:

Viris in Chriſto venerabilibus Domino A. Priori de Melros, *& ejuſdem loci conventui frater* W. *pauperum Chriſti de* Glenlus *miniſter indignus æternam in Domino ſalutem. Quanto impoſſibilius eſſe poterit veritatem falli, tanto certius ea quæ veritatis ore prædicta ſunt, jam in parte fuiſſe impleta, & quæ reſtant proculdubio credenda ſunt eſſe complenda. Veritatis ſiquidem ore, teſte Evangeliſta, ſcimus fuiſſe prædictum,* Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuum, *&c. Cum igitur nihil in terra, quamlibet minimum, ſine cauſa fiat, certum eſt quod nec majora ſine majori cauſa proveniant. Signum igitur magnum, imo ſigna plura & permaxima, quæ nuper in partibus* Galwechiæ *apparuerunt, ſub quanta potui brevitate perſtringens, ſanctitati veſtræ tranſmittere curavi. Quod nullatenus tantis tamque venerandis viris facere præſumſiſſem, niſi certius de conſcientia eorum mihi conſtaret, qui prædicta ſigna propriis oculis viderunt, & rei ordinem ore veridico in præſentia noſtra & multorum narraverunt. Contigit igitur Converſum quendam ordinis noſtri, virum morigeratum, ſobrium, caſtum, & probatæ ſatis religionis, iter facere die videlicet ſancti* Ambroſii *Epiſcopi in craſtini palmarum pridie nonas* Aprilis, *Luna* XIII. *in noctis crepuſculo, & ecce reſpiciente prædicto Converſo lunam plenam vidit & rotundam, ſtatim in ipſa hora quaſi funiculus quidam niger & ſubpallidus lunam in duas diviſit partes. Sed nigredo prædicti funiculi in mediam partem lunæ quæ verſus Aquilonem erat ſe diffundens, ipſam partem lunæ nigriorem & pallidiorem cetera parte effecit, & ſtatim quaſi in ictu oculi pars ipſa pallidior ab alia parte lunæ ſcindi viſa eſt & dirumpi, & ad ſpatium unius ſtadii elongari, & quaſi in tanta violentia videbatur pars illa pallidior ab alia parte lunæ fuiſſe avulſa, ut ſcintillas more draconis in aere diſcurrentis emitteret. Tandem poſt moram aliquantulam, pars ipſa pallidior lunæ paulatim & quaſi moroſe ad aliam partem appropiabat, nunc ſeipſam quaſi meticuloſe retrahendo, nunc quaſi coacta illac ſe impellendo, Tandem vero cum jam prædictæ partes lunæ invicem ſibi convenirent, ecce nubes utramque partem operuit, & prædicta viſio diſparuit. Adflatum igitur venti tranſvolante nube, iterum luna de ſub nube erupit, & ſtatim ad magnitudinem trium lunarum creviſſe viſa eſt; Et ſtatim deformatio illa per crementa in firmamento ſe diffundens, in caſtellum ſpecioſum transformatur. Cujus caſtelli turres & muri propugnaculis ſufficienter muniti prominebant. Ad hoc ſpectaculum tam inſolitum quam horrendum, tam Converſum quam ſervientem ſuum timor invaſit & tremor; Et ait ſerviens ad Converſum,* Magiſter, quid putas ſibi volunt iſta?

iſta? Nunquid putas dies judicii advenit? *Et ille*, nequaquam, fili. Sed virtutes Dei omnipotentis ſunt, qui pro voluntate ſua, ſigna, portenta, prodigia facit & mirabilia. *Et adjecit ſerviens*, Audivi frequenter quod per pythoniſſas & maleficas & incantatrices feminas hujuſmodi mutatione luna ſolet deformari. *Et ille*, non eſt ita, fili. Quin potius credendum eſt, quod aliquod mirum & humano generi horrendum portendant. *Interim autem luna, depoſita caſtelli forma, in navem pergrandem & elegantiſſima fabrica factam formata eſt. Sed & unus tantum homo, cujus maxima erat ſtatura, in navi quaſi ejuſdem navis nauta apparuit. Prædicta igitur navis extenſo velo & explicito, velociſſimo curſu per tranſverſum inſulæ de* **Man** *verſus* Hiberniam *velificare viſa eſt. Poſt hæc vero luna, abjecta navis forma, iterum in caſtellum magnum & ſpectantibus ſupra modum horrendum tranſformata eſt, & hac vice vexillum quoddam regale, quale cum exercitibus Regum ad bellum proficiſcentium præferri ſolet, in prædicto caſtello apparuit: Et quod magis mirandum fuit, ſingulæ illæ ſive caudulæ quæ in extremitatibus vexillorum dependent, in prædicto vexillo quaſi ad flatum venti moveri & agitari videbantur. Poſt hæc aliquanto interpoſito intervallo, omnis caſtelli illius machina diſparuit; & luna, propria reſumta forma, naturali curſu progreſſa eſt. Poſt hæc turris quædam parvula & nebuloſa, minimis munita propugnaculis, breviſſimo ſpatio ſupra lunam apparuit, & ſtatim diſparuit. Luna vero tam crebra ſui vexatione, tam inconvenienti deformatione, tam violenta, tam ſubita ſuimet mutatione, quaſi injuriam paſſa, turbata, contriſtata, & conturbata, pallida manſit & decolorata. Tandem vero proprio reſumto colore in ſeipſam reverſa eſt. Advertat igitur ſanctitas veſtra, ſi tam inſolitum ſpectaculum, tam monſtroſum portentum, tam horrendum miraculum ſilentio legi debuerit. Et ſi creator non tantum lunæ, ſed totius creaturæ præcellentiſſimæ ſpecioſitati lunæ & fere omnium elementorum firmamenti, etiam terræ & maris ſacramenta in ſe continenti non pepercit, imo pro humani generis præmunitione tanta tamque diverſa deformitate ipſam lunam dehoneſtari permiſit; quid de ipſis fiet pro quibus hæc præoſtenſa ſunt, qui nec timore Dei, nec pavore gehennæ, ſive alia quacunque de cauſa, à perditionis ſuæ via revertuntur?* 1216. *Henric.* 3.

Anno M. CC. XVII. Conſecratus eſt *Ricardus* de *Mariſco* in Epiſcopum *Dunelmenſem*. Eodem anno menſe *Julio* factum eſt navale bellum inter *Franciam* & *Angliam*, noſtris temporibus inauditum. Commorante enim in *Lundoniis* Domino *Laodowico* cum magna militum multitudine, ne aliquod ſubſidium de *Francia* eidem adveniret, *Anglici* portus omnes occupaverant, & marina litora diſtrictiſſime cuſtodiebant. *Franci* vero in manu valida & navium multitudine copioſa venientes, vice prima in maris medio victoriam adepti, optatum litus poſſederunt: ſed vice verſa, Deo diſponente, congregatis undique nautis & navibus iterum in medio maris ad invicem obviantes, congreſſione facta, *Anglici* victoriam obtinuerunt, & archipiratam *Francorum Euſtachium, Monachum* appellatum, cum aliis innumeris occiderunt; quorum cadavera piſcibus maris ſepelienda commiſerunt, quorum exequias marinæ belluæ celebraverunt. Nobiliores autem retinentes in firma cuſtodia, ſub ſpe pacis & concordiæ [a] firmiores conſervabant. Nomina vero potentum qui ibidem capti ſunt, hæc ſunt; *Robertus* de *Curtenei*, *Willielmus* de *Baris*, *Radulfus* de *Tornellis*, *Willielmus* de *Inthri*, *Willielmus* de *Peſſei*, *Perven* de *Johanris*, *Thomas* de *Cuſei*, *Aelradus* de *Croizillis*, *Anſelmus* de *Romoyni*, *Gallon.* de *Munceni*, *Nevellunus* de *Araz*, *Willielmus* de *Mariſcis*, & alii multi. Summa captorum militum ſexties viginti & v. ſervientes equitum ſepties xx. & VI. Baleſtarii XXXIII. ſervientes peditum octingenti & XXXIII. Hanc ſummam & nomina potentum ſcripſit Dominus R. Abbas de *Wardonia* Domino *Willielmo* Abbati *Rievallis*. 1217. *Bellum Navale.*

§. Fundata eſt Abbathia de **Kilinros** à Domino *Malcolmo* Comite de

a f. Firmioris.

1216. Henric. 3. **Fiſ**; Ad quam Abbathiam miſſus eſt Conventus VII. kal. *Martii*, de **Kinlos** cum Domino *Hugone* primo Abbate de **Kilinros**, quondam Priore de **Kinlos**. Venit ergo idem Conventus apud **Kilinros** xv. kal. *Aprilis*.

Gualonis Legati tyrannis. §. Miſſi ſunt in *Angliam* Archiepiſcopus de *Suris* & Abbates *Ciſtercii* & *Clarevallis* ut pacem inter *Laodowicum* & *Henricum* novum Regem *Angliæ* reformarent. Dicti autem Abbates contra G. Cardinalem ad ſedem Apoſtolicam pro ſtatu ordinis ſui appellaverunt, eo quod contra privilegia ſibi à ſede Apoſtolica conceſſa, procurationes ab ordine *Ciſtercii* per exactionem idem legatus exigebat, & Monachorum Monaſteria ſub interdicto ponebat, tam Abbates quam Conventus ſuſpendebat, & excommunicatos denunciabat, necnon & publice ante fores Eccleſiarum, eo quod werrantibus communicaverant, accepto à ſingulis juramento ſtandi judicio Eccleſiæ & mandatis Domini papæ & ipſius, ſuper nudam carnem diſciplinari faciebat, & communes pœnitentias Abbatibus & Conventibus injungens, vix abſolutionis gratiam indulſit. Contra ipſum ergo, ut dictum eſt, tam crudeliter adverſus ordinem *Ciſtercii* ſe gerentem appellaverunt; ſed ea vice gratiam non obtinuerunt. Inauditam enim & inuſitatam Dominus papa eidem legato conceſſerat auctoritatem, faciendi videlicet, ut ita dicam, quicquid animo ipſius ſederet, in clero & populo per *Angliam* & *Scotiam* & *Wales* conſtituto, tranſponendi, & deponendi & alios ponendi, ſuſpendendi & excommunicandi & abſolvendi Epiſcopos & Abbates & alios Eccleſiarum prælatos & clericos, necnon & quod majus fuit, privandi etiam Monachos *Ciſtercienſis* ordinis privilegiis ſuis.

Obiit Dominus *Walterus* Abbas novi Monaſterii apud *Ciſtercium*, tempore Capituli generalis; loco cujus electus eſt in Abbatem Dominus *Henricus* Prior de *Rupe*.

§. Abſoluti ſunt ab officiis ſuis & à domibus propriis eliminati in capitulo generali II. Abbates de [a] *Alba Landa* & de [b] *Strata Florida*.

§. Menſe *Maio* A. Dei gratia Rex *Scottorum* congregato univerſo exercitu ſuo, obſedit caſtellum de **Midford**, quod cum per ſeptimanam obſidiſſet, ad propria reverſus eſt.

§. Minati ſunt *Philippus* de *Vllecotes* & H. de *Balliol*, & terram Domini Regis *Scottorum* ultionis cauſa devaſtarent; quo audito Dominus Rex cum ſumma feſtinatione generali exercitu, *Anglorum* ſcilicet & *Scottorum* & *Galweiorum*, III. nonas *Julii* verſus *Morthumbriam* iter iterato arripuit.

§. Obiit Domina *Eva* de *Galweia* III. idus *Junii*.

§. Electus eſt Dominus *Helyas* quondam Abbas *Rievallis* in Abbatem de **Reneſb** menſe *Decembri*.

§. Eodem anno menſe *Martio* facta eſt ſeditio, ut dicitur, contra Dominum *Laodowicum* in inſula de **Rie**. Quidam enim qui cum ipſo juraverant contra Regem *Angliæ*, *Willielmus* ſcilicet *Longa ſpata*, frater *Johannis* Regis, & *Willielmus* junior *Mareſcallus Angliæ*, & eorum complices, contra ſpem ipſius *Laodowici*, in eadem Inſula inſurrexerunt in ipſum; ſed providente Divina gratia, quæ nunquam ſuos deſolatos dereliquit, naves non paucæ quas pater ipſius *Laodovici*, *Philippus* ſcilicet Rex *Franciæ*, in *Angliam* direxerat, eadem hora ad eandem inſulam miro applicuerunt eventu, quibus advenientibus, & ipſe liberatus eſt, & adverſarii ipſius fugæ præſidium petere ſunt coacti.

Prælium Lincolnienſe. §. XIII. Kal. *Junii* commiſſum eſt prælium apud *Lincolniam* inter fautores *Laodovici* filii Regis *Franciæ* & fautores *Henrici* novi Regis *Angliæ*. Ex parte vero *Laodovici* erat pars maxima totius militiæ *Anglicanæ*, necnon & *Gallicanæ*; Inter quos iſti fuerunt famoſiores: Marſcallus *Franciæ* cum ſua

[a] Blanchelder in Normandia. [b] Vauflory.

ſequela;

ſequela; Comes de *Perches*, avunculus, ut dicitur, ipſius *Laodovici*, conſanguineus vero utriuſque Regis, *Angliæ* videlicet & *Franciæ*, cum ſua ſequela; & alii magnates *Galliæ* quamplurimi, cum innumera equitum, armatorum, clientum, albaſteriorum, & peditum multitudine. Item ex parte *Laodovici* erant fere omnes magnates & Barones *Angliæ*. Ex parte autem H. novi Regis erat ſupradictus G. Cardinalis, qui ſacris indutus veſtimentis incedens, omnes fautores *Laodovici* auctoritate Dei omnipotentis & Domini papæ excommunicavit. Erant etiam cum illo Archiepiſcopus *Eboracenſis*, & alii VII. Epiſcopi, videlicet *Wireceſtrenſis*, *Herfordenſis*, *Salesbirienſis*, *Lincolnienſis*, [c] *Baenſis*, *Ecceſtrenſis*, & *Winceſtrenſis*; necnon & uterque *Willielmus* Marſcallus *Angliæ*, *Willielmus longa ſpata*, Comes *Salesbirienſis*, & Comes de *Alba mare* & *Robertus* de *Veteri ponte*, *Brian* de *Inſula*, *Gaufridus* de *Nevile* camerarius Angliæ, & *Ricardus*, filius *Johannis* Regis. In hoc igitur conflictu omnes pariter qui ex parte *Laodovici* erant pondere excommunicationis aggravati, miraculoſe à paucis capti ſunt in ipſa *Lincolnia* & incarcerati; & quod valde dolendum extitit, nobilis ille dictus Comes de *Perchæ* in eodem conflictu, poſt longam & diutinam ſui defenſionem, crudeli nimis violentia necatus occubuit.

Eodem anno VII. idus *Septembris*, congregato generali exercitu totius 1217.
Angliæ, & magna parte militiæ *Gallicanæ* circa *Lundonias*, reconciliati ſunt *Henric.* 3.
Laodovicus filius Regis *Franciæ*, & *Henricus* novus Rex *Angliæ*, medianti-
bus ſæpe dicto G. Cardinali, & utriuſque Regni magnatibus; ita tamen *Pax inter*
quod dicto *Laodovico* darentur X. millia librarum in recompenſationem ex- *Henric. R. & Ludovic.*
penſarum ſuarum. Ibidem vero *Laodovicus* de papilione ſua ad tentorium Cardinalis diſcinctus & diſcalceatus cum ſuis commilitonibus venit, abſolutionem petiturus, ubi tandem præſtito prius juramento ſtandi judicio Eccleſiæ, & quod infra certum terminum de ſe & ſuis *Angliam* evacuaret; deſideratam adeptus eſt abſolutionem. Barones etiam & milites qui ab utraq; parte capti ſunt & incarcerati, abſoluti ſunt & liberati, & omnes omnino *Anglici* ab humagio quod fecerant dicto *Laodovico*, abſoluti ſunt. Rex vero *Scotiæ* & omnes Comites & Barones, milites & magnates, Epiſcopi & & prælati totius Regni *Scotiæ* interdicti ſunt & excommunicati.

Anno eodem congregato exercitu Dominus A. Rex *Scotiæ* profectus eſt verſus *Angliam*, & cum veniſſet uſque **Jedewrth**, audita pace inter *Laodovicum* & Regem *Angliæ*, remiſit exercitum, & remanſit Menſe *Septembris*.

§. Dominus A. Rex *Scotiæ* abſolutus eſt à vinculo excommunicationis apud **Berwic** in kal. *Decembris*, à Domino Archiepiſcopo *Eboracenſi* & à Domino *Dunelmenſi* Epiſcopo, per auctoritatem Domini legati in *Angliam* commorantis; & tertia die ſequenti mater ejuſdem Regis abſoluta eſt à Domino *Dunelmenſi* Epiſcopo. Archiepiſcopus vero ſtatim, abſoluto Rege, verſus *Carleolum* iter arripuit, ut ſaiſinam caſtelli per mandatum Domini Regis *Scotiæ* ad opus Regis *Angliæ* ſuſciperet.

§. Eodem tempore proficiſcente Domino Rege verſus *Angliam*, omnis *Eccleſia Scot.*
Eccleſia *Scoticana* ſub interdicto poſita à divinis laudibus ceſſavit, exce- *interdicta.*
ptis Monachis albis, qui ſecundum privilegia à ſede Apoſtolica ſibi indulta, celebraverunt. Rex autem apud **Norhauntun** veniens, tam à dicto legato quam à novo Rege *Angliæ* cum ſumma reverentia ſuſceptus eſt, & ibidem hominium fecit dicto Regi *Angliæ* pro comitatu de **Huntedun**, & ceteris terris quas prædeceſſores ſui tenuerant de regibus *Angliæ*, proximo die ſabbati ante natale Domini.

Anno Domini M. CC. XVIII. In principio *Januarii* rediit Dominus W. 1218.
Malevicinus Epiſcopus ſancti *Andreæ* de generali concilio *Romano* in Epiſcopatum ſuum.

§. Circa finem ejuſdem menſis miſſi ſunt ex parte domini legati adhuc

[c] i. e. Bathonienſis, Exonienſis.

1218. in *Anglia* commorantis, Dominus *Willielmus* Prior *Dunelmenſis*, & magiſter *Walterus* de Wiſebech Archidiaconus de *Heſtriding*, ut Eccleſiam *Scoticanam*, ſacerdotes videlicet & populum, exceptis Epiſcopis & prælatis, ab anathematis vinculo ſimul & interdicto abſolverent. Qui incipientes à Berwic circuierunt *Scotiam* & perambulaverunt eam. Accedentes autem apud Edenburc ad Dominum Regem, acceperunt etiam ab ipſo Rege juramentum, & à ſuis, ſtandi judicio Eccleſiæ, & mandatis Domini papæ. Inde vero progreſſi ſunt in profundam *Scotiam* uſque Aberden. In reditu autem hoſpitantibus illis apud Lundors, per incuriam & prodigalitatem pincernarum ſuccenſus eſt thalamus, ubi ipſe Prior cum Monachis ſuis dormiebat; unde ipſe Prior fumo & incendio fere ſuffocatus, vix ad tempus mori diſtulit, ſed diu mortem non evaſit: Nam poſt languorem maximum apud Coldingham deductus, & ad extrema perductus, ibidem ſpiritum exhalavit 11. idus *Maii*.

Honorius. 3. P.

Eccleſia Scot. abſoluta.

Monachi Ciſterc. interdicti.

§. Eodem anno in Annunciatione Dominica præcepit magiſter W. de Wiſebech de mandato dicti legati & auctoritate ipſius qua functus eſt, ut omnes omnino Monachi ordinis *Ciſtertii* per Regnum *Scotiæ* conſtituti à celebratione Divinorum ceſſarent. Ipſi vero Abbates *Radulfus* de Melros, *Adam* de Neubotil, *Alexander* de *Cypro*, *Radulfus* de Kinlos, *Hugo* de ſancto *Servano*, omnia ſua in pace Dei & protectione Domini papæ ponentes, dictum legatum adierant apud *Eboracum*, ubi poſt multas preces & multorum interceſſiones, vix ſibi ipſis gratiam abſolutionis impetraverunt. Interim autem prædictus W. de Wiſebech apud Berwic in die Palmarum & in craſtino, cum pluribus clericis & Prælatis tenuit Concilium, in quo prædictos Monachos in regno *Scotiæ* conſtitutos, necnon & illis communicantes, denunciavit excommunicatos. Ipſi vero Monachi ibidem ſicut ante fecerant, tam contra W. quam contra dictum legatum, præſentiam Domini papæ appellaverunt; & illam appellationem quam Dominus *Ciſtertii* pro ſtatu ordinis interpoſuerat innovantes, denunciationem illam irritam habuerunt. Quo audito, dictus legatus nimium exaſperatus juravit ipſis Abbatibus in præſentiam illius conſtitutis, ſe nullam omnino gratiam vel ipſis vel conventibus eorum præſtiturum, niſi prius per teſtimonium Epiſcoporum & Decanorum ſuorum ipſos conventus ſuos interdictum recepiſſe cognoſceret. Suſceptis tandem literis Abbatum ſuorum, Monachi tam à divinorum celebratione quam ab introitu Eccleſiæ aliquanto tempore ceſſaverunt, donec de mandato Domini legati per manum Domini W. Epiſcopi ſancti *Andreæ* abſolutionem perceperunt, præſtito prius juramento ſtandi judicio Eccleſiæ & mandatis Domini papæ, ſalvo ordine ſuo & privilegiis ſuis.

§. Eodem anno menſe *Maio* rediit Dominus *Stephanus Cantuarienſis* Archiepiſcopus à generali Concilio, & introivit in *Angliam*, omnibus in adventu ipſius tanquam in adventu angeli pacis, patris & paſtoris piiſſimi, exultantibus & iterum atque iterum jubilantibus, *benedictus qui venit in nomine Domini.*

§. Eodem anno diſcedente dicto G. legato de *Anglia*, venit ibidem *Pandulfus* quondam clericus *Romanæ* ſedis, tunc temporis legatus conſtitutus *Angliæ*, & electus in Epiſcopum *Norwichiæ*.

§. Electus eſt Dominus W. Archidiaconus de *Bukincham* in Epiſcopum *Wireceſtriæ*.

§. Obiit Epiſcopus de [a] *Breivin*, cui ſucceſſit Dominus *Gregorius* Archidiaconus ejuſdem Epiſcopatus.

§. Eodem anno obiit *Otho* Imperator *Alemanniæ*, cui ſucceſſit *Fredericus* dictus [b] infans *Puliæ*; Obiit etiam Comes *Burgundiæ*, & occiſus eſt *Simon* Comes de *Monte forti*; quorum animæ requieſcant in pace.

[a] i. e. Brewin, potius, Brechin. [b] Infans Apuliæ.

111. Nona

§ III. Nonas *Octobris* obiit *Henricus* Abbas de 𝔅𝔢𝔩𝔠𝔥𝔬𝔫, loco cujus ſucceſſit Dominus *Ricardus* Prior ejuſdem domus XIV. kal. *Novembris.* 1218. *Henric.* 3.

§. Eodem anno profecti ſunt ad capitulum generale fere omnes Abbates *Angliæ*, *Walliæ*, & *Scotiæ*, ad mandatum domini *Ciſtercii* de arduis negotiis ordinis tractaturi; à quo Capitulo *Romam* profecti ſunt Dominus *Ciſtercii* & *Clarevallenſis*, cum VI. aliis Coabbatibus ſuis, de injuriis ordini illatis à dicto G. Cardinali queremoniam propoſituri; ubi patrocinante Deo & ejuſdem genitrice ſemper virgine *Maria*, ipſius ordinis advocata & patrona propria, contra ſæpe dictum G. Cardinalem ad libitum obtinuerunt. Inſuper & eadem vice ad honorem Dei & ordinis, & in teſtimonium confuſionis ipſius G. Cardinalis, ipſe Dominus *Conradus* Abbas *Ciſtercii* à ſummo pontifice electus eſt & conſecratus in Epiſcopum *Portuenſem*, & factus eſt etiam ipſe Cardinalis. Cui ſucceſſit in Abbatem *Ciſtercii* Dominus *Gaucherus* Abbas de *Longo ponte*.

§. Profecti ſunt de *Scotia* ad ſedem Apoſtolicam, abſolutionis ſuæ quærendæ gratia, Epiſcopi, *Walterus* videlicet *Glaſcuenſis*, *Bricius Moravenſis*, & *Adam Catanenſis*; & anno ſequenti redierunt.

Anno Domini M.CC.XIX. Obiit *Thomas* de *Collevilla.* 1219.

§. Obiit *Willielmus* de *Valoniis* apud 𝔅𝔢𝔩𝔠𝔥𝔬𝔫, cujus corpus etiam, contra beneplacitum Monachorum ejuſdem domus, apud 𝔐𝔢𝔩𝔯𝔬𝔰 deductum eſt, & ibidem honorifice ſepultum in capitulo Monachorum, juxta ſepulcrum patris ſui.

§. Obiit G. *Avenel*, cujus corpus in eodem capitulo ſepelitur.

§. In kal. *Junii* obiit Dominus *Radulfus* Abbas de 𝔐𝔢𝔩𝔯𝔬𝔰; Cui ſucceſſit in cura regiminis Dominus *Adam* Abbas de 𝔑𝔢𝔲𝔟𝔬𝔱𝔩𝔢, VIII. idus *Auguſti*; pro quo etiam ſubrogatur Dominus *Ricardus* magiſter Converſorum de 𝔑𝔢𝔟𝔬𝔱. XV. *Abbas de Melros.*

§. Apud 𝔓𝔦𝔭𝔢𝔴𝔢𝔩𝔩𝔢 obiit Dominus *Henricus* Abbas de *Novo Monaſterio*, cui ſucceſſit Dominus *Ercus* magiſter Converſorum ejuſdem domus.

§. Civitas illa famoſiſſima paganorum quæ *Damieta* dicitur, poſtquam fere per triennium ab exercitu Chriſtianorum obſideretur, à ſolo Chriſto capitur, & Chriſticolis cum magno miraculo poſſidenda tribuitur.

Qualiter capta eſt *Damieta.*

L. *tituli* ſanctæ crucis *in* Hieruſalem *Reverendo Cardinali* H. *humilis magiſter domus Teutonicorum in* Hieruſalem *ſalutem. Sinceritatis veſtræ noverit dignatio, quod omnipotens Dominus exercitui Chriſtiano diu fatigato clementer miſertus*, Damietam *civitatem ſine inflictu vulnerum aut pugna, mirabiliter per pietatis ſuæ gratiam exulibus ſuis tradidit, ita ut nullius meritis, ſed ſuæ ſolummodo laudi poſſit vel debeat attribui. Sic autem noveritis ipſius Dei miſericordiam evidenter pro nobis in illa civitate operatam. Tanta ſiquidem mortalitas hominum in ea emerſit, ut nec morientes tradere ſepulturæ ſufficerent. Superſtites enim vitæ infirmitatis moleſtia gravi laborabant, ita quod cum ipſam civitatem primo tranſiremus, pluſquam tria millia mortuorum invenimus in ea more canum in plateis jacere. Homines ſiquidem noſtri circa mediæ noctis ſilentium, conſilio, ut credimus, quorundam de civitate intromiſſi fuerunt, & legatus miſſis nunciis ſuis turres & homines perfidæ gentis captivavit quamplurimos. Alii multi aſcendentes fortiores turres, aurora lucente in eis præſtolabantur. Exorta ſiquidem luce nonarum* Novembrium, *omnes ſe captivos* Saraceni Damietam *dederunt, & civitatem totaliter in poteſtatem Chriſtianorum quamvis inviti tradiderunt. In primo vero motu captionis civitatis, multi nequam homines accurrentes infinitam pecuniam furtive ſubtraxerunt. Domini autem exercitus videntes quæ facta fuerunt per Deum, coadunati communi conſilio omnem pecuniam auri & argenti communiter congregare decreverunt, & omnes qui aliquam partem inde ſubtraxerant Dominus legatus vinculo excommunicationis innodavit, niſi reſipiſcerent reſtituendo. Summam vero pecuniæ vobis ſcribere ignoramus, quia nondum pecunia congregata fuit* *Epiſtola de Damiatta capta.*

1219. *quando præſens pagina ſcripta fuit. Sed ſicut captivi nobis dicunt, & ipſi vidi-*
Henric. 3. *mus, inæſtimabilis theſaurus in ea inventus eſt, qui ſecundum arbitrium communicatis exercitus diſtribui debet. Timemus autem quod amor pecuniæ multos faciet fures permanere. Sciatis autem quod ante captionem* Damietæ, *illi de civitate nunciaverunt, quod viribus adnihilati ulterius civitatem retinere non potuerunt. Soldanus autem ad amicos* Damietæ *condoluit, & eis ſuccurrere volens, plures ſuorum periculo expoſuit. Quingentos enim viros de exercitu ſuo meliores elegit, duobus diebus ante captionem civitatis* Damietæ *intrare ipſam civitatem miſit. Qui venientes de exercitu Soldani, exercitum noſtrum apud machinam ſancti* Johannis *quæ* Trebucheta *dicitur, intrare volebant: ſed divina gratia eos errare compulit. Ducenti quidem apud deſcenſum Regis* Hieroſolymitani, *fugatis cuſtodibus foſſati qui vigiliis præfuerant ubi intrarent, & gladiis & cultellis ferientes,* viam *ad civitatem præparare ſibi armata manu nitebantur. Dominus ſiquidem Rex cum ſuis in ſabulo illa nocte manebat. Divina itaque gratia ſtrepitu invaleſcente vulgus commune peregrinorum accurrens* C. XL. *eorum occidit,* & XL. *captivavit,* C. XXX. *abdicati civitatem intraverunt. Nam ſociis eorum interfectis, ipſi tertia die captivati in civitate miſeri ſemper manebunt compediti. Ceteri vero qui captivitatem & gladium evaſerant, reverſi ad Soldanum, quæ acta fuerant narrabant. Prima igitur die cum capta fuit civitas* Damietæ, *ſequenti nocte Soldani exercitus caſtra removens de loco ſuo* Nilum *aſcendit; ubi maneant, vel quid intendant, adhuc ignoramus. Præterea latere vos nolumus, quod ante captionem* Damietæ *nuncii ſoldani nobiſcum colloquium habuerant, & omnem terram ſanctam nobis reddere voluerunt, præter duo caſtra* Crac. & Muntreal *de quibus etiam proventus annuatim reddere voluerint, quamdiu pax duraret. Inſuper omnes captivos Chriſtianos ***.*

1220. Anno Domini M. CC. XX. nonas *Aprilis* obiit Dominus *Ricardus* Abbas de **Neubotil**, cui ſucceſſit Dominus *Ricardus* Prior ejuſdem domus.

Tranſlatio Thomæ Cant. §. In craſtino octavarum *Petri* & *Pauli*, tranſlatæ ſunt reliquiæ beati *Thomæ* Martyris, cujus tranſlationis dies in ciſmarinis partibus præcipitur haberi feſtivus.

§. IV. Non. *Novembris* Dominus *Radulfus* Abbas de *Kinlos* plenus dierum bonorum in ſenectute ſancta de terris ut credimus in cœlum tranſmigravit; cui ſucceſſit in cura regiminis Dominus *Robertus* Abbas primus de **Der**; loco cujus electus eſt in Abbatem de **Der** Dominus *Alexander* Prior de **Kinlos**.

Robertus Curzun. §. In terra noſtræ redemtionis ex hac luce migravit ad terram divinæ promiſſionis, ut credimus, magiſter *Robertus* de *Curzun* plenus fide catholica, adornatus virtutibus & ſapientia; cujus meritis apud Deum, prout dicunt inde redeuntes, crebra fiunt & magna miracula.

1221. *Synodus Perthenſis.* Anno Domini M. CC. XXI. Magiſter *Jacobus* Canonicus ſancti *Victoris Pariſius*, Apoſtolicæ ſedis Pœnitentialis, *Scotiæ* & *Hiberniæ* legatus, convocatis totius Regni prælatis apud **Pert** tenuit generale concilium quatuor diebus continuis, incipiens ab octavis *purificationis*.

Alex. R Scot. ducit filiam Johannis Angl. §. Dominus *Alexander* Rex *Scotiæ* die ſabbati proxima ante feſtum ſancti *Johannis* Baptiſtæ apud *Eboracum* aſſumſit ſibi reginam nomine *Johannam* filiam *Johannis* Regis, & ſororem *Henrici* Regis *Angliæ*, & celebratis ſplendidiſſime prout dicunt nuptiis, exultantibus univerſis utriuſque Regni indigenis adduxit eam in *Scotiam*.

§. IV. Non. *Auguſti* obiit Dominus *Ricardus* Abbas de **Belcon**, cui ſucceſſit Dominus *Herbertus Maunſel*, ſecretarius ejuſdem domus.

§. Obiit *Philippus* de *Stichil*.

§. Eodem anno tradita eſt Domina *Margareta*, filia piæ recordationis *Willielmi* Regis *Scotiæ*, & ſoror Domini *Alexandri* Regis, Domino *Huberto* de *Burc* Juſticiario *Angliæ* ſcilicet & *Scotiæ*, per conſenſum utriuſque Regis, *Angliæ* ſcilicet & *Scotiæ*, & conſilium magnatum utriuſque Regni.

§. Eo-

§. Eodem anno civitas illa famoſa quæ dicitur *Damieta* nuper à Chriſto Chriſtianis adquiſita, ſed ab eiſdem nimis enerviter & negligenter cuſtodita, iterum à Paganis eſt obſeſſa, & in vigilia Decollationis beati *Johannis* Baptiſtæ, de poteſtate Chriſtianorum penitus ablata. Quibus tamen meritis, vel quo Dei judicio hoc evenerit, ignoratur. Maxime, cum jam tunc in dicta civitate Divini cultus excellentia magnifice cœperat exaltari. Novus ſiquidem Epiſcopus in ipſa civitate ordinatus mille talentorum redditus habebat. Præterea XL. Canonici erant in eadem civitate, quorum quilibet centum habebat talenta per annum. *Henric.* 3.

Anno Domini M. CC. XXII. Obiit *Bricius Murevenſis* Epiſcopus, cui ſucceſſit magiſter *Andreas* de *Murevia*. 1222.

§. Obiit Dominus *Alexander* Abbas de **Der**, in itinere verſus capitulum generale apud vallem beatæ *Mariæ*, VIII. idus *Septembris*.

§. In reditu etiam ab eodem capitulo, obiit Dominus *Gaufridus* Abbas de **Dundreinan**, in domo de *Alba ripa*.

§. Eodem anno piæ recordationis pater & paſtor egregius Dominus *Adam* Epiſcopus *Katenienſis*, quondam Abbas *Melroſenſis*, & vere Monachus ordinis *Ciſtertienſis*, una cum Commonacho ſuo Diacono de **Neubotil**, nomine *Serlone*, per multiplicis paſſionis triumphum feliciter, ut credimus, ad ſupernorum civium meruit pervenire conſortium. Neque enim convenit ut eorum æſtimetur in cœlis privari conſortio, quorum in terris poſitus meruit participare martyrio; præcipue cum pro rigore juſtitiæ, videlicet pro exactione decimarum juxta conſuetudinem inſtitutionis Eccleſiaſticæ, mori magis elegerit, & inſtar paſtoris optimi animam pro ovibus ponere, quam gregem ſibi creditum errore priſtino diutius ſineret permanere. Cum igitur cauſa, quæ Martyrem facit potius quam pœna, præceſſerit, ſatis evidens & juſta, necnon & pœna paſſionis ſubſecuta fuerit immaniſſima, injuriam pontifici irrogare probatur, qui minus illi honoris aut meriti, quam alicui alii ſanctorum martyrum aſcribendum & exhibendum arbitratur; maxime cum multa ſolus ſanctorum Martyrum ſuſtinuiſſe ſupplicia cognoſcatur. Poſt minas enim ſæviſſimas & crebra verborum convitia, poſt livorem verberum & cruenta vulnera, tam fuſtes *Jacobi*, quam lapides perpeſſus *Stephani*, per flammas & incendium ſancti *Laurentii*, totus oblatus eſt in holocauſtum Domini. Paſſus eſt itaque apud manerium Epiſcopale quæ **Haukirc** lingua *Anglicana* nominatur, tertio idus *Septembris*, die Dominica; cujus corporis licet torridum ex incendio, & lividum ex lapicidio, integrum tamen ſub acervo lapidum poſt extinctum incendium reperitur, & in Eccleſia baptiſmali coram ſancto altari honorificæ, ſicut decuit, ſepulturæ commendatur. Patrem igitur quem filii peſſimi & degeneres in matris gremio crudeliſſime peremerunt, filia fidelis in ſinum proprium recepit protegendum, iterum in reſurrectione generali cum gloria felicius producendum. *Honor.* 3. P. *Adam Epiſc. Cathoneſ. caſus.*

§. Obiit Dominus *Gaufridus* Abbas de **Dundrainan**, in reditu ſuo de capitulo generali apud *Albam ripam*.

§. P. de *Walloniis* per conſenſum Domini Regis accepit in uxorem *** quondam uxorem *Walteri* de *Lindeſeia*, contra ipſius voluntatem, eo quod eſſent in tertio vel quarto gradu conſanguinitatis vel affinitatis propinqui; unde & ipſe P. *Romam* adiit, & à Domino papa diſpenſationem in contracto conjugio permanendi, prout ipſe retulit, impetravit.

§. Obiit piæ memoriæ *Robertus* Archidiaconus *Glaſcuenſis*, in reverſione ſua de *Roma*, apud *Lundonias*, cujus corpus eodem ibidem in cœmeterio beati *Pauli* Apoſtoli honorifice eſt tumulatum. Cui ſucceſſit in Archidiaconatum *Thomas* perſona de **Lilliſclive**, qui eodem anno obiit. Et ipſe ſucceſſit *Thomas* clericus, poſtmodum Cancellarius Domini Regis *Scotiæ*.

Anno M. CC. XXIII. II. idus *Julii* Obiit *Philippus* Rex *Franciæ*, plenus dierum in ſenectute bona & fide catholica, anno Regni ſui XLIII. & ætatis 1223.

neſcio

1223. Henric. 3. neſcio. In teſtamento autem ſuo quinquaginta milia librarum *Pariſiacenſium* Templo *Hieroſolymitano*, & alia quinquaginta milia *Hoſpitali Hieroſolymitano*, & alia quinquaginta milia *Johanni* de *Brene* tunc temporis Regi *Hieroſolymitano* regali munificentia delegavit. Cui ſucceſſit in Regno *Lodowicus* filius ejus, jam tunc miles ſtrenuus & virilis.

§. Obiit Dominus *Willielmus* Abbas *Rievallis*, kalend. *Februarii*; cui ſucceſſit Dominus *Rogerus* Abbas de *Wardonia*; loco cujus ſubrogatus eſt apud *Wardoniam* Dominus *Willielmus* Prior ejuſdem domus.
Dominus *Robertus Maturſal* Subprior de Dundrainan creatus eſt Abbas ejuſdem domus in vigilia Epiphaniæ.

§. Circa idem tempus Dominus *Herbertus* Monachus de *Cypro* factus eſt Abbas de Der.

§. Dominus *Adam* Abbas de Holmcultram ſuo ceſſit officio; cui ſucceſſit Dominus *Radulfus* Abbas de *Jugo Dei* in *Hibernia*; loco cujus ſubſtitutus eſt in *Hibernia* Dominus *Johannes* Cellerarius de Glenlus.

§. Dominus *Johannes* de *Brene* Rex *Hieroſolymitanus* venit in *Angliam* apud *Lundonias*, cum Rege *Angliæ* & magnatibus ſuper arduis negotiis locuturus.

§. *Iſabel* filia bonæ memoriæ *Willielmi* Regis & ſoror *Alexandri* Regis *Scotiæ*, rediit de cuſtodia Regis *Angliæ* adhuc innupta.

1224. Anno M. CC. XXIV.

1225. Anno M. CC. XXV.

1226. Anno Domini M. CC. XXVI. Obiit L. Rex *Franciæ*; R. de *Mariſco* Epiſcopus *Dunelmenſis*.

1227. Gregor. 9. P. Anno Domini M. CC. XXVII. Obiit venerabilis papa *Honorius*, pater & defenſor ordinis *Ciſtertienſis*, cujus anima vivat in gloria. Cui ſucceſſit papa *Gregorius*, antea Epiſcopus *Oſtienſis*.

Alexander Rex *Scotiæ Johannem Scotum* Comitem de *Huntedune* cognatum ſuum, filium *David* Comitis, & plures alios nobiles viros armis militaribus induit in die Pentecoſtes in caſtello de Rokiſburc.

Obiit *Thomas* Cancellarius Regis, & Archidiaconus *Glaſguenſis*; poſt quem ſuſcepit Archidiaconatum magiſter *Hugo* de *Pottun*, & magiſter *Mathæus Scotus* factus eſt Regis Cancellarius.

Obiit *Willielmus* filius *Johannis*, Dominus de Hunum. Cui ſucceſſit *Johannes* de *Laundeles* nepos ejus.

1228. Anno Domini M. CC. XXVIII. Tranſlatio *Ricardi* Epiſcopi *Salisbirienſis* ad *Dunelmiam*. *Stephanus* Archiepiſcopus *Cantuariæ*.

1229. Anno Domini M. CC. XXIX. Facta eſt Abbatia ſancti *Edwardi* de Balmorinac à Rege *Alexandro* & matre ejus; & miſſus eſt illuc Conventus de Melros, cum Domino *Alano* Abbate ſuo, in die ſanctæ *Luciæ* virginis.

1230. Anno Domini M. CC. XXX. Dominus *Symon* de *Riſe* electus eſt Abbas de Ruthforde, in die converſionis ſancti *Pauli*, in capitulo de Melros.

Obiit *Malcolmus* de Fif; ſepultus eſt in Eccleſia ſancti *Servani* de Kilenros, quam ipſe fundaverat. Cui ſucceſſit *Malcolmus* nepos ejus, filius fratris ejus, qui poſtea duxit uxorem filiam *Lulini*.

§. Hic primo ingrediuntur fratres *Jacobini*, & Monachi de valle olerum *Scotiam*.

Conſecratus eſt magiſter *Ricardus* de *Graunt* in Archiepiſcopum *Cantuariæ*; & magiſter *Rogerus Niger* in Epiſcopum *Lundoniæ*; & in Epiſcopum *Elinenſem* [a] *Rogerus* Abbas de ſancto *Edmundo*.

1231. Anno Domini M. CC. XXXI. Obiit *Thomas* frater *Alani* de *Galwethia* Comes de *Aththeldil*, & ſepultus eſt apud Abbatiam de *Cypro*.

§. Hic primo ingrediuntur fratres *Minores Scotiam*.

[a] Hugo.

§. Obiit

§. Obiit *Ricardus* Archiepiſcopus *Cantuarienſis*. *Johannes* Comes de *Katenes* occiſus eſt in domo ſua & combuſtus; & merito talem vindictam recepit à Deo, qualem pœnam ſuſtinuit venerabilis *Adam* Epiſcopus ſub eo. *Gregor. 9. P*

Anno Domini M. CC. XXXII. Obiit Dominus *Walterus Glaſcuenſis* Epiſcopus, anno Epiſcopatus ſui XXIV. poſt quem electus eſt *Willielmus* Cancellarius Regis. Obiit Dominus *Willielmus* de Rameſei Abbas de ſancto *Servano*. Poſt quem electus eſt Dominus *Hugo* magiſter Converſorum de Melros in die aſſumtionis ſanctæ *Mariæ*. 1232.

Obiit *Ranulfus* Comes *Ceſtriæ*, cui ſucceſſit *Johannes Scotus* nepos ejus, Comes *Huntedunia*, qui ante annos paucos duxit uxorem filiam *Lenlini*.

Venerabilis *Patricius* Comes de Dunbar convocavit filios & filias, cognatos & vicinos, ut ſecum feſta Dominicæ nativitatis cum gaudio celebrarent. Peractis autem quatuor diebus, correptus infirmitate gravi, convocat A. Abbatem de Melros, amicum ſuum & cognatum, & extremam unctionem accepit ab eo, & habitum Religionis; & ultimum valedicens omnibus, diem clauſit extremum, die ſcilicet ſancti *Sylveſtri*, anno Comitatus ſui quinquageſimo; & ſepultus eſt in Eccleſia ſanctæ *Mariæ* de Hecdis. Cui ſucceſſit *Patricius* filius ejus, miles ſtrenuus, & nepos Regis.

Anno Domini M. CC. XXXIII. Obiit bonæ memoriæ *Ermergerdis* Regina *Willielmi* Regis *Scotiæ*, mater *Alexandri* Regis, III. idus *Februarii*, anno deſponſationis ejus XLVII. & ſepulta eſt in Abbatia ſancti *Edwardi* de Balmorinac, quam ipſa fundaverat. 1233.

Dedicata eſt Eccleſia ſanctæ *Mariæ* de Neubotel ab Epiſcopo *Andrea* de Muref tertio idus *Martii*. Item dedicata eſt Eccleſia de Abberbrothoc VIII. idus *Maii*. Item dedicata eſt Eccleſia ſanctæ *Mariæ* de Cypre idus *Maii*.

Dominus *Gilbertus* Abbas de Glenlus officio ſuo ceſſit in capitulo de Melros, & ibi profeſſionem ſuam fecit.

Alanus de *Galweia* dedit filiam ſuam uxorem *Johanni* de *Bailiol*, & ſororem ſuam *Waltero Biſeth*.

Clemens Canonicus de ordine Prædicatorum, electus eſt ad Epiſcopatum de Dunblain, & conſecratus eſt ab Epiſcopo *Willielmo* ſancti *Andreæ*, in die tranſlationis ſancti *Cuthberti* apud Wedale.

Item conſecratus eſt *Willielmus* Epiſcopus *Glaſcuienſis* ab Epiſcopo *Andrea* de Murr, Dominica poſt nativitatem Beatæ *Mariæ* in Eccleſia de Glaſgli.

Willielmus Abbas de Holmcultran ſuo ceſſit officio; Cui ſucceſſit *Gilbertus* magiſter Converſorum ejuſdem domus.

Obiit *Willielmus Cumin* Comes de *Buthhan*, Abbatiæ de Der fundator.

Anno M. CC. XXXIV. Obiit *Alanus* filius *Rolandi* Dominus *Galwethiæ*, & Conſtabularius *Scotiæ*, & ſepultus eſt apud Dundraynan; & reliquit III. filias hæredes, & filium unum baſtardum, Qui dum adviveret pater ejus, duxit uxorem filiam Regis de Man. Filiæ autem ejus nupſerunt his viris; Prima ſcilicet *Rogero* de *Quincy* Comiti *Wintoniæ*: Secunda *Johanni* de *Bailliol*: Tertio filio Comitis de *Albemarle*; Inter quas diviſa terra prædicti *Alani*. Sed indigenæ illius terræ malentes habere unum Dominum quam plures, ad Dominum Regem acceſſerunt, poſtulantes quatenus hæredibus hæredatis ſuper ſe dominium acciperet. Quod pius Rex minime curavit. Quapropter *Galwethienſes* ſupra modum intumeſcentes, ſeſe ad reſiſtendum præparaverunt, necnon & quaſdam terras domini Regis viciniores ferro flammaque vaſtaverunt; quod eis in proſperum non ceſſit, ſicut in ſubſequentibus apparebit. 1234. *Henric. 3.* *Alani de Galway hæredes.*

Item Obiit dominus *Walranus* Abbas de Der; In cujus loco electus eſt venerabilis *Hugo* Prior de Melros.

Anno Domini M. CC. XXXV. Obiit dominus W. Epiſcopus *Candidæ caſæ*; Dominica prima Quadrageſima electus eſt dominus *Gillebertus* magiſter 1235.

1235. de Melros, & quondam Abbas de Glenlus, in Epiſcopum, tam à cle-
Gregor. 9 P. ro quam ab univerſo populo *Galwethiæ*, excepto Priore & conventu de Witerne. Dominica autem qua cantatur *Oculi mei*, ſupradictus Prior cum ſuo conventu elegit *Odonem* quondam Abbatem de Deretonſal, & protinus cum eo ad Archiepiſcopum *Eboracenſem*, *Walterum* ſcilicet de *Gray*, profectus eſt, poſtulans ab eo munus conſecrationis, ſed minime percepit. Audierat enim de prima electione; unde cauſis ex utraque parte excuſſis, *Odonem* reprobavit, & ſupradictum G. Monachum *Melroſenſem* in Epiſcopum, Dominica prima ante nativitatem beatæ *Mariæ*, in Eccleſia majori *Eboraci* conſecravit. Item Dominus *Hugo* electus de Der poſt expletionem unius anni qua ſupradictæ Eccleſiæ præfuit, tam pro infirmitate corporis, quam pro aſperitate aeris ibidem exiſtentis, ad *Melroſenſe* rediit cœnobium, ibique ſuo ceſſit officio; nec multo poſt in Prioratu reſtitutus, fideliter migravit ad Dominum. Factus eſt autem Abbas de Der *Robertus* ejuſdem domus Monachus.

Eodem anno Dominica prima ante feſtum beatæ *Mariæ Magdalenæ*, dominus Rex collecto exercitu ſuo *Galweiam* intravit, & uſque ad locum ſatis viſu pulcrum devenit, in quo, inclinato jam die, figere tentoria propoſuit; ſed *Galweienſes* ſitum loci melius agnoſcentes, qui per totum diem in montibus latitaverant, nunc e contrario prœlium Regi inferebant: ſupradictus ſiquidem locus non minimam eis fiduciam præſtiterat. Erat enim repletus paludibus, deſuper herba & floribus undique coopertus, in quibus ſupradicti Regis exercitus pro majori parte erat dimerſus. In principio autem certaminis ſupervenit Comes *Roſenſis*, nomine *Makinſagait*, & hoſtes à tergo invadebat. Quod poſtquam ab hoſtibus compertum eſt, terga vertentes montes ſilvaſque petierunt, quos ſupradictus Comes necnon & alii multi inſequebantur, ſtragem non minimam facientes, & uſque ad crepuſculum lacerantes. Poſtera autem die Rex ſolita utens pietate, pacem ad ſe omnibus venientibus tribuit. *Galweienſes* igitur qui remanſerant, funibus in collo miſſis ad Regis pacem convenerunt. Supradictus tamen T. baſtardus, cum ſuo fautore *Gilrodh*, verſus *Hiberniam* iter arripuit. Rex igitur potitus victoria, ob ardua Regni negotia alias Regni adivit partes; ibi ad ſedandam patriam Comitem de Manetheth dimittens. Poſt diſceſſum vero Regis quidam *Scoti*, non magiſtri militiæ ſed miniſtri maliciæ, Abbatias ejuſdem terræ tam nefaria & ſcelerata dementia expoliaverunt, ut etiam Monachum in Infirmitorio de Glenlus in extremis poſitum & cilicio ſuperpoſitum, pannis quibus indutus erat denudarent, & ſecum aſportarent. Apud etiam Tungland Priorem cum ſacriſta in Eccleſia interfecerunt; quorum peccata omnipotens inulta tranſire non permiſit. Non multum enim poſt, homicida ille deprehenſus apud Rokeſburch ab equis eſt diſcerptus. *Scoti* vero audientes ſupradictum G. de *Hibernia* cum claſſe adveniſſe, & ſecum *Hybernienſes* cum filio cujuſdam Reguli adduxiſſe, dum immoderate fugerent, ad quandam aquam devenerunt, in qua multi ex illo nefando exercitu perierunt. Poſtquam autem ſupradictus G. de *Hybernia* eſt reverſus, mox ut terram tetigit, omnes naves pariter confregit, hujuſmodi utens calliditate, ne quos ſecum conduxerat, ullo modo valerent repatriare. Poſtquam ergo hæc nunciata ſunt G. Epiſcopo *Galvidiæ*, & A. Abbati de Melros, necnon & P. Comiti de Dunbar, amicitiam quam erga patrem viventem habuerunt, filio quamvis degeneranti impendere non omiſerunt. Epiſcopus autem & Abbas ſimpliciter, Comes vero cum ſuo exercitu uſque ad terminos *Galvidiæ* devenerunt, mandantes ſæpedicto G. ut aut Regi colla ſubmitteret, aut cum exercitu Comitis prœlium committeret. Cernens igitur ſæpedictus G. ſe inferiorem viribus eſſe eorum conſilio adquievit; quem Rex ad cuſtodiendum per aliquod tempus prædicto Comiti tradidit Baſtardus ergo conſilio deſtitutus & auxilio, Regis pacem coactus eſt petere; quem Rex parvo tempore

tempore in caſtello *Puellarum* detinuit, ac poſtea abire permiſit. Poſt hæc 1235.
Hybernienſes fugitive de patria diſcedentes, juxta civitatem *Glaſguenſem* Gregor. 9. P.
iter arripuerunt; quod cives comperientes, unanimiter exierunt, & quotquot repererunt, amputatis capitibus animas exhalare fecerunt. Duos vero natu majores retinuerunt, quos apud **Edinburch** dilaniari fecerunt. Sedata tandem *Galweya*, hæredes terras acceperunt, quas inter ſe æqua lance diviſerunt.

Item deſponſata eſt domina *Mariori*, ſoror Domini *Alexandri* Regis *Scotiæ*, apud **Berwich** in die ſancti *Petri* ad vincula, cujus deſponſationi interfuit ipſe Rex & magnates ejus Regni, ſicut ex altera parte dominus G. *Angliæ* Mareſchallus & Comes de **Penbruch**, qui eam duxit in uxorem cum multis nobilibus viris *Angliæ*.

Hoc anno contulit Dominus *Alexander* Rex *Scotiæ* domui de **Melros** foreſtam de **Ettrich**; & Abbatiam de **Melros** cum IV. grangiis circumjacentibus à foreſta ſua liberam eſſe conſtituit.

Anno Domini M. CC. XXXVI. Dominus *Conſtantinus* Abbas de **Neubotil** 1236.
ſuo ceſſit officio; cui ſucceſſit Dominus *Rogerus* Cellerarius de **Melros**.

Eodem anno obiit venerabilis Epiſcopus de **Dunkeldin**, & in inſula ſancti *Columbani* eſt ſepultus. In loco autem ejus electus eſt Dominus *Gaufridus* clericus Regis.

Item, *Jordanus* Abbas de **Dundraynan** & *Robertus* dictus Abbas de **Glenlus** deponuntur; & ad regimen de **Dundraynan** *Leonius* Monachus de **Melros** pridie Aſcenſionis eligitur; Nec multum poſt Dominus *Michael* Prior de **Melros**, de **Glenlus** Abbas conſtituitur.

Item Dominus *Alanus* primus Abbas ſancti *Edwardi* de **Balmurinach** obiit in vigilia Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*. Cui ſucceſſit Dominus *Radulphus* ejuſdem domus Cellerarius.

§. Rex etiam *Angliæ* & Rex *Scotiæ* convenerunt apud *Novum caſtrum*, ubi mutuum habuerunt colloquium. Obiit *Willielmus* Epiſcopus *Wigorniæ*.

Item Dominus *Herbertus* Abbas *Calcovenſis* in die nativitatis Beatæ *Mariæ* baculum cum mitra ſuper majus altare poſuit, & taliter paſtorali curæ valedixit: Cui ſucceſſit Dominus *Hugo* de *** ejuſdem loci Monachus.

Anno Domini M. CC. XXXVII. Piæ recordationis Dominus *Ricardus Dunelmenſis* Epiſcopus, & fundator novæ Eccleſiæ *Salesbirienſis* egregius, viam 1237.
univerſæ carnis eſt ingreſſus, in craſtino ſanctorum *Tyburcii* & *Valerii*, feria ſcilicet III. ante paſcha, hora prima: Cujus corpus ſepelitur in Eccleſia ſanctarum monialium de *Tarent*, quam ipſe fundavit. Ad ſacrum cujus tumultum frequenter membra languentium modo ſanitati, quolibet morbo fuerint gravati, reſtituuntur.

Eodem anno prædicti Reges cum ſuis Reginis, & nobilibus viris utrorumque Regnorum, convenerunt in die ſancti *Mauricii* apud *Eboracum*; ubi per XV. dies tractaverunt de negotiis Regnorum, præſente *Othone* legato Domini papæ; & tandem diſſoluto Concilio, Rex quidem *Scotiæ* repatriavit, ſed Regina *Scotiæ* cum Regina *Angliæ* cauſa orationis *Cantuariam* adiit, & circa *Lundonias* ultimum diem clauſit, ut in ſubſequentibus apparebit. Obiit Dominus *Gillebertus* Abbas de *Holmcultran* apud *Cantuariam*, dum rediret de capitulo generali. Cui ſucceſſit Dominus *Johannes* Abbas de *Jugo Dei*. Et de *Jugo Dei* paſtoralem curam ſuſcepit *Nicholaus* ejuſdem domus Prior.

Anno Domini M. CC. XXXVIII. Obiit magiſter *Hugo* de *Potter* Archidiaconus *Glaſguienſis*. Poſt cujus obitum diviſus eſt Archidiaconatus; Magi- 1238.
ſter enim *Mathæus* de **Habirden** dictus eſt Archidiaconus de **Glaſgu**, & magiſter *Petrus* de *Alingtun* vocatus eſt Archidiaconus de **Thevidal**. Obiit *Willielmus* Abbas de *Dunfermelin*; Cui ſucceſſit *Gaufridus* Prior ejuſdem domus.

Domina *Johanna* Regina *Scotiæ* circa *Lundonias* gravi infirmitate detenta, per-

1238. perceptis Eccleſiaſticis ſacramentis, abſque liberis IV. Non. *Martii* inter
Gregor. 9. P. manus fratrum, H. ſcilicet Regis *Angliæ* & R. ducis *Cornubiæ* diem clauſit extremum; Cujus corpus prædicti fratres cum magno mœrore & honore ſepelierunt in Eccleſia ſanctarum monialium de Tharent.

§. Obiit *Willielmus Malevicinus* Epiſcopus Sancti *Andreæ*; & ad Epiſcopatum electus eſt *David* de *Bernam*.

§. Obiit Abbas de *Claravalle*, & *Johannes* Abbas *Cyſtercii* paſtoralem curam reliquit, facta in ordine non parva diſſenſione.

§. Obiit *Petrus* Epiſcopus *Wintoniæ*.

Hoc anno oritur bellum lamentabile inter Dominum *Gregorium* papam & *Fredericum* Imperatorem, dictum *puerum de Apulia*; Inter quos ſancta
Tartari. Eccleſia procellas inauditas fertur noſtris temporibus pertuliſſe. Hic primo auditur in terra noſtra, quod nefandus exercitus *Tartarorum* multas terras vaſtavit, quod utrum verum ſit, in ſubſequentibus apparebit.

1239. Anno Domini M. CC. XXXIX. Obiit *Gillebertus* Epiſcopus de Haberden, cui ſucceſſit Dominus *Radulphus* de *Lamley* Abbas de Haberbrothocer. Dominus *Rogerus* Abbas *Rievallis* ſuo ceſſit officio, & Dominus *Leonius* de Dundrayuan, & Monachus de Melros, ſucceſſit.

Nobiliſſimus Rex *Scotiæ Alexander* duxit uxorem Dominam *Mariam* filiam nobilis viri *Ingeranni* de *Couchi*, idus *Maii* in die ſanctæ *Pentecoſtes* apud Rokeſburc.

Et Dominus *Herbertus* officium quod indiſcrete reliquerat, per præcep- *Othonis* legati Domini papæ, coactus eſt ſuſcipere. Natus eſt *Edwardus* primogenitus Regis *Angliæ* pridie kal. *Junii*. Electus eſt dominus *Ricardus* Prior de Melros ad regimen domus de Dundrayuan.

Intravit *Otho* diaconus Cardinalis ad titulum ſancti *Nicholai in carcere Tulliano*, & Apoſtolicæ ſedis legatus, *Scotiam* circa feſtum ſancti *Mathæi* Apoſtoli & Evangeliſtæ, & in vigilia ſancti *Dionyſii* apud Melros coram eo ſupradictus H. iterum in Abbatem de Calcou eligitur. Nam prædeceſſor ejus, vir vita & moribus laudabilis, *Herbertus*, plenus dierum gratis curam reliquit paſtoralem. Celebravit idem *Otho* concilium ſuum apud Edinburc in craſtino ſancti *Lucæ* Evangeliſtæ; & poſt ſolemnitatem omnium Sanctorum à *Scotia* diſceſſit.

§. Item dominus *Henricus* Abbas de Gedewrde vir grandævus ob imbecillitatem corporalis paſtorali curæ valedixit, cui ſucceſſit dominus *Philippus* ejuſdem domus Canonicus. Eodem anno levata ſunt oſſa venerabilis *Adæ* Epiſcopi *Catheneſyæ* à loco ubi poſt martyrium ſepulta erant, & ad ſedem Epiſcopalem delata, ibique honorifice ſepulta. In quorum levatione, ut fertur, facta ſunt miracula non pauca.

1240. Anno Domini M. CC. XL. Obiit venerabilis *Leonius* Abbas *Rievallis*, VI. idus *Januarii*; cui poſt paſcha ſucceſſit dominus *Adam* de *Tilletai* Abbas.

Eodem anno in ſede ſua à domino *Willielmo* Epiſcopo de Glaſcu.

Dominus *Walterus* Abbas de Driburc ceſſit officio ſuo, & dominus *Johannes* ejuſdem domus Canonicus ei ſucceſſit. Obiit L. Rex *Walliæ*, cui ſucceſſit *David* filius ejus. Obiit *Johannes* de *Normanvill*. Item dominus *Alexander* Abbas de *Cypro* paſtoralem curam reliquit: Et dominus *Gillebertus* ejuſdem domus Monachus ei ſucceſſit. Item obiit *Jocelinus* Epiſcopus *Batonienſis*. Item obiit Epiſcopus *Norwicenſis*, cui ſucceſſit dominus *Willielmus* de *Raleya*. Item obiit magiſter *Robertus* de *Bigham* Epiſcopus *Salisbirienſis*. Item obiit magiſter *Edmundus* Archiepiſcopus *Cantuarienſis*. Item obiit *Alexander* Epiſcopus *Ceſtrenſis*; cui ſucceſſit dominus *Hugo* de *Patiſhil*. Item, dominus papa *Gregorius* ex omni Regno Chriſtianæ fidei quibuſdam Epiſcopis mandavit, ut perſonaliter *Romam* venirent, & ſuam præſentiam ſibi in proximo paſcha exhiberent. Vocati ſunt autem de *Scotia* nominatim dominus *Glaſguenſis*, & dominus *David* de Sancto *Andrea*, qui in adventu Domini iter arripientes

egreſſi ſunt de terra ſua, relinquentes multos in egreſſu ſuo dolentes. Obiit 1240.
dominus *Galfridus* Abbas de Dunfermelin, & Dominus *Robertus* ejuſdem *Henric.* 3.
domus Monachus ei ſucceſſit.

Eodem anno leata ſunt oſſa Abbatum de Melros quæ jacebant in introitu capituli, & in orientali parte ejuſdem Capituli decentius ſunt tumulata; præter oſſa venerabilis patris noſtri *Wallevi*, cujus ſepulcrum apertum fuit, & corpus ejus incineratum inventum: Ex quo qui affuerunt ex minutis oſſibus ſecum aſportaverunt, & reliqua in pace dimiſerunt. Aderat ibi præſens miles bonæ opinionis dictus *Gilellmus* filius Comitis, nepos Domini Regis; Hic dentem precibus obtinuit, per quem, ut ipſe poſtea retulit, infirmi multa [a] ſecuti ſunt beneficia.

Anno Domini M.CC.XLI. Crebra miracula facta narrantur ad ſepulcrum 1241.
beati *Edmundi Cantuariæ* Archiepiſcopi. Obiit *Walterus* filius *Alani* junioris. Ecclesia *Dunelmenſis* diu paſtore viduata, tandem ſuſcepit magiſtrum *Nicholaum* de Farneham in Epiſcopum, virum grandævum & Regis medicum, qui de medico corporum factus eſt medicus animarum. Obiit *Gilelmus* Comes de *Albamarle*. Item obiit *Gillebertus* mareſcallus *Angliæ*, non relicto ſemine. Item Dominus *Wilelmus* Epiſcopus *Glaſguenſis*, & Dominus *David* Epiſcopus ſancti *Andreæ* repatriaverunt cum Epiſcopis *Franciæ* & *Angliæ*, facta prius appellatione contra legatos qui eorum ductores fuere; aſſerebant enim ſe ſine mortis periculo ad Apoſtolicam ſedem pervenire non poſſe. Illis ergo repatriantibus legati eorum cum multis aliis viris magniſque Religioſis iter per mare arripuerunt. Et quia longum eſt cuncta narrare, dignum duxi hic inſerere litteras quas Dominus *Ciſtercienſis* Abbati de *Saviniaco* miſit de Imperiali carcere.

Venerabili patri Saviniaci, *de* Ciſtercio, *de* Claravalle, *& de* Pietate Dei *Literæ de Captivis Imp.*
Abbates ſalutem. Noveritis quod nos de evadendo ſalubriter cogitantes, miſerabiliter incidere cœpimus inter manus galeatarum Imperatoris, qui nos rebus omnibus abſque miſericordia ſpoliantes, nudos & diſcalceatos poſt multas tribulationes marinas, quas per ſeptimanæ circulum ſuſtinuimus; ad civitatem Piſanorum *cum viginti dena galea à* Januenſibus *extorſerunt, cum tripudio reduxerunt. Modo etiam nutu Imperatoriæ majeſtatis, permanentibus ſociis noſtris apud* Piſam *Monachis & Converſis in carcere, qui omnes per Dei gratiam ſalvi facti ſunt, præter notarium Domini* Ciſtertii, *qui nobis videntibus & ſuccurrere non valentibus ſubmerſus eſt in mari, nos in caſtro ſanctæ* Minacis, *quod dicitur* Camera Imperatoris, *carceris incommodo mancipamur. Nobiſcum vero in eadem damnatione ſunt Dominus* Præneſt. *& Dominus* Greg. *legati, qui ſunt in vinculis.* Burdegalenſis & Mithanenſis *Archiepiſcopi*, Cartomogenſis, Anathenenſis, Noviomenſis, Tridiomenſis, Hyſtoenſis, Papienſis *Epiſcopi;* Cluniacenſis & Fugiacenſis *Abbates; Præpoſiti & Archipreſbyteri, & alii magni viri de diverſis terrarum partibus, qui omnes vinculis tenentur ferreis, quod & nobis omnibus, ſine aliqua perſonarum acceptione, fieri ſine dubio in proximo certi ſumus. Unde quoniam de evaſione vel reverſione noſtra nihil vobis mandare certum poſſumus, magis de mora præſumentes quam de ejus contrario; Rogamus vos quatenus equitaturas, converſos, & totam familiam noſtram abſque dilatione, ſi poterit fieri, cum ſecuro conductu ad domos unde ſunt, faciatis reduci, ſtatum noſtrum nunciantes noſtris de plano conventibus, ut tanto ferventiores exiſtant circa ordinis obſervantiam, quanto nos in majoris neceſſitatis articulo noverint conſtitutos.* [b] *Nos vero pro nobis fieri ſpeciales orationes procurare dignemini, ut præſentes anguſtias cum futuris omnibus incommodis in omni manſuetudine & patientia toleremus. Speramus quidem quod tota præſens adverſitas nobis in proſperitatem commutabitur, & quicquid patimur amaritudinis, in dulcedinem convertetur. Vos igitur* [c] *quem Dominus de tanta procellarum voragine ſicut videtur eripuit, ſollicitudinem geratis & diligentiam, qualiter ordinis obſervetur integritas. Dominus legatus*

a f. leg aſſecuti. *b* Vos. *c* Lege quos.

1241. Henric. 3. R. Angliæ & *Archiepiſcopus* Rothomagenſis, *qui primo remanſerunt apud* Piſam, *nunc de novo ad alios prælatos ſunt tranſlati de præcepto Imperatoris.* Biſuntinus *Archiepiſcopus ſubmerſus eſt in mari. Abbas* Fiſcanenſis, *qui erat in galea cum Domino* Biſuntino, *captus eſt, vivus. Et omnes prælati* Hiſpaniæ *evaſerunt. Ita quod Dominus Imperator non habet in carcere ſuo, exceptis tribus legatis, niſi tres Archiepiſcopos, & ſex Epiſcopos. De Abbatibus vero & procuratoribus ad præſens non inquimur.*

§. *Walenſes*, qui & reliquiæ *Britonum*, qui à diebus *Bruti* qui primus eorum Princeps erat, Principem ſuper ſe de gente ſua habuerunt, ſub quo & per quem ſuas cauſas terminabant, modo coguntur uſque *Londonias* properare, ibidem ad arbitrium *Anglorum* eas determinare; Unde conſtat quod ſecundum prophetiam *Merlini, rubens draco*, id eſt, *Britones*, *languet in extremitate ſtagni*, ſcilicet *inſulæ, oppreſſus ab albo dracone*, per quem *Angli* deſignantur.

§. Obiit *Chriſtiana Corbet* uxor *Guilelmi* filii Comitis, & in Capitulo de **Melros** ſepelitur. Obiit *Gregorius* papa XI. kal. *Septembris*; Cui ſucceſſit *Celeſtinus*, circa feſtum omnium Sanctorum qui ſedit per XV. dies, & ſic diem clauſit extremum. Poſt cujus obitum papalis ſedes remanſit vacua, pace Eccleſiæ turbata.

Eodem anno natus eſt primogenitus Domini *Alexandri* Regis *Scotiæ* apud **Rokelburch** in die tranſlationis ſancti *Cuthberti*, pridie nonas *Septembris*, feria IV. dictuſque eſt *Alexander*. Natus eſt autem anno ætatis patris ſui XLIV. incipiente, tunc Regni ſui XXVII. pene finito. *Johannes* de **Macheſwel** apud **Melros** ſepelitur. Epiſcopus *Willielmus Ergadienſis* in mare ſubmergitur.

1242. Anno Domini M. CC. XLII. Obiit magiſter *Petrus* de *Alinton* Archidiaconus de *Tevidal*, & magiſter *Reginaldus* de *Irewin* ei ſuccceſſit. Obiit magiſter *Rogerus* cognomento *Niger* Epiſcopus *Londoniæ*: Obiit Dominus *Hugo* de *Pateſhil* Epiſcopus *Ceſtriæ* ſive de **Coventre**, vel de **Licheſfeld**. H. Rex *Angliæ* tranſfretavit ut adquireret terras ſuas tranſmarinas. Obiit *Johannes Cumin* Comes de **Anegus** in *Francia*.

Pro dolor! *Patricius* de **Athedle** filius *Thomæ* de *Galwedia* & Comitis de **Adthedle**, juvenis egregius, & quantum ad humanam opinionem, omni curiali ſapientia & facetia imbutus apud **Hadingtone** in hoſpitio ſuo, de nocte poſtquam ſe ſopori dediſſet, per conſilium quorumdam malignantium nequiter perimitur, cum duobus ſociis ſuis. Et ut tantum facinus lateret, domus in qua jacuerunt, comburitur, ut qui intus erant, non occiſi, ſed ab igne accidentaliter incenſo viderentur eſſe extincti. Sed qui revelat abſcondita, quod peſſimi fecerant in abſcondito, patefecit in publico; ut ſubſequens declarabit narratio. Poſt cujus tamen obitum, *David* de **Haſtinges** accepit ejus Comitatum, provenientem ſibi ex parte uxoris ſuæ, quæ erat matertera juvenis occiſi.

Willielmus de *Sumervill* apud **Melros** ſepelitur. Obiit Dominus *Galterus Olifard* Juſticiarius *Laudoniæ*, & in Capitulo de **Melros** ſepelitur honorifice. Obiit Dominus *Andreas* Epiſcopus *Moraviæ*. Tonitrua mugierunt XVI. kal. *Januarii*.

1243. Anno Domini M. CC. XLIII. *Johannes Biſeth* cum *Waltero* avunculo ſuo & ceteris complicibus ſuis exlegatur, quia fama aſſerebat, prædictum *I.* cum conſilio prædicti W. *Patricium* de **Athedle** morti tradidiſſe. Magiſter A. de **Baggatte** apud **Melros** ſepelitur. Dominus *Gillebertus* de *Humframwill* accepit Comitiſſam de **Anegus** in uxorem.

Omnes prælati qui imperiali carcere erant mancipati, libere abire ſunt permiſſi; qui *Romam* venientes præſentiam ſuam Cardinalibus exhibuerunt; Qui mox ex eorum præſentia exhilarati *Anagniæ* acceſſerunt, tunc Dominum *Synebaldum* Presbyterum Cardinalem ad titulum ſancti *Martini in montibus*, in craſtino Nativitatis ſancti *Johannis* Baptiſtæ in papam elegerunt.

legerunt. Qui Dominica infra octavas Apoſtolorum *Petri & Pauli* conſecratur, & *Innocentius* IV. nominatur. Dominus *Willielmus* Abbas *Clarewallenſis* viam univerſæ carnis ingreditur, dum cum domino *Willielmo* Abbate *Ciſtercii* de curia revertitur. Nam de *Pietate Dei* Abbas, depoſito Abbatis officio, ibi à domino papa retinetur, & Cardinalis efficitur. 1243. *Innoc. 4. P.*

§. Dominus *Rogerus Avenel* apud **Melros** juxta patrem ſuum ſepelitur. Dominus *Michael* Abbas de **Glenlus** apud **Walcheles** in die ſancti *Michaelis* ſepelitur: ſimiliter dominus *Gillebertus* Abbas de *Cypro* apud ſanctum *Remigium*, VI. Idus *Octobris*, dum redeunt de capitulo generali. Ad regimen domus de *Cypro* præficitur Dominus *Willielmus* de *Binin* Prior de **Neubotel** in adventu Domini.

Anno Domini M. CC. XLIV. Dominus *Willielmus* Abbas *Ciſtercienſis* abbatizare recuſavit; cui ſucceſſit dominus *** Abbas de *Firmitate*. Item *Alanus Mardo Rievallis*, Abbas de **Glenlus** conſtituitur. 1244.

Eodem anno dominus *Innocentius* papa terram Domini Regis *Franciæ* intravit, & apud *Lugdunum* perendinavit; ubi in die ſanctæ *Trinitatis*, *Otonem* quondam legatum *Angliæ* & *Scotiæ* in Epiſcopum *Portuenſem* conſecravit. Nam de *Pietate Dei* quondam Abbatem *Johannem*, Cardinalem Presbyterum ad titulum ſancti *Laurentii in Lucio* antefecit.

Ipſo anno nefandiſſimus proditor *Walterus Biſet*, cum complicibus ſuis, non deſtitit tamdiu in auribus H. Regis *Angliæ* venenum diſſenſionis infundere, quouſque adunato exercitu ſuo uſque ad *Novum caſtrum* fecit contra dominum A. Regem *Scotiæ* venire; cui cum innumera multitudine uſque **Pontelant** occurrit Rex *Scotiæ*. Sed ad inſtantiam præcipue Archiepiſcopi *Eboraci*, necnon & aliorum magnatum, pax reformata eſt in vigilia aſſumtionis; Quapropter Rex *Scotiæ* repatriavit, & Rex *Angliæ* adverſus *Walliam* ire diſpoſuit; Rebellabant enim *Walenſes*, jugum *Anglorum* ſuſtinere non valentes. Nec prætereundum quod Rex *Angliæ* ibidem in gratia miraculorum Regem *Scotiæ*, ut audivimus, à pluribus voluit exaltare.

§. Hoc anno deſtructa eſt terra *Hieroſolymorum*, & hæ litteræ quæ venerunt domino papæ.

Sanctiſſimo patri & Domino Innocentio *Dei gratia ſanctæ* Romanæ *ſedis ſummo Pontifici*, Robertus *eadem gratia ſanctæ* Hieroſolymis *Eccleſiæ patriarcha, Apoſtolicæ ſedis legatus, Regina* Cypri *& b.nilla Regni* Hieroſolymitani, Tirenenſis *Archiepiſcopus*. R. Acconenſis, G. Sidonenſis, R. Lidenenſis *Epiſcopi; Frater* Hermannus Petragoricenſis, *Magiſter militiæ* templi, *Frater* Willielmus *magiſter domus* Hoſpitalis ſancti Johannis, *& præceptor domus ſanctæ* Mariæ Teutonicorum Odo *de* Monte Beligardo, *Dominus* Tyberiadenſis *& Conſtabularius Regni* Hieroſolymitani, Philippus *de* Monte forti, *Dominus* Teronenſis *pedum oſcula beatorum cum ſubjectione perenni. Super ſtatu miſerabili terræ ſanctæ, & ejus afflictionibus quæ noviter acciderunt, de ſubito & inopinato* Coroſminorum *adventu quod vobis per noſtrum Patriarcham fuerit intimatum, à memoria ſanctitatis veſtræ non credamus excidiſſe. Cum autem ad præſens major ſit neceſſitas nunciandi, eo quod culpis noſtris exigentibus multiplicaverit in Terra ſancta Dominus his temporibus flagella, veſtris auribus*, Pater ſanctiſſime, *qui in ſpecula Domini eſtis conſtituti ſuper alios præeminentes, Eccleſiarum ſollicitudinem quotidiana inſtantia ſuſtinentes, in cujus humeris arca Domini ſuſtentatur, Eccleſia* Hieroſolymitanæ *ſuſpiria, & excidium populi Chriſtiani, & periculum* Terræ ſanctæ *communiter intimare cogimur. Veſtram itaque ſanctitatem nolumus ignorare, quod ſupradicti* Coroſmini, *quorum crudelitas beſtialem feritatem excedit, partem magnam* Hieroſolymitanæ *provinciæ, videlicet a* [a] Nirone militum, *quod octo miliariis diſtat a* Hieruſalem, *uſque ad partes* Aſcalonæ & Gazaiæ, *in adventu ſui primordii occuparunt, & detinent occupatam. Ad quorum ad-*

Epiſtola de ſtatu Terræ ſanctæ.

Coroſmini.

[a] Turono leg. M. Pariſ.

ventum

1244. ventum timor & tremor inopinabiliter in mentibus Chriſtiani populi ſupervenit,
Henric. 3. R. eo quod in ipſos omni crudelitatis genere deſæviant, eorum ſanguinem ſitientes, qui cum a terris natalibus per Tartarorum potentiam ſint expulſi, non habentes alibi manſionem in prædicta terra ad Soldani Babyloniæ imperium acceſſerunt, qui eis terram quam inhabitant Chriſtiani, dicitur contuliſſe. Nec venerunt tantum ut terram deſtruant, & recedant; ſed eam cum uxoribus & familiis quaſi propriam inhabitant, credentes ſibi manſiones & domicilia perpetuo vendicare, niſi virtus altiſſimi ipſis obſtiterit, & ſedes Apoſtolica manum contra illos porrexit adjutricem. Soldanus enim prædictus, caput ſacrilegii, eos protegit & defendit, & in ſtipendiis & [a] exenniis magnificis ſervit eis, credens per eos ſibi Regnum Damaſcenum & populum Chriſtianum ſubjugare, quamvis Soldanus idem Babyloniam non exeat, nec illi terram Babyloniæ ſint intrare permiſſi, quia de prædictis dubitant propter potentiam & infidelitatem ipſorum.

Tartari. Licet autem Coroſminorum afflictio ſufficere potuiſſet, quæ mentes omnium affecerat; ultra modum dolor alius ſupervenit Tartarorum adventu, quorum exercitus inæſtimabilis totam orientalem plagam terruit & concuſſit. Tranſeuntes enim aquas frigidas, uſque ad pontem ferreum prope Antiochiam pervenerunt, quaſi locuſtæ in turba innumerabili univerſa vaſtantes. Verum de divina proceſſit clementia, quod Soldani Damaſci & Halapiæ & Camellæ, non ſine multa effuſione pecuniæ, uſque ad certum tempus fœdus inire cum illis, & ſic ad partes remotiores unde venerant ſunt reverſi. In quorum receſſu noſtra utrumque & populi Chriſtiani anxietas conquievit. Nos tamen circa Coroſminorum inſtantem gladium tota ſollicitudine cogitantes, ad eorum expulſionem non ceſſavimus, non ceſſamus, totis conatibus laborare, Illuſtres regem Cypri & Principem Antiochiæ ad Terræ ſanctæ ſubſidium hortantes attente; ſed a Rege prædicto nullum potuimus habere ſuccurſum. Idem vero Princeps Tartarorum regreſſum metuens, ſe multipliciter excuſavit.

Cumque in terra ſancta non ſint milites aut pedites peregrini, niſi pauciſſimi, quibus computatis vix poſſit ad centenarium numerum computari; Milites etiam terræ ſunt hinc inde diſperſi prope caſtra munientes, qui non valent de facili congregari, eo quod non poſſunt caſtra relinquere immunita; commune terræ conſilium diſſuaſit multipliciter, ſine majori ſubſidio illos nequiſſimos invadere, ſeu pugnare cum illis. Non enim tutum erat contra turbam tam maximam & potentem cum paucis pugnare; maxime cum paulo poſt primum ingreſſum illorum alia multitudo gentis ejuſdem advenerit, adjuncta cum illis, qui non erant ut dicitur prioribus pauciores; & ſicut pro certo refertur, ipſi ſunt, præter alios communes homines, uxores eorum & familias, ultra XXI. milia equitum expeditorum ad arma. Fuit itaque communi deliberatione proviſum, Soldanus Damaſci & Camellæ in Chriſtianorum ſubſidium advocare, qui ſunt cum Chriſtianis treugæ & fœdere copulati, & contra Coroſminos habent inimicitias capitales. Dicti vero Soldani ſæpius requiſiti, ſe promiſerunt cum totis viribus ad Chriſtianorum ſubſidium acceſſuros; quorum de die in diem expectatus adventus fuit ultra omnium opinionem protelatus, ſine quorum viribus periculoſum erat Chriſtianitati cum illis ſubire certamen. Interim vero populus Hieruſalem inhabitans, hoſtibus hinc inde vallatus, quos intus fames, foris gladius perurgebat, terroribus & periculis plurimis anguſtabatur; ad cujus ſuccurſum credebamus de die in diem exercitum congregare. At perfidi Coroſmini cum magna multitudine Hieruſalem invadentes, intraverunt civitatem eandem die Lunæ undecimo menſis Julii. Chriſtiani vero qui ibi aderant ad domos hoſpitales & Hieruſalem Eccleſiæ quæ ſunt contiguæ recurſum habentes, & ſe munitionibus ligneis & propugnaculis lapideis defendentes, illa die annuente miſericordia Jeſu Chriſti, de ſæpe dictis nequiſſimis victoriam habueruut, plures perimentes ex ipſis. Illi tamen cum non poſſent ſuum propoſitum adimplere, cum confuſione exinde diſcedentes, Eccleſiam ſancti Jacobi Armenorum ſitam in civitate eadem per violentiam ceperunt & in-

Hieroſolyma à Coroſminis capta.

[a] i. e. Xeniis.

conſultam

conſultam; & plures inventos in eadem Eccleſia Armenos presbyteros & clericos & laicos in ore gladii mactaverunt; decapitantes caſtellanum Imperialem, & præceptorem Hoſpitalis ſancti Johannis, qui ad pugnam contra eos viriliter exierunt. Illa tamen die de civitate repulſi, ad habitacula quæ prope civitatem fecerant ſunt reverſi. Præfati vero Hieroſolymitæ quos multa anguſtia perurgebat, a nobis ſuccurſum inſtantiſſime requirebant, ad nos & ad alios Chriſtianos literas & nuncios ſæpiſſime tranſmittentes: ſed cum non poſſet aliquatenus eis ſubveniri de ſuccurſu petito, eo quod hoſtibus undique loca proxima circumdantibus, niſi per Coroſminorum exercitum ad civitatem non patebat acceſſus; compaſſione multiplici compatientes eiſdem, & in eorum afflictionibus cor noſtrum amaritudine replebatur. Verum circa eorum ſubſidium totis affectibus intendentes, deliberatione communi ſuſcepimus, ut ad Vallarum Soldanum, de contractu, qui de novo cum Chriſtianis quibuſdam treugam inierat, mitteretur, ut ejus auxilio præfatus populus uſque ad terram Chriſtianorum ſecuritatem ſuſciperent & conductum. Miſimus itaque cum literis noſtris ad Soldanum eundem ſolemnes nuncios, quibus dedimus in mandatis, ut audita reſponſione, cum ejus conductu fratrem Simonem de ordine Prædicatorum in Hieruſalem accederet, confortans populum Chriſtianum, & ut eiſdem denuncians Soldani reſponſum, conſideraret ſtatum terræ & populi, & nobis omnia denunciaret. Itaque nunciis prædictis præfatum Soldanum contracti adeuntibus, & pro conducto prædicto diligenter inſtantibus circa ipſum, reſpondit prædictus Soldanus Hieroſolymis conductum ſe libenti animo præſtaturum, hoc tamen facere non poterat ſine Coroſminorum aſſenſu; ſed firmiter promittebat, ad Coroſminos ſolemnes nuncios ſe miſſurum, quos precibus & exenniis induceret, ut tradebat, ut indemnitate præſtita ad ejuſdem Soldani conductum, populum ipſum tute permitteret in terram Chriſtianorum abire. Ac idem frater Simon relictis aliis nunciis, cum eodem Soldano in Hieruſalem, conductu Soldani ipſius juxta mandatum noſtrum aſcendit; Qui toto populo congregato, & ipſi prædicans verbum Dei, confortans multipliciter & exhortans, & remiſſionem eis tribuens, ſicut a nobis Patriarcha ſuſceperat in mandatis, reſponſionem ipſis retulit quam ſuſceperat in aliis nunciis a Soldano. Populus autem Hieruſalem conſilio communicato reſpondit, Quod potius in civitate fame & peſte mori volebant quam ſe crudeliſſimis gentibus credere, vel manibus committere Soldani, de cujus infidelitate certi erant, & nullatenus dubitabant, ſed volebant omnino in civitate permanere, expectando miſericordiam Jeſu Chriſti & ſuccurſum. Ceterum frater Simon, perquiſito ſtatu terræ, intelligens quod victum habebant, & quod ad VI. hebdomadas ſufficere poſſet, audita reſponſione eorum, firmiter inhibuit univerſis ne de civitate ſine conductu communi quiſquam latenter exiret, ſed ſperantes in altiſſimi miſericordia ſe viriliter defenderent, Chriſtianorum exercitum expectantes; Qui tandem de civitate recedens, per Soldanum rediit memoratum, ejus conductu ad nos prædicta nunciaturus, acceſſit. Poſt cujus reditum, tertia die hora IX. pro certo ſuſcepimus, quod aliis inconſultis & neſciis, nocturno tempore magna pars hominum armatorum de civitate recedens, apud Joppen infeliciter pervenerunt. De quorum furtivo diſceſſu dolentes non modicum & commoti, eo quod ceterum populum Hieroſolymitanum in diviſionem poſuerit & rupturam; paulo poſt rumores de ſæpedicto Hieroſolymitano populo ſiniſtros ſuſcepimus & lacrymabiles. Ipſi enim Coroſminorum iteratum timentes adventum, ultra VI. millia hominum, nonnullis in civitate relictis qui recedere de civitate noluerunt, de communi conſilio tam clerici quam viri religioſi, & utriuſque ſexus laici, die Martis in vigilia ſancti Bartholomæi circa veſpertinam horam ſunt civitatem egreſſi, ad terram Chriſtianorum iter capientes per loca montana, confiſi de treugis quas cum Saracenis de montanis habebant, ſperantes per illam viam Coroſminorum periculum evitare, & dum Scyllam evitare crederent, inciderunt miſerabiliter in Caribdim. Nam præfati Saraceni perfidi de montanis egreſſi ipſoſque ſubito invadentes, & per totam noctem impugnantes eoſdem, Henric. 3.

1244. Henric. 3. *dem, plus duo mille ut fertur ceciderunt ex ipſis, effundentes ſanguinem innocentem tanquam aquam in circuitu* Hieruſalem, *&* non erat qui ſepeliret. *Pueros & puellas captivas duxerunt, ſenibus non parcentes; & quos ex præfato populo occidere noluerunt, miſerabiliter captivabant, exponentes eos venales ceteris* Saracenis. *Quinetiam dum illorum* Saracenorum *manus ex illo populo aliqui evaſerunt in* [a] Rameſſem *planitiem deſcendentes, ipſis mortem fugientibus mors & gladius ſupervenit. Nam* Coroſmini *hoſtiliter irruentes, ipſos crudeliter occiderunt; & facta eſt ſtrages inter mortuos & captivos, quod ex toto populo vix evaſere* CCC. *catervatim in* Joppen *venientes vulnerati & ſemivivi relicti. Cum itaque ſanguis innoxius de terra clamet ad Dominum, in conſpectu veſtræ beatitudinis, in compaſſionem & miſericordiam clamor ejus præſentetur. Adimpletum eſt igitur ſuper* Hieruſalem *vaticinium* Jeremiæ, Facti ſunt inimici ejus in capite ejus, dies feſti ejus in luctum, ſabbata ejus in opprobrium ſunt converſa.

Dolentes referimus etiam, quod cum poſt tantum excidium Hieruſalem [b] C^tris^. *quaſi ſola ſederet majori parte populi deſtituta, perfidi* Coroſmini *in ipſam, nemine reſiſtente, intraverunt Eccleſiam* Sepulcri *Dominici, & populum Chriſtianum qui ad ipſam confugerant, ibi pro Chriſti nomine martyrium recepturi, in qua Dominus noſter* Jeſus Chriſtus *infra crucis patibulum effudit ſanguinem ſuum pretioſum pro ſalute generis humani, in ore gladii miſerabiliter trucidarunt, pavimenta totius Eccleſiæ ſanguine Martyrum rubricantes. Quid plura? Sacerdotes in altaribus ipſius Eccleſiæ celebrantes, cum ſacroſancta myſteria conficerent, manibus impiorum capitibus detruncati ſeipſos Deo patri in ſacrificium obtulerunt. O felix anima magiſtri* Petri *de* Montronda, Remenſis, *&* Sconenſis *canonici, crucem Domini bajulando ſecutus eſt eum. Cum enim in Eccleſia* Sepulcri *Domini celebrarent in loco proprio quo filius Dei Deo patri victima eſt oblatus, ſeipſum ab impiis trucidatus obtulit hoſtiam* Jeſu Chriſto. *Hujus vero perfidæ gentis ſordities & crudelitas infinita* Saracenos *alios in nequitia ſuperavit univerſos; qui cum* Hieruſalem *ſæpius occupaſſent, utcunque in veneratione ſervabant* Græcos, Armenos, Jacobitas, *& alios habitantes ibidem, qui cenſebantur nomine* Chriſtiano, *quamvis ſubditos ſervituti, dimittentes in pace in* Sepulcro, *& aliis locis venerabilibus Divina myſteria celebrare & eadem cuſtodire. Illi vero perfidiſſimi non parcentes religioni, ſexui, vel ætati, loca ſancta quantum in ſe eſt profanaverunt, nec in ipſa civitate dimiſerunt aliquem Chriſtianum. Ab Eccleſia quidem* Sepulcri *Dominici tectum plumbeum abſtulerunt; quinetiam ad marmoreum tabulatum, quod hinc inde* Sepulcrum *Dominicum circumdabat, manus ſacrilegas extendentes, ipſum funditus eruerunt, locum ipſum in quo ſepultus eſt Dominus, quantum in ſe eſt, multipliciter deturpantes; Nec eſt in memoria aliquorum uſque ad tempora illa* Saracenorum *aliquos tam nefaria commiſiſſe.*

Bethleem. *Et aſcendentes ad* Beelmitam *Eccleſiam, eam multis modis violaſſe dicuntur: loca etiam ſacratiſſima, ſcilicet montem* Sion, Templum *Domini, & alia loca venerabilia civitatis* Hieruſalem *turpiſſime tractantes. In urbe itaque magni decoris quæ fuerat gaudium univerſæ terræ, in qua juſtitia habitabat, exigentibus peccatis populi Chriſtiani, nunc habitant homicidæ. Sed & hoſtia & holocauſtum decit ab illa.* Tulerunt enim juge ſacrificium, dejecerunt locum ſanctificationis, incenderunt igni ſanctuarium Dei, polluerunt locum tabernaculi nominis ejus, *in contumeliam & opprobrium nominis Chriſtiani.*

Inſuper noveritis, pater ſancte, quod in tantam audaciam & ſuperbiam aſcenderunt, quod per totam terram prædictam undique diſcurrentes, quorum manus nil mali indifferenter evitant; & neque in Tiberiadim *& loca adjacentia, in prædictis incendiis & homicidiis procedentes prope* Accon *ad* VII. *miliaria venerant in prædam; terramque ultramarinam noveritis in neceſſitate plurima & periculo magno conſtitutam, ſcilicet quali a centum annis non recolitur*

a Ramenſem. *b* f. Civitas. *c* f. leg. profanaverunt.

extitiſſe.

extitiſſe. Aſcendant igitur ad aures vicarii Jeſu Chriſti, Terræ ſanctæ *gemitus doloroſi, Eccleſiæ* Hieruſalem *lamenta, & opprobria exprobrantium fidei Chriſtianæ. Prodeat de Eccleſia* Romana *gladius biſacutus ad vindicandum ſanguinem innocentem; Exeat de theſauris ipſius conſolatio deſolatis; Intonet de faucibus ipſius verbum exhortationis ad Reges & mundi principes univerſos, ut ad vindicandam injuriam* Jeſu Chriſti, *per quem vivunt & regnant, & totius Chriſtianitatis opprobria non permiſſis illata de feſtinato ſuccurſu terræ prædictæ ſubveniant, ſicut veſtra ſanctitas duxerit ordinandum. Actum apud* Accon *anno Domini* M. CC. XLIV. *in die ſancti* Matthæi. 1244. Innoc. 4. P.

Viris religioſis in Chriſto Jo. *&* Andreæ *ultra mare* Th. *humilis Arch.* Ciren. &c. *Deflebilibus, miſerabilibus, terribilibus, horribilibus, & damnoſis rumoribus ultra marinis, recurratis ad Priorem* Hoſpitalis *ſancti* Johannis, *qui portat Regi Chriſtianiſſimo* Francorum *litteras non atramento ſed ſanguine ſcriptas, ut fertur, non enim vidi ipſas, ſed eos qui eas viderunt, dicentes rubeo conſcriptas. In ſumma dicitur quod magiſter* Hoſpitalis *& totus Conventus* Hoſpitalis *Sanctæ* Mariæ Teutonicorum, *perpaucis evadentibus, tota militia ultramarina, magnus populus Chriſtianorum armatorum, & cum illis* Naſſarus *Soldanus* Turci, *& quidam alius Soldanus captus a* Coroſminis *& hominibus Soldani* Babyloniæ *interfecti ſunt* XVII. *die octobris. Dicitur tamen quod Comes* Willielmus *& dominus* Philippus *capti ſunt. Dominus Patriarcha, & Conſtabularius evaſerunt. Ecce luctus & lamentatio!*

Anno M. CC. XLV. Obiit Dominus *Hugo* Abbas de ſancto *Servano*, vir per omnia vitæ laudabilis, & ſacræ zelator religionis. Cui ſucceſſit in paſtorali regimine Monachus domus ejuſdem, *Mathæus* nomine, V. Idus *Martii.* 1245.

Anno eodem intravit *Innocentius* papa IV. terram Regis *Franciæ* in adventu Domini.

Anno eodem Chriſtianiſſimus & Deo dilectus *Ludovicus* Rex *Francorum* illuſtris, Dei cuncta regentis & diſponentis providentia, gravi arreptus eſt infirmitate in *Pariſienſi* civitate. Invaleſcente vero morbi gravamine, & motu vitali jam ceſſante, videbatur a circumſtantibus mortis debitum perſolviſſe. Cum jacuiſſet autem ſuper lectum doloris hujuſcemodi nullo penitus in ipſo apparente ſigno vitali per triduum, repente ſtupentibus cunctis qui aderant, elevatis in cœlum oculis, clara voce benedixit nomen Dei omnipotentis. Deinde Epiſcopo *Pariſiacenſi* accerſito, juſſit ut ſacroſanctæ crucis vexillum imponeret humero ſuo, profecturus nomen *Jeſu* Chriſti & crucis gloriam extollere, ubicunque ſancta Eccleſia ſibi voluerit imperare. Epiſcopus vero memoratus devotione qua decuit pii Regis pia vita implevit, & Rex protinus de infirmitate ſua perfecte convaluit. *Ludovic. R. Franc. cruce ſignatus.*

§. Sane eodem tempore *Fredericus* Imperator nefandiſſimus, audito de præfati Regis ægritudine & crucis ſignatione, ſub fraudis, ut creditur, intentione, iſtas litteras deſtinavit.

Fredericus Dei gratia Romanorum *imperator ſemper Auguſtus*, Hieruſalem *&* Siciliæ *Rex*, Ludovico *Dei gratia illuſtri Regi* Francorum *ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Pervenit ad audientiam noſtram rumor infeſtus, rumor amaritudinem nuncians, qui perſonam Regiam, requirente carnis fragilitate, in graveſcentis ægritudinis lapſum nuper edocuit incurriſſe. Convertit tamen querelas noſtras in gaudium, & puncturam doloris intrinſeci tranſtulit in medelam, reſumtæ poſtmodum ſanitatis auditus, qua vos Divinæ potentiæ dextera quæ miſericorditer & medetur, quaſi a mortis januis clementiſſime liberavit. Idem profecto viſitationis genus, ipſa rerum & temporis neceſſitudine requirente, de profundo conſiliorum Domini tam ſalubri quam neceſſaria proviſione creditur proveniſſe, quatenus infidelium, proh dolor! recrudeſcente nequitia, fidei noſtræ varia ſtrage, fidelium doloroſo diſpendio irrogato, Divino tractu commotus novus pugil inſurge-* *Frederici Imp. ad eum literæ.*

 ret,

1245. *ret, & enormem injuriam Dei noſtri vexillo crucis aſſumto (quæ jam potiſſi-*
Henric. 3. *mum fidei noſtræ reſtat auxilium) athleta Dominicus ſatageret vindicare. Hu-*
jus quippe cauſati commoditas cauſam infirmitatis prænunciam merito con-
vertit in gaudium, cum ex eo incommodo præcedenti, ſequentis fructus com-
modum multiplex colligatur. Generalis primo, quod ex felici tranſitu Regio
ad patriam Domini, de gladiis hoſtium viribus Gallicis *eruendam*, Sarace-
nica *pravitate deſtructa fidei noſtræ detrimento conſulitur, honor excolitur, in*
*quo vos mirifica **** [a] *Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem, licet indigni, digna-*
tione Divina aſſumti, omnium Chriſtianorum curam vigili ſedulaque ſolertia
[gerere,] ac intimæ conſiderationis oculo ſingulorum [b] *diſcernere merita, &*
providæ deliberationis ſtatera librare debemus, ut quos juſti vigor examinis di-
Innocent. P. in Frederic. *gnos oſtenderit, congruis attollamus [& evehamus] favoribus; quos autem*
reos, pœnis debitis deprimamus; appendentes ſemper meritum & præmium æqua
lance; retribuendo cuique juxta qualitatem operis pœnæ vel gratiæ quantita-
tem. Sane cum dira guerrarum commotio nonnullas profeſſionis Chriſtianæ pro-
vincias diutius afflixiſſet; nos toto cupientes mentis affectu tranquillitatem &
pacem Eccleſiæ ſanctæ Dei, ac generaliter cuncto populo Chriſtiano, ad præci-
puum Principem ſecularem, hujus diſſenſionis & tribulationis auctorem a fe-
licis recordationis Gregorio *papa prædeceſſore noſtro, pro ſuis exceſſibus ana-*
thematis vinculo innodatum, ſpeciales nuncios magnæ auctoritatis viros, vi-
delicet venerabiles fratres P. Albanenſem *tunc* Rothomagenſem *Archiepi-*
ſcopum, Willielmum Sabinenſem *tunc, quondam* Mutinenſem *Epiſcopum, ac*
dilectum filium noſtrum W. *Baſilicæ* [c] *quondam Apoſtolorum Presbyterum Car-*
dinalem, tunc Abbatem ſancti Facundi, *qui ſalutem zelabantur ipſius, duxi-*
mus deſtinandos. Facientes ſibi proponi per ipſos, quod nos & fratres noſtri,
quantum in nobis erat, pacem per omnia ſecum habere, necnon & cum omni-
bus hominibus optabamus, parati ſibi pacem & tranquillitatem dare, ac mun-
do etiam univerſo. Et quia prælatorum, clericorum, omniumque aliorum quos
detinebat captivos, & omnium tam clericorum quam laicorum quos ceperat in
galeis, reſtitutio poterat eſſe pacis quamplurimum inductiva, ut illos reſtitue-
ret, cum hoc idem tam ipſe quam ſui nuncii antequam ad Apoſtolatus vocati eſ-
ſemus officium, promiſiſſet, rogari & peti ab ipſo fecimus per eoſdem ac proponi.
Inſuper quod iidem pro nobis erant parati audire & tractare pacem, ac etiam
audire ſatisfactionem quam facere vellet Princeps de omnibus pro quibus erat
vinculo excommunicationis aſtrictus, & offerri præterea, quod ſi Eccleſia eum in
aliquo læſiſſet contra debitum, quod non credebat, parata erat corrigere ac in
ſtatum debitum reformare. Et ſi diceret ipſe, quod in nullo contra juſtitiam
læſerat Eccleſiam, vel quod nos eum contra juſtitiam læſiſſemus, parati eramus
vocare Reges, prælatos & Principes, tam Eccleſiaſticos quam ſeculares, ad ali-
quem locum tutum, ubi per ſe vel per alios ſolemnes nuncios convenirent; erat-
que parata Eccleſia, de conſilio Concilii, ſibi ſatisfacere, ſi eum læſiſſet in aliquo,
ac revocare ſententiam, ſi quam contra ipſum injuſte tuliſſet, & cum omni man-
ſuetudine ac miſericordia, quantum cum Deo & honore ſuo fieri poterat, reci-
pere de injuriis & offenſis ipſi Eccleſiæ ſuiſque per eum irrogatis ſatisfactionem
ab ipſo; volebat etiam Eccleſiæ omnes amicos ſuos ſibique adhærentes in pace
ponere plenaque ſecuritate gaudere, ut nunquam hac occaſione poſſet aliquod
ſubire diſcrimen. Sed licet ſic apud eum pro pace paternis monitis & precum
inſiſtere lenitate curaverimus, idem tamen imitatus Pharaonis *duritiam, & ob-*
turans more aſpidum aures ſuas, hujuſmodi preces & monita elata obſtinati-
one & obſtinata elatione deſpexit. Et licet proceſſu temporis in die cœnæ Do-
mini proximo nuper præterita præcedente, coram nobis & fratribus noſtris, præ-
ſentibus cariſſimo in Chriſto filio noſtro Conſtantinopolitano *Imperatore illu-*
ſtri, cœtuque non modico Prælatorum, ſenatoribus populoque Romano, *&*
maxima multitudine aliorum, qui eodem die propter ſolemnitatem ipſius, de

[a] v. Mat. Pariſ. p. 668. Innocent. Epiſc. ſerv. Servorum Dei-ſacro præſente Concilio, ad rei memoriam ſempiternam. Ad Apoſtol. -- [a] Facta & dicta diſc. & prov. [c] Duodecim.

diverſis

diverſis mundi partibus ad Apoſtolicam ſedem convenerant, quod ſtaret noſtris & Eccleſiæ mandatis, per nobilem virum Comitem Toloſanum, *ac magiſtros* Petrum de Vinea, *&* Thadeum de Sueſſa, *curiæ ſuæ Judices, nuncios & procuratores ſuos ſpeciale ſuper hoc ab ipſo mandatum habentes, præſtiterit juramentum; Poſtmodum tamen quod juraverat non implebit: quinimmo ea intentione ipſum præſtitiſſe probabiliter creditur, ſicut ex factis ſequentibus colligitur evidenter, ut eidem Eccleſiæ & nobis illuderet potius quam pareret. Cum anno & amplius jam elapſo, nec ad ipſius Eccleſiæ gremium revocari potuerit, nec ſibi de illatis ei damnis & injuriis curaverit ſatisfacere, licet ſuper hoc extiterit requiſitus. Propter quod non valentes, abſque gravi Chriſti offenſa, ejus iniquitates amplius tolerare, cogimur, urgente nos conſcientia, juſte animadvertere in eundem.* 1245. Innoc. 4. P.

Et ut ad præſens de ceteris ejus ſceleribus taceamus, quatuor graviſſima, quæ nulla poſſunt celari tergiverſatione, commiſit. Dejeravit enim multotiens. Pacem quondam inter Eccleſiam & Imperium reformatam temere violavit. Perpetravit etiam ſacrilegium, capi faciens Cardinales ſanctæ Romanæ *Eccleſiæ, ac aliarum prælatos Eccleſiarum, & clericos & ſeculares venientes ad Concilium, quod idem prædeceſſor noſter duxerat convocandum. De hæreſi quoque non dubiis & levibus, ſed difficilibus & evidentibus ſuſpectus habetur argumentis: plura ſiquidem eum commiſiſſe perjuria ſatis patet. Nam olim cum in* Siciliæ *partibus morabatur, priuſquam eſſet ad Imperii dignitatem electus, coram bonæ memoriæ* G. *ſancti* Theodori *Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, felicis recordationis* Innocentio *prædeceſſori noſtro, & ſucceſſoribus ejus, Eccleſiæque* Romanæ, *pro conceſſione Regni* Siciliæ *ab eadem Eccleſia ſibi facta, fidelitatis præſtitit juramentum; & ſicut dicitur, illud idem poſtquam ad eandem dignitatem electus extitit, venit ad urbem coram eodem* J. *ſuiſque fratribus aliiſque multis præſentibus ligium hominium in ejus faciens manibus innovavit. Deinde cum in* Allemannia *eſſet, eidem* J. *& ipſo defuncto, bonæ memoriæ* Honorio *papæ, & ejus ſucceſſoribus, ac ipſi Eccleſiæ* Romanæ, *Principibus Imperii præſentibus atque Nobilibus, juravit honores, jura & poſſeſſiones* Romanæ *Eccleſiæ pro poſſe ſuo ſervare ac protegere bona fide, & quæcumque ad manus ſuas devenirent, ſine difficultate reſtituere procuraret; nominatis dictis poſſeſſionibus in hujuſmodi Juramento; quod poſtmodum confirmavit, coronam Imperii jam adeptus. Sed horum trium juramentorum temerarius extitit violator; nec ſine proditionis nota, & læſæ crimine majeſtatis. Nam contra præfatum prædeceſſorem noſtrum* G. *& fratres ejus, comminatorias literas eiſdem fratribus deſtinare, ac dictum* G. *apud fratres ſuos, ſicut apparet per literas ab eo tunc directas eiſdem, & etiam ut fertur per univerſum fere orbem terrarum multipliciter defamare præſumſit. Venerabilem vero fratrem noſtrum* O. Portuenſem, *tunc ſancti* Nicolai *in carcere* Tulliano *Diaconum Cardinalem, & bonæ memoriæ* Præneſtinum *Epiſcopos, Apoſtolicæ ſedis legatos, nobilia & magna Eccleſiæ* Romanæ *membra perſonaliter capi fecit, & bonis omnibus ſpoliatos, ac per diverſa loca non ſemel ignominioſe deductos carceribus mancipari. Privilegium inſuper quod beato* Petro *& ſucceſſoribus in ipſo tradidit dominus* Jeſus Chriſtus, *videlicet,* Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo; & quodcumque ſolveris, erit ſolutum; *In quo utique auctoritas & poteſtas Eccleſiæ* Romanæ *conſiſtit, quo viribus diminuere; vel ipſi Eccleſiæ auferre ſategit; ſcribens ſe præfati* G. *ſententias non vereri, latam ab eo excommunicationem in ipſum, non ſolum contemtis Eccleſiæ clavibus non ſervando, verumetiam per ſe ac officiales ſuos & illam & alias excommunicationis vel interdicti ſententias, quas idem omnino contemſit, cogendo alios non ſervare. Poſſeſſiones quoque* Romanæ *Eccleſiæ, videlicet* Marchiam, *ducatum* Boneventum, *cujus turres & muros dirui fecit, ac alias quas in* Tuſciæ *ac* Lumbardiæ *partibus, ac quibuſdam aliis obtinebat, locis paucis exceptis occupare non metuens, & eas adhuc detinet occupatas. Et tanquam ei non ſufficeret quod manifeſte con-*

1244. Henric. 3. R. tra juramenta talia veniebat, per ſe vel per ſuos officiales earum poſſeſſionum homines dejerare compulit, ipſos a juramentis fidelitatis, quibus Romanæ tenebantur Eccleſiæ, de facto (cum de jure non poſſet) abſolvens; & faciens eoſdem fidelitatem nihilominus abjurare prædictam, ſibique fidelitatis hujuſmodi juramenta præſtare. Pacis vero ipſum violatorem exiſtere plene conſtat; quia cum olim tempore pacis inter ipſum & Eccleſiam reformatæ juraſſet coram bonæ memoriæ J. de Abbatis villa, Epiſcopo Sabinenſi, & magiſtro Thomaſio tituli ſanctæ Sabinæ presbytero Cardinali, præſentibus multis Prælatis, Principibus, & Baronibus, quod ſtaret & pareret, præciſe abſque ulla contradictione, omnibus mandatis Eccleſiæ ſuper his pro quibus erat vinculo excommunicationis aſtrictus, cauſis ejuſdem excommunicationis expreſſis per ordinem coram eo; tunc omnibus Teutoniæ hominibus, Regni Siciliæ, ac quibuſlibet aliis, qui Eccleſiæ contra ipſum adhæſerant, omnem remittens offenſam & pœnam, & quod nullo tempore offenderet vel offendi faceret ipſos, pro eo quod Eccleſiæ aſſiſterant præſtari in anima ſua per N. Comitem Accerrarum faciens juramentum; [a] poſtremum pacem & juramenta hujuſmodi, nequaquam erubeſcens irretiri perjuriis, non ſervavit. Nonnullos enim ex ipſis hominibus tam nobiles quam alios capi fecit, & eis bonis ſuis omnibus ſpoliatis uxores eorum & filios captivari, & terras Eccleſiæ contra promiſſionem quam eiſdem J. Sabinenſi Epiſcopo, & Thomaſio Cardinali fecerat, irreverenter invaſit; licet tamen ipſi ex tunc in eum præſentem, ſi contra veniret, excommunicationis ſententiam promulgarint; & cum idem ſibi Apoſtolica auctoritate mandaſſent, ut nec per ſe nec per alium impediret, quin poſtulationes, electiones & confirmationes Eccleſiarum & Monaſteriorum in Regno præfato libere de cetero fierent, ſecundum ſtatuta Concilii generalis; & quod nullus deinceps in eodem regno viris Eccleſiaſticis civiliter haberetur. Ac Templariis, Hoſpitalariis, & aliis perſonis [b] Eccleſiaſticis, de damnis & injuriis irrogatis eiſdem ſatisfaceret competenter; ipſe mandatum hujuſmodi adimplere contemſit. Liquet namque undecim ac plures Archiepiſcopales, & multas Epiſcopales ſedes, Abbatias quoque ac alias Eccleſias in Regno vacare prædicto; eaſque procurante ipſo, ſicut aperte patet, fuiſſe diutius Prælatorum regimine deſtitutas, in ipſarum grave præjudicium, & periculum animarum. Et licet forte in aliquibus ejuſdem Regni Eccleſiis electiones ſunt a Capitulis celebratæ; quia tamen per illa ejuſdem familiares clerici ſunt electi, probabili poteſt argumento concludi, quod facultatem non habuerint liberam eligendi. Eccleſiarum autem ipſius Regni non ſolum facultates & bona fecit prout voluit occupari, ſed etiam cruces, calices, thuribula, & alios ſacros Eccleſiarum Theſauros & pannos ſericos, velut cultus Divini contemtor, auferri: licet, ut dicitur, ipſis Eccleſiis (exacto tamen pro eis certo pretio) in parte fuerint reſtituti. Clerici quippe collectis & talliis multipliciter affliguntur; nec ſolum trahuntur ad judicium ſeculare, ſed, ut aſſeritur, coguntur ſubire duella, incarcerantur, occiduntur, & patibulis cruciantur, in confuſionem & opprobrium ordinis clericalis. Præfatis vero Templariis, Hoſpitelariis, & perſonis Eccleſiaſticis, non eſt de damnis illatis eiſdem & injuriis ſatisfactum.

Eum quoque certum eſt fore ſacrilegii patratorem. Nam cum præfati Portuenſis & Præneſtinus Epiſcopi, & quam plures Eccleſiarum prælati & clerici, tam religioſi quam ſeculares, ad Apoſtolicam ſedem pro celebrando concilio (quod ipſe prius petiverat convocari) per mare venirent; viis terræ ipſis de mandato ejus omnino præcluſis, idem deſtinato [c] Enſio filio ſuo cum multitudine galearum, & per alias quandoque plures longe ante locis præparatas, in partibus Tuſciæ maritimis inſidiis poſitis contra eos, ut gravius poſſet virus evomere præconceptum, ipſos auſu ſacrilego capi fecit; quibuſdam Prælatis, & aliis in

a Poſtmodum. b Poſt Eccleſiaſticis ſequitur, ante Epiſtolas p. de vineis Baſileæ excuſas, in pag. 69. [ac rebus eorum imponeret taleas vel collectas: quodque nullus ibidem clericus vel perſona Eccleſiaſtica de cetero in civili vel criminali cauſa, convenirent coram Judice ſeculari: nec ſuper feudis quæſtis] civiliter &c. v. & M. P. c Henrico.

hujuſmodi

hujuſmodi captione ſubmerſis; nonnullis etiam interemtis, & aliquibus hoſtili 1245.
inſecutione fugatis; Reliquis autem bonis ſpoliatis omnibus, & de loco ad lo- Henric. 3.
cum in Regno Siciliæ [a] *approbrioſe deductis, ac ibidem diris carceribus mancipatis: quorum aliqui macerati ſqualoribus & inedia preſſi, miſerabiliter defecerunt. Merito inſuper contra eum de hæretica pravitate eſt exorta ſuſpicio, cum poſtquam excommunicationis ſententiam à præfatis* J. Sabinenſi *Epiſcopo, &* Thoma *Cardinali prolatam incurrerit, & dictus* G. *papa ipſum anathematis vinculo innodavit; ac poſt Eccleſiæ* Romanæ *Cardinalium, Prælatorum, & clericorum, ac aliorum etiam diverſis temporibus ad ſedem Apoſtolicam venientium captione, claves Eccleſiæ contemſerit, & contemnat, faciens ſibi celebrari, vel quantum in eo eſt, potius profanari Divina; & conſtanter aſſeveraverit (ut ſuperius eſt narratum) ſe præfati* G. *ſententias non vereri. Præterea, conjunctus eſt amicitia deteſtabili* Saracenis; *nuncios & munera pluries deſtinavit eiſdem, & ab eis viciſſim cum honorificentia & claritate recepit, eorumque ritus amplectitur, illoſque in quotidianis obſequiis ſecum tenens, eorundem etiam more uxoribus quas habuit de ſtirpe Regia deſcendentibus, eunuchos, præcipue quos ut dicitur ſerio caſtrari fecerat, non erubuit deputare cuſtodes; & quod execrabilius eſt, in partibus exiſtens olim tranſmarinis, facta compoſitione quadam, immo potius colluſione, cum* Soldano, Machometi *nomen in Templo Domini diebus ac noctibus publice proclamari permiſit; & nuper* [b] *[per] nuncios Soldani* Babyloniæ, *poſtquam Soldanus terræ ſanctæ, ac Chriſtianis habitatoribus ejus, per ſe ac ſuos damna graviſſima & inæſtimabiles injurias irrogarat, fecit per Regnum* Siciliæ *cum laudibus ad ejuſdem Soldani extollentiam, ſicut fertur, honorifice ſuſcipi, & magnifice procurari.*

Aliorum quoque infidelium perniciofis & horrendis obſequiis contra fideles abutens, & illis qui damnabiliter vilipendentes Apoſtolicam ſedem, ab unitate Eccleſiæ diſceſſerunt, procurans affinitate ac amicitia copulari, claræ memoriæ ducem Bavariæ, *ſpecialem Eccleſiæ* Romanæ *devotum, fecit, ut fertur pro certo, Chriſtiana religione deſpecta, per* Aſſiſinos *occidi;* & [c] Bachario, *Dei & Eccleſiæ inimico, a communione fidelium per excommunicationis ſententiam, cum adjutoribus, Conſiliatoribus & fautoribus ſuis, ſolemniter ſeparato, filiam ſuam tradidit in uxorem. Catholicorum Principum mores & actus reſpuens, neglector ſanctitatis & famæ, pietatis operibus non intendit. Quinimo, ut de ſuis nefariis diſſolutionibus ſileamus, cum didicerit opprimere, non curat oppreſſos miſericorditer relevare, manu ejus, ut decet Principem, ad eleemoſynam non extenta; cum deſtructioni Eccleſiarum inſtiterit, ac religioſas ac alias Eccleſiaſticas jugi attriverit afflictione perſonas; nec Eccleſias, nec Monaſteria, nec hoſpitalia, nec alia pia loca cernitur conſtruxiſſe. Non igitur hæc levia, ſed efficacia ſunt argumenta de ſuſpicione hæreſis contra eum; cum tamen hæreticorum vocabulo illos jus civile contineri aſſerat, & latis adverſus eos ſententiis deberent ſuccumbere, qui vel levi argumento a judicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare.*

Præter hæc, Regnum Siciliæ *quod eſt ſpeciale patrimonium beati* Petri, & Regnum Siciliæ.
idem Princeps ab Apoſtolica ſede tenebat in feodum; jam ad tantam in clericis & laicis exinanitionem & ſervitutem redegit, quod eis pene penitus nihil habentibus, & omnibus fere exinde probis ejectis, illos qui remanſerunt ibidem ſub ſervili conditione vivere, ac Romanam *Eccleſiam, cujus principaliter ſunt homines ac vaſſalli, offendere multipliciter ac hoſtiliter impugnare compellit. Poſſet & merito reprehendi quod* M. [d] Squafatorum *annuam penſionem, in qua pro eodem Regno ipſi Eccleſiæ* Romanæ *tenetur, per* IX. *annos & amplius ſolvere prætermiſit.*

Nos igitur ſuper præmiſſis, & quam pluribus aliis ejus nefandis exceſſibus, cum fratribus noſtris & ſacro Concilio deliberatione præhabita diligenti, cum Jeſu Chriſti *vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobiſque in beati* Petri

a Opprobrioſe. *b* Deeſt [per] in P. de vinea. *c* Battacio, M. P. *d* Squinatorum. M P.

perſonæ

1245. Innoc. 4. P. *perſona ſit dictum*, Quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum in cœlo; & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum &c. *memoratum Principem, qui ſe imperio & Regnis, omnique honore reddidit tam indignum, quique propter ſuas iniquitates a Deo ne regnet nec imperet eſt abjectus; ſuis ligatum peccatis & abjectum, omnique honore ac dignitate privatum a Domino oſtendimus, denunciamus, & nihilominus ſententiando privamus;* [a] *Cives qui ei juramento fidelitatis tenentur aſtricti, a juramento hujuſmodi perpetuo abſolventes; Auctoritate Apoſtolica firmiter inhibendo, ne quiſquam de cetero ſibi tanquam Imperatori vel Regi pareat vel intendat; decernendo quaſlibet qui deinceps ei velut Imperatori vel Regi conſilium vel auxilium præſtiterint ſeu favorem, ipſo facto excommunicationis vinculo ſubjacere. Illi autem ad quos in eodem imperio Imperatoris ſpectat electio, eligant libere ſucceſſorem. Nos vero de præfato Regno* Siciliæ *cum eorundem fratrum noſtrorum conſilio providere curabimus, ſicut viderimus expedire. Dat.* Lugduni, [b] XVI. *kal.* Auguſti *pontificatus noſtri anno tertio.*

Pet. de Vineis l. 1. c. 3. Frederici Epiſt. ad Anglos. Fredericus *Dei gratia* Romanorum *Imperator ſemper Auguſtus* Hieruſalem & Siciliæ *Rex, Prælatis Eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, & univerſis per Regnum* Angliæ *conſtitutis, quibus præſentes litteræ oſtenſæ fuerint, ſalutem & omne bonum. Etſi cauſæ noſtræ juſtitiam vulgaris famæ præloquium, & regiorum veridica teſtimonia nunciorum ad univerſitatis veſtræ notitiam perduxiſſe credimus: Quia tamen*

Segnius irritant animos dimiſſa per aures,
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus;

Ipſam puram & nudam veritatem proceſſus, quem contra nos ſummi pontifices hactenus habuerunt, veſtro conſpectui præſentamus. Ad inſpectionem plenariam & attentam de tot temporibus & diebus veſtris negotiis deputatis, unum ſufficiens tempus & diem nobis affectio veſtra concedat. [c] *Quod ſi licuerit diligenter attendere conſilia Regia recte conſiderent, ſi ſit in pontificibus* [d] *veſtris pontificalis rectitudinis zelus, ſi nobis tot & tantis injuriis laceſſitis, juſta debuerit an debeat defenſio denegari; ſi demum Chriſti vicarii Chriſti vices impleverint, ſi prædeceſſoris* Petri *ſucceſſores ejus imitentur exemplum. Conſiderent etiam, quo jure cenſeri debeat validus hujuſmodi proceſſus contra nos habitus, vel quo nomine nuncupari. Si dici ſententia debeat, quam Judex incompetens promulgavit. Nam etſi nos, noſtræ catholicæ fidei ſuggerente debito, manifeſtiſſime fateamur a Domini collatam ſacroſanctæ* Romanæ *ſedis antiſtiti plenariam in ſpiritualibus poteſtatem; quantumcumque, quod abſit, ſit ille peccator, ut* quod ligaverit in terra, ſit ligatum in cœlo, & quod ſolverit in terra, ſit cœlo ſolutum; *nunquam tamen Divina poſſit imperia, aut de puniendis temporaliter in privatione regnorum Regibus, aut terræ Principibus judicare; Cum licet ad eam de jure & more majorum, conſecratio noſtra pertineat, non tamen magis ad ipſum privatio ſeu remotio pertinebit, quam ad quoſlibet Regnorum Prælatos qui Reges ſuos, ut aſſolet, conſecrant aut inungunt. Eſto quod ſine præjudicio noſtro quod habeat poteſtatem hujuſmodi; eſtne iſtud de plenitudine poteſtatis ipſius, quod nullo prorſus ordine juris ſervato, animadvertere poſſit in quoſlibet, quos aſſerit ſuæ juriſdictioni ſubjectos? Proceſſit enim contra nos nuper, ut dicitur, non per accuſationis ordinem, cum nec accuſator apparuiſſet idoneus, nec inſcriptio proceſſiſſet; Nec per denunciationem, legitimo denunciatore ceſſante; Nec per inquiſitionis modum, quem clamoſa inſinuatio non præceſſit, cum etiam nullorum inquiſitorum nobis facta extiterit copia, ſi qua forſan Eccleſiaſtica, cum nulli fuerint publice per hujuſmodi judicem ad inquiſitionem adducti. Aſſerit omnia fore notoria, quæ nos eſſe notoria manifeſte negamus, & eſſe notoria per legitimum teſtium numerum non probantur. Sic enim quilibet judex poſſet per ſe ipſum cri-*

a Omne que. *b* XVII. M. P. *c* MS. noſter, quo ſi licuerit diligenter attento conſilia veſtra. *d* P. V. noſtris.

men

men aſſerendo notorium, ſpreto juris ordine quemlibet condemnare. Inſurrexerunt in nos, ut dicitur, in Concilio teſtes iniqui, ſed valde perpauci, quorum unum, videlicet Galienſem Epiſcopum, ſuis, fratre videlicet & nepote, per nos ex cauſa proditionis ad ſuſpendium legitime condemnatis, offenſa rationalibus nobis reddidit odioſum, & juſte propterea repellendum; Alios tanquam ex ultimis Hiſpaniæ partibus prodeuntes, Compoſtellanum & Terragonenſem antiſtites, negotiorum Italiæ natalis zonæ longinquitas inſcios, & eoſdem venenoſæ ſubornationis inductio noſtræ juſtitiæ fecit eſſe infeſtos. Eſto præterea quod legitimi fuerint, ſubſiſtentibus teſtibus; actor & judex; defuit tertius, reus, qui vel præſens, vel contumaciter abſens, ſecundum juſtitiam debuit condemnari. Citati namque in prædicatione ſua Lugduni, ſicut audivimus, licet informiter [a] videlicet quia ipſi citati, & aliis nullis aliorum omnino perſonis & cauſis expreſſis, facturi juſtitiam deberemus per nos vel per reſponſales idoneos comparere. Præſentes pro certo non fuimus, ſed ex juſtis cauſis abſentes, ad quarum allegationem admiſſi reſponſales noſtri legitime non fuerunt. Nec abſentes contumaciter fuimus; cum præter quod nulla fuit citatio, ut eſt dictum, peremtorium terminum, prout ordo juris expoſtulat, citatio non haberet, prout citationis forma Principibus & Prælatis miſſa per literas evidenter oſtendit. Contumaciam noſtram magiſtri Thadæi de Sueſſa, magnæ Curiæ noſtræ Judicis, fidelis noſtri procuratoris, plenum mandatum excuſat, cujus auctoritas ex eo quod contra nos non ex civilibus ſed ex criminalibus ſit proceſſum, ad quæ fruſtra procurator intervenit, nullatenus enervatur; cum ipſius citationis tenor, quæ nos aut procuratores noſtros exegit, manifeſte contrarium dediſſet intelligi, videlicet quod non contra nos criminaliter, ſed tantum civiliter eſſet agendum; prædictis etiam omnibus abſque juſtitiæ noſtræ præjudicio circumſcriptis. Dato quod manifeſte fuerimus contumaces, non eſt illa legitima contumaciæ pœna; quoniam delatus aut accuſatus & contumax per diffinitivam ſententiam, ante cæptum rite judicium, privato vel publico judicio nullo de ſua cauſa diſcuſſa debeat condemnari. Sunt enim in natalibus aliæ contumaciam panæ civilibus legibus vel Canonicis introductæ. Denique poſito quod omnia prædicta juris * præſidia irrefragabilia cauſæ noſtræ deficiant, ipſius tantum pronunciationis tenor ipſam ſententiam nullam oſtendit; per quam non procurator noſter præſens, ſed nos abſentes extitimus condemnati; quam ipſo jure nullam eſſe ſententiam, leges & jura quælibet manifeſte declarant. Evidentem quoque proceſſus & procedentis iniquitatem cauſæ denotant quas in ſententia comprehendit, a quibus nos incorruptibilis veritas & publica munimenta defendunt, prout ſeriatim hæc fida relatio latoris præſentium, & ipſorum munimentorum tenor, manifeſte profitentur; quanquam tam diræ pœnæ ſententiam, ſi tamen ſententia dici poteſt quæ contra nos præcipitata dignoſcitur, contra Romanum Principem omnia prædicta & ſingula minime ſuffeciſſent; Manifeſtum namque præcipitium ex præſuſcepto jamdudum animi fervore fuiſſe dinoſcitur in prædictis. Dominum enim Friſigenſem Epiſcopum, dilectum Principem fratrem H. magiſtrum domus Hoſpitalis ſanctæ Mariæ Teuthonicorum, & Magiſtrum P. de Vinea magnæ curiæ noſtræ judicem, dilectos & fideles noſtros, quos ultimo pro omnimoda conſummationæ tractatæ pacis ad Concilium miſeramus, ſaltem per triduum ſummus pontifex noluit præſtolari. Nam expectato etiam magiſtro Waltero de Ocra Cancellano vicario noſtro, [b] cui de conniventia ſummi pontificis & quorundam de fratribus ad nos miſſus per xx. dies debuit expectari, nec fuit ſolummodo per biduum quo tempore prædicti proceſſus iniqui Lugdunum diſtabat ad multam nobilium & quamplurium aliorum [c] juſtitiam Prælatorum expectatus. Apparet nihilominus animoſa nimis & ampulloſa, non minus ex ipſius inflictæ pœnæ [d] ſeveritatis ſententia, per quam Imperator Romanus, Imperialis rector, & Dominus majeſtatis, læſæ majeſtatis crimine dicitur condemnatus, per quam ridiculoſe legi ſubjicitur, qui legibus omnibus imperialiter eſt ſolutus, de quo tem-

1245. Innocent 4.

P. V. Præſidio fulciantur, licet irre ragabiliter cauſæ noſtræ deſerviant.

a Fuimus. b Leg. qui. c Lege inſtantiam. d f. Severitate.

1245. Henric. 3. R. *porales pœnæ ſumendæ non ſunt in homine ſed in Deo, cum temporalem non habeat ſuperiorem, ſpirituales autem pœnas per ſacerdotales nobis pœnitentias indicendas tam pro contemtu clavium quam pro aliis tranſgreſſionis humanæ peccatis nedum, a ſummo pontifice quam in ſpiritualibus patrem noſtrum & Dominum profitemur, ſi tamen ipſe nos filium debita relatione cognoſcat; ſed per quoſlibet ſacerdotes reverenter accipimus, & devote ſervamus. Ex quibus omnibus manifeſte liquet, quam ignominioſe, quam injuſte habendos nos de catholica fide ſuſpectos, quam nos, teſte ſupremo judice, in omnibus & in ſingulis ejuſdem fidei articulis ſecundum univerſalis Eccleſiæ diſciplinam, & approbatum per* Romanam *Eccleſiam ſymbolum, firmiter credimus & ſimpliciter confitemur.*

Advertat igitur induſtria veſtra, ſi prædicta nulla ſententia ipſo jure, proceſſus ipſo jure nullus, non magis in noſtram quam in omnium regum & principum, ac quarumlibet temporalium dignitatum perniciem debeat obſervari, quam nulla Germaniæ *Principum, a quibus aſſumtio, ſtatus & depreſſio noſtra dependent, præſentia vel conſilia firmaverunt. Advertat & aliud, qualis ex iſtis initiis exitus expectetur; A nobis incipitur, ſed pro certo noveritis, quod in aliis regibus & principibus finietur, a quibus publice gloriantur, reſiſtentiam aliquam minime formidare, ſi (quod abſit) poſſet per ipſos noſtra potentia primitus conculcari. Regni igitur veſtri juſtitiam in cauſa noſtra defendite, ſuis & ſuorum hæredibus providete; Nec illud omittimus, quin fidei regalis conſtantiam ex affinitatis fœdere adpræſens fiducialiter requiramus, ut nedum quod adverſario noſtro, nunciis aut legatis ipſius, occulte vel publice faveat, quin potius nobis toto poſſe aſſiſtat viriliter & potenter, Nullum omnino nuncium aut legatum, popellum ſuæ juriſdictioni ſubjectum, in noſtrum diſpendium molientem convertere, nullatenus admittere debeat. Pro certo ſcituri, quod per nos, in quibus incoacta eſt tantæ temeritatis audacia, quod ad privationem noſtri velut cujuſlibet ſacerdotis pontificalis auctoritas officium ſuæ juriſdictionis extendit, taliter aſtante nobis & noſtris auxiliis dextera Regis Regnum quæ juſtitiam ſemper comitatur, iſtis principiis occurretur; dummodo ſe nobis illorum potentia non opponat, Regum & principum ſcilicet, quos communiter cauſa noſtra contingit, & quorum non minus vertitur intereſſe quam noſtrum, quod nobis & aliis* [[a] *orbis*] *terræ nobilibus cauſam juſti timoris in talibus noſtra defenſio non relinquet. Inviti tamen hoc facimus, Deo teſte, ſed neceſſario provocati, velut qui peſte multiplici Chriſtianitatem noſtris temporibus videmus attritam, ad cujus auxilium una nobiſcum, prout nuperrime Regiæ magnificentiæ ſcripſimus, totis intendere viribus ſperabamus. Requirat autem hoc de manu ejus Deus qui tanto diſcrimini, quod toti fere Reipublicæ Chriſtianæ minatus excidium, materiam ſubminiſtrat. Dat.* Taurini, II. *kal.* Auguſti, *Tertiæ Indictionis.*

1246. Anno Domini M. CC. XLVI. Dominus *Mathæus* Cellerarius de Melros in Abbatem eligitur in craſtino ſanctorum *Tiburcii* & *Valeriani*; & in die Aſcenſionis à Domino *Willielmo* Epiſcopo *Glaſguenſi* ſolemniter in Eccleſia de Melros benedicitur. Corpus Domini *Henrici* de *Balolf* à ſancto *Jacobo* deportatur, & in capitulo de Melros honorifice tumulatur. Item Abbas *Mathæus* de ſancto *Servano* deponitur, & *Gaufridus* Prior de Neubotil ſubrogatur. Item Canonizatio ſancti *Edmundi* Archiepiſcopi.

1247. Anno Domini M. CC. XLVII. Dominus *Thomas* de *Canna* in domo de Melros moritur & ſepelitur. Item *Philippus* de *Peccokes*, & *Robertus* de *Curri*, & *Adam* de *Lomekeſtun* ibidem deportantur & ſepeliuntur, cum *Ada* de *Baylolf*, qui juxta patrem ſuum tumulatur; & magiſter *Willielmus* de Abirdene. Cui ſucceſſit magiſter *Petrus* de *Rameſeya*. Mutatio monetæ.

1248. Anno Domini M. CC. XLVIII. Nobiliſſimus Rex *Francorum Ludovicus*, & multi alii tam nobiles quam ignobiles, natale ſolum pro Chriſto relinquentes, *Hieroſolymam* profecti ſunt; qui ad inſulam *Cypri* venientes, ibidem hyemaverunt. In eodem itinere Dominus *Patricius* Comes de *Dunbar* migravit

a Deeſt *orbis* in MS.

gravit de hac luce: Cui ſucceſſit dominus *Patricius* filius ejus. Dominus *Johannes* de *Cranforde* apud **Melros** ſepelitur. Obiit dominus *Hugo* Abbas de **Belcon**. Cui ſucceſſit *Robertus* de *Smalhame*, ejuſdem domus Monachus. Dominus *Nicholaus* Epiſcopus *Dunelmenſis* paſtoralem curam reliquit. Cui ſucceſſit dominus *Walterus* de *Kyrcham*, Decanus *Eboraci*. 1248. *Henric.* 3.

Anno Domini M. CC. XLIX. Obiit dominus *Gilbertus* Epiſcopus *Brehinenſis*; Cui ſucceſſit dominus *Robertus*, ſuus Archidiaconus. Rex *Francorum Lodovicus Cypricam* inſulam deſerens, ad illam famoſam *Damietam* devenit, quam viriliter debellans, interfectis hoſtibus cepit, & cum ſuo exercitu XI. kal. *Julii* introivit. Obiit dominus *Philippus* Abbas de **Gedewrd**; Cui ſucceſſit *Robertus* de *Gyſeburne*, ejuſdem domus Canonicus. 1249.

Eodem anno inclytus Rex *Scottorum Alexander*, dum ad ſedandas *Ergadiæ* partes proficiſcitur, gravi infirmitate corripitur, & ad inſulam de **Kernerei** deportatur, ubi perceptis Eccleſiaſticis ſacramentis, ejus felix anima ex hac luce eripitur, & cum ſanctis omnibus, ut credimus, in cœlis collocatur; Corpus vero ejus, ut ipſe adhuc vivus imperaverat, ad *Melroſenſem* Eccleſiam tranſportatur, & in ea more Regio terræ gremio commendatur. Anno igitur ætatis ſuæ LI. & Regni ſui XXXI. VIII. idus *Julii*, feria quinta, ex hac luce migravit; & Regnum ſuum *Alexandro* filio ſuo, puero fere octo annorum, dereliquit; qui patrio more III. idus *Julii* à magnatibus Rex conſtitutus, in paterno ſolio collocatur, & ut legitimus hæres ab omnibus honoratur. Obiit *Robertus* Abbas de **Gedewrd**, Cui ſucceſſit *Nicholaus* ejuſdem domus Canonicus. *Alexan* 2 *R. Scotorum obit.*

Anno Domini M. CC. L. Cum cuncta proſpera eveniſſent exercitui Chriſtianorum, ob ſuperbiam præcipue ut fertur *Francorum*, traditur militia Chriſtianorum paganis, qui victoria potiti feria ſexta in prima hebdomada Quadrageſimæ, non ſine maxima jactura ſuorum, miſerabili cæde Chriſtianos affecerunt; Ipſum etiam Regem *Franciæ* apprehendentes vivum adduxerunt, & aliquanto tempore apud ſe honeſtiſſime retinuerunt; ac poſtea redemtione data, & trevis inter ſe compoſitis, liberrime repatriare permiſerunt. Poſt autem diſceſſum Regis, pagani [a] *Damieram* intrantes, & templa cum ſimulacris ſuis ſubverſa cernentes, ultra modum irati, fractis trevis, omnes Chriſtianos quos invenire potuerunt, diverſo mortis genere peremerunt. His auditis, Rex *Acon* rediit, ibique à cruce ſignatis auxilium expectavit. 1250. *Francor. R. capt.*

Dominus *Robertus* de *Campo muſcarum* apud **Melros** ſepelitur. Ad regimen Epiſcopatus de **Dunkelden** poſt obitum Epiſcopi *Gaufridi*, eligitur magiſter *Ricardus* de *Inberketyn*, & conſecratur. Obiit *Fredericus*, qui fuit Imperator. Obiit *Adam* Abbas de **Dundraynan**, & *Briannus* ejuſdem domus Monachus ei ſucceſſit.

Anno Domini M. CC. LI. Obiit *Radulfus* Abbas de ſancto *Edwardo*, cui ſucceſſit *Johannes*, ejuſdem domus Monachus, & quondam Prior de **May**. Per idem tempus Dominus *Herbertus* Abbas de **Kynlos**, vir grandævus abbatizare recuſavit. Cui *Ricardus* ejuſdem domus Monachus ſucceſſit. 1251.

Eodem anno obviaverunt apud *Eboracum* H. Rex *Angliæ*, & A. Rex *Scotiæ*, cum magnatibus utrorumque regnorum, & in die natalis Domini ſuſcepit à Rege *Angliæ* Rex *Scotiæ* arma militaria; & in craſtino copulavit ſibi in matrimonium filiam prædicti Regis primogenitam, nomine *Margaretam*; unde factum eſt ut *Alanus* oſtiarius, & quidam alii ibidem accuſarentur apud Regem *Scotiæ* de ejus proditione; Quapropter multi officia ſua coacti ſunt relinquere, alii ſibi timentes fuga lapſi turpiter repatriaverunt. Sed Rex *Scotiæ* cuncta moderate, & cum conſilio Regis *Angliæ* honeſtiſſime faciens, repatriavit cum ſua conjuge. Et hæc cauſa accuſationis. Afferebat Rex *Angliæ* ſibi intimatum fuiſſe Dominum *Alanum* oſtiarium *Scotiæ*, & etiam tunc juſtitiarium, cum complicibus ſuis nuncios cum mu- *Reges Angl. & Scot. Eboraci.* *Alanus Oſtiarius.*

[a] Sic MS. ſed Damietam.

 neribus

1251. *Innoc. 4. P.* neribus ad dominum papam direxiſſe, quatenus filias ſuas, quas ex ſorore Regis genuerat, taliter legitimaret, ut ſi quid ſiniſtrum Regi *Scotiæ* eveniret, illæ tanquam hæredes legitime ei in regno ſuccederent; Quod ſi impetraſſet, nulli dubium quin proditor Regis & Reginæ fieret.

1252. Anno Domini M. CC. LII. *Johannes* Abbas de ſancto *Edwardo* ſuo ceſſit officio, & dominus *Adam* portarius de Melros ei ſucceſſit. Eodem anno ex hac luce migraverunt *Gaufridus* Abbas de ſancto *Servano*, & *Robertus* Abbas de Dere; & factus eſt Abbas de Dere *Henricus* Prior de Kynlos; & de ſancto *Servano*, *Michael* ejuſdem domus portarius.

1253. Anno Domini M. CC. LIII. Obiit *Willielmus* filius Comitis; & *David* Epiſcopus ſancti *Andreæ* ex hac luce tranſivit: Poſt cujus tranſitum facta eſt diſſenſio in electione; unde facta appellatione, Prior ſancti *Andreæ* ex una parte legatos ſuos cum Canonicis, & Rex ex altera parte ſuos nuncios cum magiſtro *Abel*, ad curiam *Romanam* tranſmiſerunt. Sed magiſter *Abel*, ut fertur, magis diligens ſuam promotionem, quam Regis aut Regni honorem, à ſummo Pontifice in Epiſcopum ſe ipſum conſecrari fecit; & ſic à curia diſceſſit. Obiit Dominus *Gillebertus* Epiſcopus *Candidæ Caſæ*; poſt quem electus eſt dominus *Henricus* Abbas de *Sancta Cruce*; & de *Sancta Cruce* factus eſt Abbas dominus *Radulfus* ejuſdem domus Canonicus.

Eodem anno H. Rex *Angliæ* transfretavit, ut ſedaret terras ſuas tranſmarinas; quem ſecutus eſt *Alanus* oſtiarius *Scotiæ*, & hoſtes Regis *Angliæ* fortiter debellavit & devicit; unde Regis amicitiam non ſolum recuperavit, ſed & accuſatores ſuos apud eundem Regem cum complicibus ſuis in multis accuſavit; unde magna diſſenſio inter magnates Regni *Scotiæ* crevit, ut in ſubſequentibus apparebit. Obiit *Robertus Groſtet* Epiſcopus *Lincolniæ*. *Alanus Oſtiarius.*

1254. Anno Domini M. CC. LIV. Magiſter *Abel*, Regis conſilio inprimis contradicente, ſed poſtea annuente, *Scotiam* ingreditur, & in Epiſcopatu ſuo honorifice ſuſcipitur; qui eodem anno ex hac luce eripitur. Poſt quem magiſter *Gamelinus* Regis Cancellarius à Priore & Conventu ſancti *Andreæ* eligitur, & à Rege & conſiliariis ejus in Epiſcopatu confirmatur. Rex *Franciæ* à *Hieroſolymis* repatriavit. Et *Edwardus* Regis *Angliæ* primogenitus filiam Regis *Caſtellæ* ſibi in matrimonium aſſumſit, & ab eo miles factus eſt. Obiit *Innocentius* papa, ſucceſſit *Alexander*. *Alexan. 4. P.*

1255. Anno Domini M. CC. LV. Convenerunt apud Edenburc ad dominum Regem omnes natu majores *Scotiæ* ex una parte, ſed & *Alanus* oſtiarius & fautores ejus ex altera parte, qui multiplicati erant valide quaſi ad habendam locutionem de pacis reformatione, re autem vera de domini ſui Regis captione. Nam cum ibidem ſtatuiſſent ut apud Striveline infra paucos dies deberent iterum convenire, & ibidem proculdubio pacem reformare, abiiſſentque conſiliarii Regis cum ceteris magnatibus, ut ea quæ neceſſaria forent ad tantum diem, præpararent: ſubito Comes *Patricius* & ceteri qui ex altera parte erant, armati caſtellum *Puellarum* intrantes, & quotquot ex Regis familia erant ejicientes, ipſum dominum ſuum Regem ceperunt, & ex ſuis armatis caſtellum munierunt, mandantes ceteris ſuis ſociis, ut eis in auxilium ad deducendum Regem quo vellent præpararent, quod promtiſſime fecerunt. Advenerat enim eis in auxilium de *Anglia* Comes *Clandioceſtriæ* dictus [a] *V.* de *Clara*, per cujus conſilium prædictam proditionem perpetraverant cum armata manu; ſed & Rex *Angliæ* eum ſequebatur cum ſua conjuge. Cumque Conſiliarii & tutores Regis audiſſent Regem captum, vehementi dolore affecti, & de tanta proditione admirati, ſtatuerunt exercitum adunare & ei ſuccurſum præbere; quod adverſarios eorum minime latuit. Et ideo Regem cum manu valida uſque ad Rokeburch deduxerunt, & caſtellum introeuntes, ex ſuis ſtatuerunt qui ad voluntatem eorum illuc cuſtodirent. Ipſi vero aſſumto Rege & Regina ſecum obviaverunt Regi *Angliæ* apud Werche, & locutione aliquantulum amicabiliter prægu- *Alanus Oſtiarius.* *R. Scotorum captus.*

[a] f. R.

ſtata,

ſtata, Rex quidem *Scotiæ* eadem repatriavit die, ſed Regina ejus ibidem remanſit cum matre ſua. Nam Rex *Angliæ* à Rege *Scotiæ* & ejus conſiliariis invitatus Rokeburch in die aſſumtionis beatæ *Mariæ* intravit, cui occurrens Rex *Scotiæ* eum cum ingenti gaudio ſuſcepit, & cum magna proceſſione in Eccleſia de Kalchou introduxit; ubi habita locutione commendavit Regem & Regionem Comiti de Dunbar & ejus complicibus, & ſic poſt refectionem regalem repatriavit, moleſte ferens quod Epiſcopus *Glaſguenſis*, & electus ſancti *Andreæ*, ſed & *V. Cumin* dictus Comes de Maneteth, cum ceteris magnatibus terræ, noluerunt apponere ſigilla ſua ad quoddam nefandiſſimum ſcriptum quod prædicti conſpiratores fecerant & ſigillis ſuis munierant, in quo multa quæ ad dedecus Regis & Regni provenire poterant, continebantur. 1255. *Alex.* 4. *P.*

Eodem anno in die ſancti *Stephani*, quæ tunc Dominica habebatur, magiſter *Gamelinus* in Epiſcopum ſancti *Andreæ* in ſede ſua ab *Willielmo* Epiſcopo *Glaſguenſi* conſecratur, licet conſiliarii Regis miſſis nunciis prohiberent. Conſecratus eſt etiam dominus *Henricus* electus *Candidæ caſæ* à *Waltero Eboraci* Archiepiſcopo; qui *Walterus* eodem anno obiit; & magiſter *Sewal*, ejus Decanus, ei ſucceſſit. Obiit *Johannes* Abbas de *Holme*, cui ſucceſſit *Henricus* ejus Monachus.

Anno Domini M. CC. LVI. Dominus *Walleranus* de *Normanvil* apud Melros ſepelitur. *Ricardus* frater Regi *Angliæ* ad imperium *Alemanniæ* eligitur; & *Sewale* conſecratur. 1256. *Ricardus Rex Roman.*

Eodem anno Epiſcopus *Gamelinus* à Conſiliariis Regis exlegatur, tum quia nefandis eorum conſiliis adquieſcere noluit, tum quia dare quandam ſummam pecuniæ quaſi pro emtione ſui Epiſcopatus contemſit; & quia *Scotia* eum à ſe abjecit, & *Anglia* ei per ſe tranſitum denegavit, duce *Neptuno Gallias* petiit, ac ſic audacter contra adverſarios ſuos curiam *Romanam* adiit. Poſt cujus abſceſſum, Regis conſiliarii bona ſui Epiſcopatus diripuerunt, & pro libitu ſuo dilapidaverunt.

Obiit *Petrus* Epiſcopus de Aberden, cui ſucceſſit *Ricardus* de *Pottun*. Obiit *Rogerus* Abbas de Neubotbel, dum redit de capitulo, & apud *Vallem Dei* ſepelitur; In cujus loco *Willielmus* ejus Prior ſubrogatur.

Anno Domini M. CC. LVII. Coronatio Regis *Alemanniæ*. Rex *Angliæ Walenſes* debellavit, à quibus devictus ad propria remeavit. Hoc anno venerunt legati miſſi à tutoribus Regis *Scotiæ* ad dominum papam, accuſantes ex parte Regis Epiſcopum ſancti *Andreæ*; Qui cauſis ex utraque parte auditis & probatis, proprio ore pronunciavit ipſum Epiſcopum ab omnibus criminibus ſibi injuſte illatis eſſe immunem, & Epiſcopatu digniſſimum; accuſatores ejus & dilapidatores ſive invaſores Epiſcopatus excommunicavit, mandans *Clementi* Epiſcopo de Dunblain, & M. de Melros & N. de Gedeworth Abbatibus, quatenus ſententiam à ſe prolatam, per Regnum *Scotiæ* pulſatis campanis & cæreis accenſis in commune prius, ac deinde ſi contumaces exiſterent, nominatim in conſiliarios Regis divulgarent: quod ipſi apud Strivelin denunciaverunt; & poſt multas admonitiones, etiam in eis reſipiſcere nolentibus in Eccleſia conventuali de Kambuskinele nominatim intulerunt. Cernentes igitur omnes majores natu *Scotiæ*, quorum caput erat *Walterus Cumin* dictus Comes de Maneteth, inter manus excommunicatorum dominum ſuum Regem converſantem, & timentes ne tota terra interdicto ſubjaceret, ſurrexerunt & de eorum manibus apud Kinros eum eripientes, ſuo Regno reſtituerunt. Hoc audiens totius mali architectus *Alanus Oſtiarius*, & timens pro proditione qua Dominum ſuum Regem ceperat, ad Regem *Angliæ* fugit; ceteri vero complices ejus huc illucque ſunt diſperſi. *Alanus Oſtiarius.*

Anno Domini M CC. LVIII. A. Rex *Scotiæ* venit Rokeburch cum exercitu ſuo, ut rebelles & excommunicatos proditores ſuos ſibi ſubjugaret. Qui inducias petentes, & ſe ei & ejus legibus parere doloſe promittentes, diem 1258.

1248. diem apud 𝔉𝔬𝔯𝔣𝔞𝔯 ſtatuerunt, ut ibi quicquid deliquerant emendarent.
Henric. 3. Quibus acceptis, iter ad Regem *Angliæ* arripuerunt, poſtulantes ut contra eorum adverſarios ejus conſilio tuerentur & auxilio. Interea *Scoti* & *Galwithienſes* qui in exercitu fuerunt, & in quadrageſima, & etiam in ipſa die Paraſceue carnes comederunt, infœliciter ad propria revertentes, patriam in multis ſpoliaverunt.

Per idem tempus G. Epiſcopus ſancti *Andreæ* à Rege ab exilio revocatus, ſuo Epiſcopatui reſtauratur. Obiit *Clemens* Epiſcopus *Dunbleinenſis*, poſt quem electus eſt magiſter *Robertus* dictus *de Præbenda*, ejuſdem Eccleſiæ Decanus. Item obiit *Sewal Eboracenſis* Archiepiſcopus, cui ſucceſſit *Godefridus* ejuſdem Eccleſiæ Decanus.

Circa vero nativitatem beatæ *Mariæ* iterum venit Rex *Scotiæ* cum ſuo exercitu contra prædictos proditores, quos audierat cum manu armata & quibuſdam magnatibus à Rege *Angliæ* adveniſſe. Cum igitur Rex *Scotiæ* exercitum ſuum expectaret apud 𝔐𝔢𝔩𝔯𝔬𝔰, venerunt ad eum ex parte Regis *Angliæ* Comes *Herfordiæ* & Comes *Albamare* & *Johannes* de *Balolf*, quaſi ut populum ſedarent, & pacem inter prædictos proditores & eorum adverſarios reformarent; ſed revera, ut fama afferebat, ut Regem iterum caperent, & ſecum ad Regem *Angliæ* deportarent: quod Regem *Scotiæ* minime latuit, & ideo eis diem apud 𝔊𝔢𝔡𝔢𝔴𝔯𝔡 in craſtino ſtatuit, in cujus foreſta magna pars ſui exercitus jam erat adunata. Audierat ſiquidem quod prædicti nuncii dimiſerant *Johannem Maunſel* cum armata manu & prædictis proditoribus in caſtello de 𝔑𝔬𝔯𝔞𝔪. Convenientibus igitur in craſtino apud 𝔊𝔢𝔡𝔢𝔴𝔯𝔡, mutuum habuerunt fere per tres hebdomadas colloquium; In quibus diebus *Robertus* Abbas *Calceuienſis* ex hac luce eripitur; & *Patricius* ejuſdem domus Monachus ei ſubrogatur. Sed & *Scoti* & *Galwithienſes* fere totam patriam illam depopulati ſunt. Poſt vero expletionem trium hebdomadarum, cernentes prædicti nuncii exercitum *Scotiæ* jam adunatum, & ſuper ſe irruere, ſi moram facerent, præparatum; ſe etiam nec vires ad reſiſtendum habere; pacem inter prædictos & eorum adverſarios pepigerunt; & ſic pace reformata, unuſquiſque reverſus eſt ad propria.

In die autem ſancti *Michaelis* dominus *Willielmus* Abbas de *Cypro* humili devotione curam regiminis in capitulo de 𝔐𝔢𝔩𝔯𝔬𝔰 depoſuit; Ad quam *Willielmus* ejus cellerarius regendam acceſſit. Obiit dominus *Walterus Cumin* Comes de 𝔐𝔞𝔫𝔢𝔱𝔢𝔱𝔥. Item venerabilis pater noſter *Willielmus* Epiſcopus *Glaſguenſis* migravit ex hoc ſeculo in vigilia ſancti *Martini*, & in die ſancti *Bricii* apud 𝔐𝔢𝔩𝔯𝔬𝔰 juxta magnum altare ſepelitur. Poſt quem electus eſt magiſter *Nicholaus* Diaconus de 𝔗𝔢𝔳𝔦𝔡𝔞𝔩𝔢, & a Rege confirmatus; qui poſt purificationem curiam *Romanam* adiit, ut à ſummo pontifice munus conſecrationis poſſet percipere.

1259. Anno Domini M. CC. LIX. Magiſter *Nicholaus Glaſguenſis* electus à Curia *Romana* ſine munere conſecrationis repatriavit; tum quia quandam ſummam pecuniæ quam poſtulabant Papa & Cardinales, noluit porrigere, ne in ovile ovium videretur non introiiſſe per oſtium; tum quia hi cum eo quaſi ad auxilium venerant, verſa vice contra eum totis viribus ſtabant, Quorum caput extitit R. electus *Dunblaynenſis*, qui cæcatus elatione, æſtimabat, illo quaſſato, facile ſe ad Epiſcopatum *Glaſguenſem* poſſe conſcendere; quod minime evenit, nam magiſter *Johannes* de *Chyum* conſecratur, & ad Eccleſiam *Glaſguenſem* regendam à latere domini Papæ dirigitur. *Willielmus* Abbas de 𝔑𝔢𝔲𝔟𝔬𝔱𝔦𝔩 paſtoralem curam reliquit. Ad quam regendam dominus *Adam* Cellerarius de 𝔐𝔢𝔩𝔯𝔬𝔰 in die ſancti *Vincentii* acceſſit.

1260. Anno Domini M. CC. LX. Magiſter *Johannes* Epiſcopus *Glaſguenſis*, petita à Rege *Scotiæ* licentia & accepta, ejus terram ingreditur, & ſic ei præſentatur, à quo benigne ſuſceptus, ad ſedem ſuam tranſmittitur, ibique ſolemniter inthronizatur. Item Abbas A. de 𝔅𝔞𝔩𝔪𝔲𝔯𝔦𝔫𝔞𝔱𝔥 regimen quod

pro

pro infirmitate diutius tenere non potuit, ſucceſſori ſuo, ſcilicet *Adæ* ejuſdem domi Monacho dereliquit. Abbas etiam *Patricius Kalconiæ* ſeipſum demiſit, & *Henricus* de Lambeden ei ſucceſſit. Obiit *Walterus Dunelmenſis* Epiſcopus; cui ſucceſſit *Robertus*, ejuſdem domus Monachus. Nata eſt etiam in *Anglia* primogenita Regis *Scotiæ*, nomine *Margareta*. *Michael* Abbas de ſancto *Servano* ceſſit, & *Johannes* ejus Monachus ſucceſſit. 1260. *Henric. 3. R.*

Anno Domini M. CC. LXI. Obiit papa *Alexander*, cui ſucceſſit *Urbanus*. Item dominus *Matheus* Abbas de Melros XVI. ſigillum ſuum vigilia ſancti *Jacobi* in Capitulo Priori ſuo, ob infirmitatem corporis, ad cuſtodiendum commendavit, & ſic paſtorali curæ valefecit. Poſt cujus ceſſionem die ſancti *Petri ad vincula*, dominus *Adam* Abbas de Neubotil eligitur unanimiter à conventu, & inſtallatur; & regimini de Neubotil præficitur *Wido* ejuſdem domus portarius. 1261. *Urbanu 4. Papa.*

Anno Domini M. CC. LXII. H. Abbas de Dere à regimine ſui gregis abſolvitur. Hoc etiam anno obiit dominus T. filius *Raynulfi*, & *Juliana* ejus ſponſa, quorum corpora ad *Melroſenſe* cœnobium ſunt delata, atque in die *Cœna* honorifice tumulata. Eodem anno obiit *Alanus* Epiſcopus *Ergadiæ*. 1262.

Quoniam, ut dicit *Papias* diſtinctione tertia *Elementarii*, *Chronica* dicuntur enarrationes temporum præteritorum, vel *Chronica*, ſecundum quendam alium, poſſunt dici teſtes temporis, dilucidationes veritatis, memoriæ recordationis, nuncia vetuſtatis; ideo poſtquam injuncta fuit mihi cura Chronicorum faciendorum, placuit revocare ad memoriam nonnulla, cum adjectione enarrationum temporum ſuccedentium, partim ab eiſdem narratarum, partim à meipſo narrandarum quæ de præteritis temporibus ſunt omiſſa à chronographis, qui curam chronicorum ante me geſſerunt. Indignum enim eſt ut prætereantur non ſcripta ea miracula quæ Deus fecit pro viris orthodoxis veræ ſanctitatis multiplici merito, in congregatione *Melroſenſium* Monachorum inſignitis. Et idcirco inprimis cujuſdam glorioſi Monachi ejuſdem cœnobii memoriam & nomen hic retexo. *Præfatio Scriptoris, qui Chronica ſequentia pertexuit.*

Fuit in diebus venerabilis Abbatis de Melros *Adam* de *Harcarres*, quidam alius *Adam* quem nominavi *Monachum glorioſum*, de provincia *Eboracenſi* oriundus. Hic cum quadam die eſſet in pomærio præfati cœnobii, non ſine alicujus utilitatis cauſa, mox ut audivit primum ſignum veſpertinæ ſynaxeos pulſatum, properans ad Eccleſiam, vidit eminus poſticium portæ, per quod jam paulo ante tranſierat, patefactum, cum rediret ante ſe ſera firmiter obſeratum; claudebatur ſimiliter & porta grandis illius poſticii ſera fortiſſima; unde quid tunc ageret, omnino ignoravit. Dum itaque ſtaret ante portam in anguſtia cordis ſui, ecce ſubito Divinitus poſticium per ſe apertum eſt ei, per quod ad votum exivit. Ex qua re penſandum eſt, quod ſe facili intravit in Regnum cœlorum, qui de tam facili meruit habere poſticium fortiter clauſum à Deo ſic ſibi reſeratum. O beata cœlorum Domina, puto illud oſtiolum per te fuiſſe illi patefactum ex ima conjectura. Nam dum quadam die ſtaret ante te, coram altari ſancti *Stephani* protomartyris, videre te meruit, non immediate ſuper terram, non parieti, non alicui alteri materiæ corruptibili innixam, ſed ut vir Dei retulit, vidit te in ſpatioſo aere Eccleſiæ, nunc mobiliter, nunc immobiliter, prout volebas, ſtantem ante ſe devotiſſimus tuus amator, pulcherrimo ſed tenuiſſimo candidiſſimoq; indumento inconſutili circumamictam. Hic dum putaret ſe à nemine poſſe videri, nunc faciebat genuflexiones, nunc inſinuoſas manuum tripudiationes, cum valde mira hilaritate tripudians coram dilecta. Quæ geſta dum perpenderet, quidam Monachus retro virum Dei non multum prope ſtans, clam receſſit à loco ſtationis ſuæ, ne forte ingrueret contra illum, ſi tunc forte motus gaudentis increpaſſet putative fatuos & inordinatos, ira ſancti viri; Qui poſtmodum veniens ad tripudiatorem genitri- *Adam Monachus glorioſus.*

cis

1259. Henric. 3. cis Dei, quæſivit ab eo quid gaudii haberet, quando tali die & tali hora tripudiabat coram illo in quid altari. Ad quem vir Dei, *Obſecro te per virtutem Dei, & miſericordiam ſuæ matris, ut nemini dicas in vita mea viſionem quam vidi, & dicam eam tibi.* Quam cum aperuiſſet illi, pollicitus eſt ei Monachus nunquam ſe revelaturum cuiquam viſionem ejus illo ſuperſtite. Sed quærente Monacho quare mater Dei non potuiſſet videri à ſe, cum tam prope illos ſtaret; Reſpondit ei alter, *Non oſtendit ſe Dei genitrix niſi familiaribus ſuis à longo tempore devote ſibi famulantibus cum obſequiis quæ ſunt de genere bonorum operum.*

De beato viro iſto libet referre unum adhuc miraculum quod Deus operatus eſt pro eo longe poſt obitum ſuum. Erat enim in dicto Monaſterio *Melroſenſium*, quidam Monachus grandævus, *Willielmus* de *Duns* nomine, tantæ cæcitatis mira ſtrictitudine percuſſus, ut ſi vel ipſe vel alius manum ſuam admoveret ad aperiendum palpebras oculorum ejus, nequaquam operiri potuiſſent. Hic nimirum multis diebus dolens pro privatione viſus luminum ſuorum, demum rogavit cuſtodem ſibi deputatum, ut duceretur ab eo ad tumulum ſancti viri, cujus modi feci mentionem, cujuſque familiaritatem promeruerat Monachus cæcus factus ante migrationem ejus ex hac vita ad Chriſtum. Cum veniſſet ergo ad ſepulcrum ipſius, procidens ſuper genua oravit, dicens, *Domine* Adam *ſicut veraciter credo quod Deum ex toto cordi dilexiſti in vita tua, & cum illo es in æterna vita, poſtquam vocatus fuiſti a nobis ad ipſum; ſic quæſo ut velis effundere preces pro me ad illum, ut per te recipere merear lumen oculorum meorum, quod peccatis meis exigentibus amiſi. Memento, care amice, quomodo dilexerim te in vita tua, & honoraverim prout potui quando voluiſti.* Erat enim ſacriſta Monaſterii cæcus iſte miniſtrans ei multoties quæ petebantur ab eo neceſſaria. His & his ſimilibus verbis ab illo peroratis, ecce lux miræ claritatis primo in unum temporum ſuorum intravit, quæ tranſiens per medium clauſæ ſituoſitatis oculorum ejus, exivit per aliud tempus capitis ejus, ut ipſe mihi retulit. Quo ſubito facto, ſurrexit optime videns, rediitque de ſepulcro ſancti viri ſine regente greſſus ſuos, qui illuc ierat cum regente illos.

Willielmus de Duns.

Viſo præcedenti miraculo de ſancto *Ada Eboracenſi*, placuit mihi narrare aliquid miraculo correſpondens de quodam alio *Adam* Monacho noſtro de **Lewenax** oriundo; qui tantæ ſanctitatis perhibetur, quod per viginti annos quibus commorabatur apud veterem **Melros**, nunquam viſus vel ſcitus fuit ire in lectum, ſed nec de lecto exire; Cujus rei evidens teſtimonium erat, quod ſtramen ſuppoſitum pannis putativæ dormitionis ejus, per tantum temporis ſpatium ſemper quaſi in eodem ſtatu cernebatur permanere. Sed dum noluit Deus quod vir valde bonus malum hypocriſis incurreret, dehiſcebat in pulverem interdum, ſed raro, præ vetuſtate ſtramen ejuſdem lecti, ſuper quod aliud ſtramen novitatis fecit vir Deo plenus jaci, acſi ipſe vellet contra morem in lecto jacere dormiendo. Dormivit tamen; ſed quantum dormiebat, hoc faciebat coram altari beatæ virginis Dei genitricis ſedens vel proſtratus, ubi etiam ſolebat noctibus hyemalibus magnam partem noctis expendere in citharizando cum cantilenis quæ vocantur *moletæ*, ad honorem ſanctæ virginis matris editæ; de die vero ſedebat fere ſemper juxta oſtium Eccleſiæ, Pſalterium pro more dietim percurrens, ſporta juxta manum ejus poſita continue, in qua panis erat tantæ abundantiæ, ut nullus pauper de ſub manu ejus recederet querulus, quia nec vacuus quin ſecum aliquid aſportaret; unde penu omnium pauperum ad ſe confluentium, ut ipſi dicebant, bono omine abundabat ex gratia panis quem promerebantur recipere de manu illius. Ad hunc etiam veniebant divites, etiam Rex terræ *Alexander* in Eccleſia de **Melros** ſepultus, & multi alii ob venerationem ſanctitatis ejus, poſtulantes intenſe ut de bonis eorum acciperet quantum ei placeret, quod ipſe raro concedebat fieri; accepit tamen de vaccis illorum quandoque nonnullas, ut miniſtrarent

Adam de Levenox.

ſtrarent lac egenis ad ſe venientibus. Ipſe quoque habebat duas vaccas monaſterii, præbentes ſibi & ſocio ſuo lac ad ſufficientiam. Ratio autem cauſalis quare optimates terræ veniebant ad eum, erat, ut confiterentur illi peccata ſua, & benedicerentur ab illo, cujus benedictionem ſanctam multum credebant ſibi profuturam.

Anno Domini M. CC. LX. *Henricus* de *Lamden* camerarius Monaſterii *Calcovienſis*, rediit de curia *Romana*, portans ſecum literas papales in quibus continebatur, quod viſo mandato papali immediate cederet bajulo mandati dicto *Henrico* dominus *Patricius* Abbas, qui tunc præfuit eidem Monaſterio, quod ſtatim obedienter fecit. Nam eodem die quo intravit dictus *Henricus* domum *Calkoniæ*, ſine aliqua ulteriori dilatione poſuit inſignia pontificalia quibus redimitus erat, ſuper magnum altare illius cœnobii quibus ſe induit mox *Henricus* antedictus, ex gratia muneris ſummi pontificis. Viderit ipſe quomodo intravit ad curam illam paſtoralem; nam poſtea, neſcimus an ex ultione Dei, an ex bona ejus voluntate, repentina morte præventus eſt in menſa ſua, quando primum ferculum ſumere cœpit: qui ſtatim poſt ſecundam refectionem conventus, traditur ſepulturæ eodem die, forte quia noluerunt circa corpus ejus vigilare. 1260. *Alex.* 4. *P.* *Mandatum vere Papale.*

Anno Domini M. CC. LXI. venerabilis pater noſter Dominus *Mathæus* Abbas de Melros abſens deponitur in capitulo *Rievallis*, ſine conſilio & ſine ſcitu omnis animæ viventis de *Scotia*: cujus talem depoſitionem multi planxerunt tam Monachi quam converſi Monaſterii *Melroſenſis*, quia nihil culpæ inventum fuit in eo, pro qua debuit taliter deponi, ut ipſi æſtimaverunt; placuit tamen patri Abbati, ut ſic fieret de eo, propter quaſdam objectiones quas habebat contra ipſum, ut ſibi videbatur rationabiles. Poſt cujus depoſitionis [a] denominationem, in capitulo illius diei quo depoſitus erat, abſoluti ſunt ab ipſo patre Abbate ab obedientiis & profeſſionibus ſibi factis omnes *Melroſenſes*. Sed heu! nam per hunc bonum *Mathæum* virum reverendum atque largifluum, & nonnullas poſſeſſiones & plures pitantias ex adeptione ejus obtinet domus de Melros; Per ipſum habemus panes pitantiales diebus Veneris in quadrageſima, quando jejunamus in pane & aqua. Ipſe autem fecit magnas domos noſtras de *Berwico*; Inſuper & multas vaccarias, bovarias, & cameram magnam Abbatis, quæ eſt ſuper ripam aquæ, cum adjectione aliorum ædificiorum non paucorum conſtruxit. 1261. *Abbas Melroſ. à Rievallenſi depoſitus.*

Anno Domini M. CC. LXII. *Haco* Rex *Norwagiæ* cum copioſa navium multitudine venit per mare occidentale ad debellandum regem *Scotiæ*. Sed revera, ut ipſe *Haco* affirmabat, non eum repulit vis humana, ſed virtus Divina, quæ naves ejus confregit & in exercitum ſuum mortalitatem immiſit; inſuper & eos qui tertia die poſt ſolemnitatem *Michaelis* ad præliandum convenerant, per pediſſequos patriæ debellavit atque proſtravit. Quapropter coacti ſunt cum vulneratis & mortuis ſuis naves ſuas repetere, & ſic turpius quam venerant repatriare. 1262. *Haco R. Norweg.*

Hoc anno in die ſanctæ *Agnetis* apud Gedewrth peperit Regina *Scotiæ* filium, quem à *Gamelino* Epiſcopo ſancti *Andreæ* baptizatum, juxta patris imperium vocaverunt *Alexandrum*; contigit ut eodem die quo nunciatum eſt Regi *Scotiæ* filium à Deo ſibi eſſe datum, nunciaretur ei & Regem *Norwagiæ* defunctum; Quapropter duplici gaudio exhilaratus, gratias reddidit Deo, qui humiles exaltat & ſuperbos humiliat.

[a] f. Denunciationem.

1262.
Urban. 4. P.

Abbates de Melros.

1	*Ricardus*	A.	D.	1136.
2	*Walthevus.*	A.	D.	1148.
3	*Willielmus*	A.	D.	1159.
4	*Jocelinus*	A.	D.	1170.
5	*Laurentius*	A.	D.	1175.
6	*Ernaldus*	A.	D.	1179.
7	*Reinerius*	A.	D.	1189.
8	*Radulfus*	A.	D.	1194.
9	*Willielmus*	A.	D.	1202.
10	*Patricius*	A.	D.	1206.
11	*Adam*	A.	D.	1207.
12	*Hugo* de *Clippeſtun*	A.	D.	1214.
13	*Willielmus*	A.	D.	1215.
14	*Radulfus*	A.	D.	1216.
15	*Adam* de *Harkarres*	A.	D.	1219.
16	*Mathæus*	A.	D.	1246.
17	*Adam* de *Macſton*	A.	D.	1267.
18	*Johann.* de *Hederham*	A.	D.	1267.
19	*Robertus* de *Keldelech*	A.	D.	1268.
	Patricius de *Sellekirke*			

Epiſcopi aſſumti de domo de Melros.

Simon Monachus de *Toney* ad Epiſcopatum *Moraviæ.*
Jocelinus Abbas ad *Glaſwenſem.*
Reinaldus Monachus ad *Roſenſem.*
Radulfus Abbas ad *Dunenſem.*
Adam Abbas ad *Cathenenenſem.*
Gilbertus Monachus ad *Galwethenſem.*

1263. Anno Domini M. CC. LXIII. *Helionora* Regina *Angliæ,* quæ credebatur eſſe radix, fomes & ſeminatrix totius diſcordiæ, quæ ſeminabatur inter virum ſuum dominum *Henricum* Regem *Angliæ*, & inter Barones Regni ejus, præ timore eorundem exivit de *Anglia*; quam poſt paucos dies ſecutus eſt *Johannes Maunſel* præcipuus conſiliarius dicti Regis ob timorem Baronum. Qui cum veniſſent trans mare *Franciæ*, dicta *Helionora* collegit adeo innumeram multitudinem hominum ex diverſis nationibus, ut ſuperficiem terræ viderentur cooperire, ad expugnandum *Angliam*, & ad delendum omnes habitatores ejus de ſuperficie terræ. Qui venientes ad maritima *Franciæ*, *Normanniæ*, & *Flandriæ*, tamdiu morati ſunt ibi, donec equos ſuos, ſellas, pannos, & alias quaſque res quas ſecum tulerant, penitus fere omnes vendidiſſent præ inopia, nutu Divino omni die noctuque contra eos flante pervalido vento aquilonis vehementiſſime, & ſine interpolatione per duos circiter menſes vel amplius, ne aliquo modo poſſent per mare tranſire in *Angliam.* Qui videntes Divinam potentiam omnino ſibi renitentem, reverſi ſunt unuſquiſque ad propria, poſt expletionem duorum menſium, exceptis plurimis qui mortui ſunt in via. Eodem anno Barones *Angliæ* per totum annum præparaverunt ſe ad guerram mortalem, diripientes per fas & nefas quicquid potuerunt; In hoc aſſimilati piſcibus, qui rapiunt quicquid poſſunt, ut *Ariſtoteles* dicit in libro IV. de *animalibus*.

Regina exercitum fruſtra cogit.

1264. Anno Domini M. CC. LXIV. In bello de Lewys Barones *Angliæ* cum exercitu *Londonienſium* & ſuccurſu *Gilberti* Comitis *Gloverniæ*, triumphaverunt

Rex Henr. captus à Baronibus.

runt de Rege ſuo *Henrico*, & *Edwardo* filio ejus primogenito, cito poſt paſcha. Poſtera autem die belli utrumque, Regem ſcilicet & natum, Barones cuſtodiæ *Simonis* de *Monte forti* contradiderunt. In eodem bello duo nobiles de *Scotia*, *Robertus* de *Brus* & *Johannes Cumin*, capti ſunt & carcerali cuſtodiæ mancipati in caſtello de *Dora*. Diſſenſio autem propter quam orta eſt contentio inter Regem & Barones ſuos, initium habuit & finem à retentione alienigenarum quos ipſe Rex & Regina ſua *Helionora*, mater *Edwardi*, longo tempore manutenuerant & foverant, contra commodum Regni ſui, quo ad conſilia eorum credenda, & contra voluntatem indigenarum quo ad conſilia ipſorum abjicienda, & quaſi fere omnino poſtponenda. Unde propter eliminationem talium extraneorum, eo quod nimis valde invaluerant contra indigenas terræ, uſque ad exhæredationes perplurimas, ut funditus è Regno pellerentur *Anglorum*, commiſſum eſt prælium ſupradictum. Poſt cujus habitum, ut dictum eſt, à Baronibus triumphum, omnes mox exulant alienigenæ, præter *Simonem* de *Monte forti*, & pauciſſimos ex alienigenis qui cum illo erant. Hi omnes etiam cum jurejurando in ſanctis Evangeliis fideliter de fide Baronum extiterunt. Erat autem *Simon* Comes *Leyceſtriæ*, & [a] gener prænominati Regis. Fuit enim vir optimus, & in rebus bellicis ſtrenue gerendis atque providendis mire providus & circumſpectus, bellicoſus valde & ipſe miles. Propter quod elegerunt eum Barones ut præeſſet bello illorum atque conſiliis. Erat autem oriundus de genere *Francigenarum* procerum potiſſimorum totius *Franciæ*; A quibus ipſe non degenerans, ſimilis factus eſt eis; homo Divina præditus ſapientia, & cautelis optimis abundans; Quarum unam placuit hic interſerere. Cum enim educturus eſſet *Simon* exercitum *Londonienſium* contra Regem ad bellum memoratum, paucis diebus ante exitum illorum, juſſit extrui currum ſubdolum, quem foris fecit ferro per totum contegi, in quo duos inclytos Burgenſes grandævos *Londonicæ* civitatis intruſit, quia adverſabantur ei & univerſæ civitati, frequentiſſime perſuadentes illis ne cum *Simone* contra Regem exirent. Quod cum compertum fuiſſet *Simoni*, nimirum propter talem illorum iniquam, fatuam & pertinacem perſuaſionem, intruſit eos ut dictum eſt. Egrediente ergo ab urbe exercitu memorato, *Simon* eduxit una cum illis callidos illos perſuaſores in curru, ne forte redderent civitatem ad opus Regis, dum exercitus *Londoniarum* eſſet in expeditione contra Regem. Habebat autem currus [b] intruſorum quendam anguſtum egreſſum per quem ſolebant præfati ſenes non ſine arcta cuſtodia egredi & ingredi, pro neceſſariis naturæ explendis. Verum pridie quam bellum committeretur inter Regem & Barones, adveſperaſcente eodem die, ingreſſum per quem ad prænominatos Burgenſes quæ ad opus victualium erant neceſſaria ſolebant afferri, adeo robuſte *Simon* claudi præceperat, ut omnis exeundi de cetero penitus libertas eis adimeretur. In gyro ergo illius currus vexillula ſua quæ penſilia nominantur, *Simon* fecit appendi, ut per ea deluderetur Rex & exercitus ejus dum putarent *Simonem* eſſe in curru, in quo non erat *Simon*. Erat autem *Simon* tunc deliteſcens in locis nemoroſis, montibus & rupibus prærarduis undique circumobſeſſis, diſtantibus ab oppido *Lawenſi*, indirecte verſus auſtralem occidentem *Angliæ* ſito, cum Comite *Glovterniæ* & aliis Comitibus paucis, cum quibus erant barones fere totius *Angliæ*, & inclyti milites quampluriml, cum equeſtribus multis & pedeſtribus innumeris, inter quos erant multi baliſtarii & fundibularii, qui magnam confuſionem in exercitum Regis, ex jactu lapidum more tonitrui in illos irruentium fundibulis, in illo die peregerunt. Inter proceres quoque præfatos erat præſul *Wyrgorniæ*. Hic poſtea in exilium actus eſt, pro eo quod rerum Epiſcopalium ordinem pervertens, præſulem exuit pacificum, & militem induit belligerum, dum gladium

1264. *Urban.* 4. P.

Simon de Monte forti.

Ejus Strata-gema.

a Sic & infra. Rex Simonis gener. dicitur: Simon vero Regis ſororem duxerat. *b* f. introrſum.

1264. pro baculo pontificali geſtaret in latere, & galeam pro mitra in capite.
Henric. 3. *R.* Exeunte ergo Rege ad prælium contra barones, robuſtiores qui in exercitu ejus erant, videntes vexillula quæ prædixi undique circa currum pendentia, præpropere feſtinant ad currum. Jam enim condixerant *Londonienſes* exercitui Regis, quod *Simon* quem elegerant ſibi ducem ad bellum, erat in Curru, qui, inquiunt, poſt nos propoſuit remanſiſſe ne exiret nobiſcum ad bellandum pro nobis, ſicut promiſerat nobis; quem cum proinde ingenti ſuſpicione haberemus, dum ſimularet ſe infirmum, & impotentem ad aſcendendum equum, pertimeſcentes ne proderet nos Regi [a] generi ſuo, veniens ſuper nos cum exercitu poſt tergum, hunc currum inexpugnabilem forte propter fraudem ejus fecimus ad opus ejus fabricari, ut ſi nos debeamus perire in bello, ſimul & ipſe debeat perire nobiſcum; ſuppoſito prius igne copioſo currui in quo manet, ut ſuccendatur ex eo. Quibus verbis animoſiores effecti hi qui ex parte Regis erant, quos ſupra robuſtiores nominavi, properant ad vas in quo putant eſſe *Simonem*. Sed dum vas doloſitatis expugnant fortiſſime, dum nihil proficiunt in expugnando, tam armis quam animis deficiunt. Currus autem ille multum adjuvit *Londonienſes*. Nam dum circa ejus enervationem, ut frangeretur, vehementiſſimis niſibus plures de exercitu Regis laborarent, vita perplurimorum quos dixi *Londonienſes* qui prope & longe ſtabant à curru ſalvabatur. Nondum enim venerant Barones ad illos, & ideo in mora expectationis illorum, dum vas perfidum expugnatur, perplurimi ex *Londonienſibus* minime pugnaverunt. Unde ſuperveniente exercitu Baronum ad illos poſt exercitum Regis ad tergum, magna pars *Londonienſium* qui Regi erant in facie, præſertim qui prope currum fuerant, vires integras ſervaverunt. Unde nimirum poſtea per omnem modum robuſtius pugnaverunt contra feſſos de exexcitu Regis. Ad hoc autem partim extructum erat vas doloſum, ut cautela eſſet ſuperabundans circa ſalvationem civium *Londonicæ* civitatis, ut dum in ejus violentiſſima debellatione ſupra modum vexarentur, vires ut dictum eſt ex ſufficiente integritate ſervantes. Non ergo abſque amiſſione virium, heroum fortiſſimorum, non ſine plurimorum armorum ingenti detrimento, non abſque ſudore pernimio, & anxietatibus multis, dum præſtantiſſimis pugnatoribus ſuccedunt æque præſtantiſſimi expugnatores, hinc inde de exercitu Regis ad vas inexpugnabile impetu quaſi furioſo currentes propter *Simonem*, quem intus eſſe putabant, extrahendum, expenſa eſt magna pars illius diei pene uſque ad octavam horam. Igitur quaſi furioſi in ſemetipſis acti fortiſſimi Regis bellatores, validiſſimis clamoribus aerem repleverunt vociferantes, *Simon, Simon, veni foras.* Rebantur enim quod *Simon* habebat intrinſecus apud ſe ingenium quo poſſet ſibi egreſſum facere è curru. Unde creberrimis vociferationibus exclamaverunt *Exi, Exi, Simon diabole*; *egredere de curru, proditor peſſime.* Hæc & his ſimilia dum altiſonis vocibus ſæpius replicarent, audiunt ab intrinſecus poſitis non ibi eſſe *Simonem* quem quærunt, ſed ſe duos cives *Londoniæ*, quos in contemtum Regis *Simon* noſcitur prodidiſſe, ne ad opus Regis, inquiunt, à nobis civitas *Londoniarum* redderetur, ſi poſt alios quos *Simon* eduxit extra civitatem contra Regem ad bellum, in domibus noſtris remanſiſſemus.

Et ſciendum quod nemo ſani capitis debet cenſere neque appellare *Simonem* nomine *Proditoris*. Non enim fuit proditor, ſed Dei Eccleſiæ in *Anglia* devotiſſimus cultor & fideliſſimus protector, Regni *Anglorum* ſcutum & defenſor, alienigenarum inimicus & expulſor, quamvis ipſe natione unus eſſet ex illis. Juſte ergo tradidit, non prodidit pene duos contradictores indigenas per currum, qui civitatem omnibus Chriſtianiſmi curribus & turribus meliorem, *Londonicam* loquor urbem, voluerunt alienando avertere à ſuccurſu Baronum, cum ſine tantæ civitatis eximio &

a f. Genero; ſed v. ſup.

per-

permaximo auxilio, expulſionem alienorum nullatenus facere potuiſſent, 1264.
propter poteſtatem Regiam quæ undique eos circumvallavit. Pro eo igitur *Henric. 3. R.*
quod prænominati ſenes in ſingulari verſuta allegationum objectione ſe contra totam civitatem oppoſuerant, juſto Dei judicio factum eſt, ut extra civitatem perire debuiſſent in curru igne vehementi accenſo.

In hoc etiam bello multa millia hominum ſunt cæſa, pedeſtrium pariter & equeſtrium. Ex hoc bello frater Regis *Henrici*, *Ricardus* Comes *Cornubiæ*, qui ante paucos dies diffidarat Barones ad bellum, appellans illos *Richardus R. Rom.* Regis & Regni proditores, metu mortis perterritus fugit in molendinum, quod vi ventorum dicebatur molere, claudens oſtium ſuper ſe. Ad quod inclinato die belli ad veſperam acceſſerunt Barones, valide contra ipſum acclamantes, *Deſcende, Deſcende, peſſime molendinarie: egredere, egredere, molendini magiſter infauſte.* Sed & timiditatem ejus & vecordiam ulterius exprobrantes adjungunt, *Quod tibi opus erat fieri molendinarium, per maximum infortunium, qui nos pauperes Barones nuper diffidaſti ad bellum; qui etiam non minori nomine, dum nos diffidares, voluiſti te appellari, quam Regis* Romanorum *& ſemper Auguſti;* fuerat enim paulo ante Rex *Alemaniæ*, propter quod vocavit ſe ſemper *Auguſtum*, & Regem *Romanorum*. Egreditur ergo *Ricardus* de Molendino, & adducitur à Baronibus vinculis catenatus in firma cuſtodia detinendus. Ex qua quia pecunioſus erat valde, liberatus eſt poſt quinque circiter menſes pro redemtione plurima, videlicet pro XVII. millibus libris ſterlingorum, & quinque millibus libris auri deſiderabilis theſauri.

Anno Domini M. CC. LXV. Regnante tertio *Alexandro* Rege *Scotorum*, 1265.
profectus eſt in *Norwagiam* miſſus ab eodem Rege dominus *Reginaldus* de **Roxburg**, Monachus de **Melros**, vir glorioſæ facundiæ & conſilii peroptimi, pro adipiſcenda terra de *Mannia* quæ olim Regio * vocabatur, *Mannia Inſula.* cum minutis inſulis circumjacentibus amplæ Regioni *Scottorum*. Ubi cum veniſſent, exceptus eſt à Rege honorifice multum. Qui faciens omnes magnates terræ illius convenire in unum ad colloquium ſuum, tractavit cum illis de inſulis ſupradictis. In quo tractatu Rex ait, quod multum expediret pro pace ſervanda, ut venderentur Regi *Scottorum*. Quod cum audiſſent magnates ejus, quidam aſſenſerunt, quidam contradixerunt. Sed invaleſcente conſilio Regis illorum, demum omnes aſſenſum præbuerunt, ut venderentur Regi petenti *Scotiæ*. Factaque eſt itaque compoſitio inter duos Reges prædictos; Cujus compoſitionis hæc eſt ſumma annua, ſcilicet quod Rex *Scotiæ* omni anno in perpetuum dabit Regi *Norwagiæ* centum libras ſtirlingorum pro cognitione homagii facti Regi *Norwagiæ* à dicto *Alexandro* Rege *Scotiæ*. Qui ad majorem ſecuritatem, præ manibus pacavit Regi *Norwagiæ* quatuor millia marcarum, quas idem Rex *Norwagiæ* ad unam vicem percepit in inſula *Orcadiæ*, per manus Epiſcopi ejuſdem inſulæ, pro inſulis prænominatis.

Anno Domini M. CC. LXVI. Dictus dominus *Reginaldus* Monachus de **Melros** rediit de *Norwagia*, expeditis ad vota omnium *Scottorum* negotiis 1266.
pro quibus ierat expediendis. Quod quidem nuncium nullus unquam ex filiis *Scottorum* potuit procurare, præter Monachum prædictum, virum quidem ſapientem, & in Divinis eloquiis ſolemniter prædicandis valde luculentum, qui promeruit veraciter ad bonum domus ſuæ in perpetuum gratiam & favorem omnium Regum qui de cetero futuri ſunt in *Scotia*, niſi ipſi Reges ingrati forte inveniantur, reddentes malum pro bono domui de **Melros**. Quod Deus avertat à corde omnis Chriſtiani Regis. Secutus eſt autem hunc Monachum mox eodem anno veniens in *Scotiam* Cancellarius Domini Regis *Norwagiæ*, afferens ſecum compoſitionem ſuperius memoratam.

Anno Domini M. CC. LXVII. In capitulo generali deponitur dominus *Adam* de *Maxſtun* Abbas de **Melros**, qui depoſuit filium ſuum Abbatem 1267.

 de

1267. Henric. 3. R. de *Holmo* extra capitulum ordinis, & ideo talionem recepit depoſitionis, cum quo deponitur Abbas de *Holmo*, eo quod meruit depoſitionem, quia procuravit depoſitionem Abbatis ſui *Henrici*, qui per capitulum generale ſedi priſtinæ reſtituitur. Succeſſit autem depoſito Abbati de Melros dominus *Johannes* de *Ederham*, magiſter Converſorum ejuſdem domus. Deponitur dominus *Jacobus* Abbas *Ciſtercii* in capitulo generali, procurante ejus depoſitionem conventu *Ciſtercii*. Poſtea factus eſt idem depoſitus Archiepiſcopus *Narbonenſis* in *Glaſconia*. Cujus depoſitionis ſucceſſor factus eſt dominus *Johannes* Abbas *Saviniacenſis*. Abbas de Dere dominus *Adam* de *Smalham*, Monachus de Melros, gratis dimiſit officium ſuum, malens dulcedinem *Melroſenſium*, quos præexpertus fuerat, quam præeſſe tugurio Monachorum de Dere, quorum fervidam religionem nunquam per veram experientiam ſcire poterat. Cui ſucceſſit dominus *Hugo* Cellerarius ejuſdem domus.

1268. *Edwardus Princeps evadit.* Anno Domini M. CC. LXVIII. Primogenitus filius Regis *Angliæ Edwardus* evadens de cuſtodia *Simonis*, in quadam veſpera cum ad agros iſſet ad ſpatiandum ſibi cum perpaucis de familia *Simonis*, obvios ſibi habuit plures ex marchiis, qui jampridem erant tenentes ejus in marchia, ſcilicet in comitatu *Ceſtriæ*, à quibus interceptus eſt cum immenſo gaudio. Cum quibus duobus diebus manens, præproperat ad Comitem *Gloverniæ* propter liberationem patris ſui; Ad quem cum veniſſet, exceptus eſt ab illo cum decenti honore. Dum ergo conferunt adinvicem de detentione Regis, mox ſpopondit Comes ſe præſtaturum Regi totum ſuum exercitum; quem cum ſumma feſtinatione collegiſſet, properat cum *Edwardo* & Marchiis ejus ad liberationem ejus contra *Simonem*. Erat autem tunc temporis *Simon* apud *Herforthiam*, & Rex in detentione ejus cum ipſo.

Cum ergo compertum fuiſſet *Simoni* quod Comes *Gloverniæ* erat in procinctu itineris ſui cum exercitu ſuo, veniens contra illum ad bellum, indilate miſit ad proceres qui in primo bello de fide Baronum extiterant fideles. Quæ quidem miſſio cum innotuerat proceribus & Baronibus, ſtupefacti de ſubita evaſione *Edwardi*, mox conveniunt ad *Simonem* ad diem certum apud *Euſamiam*. *Simon* vero cogitans de cautela neceſſaria, in uno de præcipuis munimentis totius *Angliæ* reliquerat filium ſuum *Simonem*, ſcilicet in caſtello de Kellingiſwurthe, cum multis nobilibus armatis, ut ſi contingeret *Edwardum Simoni* patri obviare ad faciem, *Simon* natus *Simonis* veniens ad tergum poſt *Edwardum*, expugnaret exercitum ejus. Quod factum fuiſſet, niſi quidam miles proditor prodidiſſet *Edwardo* providentiam majoris *Simonis* in caſtello præfato de plurimis armatis factam. Quæ cum comperta fuiſſet *Edwardo*, jam enim prædixerat proditor ei, quod exituri erant armati adhuc die lucente de caſtello, & pernoctaturi in oppido juxta poſito, miſit eadem nocte plures de exercitu quem adunaverat armatos, ut comprehenderent armatos *Simonis*; qui, ut dictum eſt, die præcedente de caſtello exierant infauſte fortunati ut dormirent per ſingulas domos oppidi caſtello adjacentis, qui ideo exierunt de caſtello, ut poſtquam ſurrexiſſent mane diluculo de lectis ſuis bene balneati (propter balneandos enim ſe elegerunt exire, ut balneatum gratia leviores efficerentur ad bellandum die poſtera; In villa enim potuerunt habere vaſorum copiam ad balneandum ſe, quam utique non bene potuerunt habere in caſtello.) Et hæc fuit ratio exitus illorum de fortiſſimo *Simonis* munimento; quorum exitum dum miles prædictus proderet *Edwardo*, mentionem fecit ei de balneis eorundem in villa proviſis. Media igitur nocte clamor validiſſimus per totam villam factus eſt ab introeuntibus armatis *Edwardi* ſupra dormientes *Simonis*: Quem cum audiſſent, ex clamore terribili ſupra modum pavefacti, nimirum timor & tremor, formido & pavor irruit ſuper eos audientes ſtrepitum equorum & armatorum terribiliter adverſum ſe clamantium & dicentium, *Surgite, ſurgite, egredimini, egredimini de lectis veſtris, & venite foras proditores*, Simonis *inveterati peſ-*

Kenelmworth.

Balneæ.

ſimi

ſimi proditoris ſervientes. Mortui, inquiunt, *eſtis omnes per mortem Dei.* 1268.
Surgentes ergo miſeri mali proditi fugerunt omnes per retro domorum, Henric. 3 R.
derelinquentes poſt ſe equos ſuos, arma, pannos, & omnia quæ habuerunt in ſupellectili. Cerneres ibi quoſdam omnino nudos fugere, nonnullos braccas tantum habentes ſuper ſe, quoſdam vero camiſias & femoralia tantum; pauciſſimi erant ibi, & forte nullus, qui pannos ſuos ex toto valebat induere. Multi tamen ex illis tulerunt pannos ſuos inter ulnas; quibus cum præpropera feſtinatione exeuntibus, Deo propter immenſæ miſericordiæ ſuæ clementiam ſolam vitam eis concedente; ſingulas domos mox armati ingrediuntur *Edwardi*, diripientes equos & arma & cuncta alia poſt egredientes, ut dictum eſt, derelicta. Mane autem facto, induerunt arma fugientium pedeſtres, qui ſecuti fuerant caudas equorum armatorum *Edwardi*, aſcenderuntque equos nobilium qui jam fugerant. Videres tunc ibi illud *Eccleſiaſtes* vaticinium completum, dicentis, *vidi ſervos in equis, & Principes ambulantes quaſi ſervos ſuper terram.* Venientes igitur omnes illi ſcurræ ad *Edwardum* bene armati in equis nobilium, gaviſus eſt gaudio magno. Tendens igitur *Edwardus* verſus *Euſamiam* cum exercitu copioſo contra *Simonem*, cum ad duas leucas approximaret *Euſamiæ*, egreditur *Simon* contra *Edwardum*, ſperans de ſpe ubi non erat ſpes. Speraverat enim, ut ſupra memini, quod *Simon* natus qui fuerat cum aliis veniret ad ſuccurſum ſuum ad dorſum poſt *Edwardum*. Et ideo cum ſpe cum parvo quem habuit exercitu exivit, confeſſis prius & communicatis ex viatico ſacroſanctæ euchariſtiæ omnibus qui egreſſuri erant cum ipſo ad bellum. Habuit autem *Edwardus* ſex homines vel ſeptem, ubi *Simon* vix habuit duos. Congrediuntur ergo ad invicem terrificus copioſus exercitus *Edwardi* & puſillus exercitus *Simonis* de *Monte forti*, bellum committens, præeunte exerci- *Prælium Eveſhamenſe.*
tum *Simonis* animoſo valde milite *Guydone* de *Balliolo* cum vexillo *Simonis*. Juxta quod erat *Henricus* miles inclytus, primogenitus *Simonis* filius, nomine *Henrici* Regis appellatus. Hic primum ictum dedit in bello. Qui repercuſſus & multis plagis letaliter ſauciatus à multis primus cecidit ex omnibus, & mortuus eſt. Pauci vero ceciderunt ex parte *Edwardi*, propter multitudinem armatorum prævalentium, fere omnes ex parte *Simonis* cum ipſo demum *Simone*, & mortui ſunt, propter paucitatem adjutorum cito deficientium, præter paucos qui ſe dedentes pugnatoribus *Edwardi*, reddiderunt eis arma ſua. *Guydo* autem, cujus ante memini, miles acerrimus, natione *Scotus*, cum tunc potuiſſet ſalvari à morte temporali, noluit. Occubuit igitur cum multis ex magnatibus *Angliæ* qui venerant ad bellum, ut decertarent pro juſtitia *Angliæ*; cujus poſtmodum juſtitiæ infallibile ſignum fuit crebra miraculorum exhibitio Divinitus exhibita circa *Hugonem Diſpenſatorem* ſummum Juſtitiarium *Angliæ*, virum juſtiſſimum & æquiſſimum in omni judicio circa divites & pauperes, & circa *Simonem*, & nonnullos alios qui fidem Deo ſervantes uſque ad mortem propter juſtitiam Regni *Anglorum*, quod juſte ſuſceperant ad tuendum contra alienigenas, & etiam contra Regem qui injuſte detinuerat illos, ut dictum eſt, in editione facta de bello *Lawenſi*, de manu viri ſancti *Roberti Gloſtete Lincolnienſis* Epiſcopi in remiſſionem peccatorum ſuorum. Juſte igitur occubuerunt pro juſtitia decertantes, & ideo poſt mortem nonnulli eorum meruerunt à Dei miraculorum exhibitionem, gloriam & venerationem, & ideo creduntur regnare cum Deo in gloria. Inter iſtos heroes fortiſſimos erat *Rogerus* de *Rivle*, ſocius *Gwydonis* ſupradicti, qui etiam cum ipſo mortuus eſt. Dominus vero *Henricus* Rex, qui injuſtitiam *Angliæ* foverat nimis favorabiliter in alienigenis, armatus egreſſus eſt ad hoc bellum cum *Simone*, propter juſtitiam *Angliæ* juſte adipiſcendam, in alterius neſcio cujus armis. Propter juſtitiam *Angliæ* dixerim Regem taliter egreſſum, ne forte ſi evaderet de bello & iterum regnaret, iterato fortaſſe recolligeret alienos contra indigenas, & fieret noviſſimus error pejor priore. Videtur

1245. Henric. 3. detur ergo quod Barones voluerunt Regem debere mori ſecum, ſi ipſi debuiſſent mori in bello in quo Rex erat, crebris ſuorum fidelium cedens perduris ictibus, incognitus nimirum ab illis. Qui nondum valeret pugnare cum ceteris, qualibus vocibus valuit clamavit, dicens, *Ego ſum* Henricus *Senex Rex* Angliæ; aliquando per *pietatem Dei*, aliquando per *caput Dei* jurans, & aſſerens quod ipſe eſſet Rex; unde ait ad percutientes ſe, *Nolite me ferire, non enim poſſum pugnare præ ſenectute.* Juramentum quoque commune erat ei jurare per talia juramenta. Unde factum eſt ut dum frequenter taliter jurat, detrahitur ei galea à capite, & comperto per faciem quod ipſe eſſet Rex, eductus fuit extra exercitum pereuntium. Reſtituiturque die craſtina Regno ſuo ad vota inimicorum *Simonis* & Baronum peremtorum. Et factum eſt poſt paucas hebdomadas ut Rex dum cederet propriis conſiliis & quorundam procerum, propriam ſororem *Simonis* uxorem, cum filia ſua unica juventula pulcherrima, quæ poſtea nupſit Principi *Walliæ*, proſcriberet pariter & tres filios ejus natos *Simonis* de finibus Regni ſui. Mortuo itaque *Simone* cum *Hugone Diſpenſatore*, & aliis nobilibus terræ, fit planctus magnus in populo *Angliæ* quibus poſtmodum ſuccedit cauſa ingentis lætitiæ, dum de morte pretioſa ſanctorum virorum fantur Dei magnalia. Plura enim ſigna veræ ſanctitatis fecit Deus per *Hugonem*, dum venientes ad ejus tumulum cæci recipiunt viſum, claudi rectum greſſum, & alia quæque vere recta miracula fecit Deus pro ipſo, quorum rectitudinem ipſe promeruit à Deo, quia vere rectus erat ſemper, quantum in ipſo erat, circa rectitudinem juſtorum judiciorum Dei & hominum, à quorum veritate nunquam voluit deflecti; & ideo nimirum Deus operatus eſt pro ipſo, ut dictum eſt, poſt mortem ſua recta quæque Divina, quia lineam rectitudinis ſemper tenuit in vita ante mortem.

Henricus Rex reſtitutus.

Tabulæ de Simone de Monte forti.

Sed [a] nucquid omnipotens Deus dereliquit *Simonem* ſine miraculis? Non. Et idcirco deducamus ad medium ſaltem pauca miracula Divinitus per ipſum facta. Factum eſt ergo ut mox peremto *Simone*, & exuto ab armis in quibus jacebat mortuus, quidam ex filiis *Belial* accederant ad corpus ejus, abſcindentes ei manus & pedes; de quarum altera manu ſic ſe habet vera relatio. Erat quidem marchius in comitatu *Ceſtriæ*; hic erat cum *Edwardo* in bello *Euſamiæ*, qui poſt bellum arripiens interfecti *Simonis* manum, de qua ante dictum eſt, miſit illam per clientem impietatis ſuæ ad uxorem ſuam, ut gauderet de interfectione inimici, cujus interfectionis certiſſimum ſignum erat manus amputata. Cum qua veniens ad prædium domini ſui cliens, & non inveniens prædii dominam domi. properat ad Eccleſiam parochialem ubi erat, non longe à prædio viri ſui ſitam. Quo cum veniſſet cum manu quam portabat in gremio panniculo involutam, acceſſit ad dominam loquens ei in aure de interemtione *Simonis*. *At*, inquit, *Iſtud eſt ſignum occiſionis ejus*, volens oſtendere ei manum amputatam. Sed mulier ne verecundaretur vel forte metuens Deum, [b] Tunc; Cum perſiſteret in oratione ſua, noluit manum videre, ſed neque attrectare, licet cliens inſtanter perſuaderet ei ut allatam acciperet & penes ſe retineret. Cui perperam ſuadenti ait domina, *Opperire donec Divina fuerint percelebrata.* Ad juſſum igitur dominæ ſecedens ſtabat in multitudine populi ut auſcultaret miſſam. Et factum eſt dum elevaretur ſacroſancta hoſtia, & populus elevaret manus ſuas, pariter & cliens ad Dominum à ſacerdote elevatum adorandum, ecce manus ſancti viri, quam bajularat ſatelles ſatellitis Diaboli, ſupra caput ejus abſque omni ſenſibilitate ejus Divinitus eſt elevata, ita ut præeminentia altitudinis melius cerni potuiſſet, quam manus præeminentioris hominis de omni multitudine hominum qui ibi tunc aderant. Quæ dum adoraret Dominum majeſtatis in elevatione ejus de qua dictum eſt, ut inclinaverat ſe verſus altare ad adorandum eum, omni dicto

a Lege ſ. nunquid. *b* ſ. Timet.

citius

citius iterum reclinata eſt in id ipſum unde exierat, non ſine virtute Divinitatis, panniculo quo involvebatur invento integre conſuto ut prius erat penitus abſque omni animadvertibilitate bajulantis. Cujus novitatis miraculum perpendens mulier quam prædixi Deum metuentem, ait clienti poſt Miſſæ celebrationem, *Manum illam quam dominus meus per te miſit ad me, reporta ad illum, quoniam non intrabit in domum meam.* Perculſa enim erat miro ſtupore ex inviſa & inaudita viſione novi miraculi, propter quod ait clienti, *Dignus eſt ultione magna quicumque eſt ille qui manum illam abſcidit;* narravitque viſionem ſecreto clienti, quam non omnes, ſed plures ex fidelibus Chriſti qui ibi tunc aderant, videre meruerunt: præcipiens ei ut viſionem quam audierat, veniens ad Dominum ſuum fideliter ei enarraret. Pergit igitur ſervus propere cum manu quam bajularat ad Dominum qui eum miſerat. Non enim intravit in domum Dominæ ſuæ, ſicut illa promiſerat propter manum allatam. Unde videtur quod erat una ex fatuis mulieribus, quæ tam ſanctam manum tam fatue recuſarat; quod non fuit factum ſine conſilio Divinitatis omnia bene diſponentis. Non erat enim dignus vir ejus, filius *Belial*, poſſidere in domo ſua manum tantæ ſanctitatis, & ideo creditur tranſiiſſe ad poſſeſſorem, Deo providente, multo meliorem. Sed quomodo vel ubi devenerit, prorſus ignoro. Sed hoc pro vero fixum teneo & firmiter credo, quod ad quotidianam elevationem ſalutaris hoſtiæ ſolebat & *Simon*, dum adhuc viveret, non ſine ingenti reverentia Chriſti, non ſine intimo amore ejus, manus ſuas elevare. Cujus devotiſſimæ elevationis certa & infallibilis conjectura poſt mortem ejus claruit, dum manus ejus mortua elevatur, ut dictum eſt, redemtorem mundi de mundiſſima virgine procreatum adoratura; & ideo bene memini de eo in editiuncula de bello *Lawenſi* facta, quod Divina erat præditus ſapientia; quid enim ſapientius, rectius, vel melius eſt homini in hac vita, quam creatorem ſuum intimo ex corde diligere, venerari, & adorare? Quod non dubito *Simonem* feciſſe; & ideo finem faciens hujus miraculi propero ad aliud miraculum declarandum quod omnipotens Deus fecit pro *Simone.* Cujus manus multo ſanctiores ſunt ante Deum manibus *Scipionis* à *Seneca* adoratis, ut patet libro XII. de duodecim gradibus, capitulo ultimo ab ipſo *Seneca* edito.

Juxta quoddam oppidum in *Northumbria* eſt domus præclara in qua degunt Canonici *Præmonſtratenſis* ordinis Deo ſervientes. Ad hanc domum delatus eſt pes *Simonis*, per virum felicis memoriæ dominum *Johannem* de *Weſcy* dominum burgi de Alnewike, fundatorem & patronum domus Canonicorum quos prædixi. Quo cum permanſiſſet per aliquot menſes, omnino incorruptus inventus eſt. Unde propter durationem tantæ incorruptionis in pede ſancti hominis merito inventæ, Canonici ejuſdem Abbatiæ, quæ vocatur Abbatia de Alnewyke quoniam juxta oppidum de A'newyke poſita eſt, propter reverentiam ſummi conditoris, fecerunt pedi incorrupto calciamentum de argento puriſſimo. In quo quidem pede viſa eſt plaga inter minimum articulum ejuſdem pedis & inter convicinatum ſibi immediate articulum, vel ex cultello neſcio an vel ex gladio facta. Non enim ſufficiebat amputanti pedem ſancti viri, quod multipliciter detruncatus erat in corpore, niſi ipſe per majorem malitiam adderet ei vulnus in pede. Accidit autem in diebus illis ut quidam Burgenſis prædives *Novi caſtri* ſuper *Tynam* graviſſime infirmaretur, ita ut fere omnis motus auferretur ab eo. Non enim potuit movere pedem de lecto, non manum ad os deducere, non aliquod officium ſui corporis exercere, ſed nec attrectari ab aliquo voluit; tanta enim calamitate ingentiſſimæ invaletudinis per totum corpus erat obſeſſus, ut mallet quaſi mori quam de lecto amoveri, propter incredibile pondus ſuæ infirmitatis. Cui quadam nocte apparuit vox in ſomnis ei dicens, *Surge cras mane, & aliquantulum alleviaberis ex hac infirmitate; pergenſque apud* Alnewycum, *invenies ibi in*

Abbatia Canonicorum Præmonſtracenſium *pedem* Simonis *de* Monte forti ; *Apud illum,* inquit vox, *pedem recipies ſanitatem optimam.* Qui craſtina die ſummo mane conſurgens, aliquantulum, prout vox Divina ei prædixerat, alleviatus, non tamen abſque pœnalitate gravi aſcendit equum: Deinde quam citius potuit, venit *Alnewycum.* Cumque introiſſet domum Religioſorum præfatorum, prout potuit deſcendens de equo, mox properavit ad pedem ſancti viri viſendum. Quod cum compertum fuiſſet Canonicis Deo devotis, duo ex illis, ut per viam compendii accederet burgenſis adhuc ſupra modum ægrotans ad pedem, ne forte nimis laboraret in eundo verſus pedem, tulerunt pedem contra illum de loco requietionis ſuæ cum reverentia in calceamento quo erat indutus; ad cujus calceamenti deoſculandi tactum, antequam æger potuiſſet appropinquare, ex ſolo viſu calceamenti integram meruit à Deo recipere propter merita *Simonis* ſoſpitatem. Penſandum proinde eſt, quanta gloria erit in hoc pede *Simonis,* in reconjunctione totius ſui corporis ad pedem, poſt generale Judicium, ex comparatione pedis ante judicium, qui tanta gratia ſanitatis enituit in elemento mortuo ſe contegente, ſcilicet in argenti calceamento, ut ex pede per calceamentum exiret virtus Divina inviſibiliter ad ægrotantem ſanandum.

Cujus alter pes non relinquitur ſine honore miraculi, ut pie æſtimandum eſt. Hic pes mittitur principi *Wallenſium Lewylino,* qui fœdus [a] inerat cum *Simone,* quo ad multa quæque ſuſpecta, quæ prætereo propter malam vulgi ſuſpicionem. Non enim erat *Simon* ſine ſuſpicione, qui tota regalia *Angliæ* tunc temporis habuit regere, cum Rege ſecum juſte detento, cum conſilio baronum. *Simon* igitur quia promiſerat *Lewylino* filiam ſuam, quam poſtea accepit, in conjugem, ut dictum eſt, recepit alterum *Simonis* pedem idem *Lewylinus* ad ſe deſtinatum in odioſum contemtum utriuſque, ſcilicet ſui atque *Simonis,* ut ex miſſione illius pedis idem ipſe Princeps ſentiret ſe magis exoſum *Anglis,* propter pedem *Simonis.*

De manu quoque *Simonis,* cujus ſuperius memoriam feci, utrum ſit veraciter illa manus, an altera manus ejus de qua nullam mentionem feci, neſcio; verumtamen referente mihi viro venerandæ ſanctitatis, Domino *Thoma* de *Stangriſe,* Monachorum *Rievallenſium* Abbate, accepi, quod una manus *Simonis* apud *Euſamiam* collocatur in loco magnæ venerationis. Quæ non eſt relicta à Deo, ut pie credendum eſt, ſine miraculi exhibitione: Non enim ſic juſtificat Deus unam partem hominis per oſtenſionem miraculoſæ venerationis, ut derelinquat alteram partem ejus abſque miraculo. Et ideo omnino credendum eſt, ut reor, quod pro altera manu & pro altero pede *Simonis,* de quibus nullam ſupra feci mentionem quoad miraculi exhibitionem, omnipotens Deus duo miracula vel etiam plura, prout ejus Divinitati placuerat, operari dignatus eſt.

Simonis de Monte forti cum Simone Petro inepta comparatio.

Simon igitur quia creditur placuiſſe ſummæ Divinitati, recte comparandus eſt Principi Apoſtolorum *Simoni Petro.* Unde obſecro lectorem, ut ſi in comparatione qua comparo *Simonem Simoni,* aliquid minus bene poſitum invenerit, corrigat quod devium eſt, tribuatque veniam deſipienti, Non enim ſic comparo inferiorem *Simonem* majori *Simoni,* ut præferam illum vel aliquem *Simonem* de mundo Principi Apoſtolorum: ſed dum ad memoriam reduco, quod *Simon* inferior erat fideliter de fide Apoſtolica, exhibitionem unius miraculi Divinitus propter ipſum factam comparo nimirum exhibitionem unius alterius quaſi conſimilis miraculi à Deo propter *Simonem* Apoſtolum perpetratam. Eſt igitur comparatio mea talis. Si morbus à burgenſe quaſi aliquantulum eminus veniente ad pedem *Simonis,* adhuc non viſo pede *Simonis* ad quem deoſculandum burgenſis prout valuit maturavit, omnino fugatus eſt ab ipſo, antequam potuiſſet pertingere ad pedem, ut habetur ſuperius; nonne habet, ſalva reverentia Principis Apoſtolorum, *Simon* iſte comparari eidem *Simoni* majori, qui & ipſe dum matura-

a Inierat.

ret

ret venire ad domum cujuſdam prædivitis, dæmon crudeliſſimus qui occuverat à ſeptimo ætatis ſuæ anno puellam filiam ipſius locupletis, uſque ad viceſimum annum ſuæ ætatis, antequam potuit introire in domum, ita ſubito præ timore *Petri* fugatus eſt ab illa, ut non auderet expectare introitum *Petri*; nonne juſta, iterum dico, comparatio eſt inter magnum *Simonem*, & *Simonem* de *Monte Forti*; dum veniente *Petro Simone* ad puellam, ſubito fugaretur dæmon ejus, ut dictum eſt, ut veniente burgenſe verſus pedem *Simonis*, ſubito fugaretur dæmon infirmitatis ejus, priuſquam valuit ad pedem accedere, prout præfatus ſum? Ecce utrobique miraculum; ſed majus cedit merito majori *Simoni* miraculum, minus vero minori *Simoni*. Majus enim miraculum erat, quod dæmon qui docuerat puellam, quam nominavi, præ nimietate furoris fortiſſimi, accedentes ad ſe homines ſcindere, dilaniare, morſibuſque diſrumpere; & ut patet ibi, idem dæmon ejus docuit eam reddere multos inutiles & invalidos, nonnullos autem omnino perimere; quæ omnia mala peremta ſunt in illa, ad gloriam Chriſti & *Petri*, properante *Simone Petro* ad illam, ut patet in hiſtoria *Clementis*, libro XI. in fine libri. Et ſic patet quod majus miraculum ceſſit *Petro*, minus vero *Simoni* quem minorem dixi, nimirum quia minus erat in milluplo de malitia in dæmone burgenſis ægrotantis, quam in dæmone ferociſſimo puellæ atrociſſime debacchantis, ut patet ex durabilitate & quantitate majoris & minoris malitiæ utriuſque dæmonis.

Modo rurſus obſecro illos qui lecturi ſunt unam aliam comparationem inter præmiſſos *Simones*, ut non indignentur contra me quia hanc æſtimo præmiſſa comparatione excellentiorem. Quid enim excellentius eſt inter homines, vel in ipſa rerum natura rationabilius præexcellentibus comparationibus juſte enarratis? Tunc enim juſte comparatur homo, ſi comparatio ejus immediate relationem habet ad Deum, propter quod ait *Simon Petrus*, ut medium noctis tranſierit, ego ſponte jam ſuſcitor, ut ultra ſomnus nequaquam veniat ad me. Quod mihi accidit ex eo quia in conſuetudine habeo verba Domini mei *Jeſu*, quæ ab ipſo audieram tunc revocare ad memoriam. Unde pro ipſorum deſiderio ſuſcito animum meum, & cogitationibus meis impero, ut vigilem ſuper ſingula verba Domini mei, quæ recolens ac retexens nimirum memoriter teneo. Ex hoc ergo dum cum omni dulcedine ſermones Domini mei verſari in corde meo deſidero, conſuetudinem vigilandi obtinuit in me gratia Domini mei. Ita ergo ineffabili quadam ratione menti meæ introducta, ex tali conſuetudine vetus mea conſuetudo mutatur, ut patet ſecundo libro hiſtoriæ *Clementis*, in principio libri. Hujus viri digniſſimæ comparationi comparandus eſt *Simon*, cujus mentio ſuperius facta eſt. Non enim ſufficit comparatio per ſe poſita, niſi habeat juxta ſe comparabile ſibi digne poſitum. Comparabile itaque *Simonis Petri* quaſi iis diebus incomparabilis alicui, fuit *Simon* de *Monte Forti*, qui poſtquam juraverat cum baronibus, jubente Rege, qui & ipſe pariter juraverat cum *Simone*, imo ante *Symonem*, ut ſtaret fideliter providentiæ baronum apud *Oxoniam* à ſapientioribus *Angliæ* in rotulo prænotatam, cœpit ſemetipſum quaſi abnegare ſibi, & more *Simonis Petri* vigilias præparare, à quibus non recedens uſque ad diem mortis ſuæ, omni nocte ſurgebat circa noctis medium ad indictionem inauditi horologii, ſi tamen fas eſt appellare ejus talem providentiam horologium, quod nunquam ei defuit poſtquam hujuſcemodi arripuerat providentiam. Horologium itaque ſuum erat candela cerea omni nocte accenſa quando ſolebat ire dormitum, in qua pro diverſa quantitate noctium brevium vel longarum, talem metam Divinitus affixit, ut cum ventum fuiſſet ad metam illam circa horam noctis mediæ, extemplo quaſi Divinitus excitus ſurgeret omni nocte è lecto, adeo ſine ſtrepitu ut nullus compauſantium ſecum eum audiret, ſed nec ſentiret ſurrexiſſe. Et hoc faciebat ex uſu, acſi unum ex perfectioribus horologiis excitaſſet eum. Tunc videres illum veteri conſuetudine dormiendi exutum, ſcilicet uſque ad cantum pullorum,

 vel

vel diem albeſcentem, & nova conſuetudine *Simonis Petri* quoad vigilias indutum, ita ut ab illa hora qua ſurrexerat de nocte, uſque ad ſubſequentis diei noctem, nequaquam ſomnus accederet ad ipſum, ſicut nec ſomnus ad *Simonem Petrum* credebatur accidiſſe. Ecce prædulcis comparatio *Simonis* ad *Simonem*, dum hic perſiſtit in continua oratione ante Deum ſingulis noctibus, ille in creberrima recordatione ſermonum Dei omni nocte, quos habuerat ſequenti die ad populos prædicare incredulos. Sciebat enim *Simon* pervigil in oratione corde tenus *Primarium*, ſciebat & *Pſalterium* & alias orationes, quas noctim ſine intermiſſione cum alacritate & devotione percurrens, non immemor fuit amoris ſui creatoris & mandatorum ejus. Unde nimirum ex iis credebatur placere ſummo conditori; præſertim ſi verum erat, immo quia verum erat, quod à ſecretariis ſuis Cubiculariis aliis referebatur de eo, ſcilicet quod omni die noctuque veſtitus fuit cilicio; cujus frugalitas in victu erat, parſimonia laudabilis, cujus amictus commendabilis, non enim ambulabat in magnis neque in mirabilibus ſuper ſe, ſed inter ſuos domeſticos contentus erat amictu *roſſeti*, inter majores terræ raro *Scarleti*, frequenter vero *bloveti* vel *burneti* amiciebatur indumento, ut minus forte ſuſpectum haberetur cilicium ſubter indutum, de quo ſermo fortaſſe exierat, prout ipſe dubitarat, inter homines. Rurſus de frugalitate ejus parca, & proinde laudabili, inter divitias abundantes & delicias affluentes, quid dicam, niſi quod frugalitas ejus habet comparari *Simonis Petri* pauperrimo victuali? Sed & indumentum ejus ejuſdem *Petri Simonis* debet comparari indumento pauperi, cujus victuale erat ſolus panis cum olivis, qui etiam raro in uſu panem habebat cum oleribus. Sed & indumentum ipſius *Petri* erat ſola tunica cum pallio, quæ duo ſufficiebant ſibi, ut ipſe aiebat. De iis rebus *Petri* habetur libro octavo ſupradictæ hiſtoriæ, circa principium libri. Videamus adhuc qualis frugalitas erat in *Simone* milite. Et ſciendum quod frugalitas talis eſt naturæ, quod neque citra neque ultra ſolet cibum aut potum percipere, ſed medium inter duo ſemper tenet, ſcilicet inter magnum & modicum. *Simon* igitur quia ultra menſuram ſolitæ frugalitatis non cibum non potum ſumſit, merito habet dici frugalis, quod elicitur de modo ejus, quoniam ſemper ſurrexit uno modo, ex quo arripuit modum vigilandi, ut dictum eſt; ſiquidem non ſurrexerunt alii qui ſecum dormiebant, totam propemodum noctem dormientes, ſed digeſti ſurrexerunt impleti repletione dormitionis ſatis abunde, qualis repletio modo *Simonis* non defuit *Simoni*. Repletio itaque dormitionis in *Simone* erat pauca, quoniam frugalitas ejus fuit magna, parca tamen. Et ſic comparatum habemus *Simonem* frugalitati ſanctæ, quoniam ſobrius ejus victus ſobrium ſequebatur ſomnum, ut verbis ſanctiſſimi utar *Bernardi*. De frugalitate vero *Simonis Petri* patet paulo ante, de qua ipſe procedens ulterius videtur loqui; cum dicit ubi ſupra, Nos, id eſt ego & frater meus germanus *Andreas*, à puero, ſcilicet à pueritia, valde pauperes crevimus. Ecce frugalitas *Petri* initiata à ſua paupertate matutina, quæ poſtea decorata fuit in ſchola Chriſti frugalitate veræ Sanctitatis, unde quaſi unius comparationis quoad frugalitatem videntur eſſe conſortes duo *Simones*, ſalva majoritate Apoſtoli, quæ ſuam frugalitatem recepit ex verbis Domini dicentis *videte ne graventur corda veſtra crapula & ebrietate*; Quæ duo mala ab utroque *Simone* fuerunt elongata. Unde *Simon* ſcholaſticus Chriſti potuit dicere ad *Simonem* militem Chriſti, ſi fuiſſent contemporanei, illud verbum quod ait *Clementi* diſcipulo ſuo, ubi ſupra, *Miror ac magis te laudo*; erat enim *Clemens* papa de proſapia imperiali, & *Simon* Comes de ſtemmate regali *quomodo cum tu ſis vir multæ abundantiæ veniens ad nos tam cito transferre & aptare te potueris ad hanc vitam noſtram, quæ ſolis utitur neceſſariis paupertatis, non voluptatis*. Nec mirum eſt, ſi arripientes viam juſtitiæ propter Deum, donum conſequantur frugalitatis perfectæ, nunquam deficientis à meta ſobriæ menſuræ; cum legamus quæ-

dam

dam animalia irrationabilia munus tantæ abſtinentiæ adeo perfecte accepiſſe à Deo, ut nunquam vivant ex aliquo alimento corporali, ſicut cetera animantia. Unde *Solinus* narrat in libro de *mirabilibus mundi*, capitulo centeſimo LXIV. de *camaleonte* animali quadrupede, quod ejus natura talis eſt, ut neque cibum capiat, neque potu alatur, nec alio alimento vivit quam hauſtu aeris, ad quem habet hiatum æternum, & tamen habet carnem & ſanguinem & viſcera, ut tradit *Plinius* libro VIII. capitulo XXIV. & dicit quod habet carnem in capite & maxillis & totum ſanguinem corporis ſui in modica cauda quam gerit, & tamen cum ſit maxima beſtia, ut ipſe dicit libro XI. *naturalis hiſtoriæ*, capitulo XXXVIII. nihil habet intra ſe præter vacuitatem, quæ non creditur eſſe ſine aere, quoniam ut ipſe dicit in libro VIII. capitulo XXXIV. ſemper habet os hians ad alimentum aeris, ſine ullius alterius uſus miniſterio. Sunt & alia animantia quæ vivunt abſque alimentis corporalibus, & vocantur vermes. Ii habitant in provincia juxta zonam torridam, ut habetur in Epiſtola *Johannis* presbyteri, appellanturque *Salamandræ*. Iſti optimi vermes non poſſunt optime vivere niſi in igne, à quo recipiunt vegetationem ſuam. Hæ *Salamandræ* non ſunt ſimiles *Salamandris* aliarum provinciarum inutilibus & venenoſis, & ideo faciunt pelliculas ſericas in quibus ſe abſcondunt, ſicut aliæ vermes qui faciunt ſericum. Ex quibus pelliculis fiunt veſtes ad uſum regum & magnatorum. Hæ veſtes non poſſunt lavari niſi in igne fortiter accenſo, de quarum genere puto eſt veſtis de qua loquitur *Plinius* libro VIII. capitulo XLVIII. dicens, *eſt quædam veſtis quæ ferro reſiſtit & ignibus.* Viſo itaque regimine quorundam animantium omnem frugalitatem humanam excedente & abſtinentiam omnium hominum ſuperante, mirandum non eſt, ſi *Simon* à Deo frugalitatis virtutem adeptus eſt, ut ultra non procederet ad alicujus ſuperfluitatis uſum, ſicut nec camelus vult quoquomodo procedere ultra ſpatium itineris ſui conſuetum, nec etiam plus recipere de onere quam conſuevit portare, ut innuit *Plinius* libro VIII. capitulo XIX. Et talis quidem comparatio recte conſuetudinis admodum idoneæ comparata virtuoſæ frugalitati *Simonis*, in nullo videtur derogare conſuetæ modeſtiæ ſanctitatis ejus; de cujus cilicio videamus aliquid adhuc, cum debeat eſſe non ſine cauſa ſanctum; ſi enim ſetæ cameli medicinales ſunt, ut docet *Plinius* libro ſupradicto capitulo VIII. & ponit ibi ſetas pro pilis, multo magis cilicium cujuſlibet ſancti hominis ex pilis cameli vel alterius animalis contextum, debet æſtimari ſanctum. Compara igitur cilicium *Simonis* ſtrenuiſſimi militis, & pallium & tunicam ſanctiſſimi piſcatoris, de quibus aliquid præfatum eſt, & invenies ni fallor auſteritatem cilicii *Simonis* non minus habentem de pœnalitate in *Simone*, quam pallium nudum & tunica nuda excellentioris *Simonis* habuit in tanto *Simone*, quas ejus res jam non arbitror cauſandas propter novitatem, dum magis creduntur fuiſſe vetuſtæ quam novæ, & ideo frigidæ; In quibus ſane rebus credendum eſt quod hyemis tempore frequenter alguit, cujus algoris auſteritas magna erat illi pœnalitas. In quibus etiam rebus cum æſtuaret æſtivo tempore, nunquid defuit ei aliquid de calore maximo? Non utique, niſi forte inſinuoſa pallii ejus refrigerativa obumbratio non erat illi aeris frigidi aggregativa conſolatio contra ardorem caloris maximi, quando circuibat diverſas hominum nationes, evangelizando eis regnum Dei, non ſine dierum multorum caumate perfervente. Habuerunt igitur iſti duo *Simones* auſteritatem in ſemetipſis ad ſufficientiam, propter amorem vitæ æternæ ad quam aſpirabant. Propter quod *Simon Petrus ait* de ſeipſo libro VIII. *Itinerarii Clementis, Mens mea non ad hæc præſentia, ſed ad illa quæ æterna ſunt aſpicit; & ideo me nihil rerum præſentium viſibiliumque delectat.* Quarum rerum delectatio nec *Simonem* Comitem delectabatur; unde dicebat, quod à cauſa tuitionis *Angliæ*, quam propter Deum juſte ſuſceperat tuendam, nunquam reſiliret, nec pro morte qualicunque, nec pro vita, quoniam, inquit, moriturus ſum propter illam.

Principalis igitur cauſa mortis hujus *Simonis* fuit præſtatio juramenti fidelis pro *Anglia*, à cujus juramenti die & in poſterum, cœpit arctare converſationem ſuam, uſque ad diem defunctionis ſuæ, ut ante expreſſum eſt; ut qui jampridem non abſtinuerat ab amplexibus uxoris propriæ, nunc longe fieri inciperet extra amplexus ejus, more *Simonis Petri* qui ab amplexibus ſuæ uxoris penitus credebatur abſtinuiſſe, quæ tunc temporis de conſuetudine ibat in retro comitatu diſcipulorum *Petri* cum matre ſancti *Clementis* & aliis ſanctis mulieribus, ut innuitur libro VIII. *Itinerarii* ejuſdem.

Et factum eſt in diebus illis ut *Simon* uteretur cilicio, de quo præfatus ſum. Tunc audires viros graves & religioſos diverſorum ordinum paſſim per *Angliam* dicere, quorum nonnulli venientes in *Scotiam* idem dicebant, quod non minus mallent eligere poſt mortem *Simonis* ratione ſupplicandi altiſſimo, tum propter auſteritatem vitæ *Simonis* in cilicio, jam enim innotuerant concubicularii *Simonis* aliquibus ex amicis ſuis quos habebant ſpeciales, quod cilicio uteretur *Simon*, unde *Simon* delectus fuit quoniam nihil tam occultum eſt quod non reveletur; tum propter juſtiſſimam cauſam indigenarum *Angliæ* quam manu ſuſceperat defendendam, adire tumulum ejus poſt obitum ſuum, quam peregre proficiſci *Hieroſolymam*. Alii autem dixerunt quia ſi jam occubuiſſet *Simon* propter juſtitiam, ſicut poſtea fecit, adeo libenter accederent ad ſepulcrum ipſius propter orandum Deum, ſicut ad capſam magnam ſancti *Thomæ* Martyris, in qua ipſe quieſcit fideliter, creberrimis à Deo donatus miraculis, lapidibus pretioſis populi, imo quaſi innumeris *Cantuariæ* adornatus. Unde habebant talem rationem pro ſe dum talia confabularentur, quod non minus occubuit *Simon* pro juſta ratione legitimarum poſſeſſionum *Angliæ*, quam *Thomas* pro legitima ratione Eccleſiarum *Angliæ* olim occubuerat. Legitime igitur occubuerunt ambo in diebus ſuis ciliciorum pœnitentia, quæ præ aliis pœnitentiis ducit hominem ad Deum, induti, ut induitione æternæ in corruptionis propter pœnitentiam quam voluntarie propter juſtitiam à Deo juſte inſpirati apprehenderant facilius mererentur accipere.

Poſt occubitum vero *Simonis*, in mortem pretioſam fratres *Minores*, quos ipſe dilexerat religioſo more, qui & ipſi conſcii fuerunt conſcientiæ ejus in plurimis, materiam loquendi ſumentes de vita ejus, ex optimis geſtis ejus venerandam de illo ediderunt hiſtoriam, ſcilicet lectiones, reſponſoria, verſus, hymnum, & alia quæ pertinent ad decus unius Martyris & honorem; quæ dum *Edwardus* ſupereſt, ſolemnem, ut ſperatur, non obtinebant in Eccleſia Dei decantationem.

Huic ſancto viro nonnulli qui detraxerunt, poſt mortem ejus, ignominioſam mortem ſubire meruerunt; Quorum unus erat Canonicus quidam de **Alnewic**, qui poſtquam nimis ſuperflue uno die derogaverat *Simoni*, nondum enim venerat pes ejus ad domum illam, in craſtino illius diei cum debuiſſet ſurgere de lecto ſuo, nullum oculum invenit in maledicto capite ſuo; pejerarat enim pridie per oculos Dei, quod *Simon* fuit proditor Regis *Angliæ* & procerum ſuorum; & ideo, nec mirum, ceciderunt oculi ejus per ſe de capite ejus, Divina ultione plectente eum propter *Simonem*; In loco vero utriuſque oculi inveniebatur ſuffoſſio profunda & horribilis; qui eodem die ſubito obiit.

Obiit *Johannes* Epiſcopus *Glaſguenſis* in *Francia* apud *Meldam* civitatem, in qua ſepelitur; loco cujus eligitur *Willielmus Wiſcard* Cancellarius Regis; qui cum eſſet electus, mortuo *Gamilino* Epiſcopo ſancti *Andreæ*, electus eſt ad pontificium ejuſdem ſancti. Et *Robertus Wiſcard* nepos ejus, Archidiaconus *Laodoniæ*, factus eſt electus *Glaſguenſis*, deinde in Epiſcopum conſecratur.

Quidam alius vere anathema diaboli, qui abſciderat virilia ſancti viri *Simonis*, poſt duos annos tanti ſceleris perpetrati, morte turpiſſima mortuus

tuus eſt in *Scotia*, ſubmerſus in magno profundo flumine *Thayenſi*, fluente ad mare juxta nobile oppidum de Perht; de quo cum debuiſſet extrahi, inventi ſunt ſuper ventrem ejus duo ſcrabones miræ turpitudinis, pedes ſuos adeo fortiter in ipſo ventre fixos habentes ut vix evelli potuiſſent. Cujus corpus infelix de flumine extractum, equinam meruit ſepulturam. In nonnullis enim locis, ſicut in *Agrigentina* regione, ſepeliuntur equi nobiles, propter induſtriam nobilitatis ſuæ, quorum etiam tumulis adjiciunpyramides, ut patet libro VIII. *Plinii* de *Naturali Hiſtoria*, capitulo XLIV. Indigne igitur dixerim infelicem hominem de quo modo locutus ſum ſepulturam equinam meruiſſe, quoniam degeneravit à nobilitate equorum, nobilem ſepulturam promerentium; unde dicitur in capitulo modo dicto, quod divus Imperator tumulum equo ſuo fecit. Factum eſt & carmen de illo equo. Item, ut liquet ibi, magnus Rex *Alexander* inter XII. *Alexandrias* quas conſtruxit, fecit unam urbem nomine ſuo dirivative appellatam, ſcilicet *Alexandrias*, cognomine *Bucephaleam* equo ſuo; *Bucephalus* enim vocabatur equus ſuus, cui poſt mortem fecit exequias, & vocatur *Alexandria* illa *Bucephalea* propter *Bucephalum Alexandri* equum nobilem tumulatum in ea. Et bene fuit iſte equus dignus tali ſepultura; quoniam *Alexandrum* Dominum ſuum è diriſſimis bellorum certaminibus ſoſpitem ope ſua extulit, ut refert *Solinus* in libro de *Mirabilibus mundi*, capitulo C. LXXIII. Hic equus decore *Alexandri* captus fuit, ſed ego potius credo amore dum adhuc puer eſſet *Alexander*, ut patet in textu *Plinii* ubi ſupra. Bene itaque dixerim quod amore pueri *Alexandri* captus fuit ejus equus, in tantum ut omnes ceſſores dorſum ejus aſcendentes rejiceret, excepto domino ſuo proprio, ſcilicet *Alexandro*. Scripſit *Solinus* etiam de aliis equis quod neminem unquam præter dominum ſuum vehere dignati ſunt; & multa alia commendabilia, in capitulis quæ ſupra nominavi, de natura equorum, utpote quod lacrimas fundunt pro morte dominorum ſuorum. O pia generoſitas equorum! Item gratis fame moriuntur perditis rectoribus quos diligebant. O affectuoſa amicitia illorum, quæ propter cauſantes prolixitatem omiſi. Viſo itaque ſuperius honore equis impenſo quoad tumulationem eorum in locis honeſtis, nonne indignatio erat videre abſciſorem virilium ſanctiviri ſepultum in campo pulcherrimo, cum potius ſepeliri debuiſſet juxta furcas, ubi ſolent habere ſepulturas ſuas latrocinantes & alii malefactores, ſi impœnitens erat contra *Simonem*.

Obiit *Johannes Maunſel* in partibus tranſmarinis in paupertate & dolore maximo. Hic miſer tot [a] obtentus Eccleſiaſticos habuit, ut annuatim ex illis XVIII. millia marcarum poterat expendere. Unde majores Epiſcopatus *Angliæ* recuſavit, tum quia in pluralitate permultarum prædítiſſimarum Eccleſiarum abundavit, tum quia lubricus erat. Hic ait de una Eccleſia modici cenſus, ſcilicet xx. librarum, *Ad canes noſtros valet illa modica Eccleſia*; Innuens per hoc, quod ſurfures & farina & alia canibus ſuis neceſſaria ex proventu illius Eccleſiæ deberent comparari. Hic etiam cum eſſet *Simonis* adverſarius, & Conſiliarius Regis præcipuus, ſuaſit ei ut juramentum quod fecerat cum baronibus pro fidelitate *Angliæ* ſervanda omnino dimitteret. Factumque eſt ita. Mittitur igitur ad curiam ſummi pontificis pro abſolutione petenda, ne Rex teneretur præſtito baronibus juramento; obtinuitque mox Regia ſupplicatio abſolutionem petitam. Unde bellum primum, de quo dictum eſt, accepit contra illos, poſt illius abſolutionis obtentum. Sed væ Regiæ infidelitati; Juraverat enim Rex quod ſtaret providentiæ baronum in omnibus; Juraverunt etiam & barones Regi, quod ipſi ſtarent eidem providentiæ, pro Rege & Regno ejus fideliter factæ. Sed quia Rex juramentum ſuum non tenuit, ideo credebatur à pluribus, quod

[a] i. e. cenſus.

propter

propter hoc barones victoriam obtinuerunt de illo, quia fidele præſtiterunt jusjurandum pro ſalvatione Regni; Cui jurijurando aſſenſum nunquam præbuit *Edwardus*; Qui cum poſtea eſſet in cuſtodia [a] *** reverenter miniſtrantis illi dapes Regias, ſolebat ei dicere, *Domine* Edwarde **** ** *obis obſequium noſtrum.* Cui *Edwardus* reſpondere conſuevit *** ignorans omnino quod *Simon* cogitaret de morte quam accepturus erat ſub gladio ejus.

In diebus illis mittitur vir venerandus *Oliverus* Abbas de Driburc ad *Edwardum*, ex parte [b] & Reginæ *Scotiæ* ſororis *Edwardi*; Cujus adventum cum comperiſſet *Simon*, ductus eſt ad *Edwardum*, relicto Canonico deorſum per ſe, qui venerat cum illo. Erat enim *Edwardus* in alto ſolio tunc temporis commorans. Aſcendit ergo *Simon* ante Abbatem per ſingulos gradus ſolii, Abbate eum ſubſequente; qui cum veniſſet ad illum ad quem miſſus fuerat, poſt ſalutationem factam more amico conſedentium locuti ſunt adinvicem, tamdiu *Simone* ante ipſos ſtante, donec ab invicem receſſiſſent. Qui dum ſic ſtaret, non huc non illuc oculos deflexit, ſed perpeti intuitu ambos obſervabat, ne littera ſuſpecta traderetur *Edwardo*, & ne vel ſiniſtrum verbum ex parte mittentium eum diceretur ab illo. Cumque collocuti fuiſſent quantum voluerunt, Abbas ſurgens, petita licentia, receſſit; quem *Simon* ſubſequens verebatur forte, ut Abbas ſuſpicabatur, quod ſi poſt dorſum *Simonis* iſſet, litteram ſubdolam porrigeret *Edwardo*, ad quem Abbas ſubſequens, ut dictum eſt, *Simonem* prius venerat, ne forte ſi Abbas præceſſiſſet eum, litteram clandeſtinæ ſuſpicionis daret eidem projiciendo; & talis quidem cautela *Simonis* valde erat modica inter majores ejus cautelas.

Modo faciam finem loquendi de *Simone* propter cujus vitam, in minimis & quibuſdam arduis à me ni palam utrumque elucidatam, non debeo juſte timere alicujus contra me invidi convitium, detractionem, vel mendacium, quoniam nihil ſcripſi de illo niſi quod à viris fide dignis fideliter, ut æſtimo, mihi relatum accepi; quorum relationibus qui non credunt, nullatenus credent *Auguſtino* dicenti, libro XVI. de *Civitate Dei*, capitulo XI. quod tempore memoriæ ſuæ uni homini erant duo capita, duo pectora, & quatuor manus, venter unus, & duo pedes; Neque *Oroſio* qui narrat de puero qui erat quadripes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem, natura virili, duplex natus ex ancilla, ut patet libro VII. de [c] *Ormetiſta mundi*, capitulo XI. nec *Plinio* libro VII. capitulo V. *Naturalis Hiſtoriæ*, referenti quod quidam puer factus eſt ex virgine ſub parentibus, qui juſſu aruſpicum deportatur ad inſulam deſertam: Nec etiam credent quod quidam infans reverſus eſt in uterum matris ſuæ; nec etiam quod VII. infantes uno die egreſſi ſunt de utero unius mulieris, ut liquet dicto libro, capitulo IV. nec *Iſidoro*, libro XI. *Etymologiæ*, capitulo III. dicenti, quod quidam homines dentati naſcuntur, quidam barbati, quidam cani; & quod vitulus natus fuit ex muliere, & quod alia mulier peperit ſerpentem; Nec inſuper credent, quod Elephas peperit ſerpentem, ut habetur ſupradicto libro *Plinii*, capitulo ſupradicto. Ductis igitur hujuſmodi ſimilitudinibus contra mendaces, propter *Simonem*, quæſo ut nullus de eo obloquatur per modum detractionis, ne forte apprehendat eum aliqua ex ultionibus merito propter detractionem, in quibus nonnulli ex æmulis ejus temporaliter perire meruerunt. Fuit & *Simon* deſcendens à viris bellicoſis, à quibus ipſe non degenerans ſimilis factus erat illis, ut ſupradictum eſt, vir bellicoſus, in occubitum mortis tranſiens propter juſtitiam in bello, ſicut ipſi cauſa juſtitiæ occubuerunt in bello, ſcilicet pater ejus, avus ejus, proavus ejus, atavus ejus, abatavus ejus.

Explicit opuſculum de nobili *Simone* de *Monte forti* editum.

a f. Irreverenter; nam hic & in lineis duabus ſequentibus abſciſio eſt magnæ partis membranæ.
b. f. Regis &c. *b* Vide Voſſ. de Hiſtoric. Lat.

Ceſſit

Ceſſit officio abbatizationis ſuæ dominus *Johannes* de *Edirham* Abbas de Melros, cui ſucceſſit Dominus *Robertus* de *Keldelcht*, Monachus de Neubotil, qui prius fuerat Abbas de Dunfermelin, & Cancellarius *Scotiæ*.

Anno Domini M. CC. LXIX. Glorioſum principem Regem *Franciæ* euntem verſus terram ſanctam, immenſa violentia ventorum in mari *Græciæ* ab itinere extulit incepto ad exteram nationem, quam cum intraſſet, cognoſcens quod Regio eſſet *Barbariæ*, Regem ejus ſibi ſubjugavit, & metropolitanam ejus civitatem, inclytam valde, robuſtam, atque populoſam obſedit, & obſeſſam cepit. Iſta civitas *Tunis* nomine cum aliis civitatibus illius regionis, Regi *Franciæ* ſingulis annis magnum reddit tributum. Cujus incolæ unum Deum altiſſimum colunt, non trinum in perſonis, & ideo parcebatur illis ne interficerentur à *Francis*, quoniam colunt unum Deum ſine lege *Judæorum*. Duo Epiſcopi ſunt in illa regione. Subjecta itaque regione *Barbariæ* Regi *Franciæ*, cum idem Rex verſus propria rediret, una cum Rege *Naverniæ*, mortui ſunt ambo in via; cum quibus obiit *David* Comes *Atholiæ* in illa peregrinatione. Succeſſit *Lodowico* in Regnum *Philippus* filius ejus.

1269. *Henric.* 3. *R.*

Tunis à R. Franc capta.

Obiit *Albinus* Epiſcopus *Brethinenſis*, cui ſucceſſit frater *Willielmus* de *Kilconcath*, lector fratrum prædicatorum de Perth. Piiſſimus *Lodowicus* Rex, cujus ante mentio fit, fecit illud famoſum Monaſterium ordinis *Ciſtercii* quod vocatur *Regalis mons*, non poſſeſſiones more aliorum monaſteriorum illi tribuens, ſed perpetuas liberationes frumenti, vini, & omnium aliarum rerum neceſſariarum, in locis congruentiſſimis per procuratores ſecuriſſimos certis temporibus annuatim percipiendas, ut Monachi illius loci ſoli Deo vacent per omnem modum, & ſeculo per nullum.

Ceſſit dominus *Wydo* Abbas de Neubotil regimini domus ſuæ, cui præficitur dominus *Waldevus* Monachus de Melros, qui fuerat Cellerarius ejuſdem domus.

§. Obiit *Lora* Comitiſſa *Atholiæ*, ſepulta apud Melros.

§. Obiit *Johannes* de *Balliolo*. Hic amator Scholarium fecit propter Deum perpetuam domum apud *Oxoniam*, tribuens ſingulis ex illis ſcholaribus omni hebdomada VIII. denarios ad communem eorum menſam.

Collegium Ba iolenſ. Oxón.

§. Eſt ibi alia domus Scholarium melior illa, qui percipiunt ad communiam ſuam XII. denarios per circulum ſeptimanæ de dono Epiſcopi *Bathenſis*.

Anno Domini M. CC. LXX. Dominus *Edwardus* primogenitus filius Regis *Angliæ*, miles bello doctiſſimus, proficiſcitur ad terram ſanctam. Veniens autem illuc, moratus eſt in turri *Acconenſis* civitatis, nec poſuit pedem extra illam civitatem ad aliquod arduum negotium faciendum, niſi una vice, præcedente eum uno Chriſtiano exploratore qui erat de ſecta *Sulianorum*, qui ſunt Chriſtiani habitantes quaſi eremitæ inter *Sarracenos*, & ideo pacem ſemper habent inter illos, quia in ſolitudinibus morantur, Venerantur enim omnes *Sarraceni* & pagani eremitas, propter honorem ſancti ſolitarii *Johannis* Baptiſtæ, quem ideo ſumma cum veneratione diligunt & honorant, quia triumphaverunt in die ſolennitatis ejus in bello de Chriſtianis. Dictus vero *Sulianus* venit *Acconiam* nunciare *Edwardo* quod habitatores cujuſdam urbis quæ vocatur *Caconia*, cum gregibus & armentis animalium juxta patriæ ritum ad paſcendum ea jam exierant ad nemoroſa loca, ubi ſibi fixerant tabernacula multa. Semel in anno ſimul exeunt incolæ illius civitatis ad ſpatiandum ſibi propter aeris beneficium, ad talia loca, ſimul & omnes regrediuntur ad civitatem. Tendente ergo *Edwardo* verſus tabernacula ſpatiantium, quæ erant itinere trium dierum ab *Acconia*, de die delituit in locis opacis ſive nemoroſis, prout inſtructus fuerat à *Suliano*, propter metum multitudinis paganorum, qui cito potuerunt confundere paucitatem Chriſtianorum qui cum illo erant; non enim habebat ſecum niſi paucos peregrinos, cum electioribus populi *Acconienſis*. De no-

1270.

Suliani.

cte

ćte igitur iens erat, ut ſic deluderentur pagani, dum ignorarent ſemitas tranſitus ejus. Veniens igitur quodam ſummo mane ad loca prænominata, invenit *Sarracenos* & uxores eorum cum parvulis ſuis in lecto, quos omnes ut hoſtes Chriſtianæ fidei occidit in ore gladii. Poſt quorum interfectionem tulit ſecum ad *Acconiam* omnia armenta eorum & greges, cum omni ſuppellectile illorum, nullum ex omnibus hominibus ſecum exiſtentibus, amittens præter unum armigerum, nomine *Nicholaum*, qui erat armiger cujuſdam militis *de Scotia* oriundi, cui nomen erat *Alexander* de *Setun.* Ille autem armiger cum declinaſſet à comitatu Chriſtianorum ad purgandum alvum, ſcutum domini ſui portans ad dorſum in equo, mox captus eſt à paucis paganis habitantibus juxta iter per quod Chriſtiani jam tranſierant minime viſi à paganis, quos occidiſſent Chriſtiani ſi illos vidiſſent; armigerum autem illum quem ſecum abduxerunt pagani, ab illo die non viderunt Chriſtiani.

Glorioſus vero miles Dominus *Edwardus* magnam ſuæ militiæ probitatem in diebus illis feciſſet ſuper paganos; erat enim tunc temporis quaſi flos totius mundi in ſtrenuitate rei militaris, ſi habuiſſet ſuccurſum Chriſtianorum quos ſubtraxerat ei Rex *Ciciliæ*, proditor Chriſtianiſmi, *Carolus* nomine, frater Regis *Francorum Lodowici*. Per hunc enim ſubtrahebantur *Edwardo* auxilia diverſarum nationum, ſcilicet *Ciciliæ*, *Apuliæ*, *Calabriæ*, & *Italiæ* propter avaritiam *Caroli* qui acceperat à paganis theſaurum nimis magnum, antequam venerat *Edwardus* ut expugnaret eos. Ratio autem theſauri accepti erat, ut induciæ quas petebant *Sarraceni* ut ſe præmunirent contra Chriſtianos, concederentur eis à *Carolo*. Petierunt ergo ſpatium xv. annorum ad talem præmunitionem faciendam, quod libenter conceſſit eis *Carolus*, cautione ſecuritatis data eis ab ipſo qualem voluerunt per literas ejus cum jurejurando. Reverſus eſt igitur *Carolus* proditor, ſecuto eum theſauro à gente perfida male accepto in navi fortiſſima repoſito, quæ cum ad portum tutiſſimum applicuiſſet, juxta quandam civitatem Chriſtianorum, ultione Dei ſuper illam propter theſaurum infideliter acceptum deſcendente, in ipſo portu ſubito dehiſcebat, nihil de pecunia perditionis ſalvato, nutu propitiæ Divinitatis evadentibus ex illa omnibus hominibus quotquot erant in ea, & adtunc ſalvatis omnino. Periit itaque navis, videat *Carolus* ne pereat æternaliter ipſe, extra navem Eccleſiæ inventus. Navis Eccleſiæ eſt unitas Eccleſiæ, à qua unitate *Carolus* videbatur omnino receſſiſſe, quando maluit pecuniam contra Chriſtum, quam bellum propter Chriſtum contra inimicos Chriſti. Poſtea reverſus eſt verus Chriſti theſaurus Dominus *Edwardus* de Terra ſancta, prætermiſſa gentium expugnatione, quam non poterat facere præ Chriſtianorum paucitate. Propoſuit tamen nunquam reverti ad propria, donec confudiſſet partes paganitatis in quantum potuiſſet, ſi ſuccurſum Chriſtianitatis ad votum fuiſſet adeptus; ſed audita morte patris ſui optimi *Henrici* Regis, qui ſemper pacifice & tranquille regimina regionis gubernarat *Anglicanæ*, donec male ſuaſus (erat enim beſtialis homo, ſed religioſus) à conſiliaribus infelicibus quorum primatum tenuit uxor ſua Regina *Helionora*, nonnulla bella patiebatur committi contra barones Regni ſui; de neceſſitate oportuit eum redire ad propria, ut coronaretur ſucceſſurus patri in Regnum ut hæres legitimus.

Carolus R. Siciliæ. *Henric. 3. R. obiit.*

§. Obiit *Adam* de *Kilconcath* Comes de **Karric** in *Acconia*, cujus uxorem Comitiſſam de **Karryc** poſtea junior *Rob.* de *Bruys* accepit ſibi in ſponſam.

Quoniam indignum eſt ſilentio præterire qualiter orbis terræ juvenis validiſſimus, glorioſus Chriſti miles *Edwardus* adjuvante illum altiſſimo, liberavit ſe ne interimeretur à quodam *Sarraceno* fortiſſimo, dignum eſt ut ſtilus iterum recurrat ad ipſum. Sperans igitur quædam pars gentis perfidæ *Sarracenorum*, qui propius *Accomam* erat habitantes, quod Dominus *Edwardus* eſſet unus ex cunctis militibus Chriſtianis prætortiſſimus, mittit ad illum quendam

Edwardi Pr. periculum.

quendam *Admiraldum*, divitiis & poteſtate locupletem valde. Qui cum veniſſet ad eum, doloſæ legationis nuncius ſolemnis ſed ſecretus exiſtens, præter illa quæ antequam ad ipſum tunc venerat præmiſit multa pretioſa donativa, nunc donat ei æque pretioſa vel pretioſiora munera, petens obnixe ab eo ut parvitatem ſuam, quæ erat magna, licet ei ſic loqueretur, ad gratiam amicitiæ & fidelitatis dignetur admittere; quoniam, ut aiebat, illi habuit ſecretum animæ ſuæ aperire ei, quod nullo modo voluit oſtendere niſi pacem ſuam & gratiam ſibi prius voluiſſet concedere. Juravit ergo ei per Deum quod ſalus animæ ſuæ in manu ſua erat, unde ait, *obſecro te ne ſinas me perire.* Cui reſpondit *Edwardus* nullam habens fraudem in conſcientia, quod multo magis mallet ipſum & omnes *Sarracenos* de mundo ſalvari quam perire. Quo audito, ſimulator callidus procidit ad genua affabiliter ſibi colloquentis deoſculans ea, ſimiliter oſculabatur pedes & manus ejus, aſſerens ſe feliciorem jam factum eſſe quam unquam fuerat ante, qui tam glorioſi principis filium promeruit videre; Cujus Principis præconia multipliciter extollens pariter & filii, aiebat ei non talem in univerſo orbe fore alterum juvenem, qui tam viriliter egerat in haſtiludiis, & tam egregie de ſuis inimicis triumphaverat in bellis; appellans ipſum proinde non ſolum florem Chriſtianitatis, ſed & totius orbis victorem futurum, ſi inquit ad illum, ad te placeret Chriſtianitatis immenſa multitudini fidiliter confluere contra *Sarracenitatem* noſtram. Chriſtianorum itaque laudes multifarie multiſque modis efferens, locutus eſt ei in aure quod vellet Chriſtianus effici, pro eo, inquit, quod fides Chriſtianorum excellit omnem fidem miraculis glorioſis. Quibus verbis alter benigne nimirum exhilaratus, ait illi: *Feliciter natus fuiſti, ſi feceris te cito baptizari; quoniam fides noſtra eſt, quod omnis homo qui baptizatus non fuerit, in æternum cum diabolo peribit; & ideo ſi vis ſalvari, feſtina baptizari, quoniam ignoras diem mortis tuæ.* Cui reſpondit, *Felix ſit conſilium tuum; nam & ego volo baptizari: ſed habeo uxorem legitimam, & plures uxores, filios quoque & filias, cognatos & propinquos, quos deſidero una mecum baptiſmum ſanctæ fidei veſtræ percipere: volo igitur, antequam baptizer, illos de participatione fidei percipiendi convenire.* Ad quem *Edwardus*, *Bene*, inquit, *facietis, ſi properaveritis ut baptizemini, quia neſcitis horam mortis veſtræ.* Stabat ergo *Admiraldus* ſecundum ſchema ſuæ levitatis tripudians ante ipſum, acſi ipſe eſſet joculator, à quo demum petita licentia recedendi receſſit ab ipſo infelix, doloſitate plenus, promittens crebris vicibus ſe venturum ad illum ad conſolandum ſe & ſpatiandum cum illo; quod fecit, mittens ei per plures vices more ſolito immenſa exennia & ſpecioſa donaria. A quo cum quæreret *Edwardus*, cur tamdiu differret baptiſmum ſuſcipere; Reſpondit, ſe aſſenſum jam habuiſſe multorum ex ſuis ad hoc faciendum, ſed non omnium, inquit, quem infra breve tempus adquiram, Deo veſtræ fidei Chriſtianæ providente. Hii dum ſic ſe habent ad invicem amicabiliter quaſi confœderatos, nulla apud ambos alteri de altero remanet ſuſpicio. Unde rumor talis permaximæ amicitiæ eorum pervenit ad *Soldanum* totius *Sarracenitatis*. Qui mittens poſt *Admiraldum*, de quo vehementem habuit ſuſpicionem, quod quantum in ipſo erat, *Sarracenitatem* voluit prodere & tradere Chriſtianis ipſe Chriſtianus effectus, mandavit illi ſuper vitam & membra, præcipiens ut compareat coram majeſtate ſua tali die & tali loco; Cujus majeſtatis tanta eſt dignitas, ut narravit mihi armiger à quo præſentem habeo relationem, quod omnes introeuntes in Regiam ejus pro quovis negotio apud ipſum audiendo vel expediendo, primo flectunt genu extra introitum Regiæ ad limitem ubi limes eſt; Deinde ingreſſi Regiam, iterum faciunt genuflexionem aliam in medio Regiæ. Demum accedentes ante faciem ejus, profunde inclinant eum genua ſubmittentes. Ad quem veniens dictus *Admiraldus* ſalutavit eum, prius facto patrio ritu introitus ſui ſecundum conſuetudinem aliorum. Quem cum

 con-

conveniſſet *Soldanus*, ſi jam Chriſtianus factus eſt, & utrum proditor ſit [a] paganiſſimi apud filium Regis *Angliæ*; Reſpondit ei, Quod plus profecerat apud illum filium pro ſalvatione paganiæ, quam omnes quotquot ſunt in paganiſſimo ejus potuiſſent longo tempore profeciſſe. Et *quomodo*, inquit *Soldanus*? Cui ille, *Illum Regis filium, quem forte vos timetis, tantis magnis placavi muneribus, tot exenniis honoravi multiplicibus, cautiſſime agens cum ipſo, quod poſſum facere de illo quicquid volo; nec aliquid ſupereſt modo de ipſo, niſi ut perimatur quando volo.* Quod manifeſte factum fuiſſet niſi optimus Deus piiſſimum *Edwardum* melius ſalvando adjuviſſet. Poſt dies igitur paucos factum eſt ut ab *Admiraldo* doloſo * * *

a Paganiſmi.

ANNALES

ANNALES
MONASTERII BURTONENSIS

Ab Anno M. IV.
Ad Annum M. CC. LXIII.

Annales
Monaſterii Burtonensis in Agro Staffordiensi,

Ab Anno M. IV. ad Annum M. CC. LXIII.
Notatu digniſſimi.

1004. Anno ab incarnatione Domini M. IV. indictione II. tempore *Ethelredi* Regis *Angliæ*, patris ſancti *Edwardi* Regis & confeſſoris, quidam nobilis nomine *Wlfricus* cognomento *Spot*, conſtruxit Abbatiam **Burton** vocatam, deditque ei omnem hæreditatem paternam appretiatam ſeptingentas libras. Et quia nondum utebantur ſigillis in *Anglia*, fecit donum ſuum iis confirmari ſubſcriptionibus, prout in Charta continetur.

Ego Ethelred *Rex* Anglorum *hoc donum perpetua ditavi libertate. Ego* Ethelſtan *filius Regis. Ego* Ecghrith *filius Regis. Ego* Edmund *filius Regis.*

Ego Eadred *filius Regis. Ego* Eadƿig *filius Regis.*
Ego Eadgar *filius Regis.*
Ego Elfric *Archiepiſcopus compoſui.*
Ego Wulfſtan *Archiepiſcopus concluſi.*
Ego Elfheah *Epiſcopus conſignavi.*
Ego Elfhim *Epiſcopus conſenſi.*
Ego Lywing *Epiſcopus condixi.*
Ego Ethelric *Epiſcopus confirmavi.*
Ego Elfhelm *Epiſcopus corroboravi.*
Ego Ordbriht *Epiſcopus aſſenſi.*
Ego Godƿine *Epiſcopus adquievi.*
Ego Elfgar *Epiſcopus adunavi.*
Ego Godƿine *Epiſcopus affirmavi.*
Ego Sigeferd *Epiſcopus auxiliatus ſum.*
Ego Edƿeardus *Abbas* & ceteri uſque ad duodecim.
Ego Elric Dux cum ducibus duobus.
Ego Eƿelmer *Miniſter.*
Ego Ordulf *Miniſter.*
Ego ƿilfgeat *Miniſter.*
Ego ƿulfheat *Miniſter.* & ceteri uſque XXI.
Wlfgetus fuit primus Abbas Eccleſiæ *Burtonienſis.*

1005. M. V.

1006. M. VI. *Elphegus Cantuarienſis* Archiepiſcopus ſuſcepit pallium.

1007. M. VII.

1008. M. VIII. Rex *Ethelredus* excambivit villam de **Rolveſton** pro duabus villis, videlicet **Eldeſwirthe** & **Elſtredinton**, cum Abbate *Wulfgeto.* Hanc villam de **Rolveſton** tenet Comes de *Ferrariis* in hæreditate.

1009. M. IX.

1010. M. X.

1011. M. XI. *Cantia* vaſtata eſt à *Dacis.*

1012. M. XII. Abbas *Wlfgetus* emit villam de **Withmere** cum pertinentiis, à Rege *Anglorum Ethelredo* pro LXX. libris in auro & argento.

Elƿfegus Archiepiſcopus martyrizatus eſt.

M.XIII. *Swanus* Rex *Dacorum* fugavit *Ethelredum* in *Normanniam*. 1013.
M.XIV. Occiſus eſt *Swanus* à ſancto *Edmundo*. 1014.
M.XV. Hic venit *Cnut* ad *Anglos*. 1015.
M.XVI. Obiit *Ethelredus* Rex, anno Regni ſui XXXVII. 1016.
M.XVII. Occiſio *Edricis* Ducis & ſociorum ejus. 1017.
M.XVIII. Tranſlatio ſancti *Elphegi Cantuarienſis* Archiepiſcopi. 1018.
M.XIX. 1019.
M.XX.
M.XXI.
M.XXII.
M.XXIII. Hic obſcuratus eſt ſol IX. kal. *Febr.* 1023.
M.XXIV. 1024.
M.XXV.
M.XXVI. Obiit *Wlfgetus* Abbas. 1026.
M.XXVII. Succeſſit *Brictricus* Abbas. 1027.
M.XXVIII. Hic *Cnut* perrexit ad *Norwegon* cum L. navibus. 1028.
M.XXIX. Hic reverſus eſt. 1029.
M.XXX.
M.XXXI. Hic *Cnut Romam* petiit, & bellum in *Cantia* renovat. 1031.
M.XXXII.
M.XXXIII.
M.XXXIV.
M.XXXV. *Cnut* Rex obiit. 1035.
M.XXXVI. *Elfredus* filius Regis *Ethelredi* per *Godwinum* occiditur. 1036.
M.XXXVII.
M.XXXVIII.
M.XXXIX.
M.XL. *Haraldus* Rex obiit. *Hardecanutus* coronatur. 1040.
M.XLI.
M.XLII. *Hardecanutus* Rex *Angliæ* & *Danemarchiæ* obiit. 1042.
M.XLIII. Sanctus *Edwardus* Rex coronatur. 1043.
M.XLIV.
M.XLV.
M.XLVI.
M.XLVII.
M.XLVIII.
M.XLIX.
M.L. Obiit *Brictricus* Abbas. 1050.
M.LI. Venit *Leuericus* Abbas. 1051.
M.LII.
M.LIII. M.LIV. M.LV. M.LVI. M.LVII. M.LVIII. M.LIX. M.LX. M.LXI.
M.LXII. Sanctus *Wlſtanus* Epiſcopus *Wigorniæ* conſecratur. 1062.
M.LXIII.
M.LXIV.
M.LXV. Sanctus *Edwardus* Rex Obiit. *Haraldus*. 1065.
M.LXVI. Adventus *Normannorum* in *Angliam*. *Haraldus* Dux, *Godwini* ducis filius, poſt mortem ſancti *Edwardi* Regis occupavit Regnum *Angliæ*, fracto fœdere quod pepigerat cum *Willielmo* Duce *Normanniæ*, quando captus fuit in *Pontivo*. Unde factum eſt quod Dux *Willielmus Normannus*, dictus *baſtardus*, congregatis undecunque populis, *Francis* ſcilicet & *Normannis*, & aliorum populorum valida manu, transfretavit in *Angliam*, & conſerto prælio cum *Haraldo* & exercitu ſuo, obtinuit, & Regni diademate inſignitus eſt. 1066.
M.LXVII. Conſecratio *Petri Lichefeldenſis* Epiſcopi. 1167.
M.LXVIII. Naſcitur *Henricus* filius Regis. 1068.
M.LXIX.
M.LXX.

M.LXXI.

M. LXXI.
M. LXXII.
M. LXXIII.
M. LXXIV.
M. LXXV.
M. LXXVI.
M. LXXVII.
M. LXXVIII.
M. LXXIX.
M. LXXX.
M. LXXXI.
M. LXXXII.
M. LXXXIII.
M. LXXXIV.
1085. M. LXXXV. Obiit *Leuericus* Abbas. Succeſſit *Galfridus Mala terra.*
1086. M. LXXXVI. Obiit *Petrus Lichefeldenſis* Epiſcopus.
1087. M. LXXXVII. Obiit *Willielmus* Rex Baſtardus.
Hic dedit nobis, videlicet Monaſterio *Burtonienſi, ufram* majorem & minorem, tempore ſuo, cum tota terra de ultra *Dona* & **Ecclus**.
Willielmus filius ejus coronatus eſt.
1088. M. LXXXVIII. Conſecratio *Roberti* de *Limeſes Lichefeldenſis* Epiſcopi.
M. LXXXIX.
M. XC.
M. XCI.
M. XCII.
M. XCIII.
1094. M. XCIV. *Galfridus mala Terra* expulſus eſt de Abbatia : *Nigellus* Abbas venit, Monachus & Sacriſta *Wintoniæ.*
1095. M. XCV. Sanctus *Wlſtanus* Epiſcopus obiit.
M. XCVI.
1097. M. XCVII. *Jeruſalem* capitur à *Francis.*
1098. M. XCVIII. Abbatia ordinis *Ciſtercii* fundata eſt.
M. XCIX.
1100. M. C. Obiit *Willielmus* Rex *Rufus*. *Henricus* Rex frater ejus coronatus eſt.
Hic Rex *Henricus* deſtruxit impios Regni; ſed propter Ducatum *Normanniæ*, detinuit *Robertum* fratrem ſuum Ducem *Normanniæ* in cuſtodia ſua uſque ad mortem ſuam. Iſte H. duxit uxorem *Matilden* filiam *Melcolmi* Regis *Scotiæ* & *Mageriæ*, de qua genuit *Willielmum*, & *Matilden* poſtea Imperatricem.
1101. M. C. I. *Robertus* Comes *Normanniæ* venit in *Angliam* cum exercitu.
M. C. II.
M. C. III.
M. C. IV.
M. C. V.
1106. M. C. VI. *Henricus* Rex cepit Comitem *Robertum* fratrem ſuum.
M. C. VII.
M. C. VIII.
M. C. IX.
1110. M. C. X. Aqua *Trenta* apud [a] **Notigam** à prima uſque ad tertiam exſiccata eſt.
M. C. XI.
M. C. XII.
M. C. XIII.
1114. M. C. XIV. Inchoatio *Burtonienſis* Eccleſiæ. Obiit *Nigellus* Abbas. Cui ſucceſſit eodem anno *Galfridus* Abbas Prior *Wintoniæ.*

a Notingham.

M. C. XV.

M. C. XVI.

M. C. XVII. Obiit *Robertus* de *Limeſes Lichefeldenſis* Epiſcopus; ſucceſſit *Robertus* cognomento *Peccatum*, *Lichefeldenſis* Epiſcopus. 1117.

M. C. XVIII.

M. C. XIX.

M. C. XX.

M. C. XXI.

M. C. XXII.

M. C. XXIII.

M. C. XXIV.

M. C. XXV.

M. C. XXVI.

M. C. XXVII. Obiit *Robertus* cognomento *Peccatum*, *Coventrenſis* Epiſcopus. 1127.

M. C. XXVIII. *Rogerus* de *Clynton* conſecratus eſt Epiſcopus *Coventrenſis*. 1128.

M. C. XXIX.

M. C. XXX

M. C. XXXI.

M. C. XXXII.

M. C. XXXIII. Abbatia de **Gerendon** fundata eſt. 1133.

M. C. XXXIV.

M. C. XXXV. Obiit Rex *Henricus* primus. 1135.

Coronatus eſt Rex *Stephanus*, nepos ejus, Comes *Bononiæ*, filius Comitis *Bleſenſis*.

M. XXXVI. Fundatur **Wazedon**. 1136.

M. C. XXXVII.

M. XXXVIII. Abbatia de **Bordeb** fundatur. 1138.

M. C. XXXIX.

M. C. XL.

M. C. XLI.

M. C. XLII.

M. C. XLIII.

M. C. XLIV.

M. C. XLV.

M. C. XLVI.

M. C. XLVII. *Lodowicus* Rex *Franciæ* peregre profectus eſt ad *Hieruſalem*. 1147.

M. C. XLVIII. *Robertus* de *Ferrariis* fundavit *Myrevallem*. 1148.

M. C. XLIX.

M. C. L. Venit *Robertus* Abbas. 1150.

M. C. LI. Obiit *Galfridus* Abbas. 1151.

M. C. LII. Obiit *Rogerus* de *Clinton Coventrenſis* Epiſcopus. *Tileteya* fundata eſt. 1152.

M. C. LIII. Conſecratio *Walteri Durdent*, *Coventrenſis* Epiſcopi. 1153.

M. C. LIV. Obiit *Stephanus* Rex *Angliæ*. 1154.

M. C. LV. 1155.

Henricus Rex, filius Imperatricis, coronatus eſt. Uxor ſua Regina *Elianor* peperit *Henricum* filium ſuum.

M. C. LVI. Regina peperit filiam *Matildam*. 1156.

M. C. LVII. Regina peperit *Ricardum*. 1157.

M. C. LVIII. Regina peperit *Galfridum*. 1158.

M. C. LIX. *Robertus* Abbas *Burtonienſis* depoſitus eſt & expulſus eſt Abbatia. 1159.

M. C. LX. *Bernardus* Abbas venit, Monachus *Gloverniæ*, quondam Abbas de **Cerne**, unde receſſit propter magnas ejuſdem domus exordinationes. 1160.

M. C. LXI. Obiit *Walterus Durdent* Epiſcopus *Coventrenſis*. 1161.

1162. M.C.LXII. Glorioſus *Thomas Cantuarienſis* Archiepiſcopus conſecratus eſt.

M.C.LXIII.

M.C.LXIV.

1165. M.C.LXV. Regina peperit *Johannam* filiam ſuam.

1166. M.C LXVI. Regina peperit *Johannem* filium ſuum.

M.C.LXVII.

M.C.LXVIII.

M.C.LXIX.

1170. M.C.LXX. Sanctus *Thomas* Archiepiſcopus paſſus eſt.

M.C.LXXI.

1172. M.C.LXXII. Abbatia de Stant fundata eſt.

M.C.LXXIII.

M.C.LXXIV.

1175. M.C.LXXV. Obiit *Bernardus* Abbas.

1176. M.C.LXXVI. *Robertus* Abbas reverſus eſt.

Bertram de *Verdon* fundavit Crokeſden.

1177. M.C.LXXVII. Obiit *Robertus* Abbas.

1178. M.C.LXXVIII. *Rogerus Malebranche* Abbas venit Prior de *Mellunia* majori.

M.C.LXXIX.

M.C.LXXX.

1181. M.C.LXXXI. Obiit *Ricardus Pecche* Epiſcopus *Coventrenſis.*

1182. M.C.LXXXII. Obiit *Rogerus* Abbas.

Ricardus Abbas venit, Prior de *Roſa.*

1183. M.C.LXXXIII. *Gerardus* cognomento *Puella,* conſecratur Epiſcopus *Coventrenſis.*

1184. M.C.LXXXIV. Obiit *Gerardus* Epiſcopus *Coventrenſis.*

1185. M.C.LXXXV.

1186. M.C.LXXXVI. *Hugo* de *Nonant* conſecratur Epiſcopus *Coventrenſis.*

1187. M.C.LXXXVII. Obiit *Ricardus* Abbas. *Nicholaus* Abbas venit, Prior Abbendon.

1188. M.C.LXXXVIII.

1189. M.C.LXXXIX. Obiit *Henricus* Rex, filius Imperatricis. Hic Rex *Henricus* tenuit Regnum *Angliæ* & Ducatum *Normanniæ,* & regnavit annis XXXV. Fuit autem prudens, & Ducatum *Normanniæ* magis pecunia ſua quam armis defendebat contra Regem *Lodowicum,* patrem *Philippi,* & contra *Philippum* poſtea Regem, & ſic exhauriebat quaſi de fonte theſauros *Angliæ* & *Normanniæ.*

Henricus Rex filius ejus magnanimus fuit, & Regnum *Angliæ* & Ducatum *Normanniæ* cum patre ſuo aliquanto tempore, pauco ſtipatus milite tenuit; & duxit filiam Regis *Franciæ*, ſed pauco vixit tempore, tamen adverſarius fuit patris ſui.

M.C.LXXXIX.

Richard R. Rex *Ricardus* Coronatus eſt. Hic fuit bellicoſus & fortunatus in adverſis Regnum *Angliæ* & omnes terras tranſmarinas tenuit in vita ſua, ſed armorum exercitio. Quantus etiam fuerit ſi quis ſcire voluerit, legat Chronica magiſtri [a] *Hugonis* de *Hovedene.*

1190. M.C.XC. Obierunt in obſidione *Accon Theobaldus Cantuarienſis* Archiepiſcopus, *Willielmus* Comes de *Ferraris*, & *Fredericus Romanorum* Imperator obiter verſus *Hieruſalem,* & *Conradus* filius ſuus, & totius orbis Ducum & Principum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Comitum, & Baronum, militum, cleri & populi infinita multitudo iſto anno ibidem obiit.

Rex *Ricardus* peregre profectus eſt ad *Hieruſalem.*

a f. Rogeri.

gi

M. C. XCI. Pagani reddiderunt *Accon* *Ricardo* Regi *Angliæ* & *Philippo* Regi *Franciæ*, cum omnibus quæ in ea erant, & quingentos captivos Chriſtianos [a] quia in ea erant, reddiderunt quietos; & conventionaverunt Regibus, quod traderent eis crucem ſanctam, & M. Chriſtianos captivos, & CC. milites captivos Chriſtianos, quoſcunque prædicti Reges elegerint de omnibus captivis qui fuerunt inventi in poteſtate *Soldani*; & ad opus Regum darent CC. millia Byzantiorum; & quod ipſi remanerent obſides in eorum cuſtodia quouſque hoc perfeciſſent, tantum infra XL. dies ſub pœna vitæ & membrorum. 1191. *Accon Chriſtianis reddita.*

Hugo de *Nonant* expulit Monachos de *Coventria*, & poſuit Canonicos ſeculares.

M. C. XCII. *Ricardus* Rex propter ſiniſtros rumores quos audivit de *Philippo* Rege *Franciæ* & *Johanne* de *Moretonio* Comite fratre ſuo, qui caſtella ſua & terras occupavit, & propter infirmitatem corporis, repatriare diſpoſuit. Et cum eſſet in tranſeundo mare ad partes ſuas reverſurus, accidit ut ventus, rupta navi ſua in qua erat, duceret eam verſus partes *Hiſtriæ* ad locum qui eſt inter *Aquileiam* & *Venetiam*, ubi paſſus naufragium cum paucis evaſit. Conſiderato autem & audito quod in terra erat, *Limpoldus* Dux *Auſtriæ*, conſanguineus *Henrici* Imperatoris, impoſitus ubique Cuſtodibus, juxta [b] *Wenam* in villa viciniori in domo deſpecta Regem cepit. Quod poſtea *Henricus* Imperator ſignificavit Regi *Franciæ*. 1192. *Ricardus R. captus.*

M. C. XCIII. *Ricardus* Rex fecit finem pro redemtione ſua, videlicet domino Imperatori C. millia marcarum. Item XXX. millia marcas domino Imperatori, pro quibus debuit dare LX. obſides: & XX. millia marcas Duci *Auſtriæ*, pro quibus debuit invenire VII. obſides. Si autem dominus Rex ſolverit promiſſionem quam domino Imperatori de *Henrico* quondam Duce *Saxoniæ* fecerat, Imperator de L. millibus marcis argenti Regem liberum dimittens & abſolutum, pro ipſo Rege ſolvet Duci *Auſtriæ* XX. M. marcas, & Rex non tenebitur dare Duci *Auſtriæ* VII. obſides, neque Imperatori LX. Cum igitur Rex prædictam promiſſionem de *Henrico* quondam Duce *Saxoniæ* impleverit, & C. millia marcas ſolverit, libere recedet. Præterea Rex fecit jurare in animam ſuam quod neptem ſuam filiam Comitis *Britanniæ* traderet nuptui filio Ducis *Auſtriæ*, infra ſeptem menſes poſtquam liberatus fuerit & in terram ſuam redierit; & eam tranſmittet uſque ad introitum imperii, ſi eam recipere voluerit; & ſi noluerit, Rex erit abſolutus. 1193.

Quod cum Rex *Franciæ* *Philippus* audiſſet, ſtatim mandavit Comiti *Johanni* ut ipſe ſibi caveret, quia diabolus jam ſolutus erat.

M. C. XCIV. Qui erat ſecundus annus captionis *Ricardi* Regis *Angliæ*, idem *Ricardus* fuit adhuc in captione H. Imperatoris *Romanorum* in *Alemannia* apud *Spiram* die natalis Domini, quæ ſabbato evenit; & ibi manſit uſque ad tempus liberationis ſuæ, quod ſtatuerat ei Imperator, videlicet à ſecunda die poſt diem nativitatis Domini, in tres ſeptimanas. Cumque Imperator veniſſet illuc una cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus & magnatibus imperii ſui, & diu tractaſſet de liberatione *Ricardi* Regis, venerunt ad Imperatorem nuncii Regis *Franciæ*, & nuncii Comitis *Johannis* fratris Regis *Angliæ*, & obtulerunt Imperatori ex parte Regis *Franciæ* L. mil. marcas argenti, tali conditione, ut ipſe Regem *Angliæ* *Ricardum* teneret in captione ſua uſque ad feſtum ſancti *Michaelis* proximo ſequens; aut ſi Imperator mallet, darent ei in fine uniuſcujuſque menſis quamdiu ipſe Regem *Angliæ* in captione ſua teneret, mille libras argenti; aut ſi Imperator mallet, Rex *Franciæ* daret ei C. mille marcas argenti, & Comes *Johannes* daret ei quinquaginta millia marcas argenti, tali conditione, ut ipſe traderet eis *Ricardum* Regem, [c] ut ſaltem in captione ſua eum teneret ab illo tempore per ſpatium unius anni. Quibus auditis Imperator di- 1194.

a Qui. *b* Viennam. *a* ſ. Aut.

1194. *Richard. R.* ſtulit diem liberationis ſuæ, & ſtatuit ei alium diem, videlicet in purificatione beatæ *Mariæ*, apud *Mauguntium*. Die vero purificationis beatæ Virginis, *Henricus Romanorum* Imperator celebrato Concilio apud *Mauguntium* de liberatione Regis, nolens à pacto reſilire propter cupiditatem pecuniæ quam *Philippus* Rex *Franciæ* & Comes *Johannes* ei obtulerunt, in *Rex Angl. liberatus.* eodem Concilio tradidit Imperator per manus *Maguntii* & *Coloniæ* Epiſcoporum *Ricardum* Regem in manum *Elienor* matris ſuæ liberum & quietum, II. Non. *Februarii*, feria VI. die *Ægyptiaca*, quam moderni *diem malam* vocant; & ſic in die mala liberavit eum Dominus.

Cum autem idem Rex rogaret *Robertum* de *Nonant*, fratrem *Hugonis* de *Robertus de Nonant.* *Nonant Coventrenſis* Epiſcopi (qui *Robertus* portavit literas Imperatori de Rege *Franciæ* & Comite *Johanne*) ut idem *Robertus* de *Nonant* eſſet pro illo obſes; reſpondit *Robertus*, quod ipſe erat homo Comitis *Johannis*, & ideo noluit pro ipſo obſes eſſe. Unde Rex iratus præcepit illum capi & in carcerem mitti, & ita factum eſt. Eodem die Rex ſummonuit per literas ſuas H. de *Nonant Coventrenſem* Epiſcopum, quod ipſe veniret in Curia ſua, ſtare judicio Epiſcoporum in eo quod Epiſcopus erat, & judicio laicorum in eo quod ipſe de eo laicalem tenuerat ballivam, ſuper iis quæ adverſus eum loqueretur.

Deinde *Ricardus* Rex *Angliæ* promiſit & chartis ſuis confirmavit quibuſdam Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus & Comitibus, Baronibus & militibus, de Imperio, redditus annuos pro homagiis & fidelitatibus & auxiliis eorum contra Regem *Franciæ*. Recepit itaque homagium de Archiepiſcopo *Maguntino*, & de Archiepiſcopo *Coloniæ*, & de Archiepiſcopo de *Legis*, & de Duce *Oſtricii*, & de Duce de *Lovain*, & de Marchiſo de *Munferant*, & de Duce de *Nemburc*, & de Duce *Swaviæ*, & fratre Imperatoris, & de Comite Palatino de *Rheno*, & de filio Comitis de *Henon*, & de Comite de *Haylande*, & de aliis multis, ſalva fidelitate Imperatoris.

Et eſt ſciendum quod *Ricardus* Rex *Angliæ* fuit in captione Imperatoris per ſpatium unius anni & VI. hebdomadarum & III. dierum. Liberato autem Rege, omnes qui aderant præ gaudio lacrimati ſunt. Deinde Imperator tradidit Regi ſalvum conductum. Cum autem veniſſet Rex *Coloniam*, Archiepiſcopus præ gaudio ſuæ liberationis celebravit miſſam in hunc modum; *Nunc ſcio vere quia miſit Dominus angelum ſuum, & eripuit me de manu* Herodis *& de exſpectatione plebis Judæorum* &c.

Hæc tria caſtella videlicet **Lancaſter**, **Merleberge** & *Mons ſancti Michaelis* in *Cornubia*, reddita fuerant ante adventum Regis in *Angliam*. Duo *Tikehul.* vero **Notingham** & **Tikehul** viriliter reſtiterunt impugnantibus. Sed audito adventu Regis, illi de caſtello de **Tikehul** recedentes tradiderunt Epiſcopo *Dunelmenſi* caſtellum ad opus Regis, ſalvis ſibi vita & mem- *Notingham.* bris. Illi autem de caſtello de **Notingham** reſtiterunt uſque ad adventum Regis, & adhuc poſt ejus adventum per aliquot dies viriliter reſtiterunt, ipſo Rege cum exercitu ſuo fortiter impugnante. Cognito autem poſt aliquot dies quod *Ricardus* Rex in propria perſona fuit ibi in obſidione, cum de hoc antea hæſitabant, reddiderunt caſtellum de **Notingham** qui illud tenuerunt, ponentes ſe in miſericordia Regis. Caſtellum de **Notingham** captum eſt XXVII. die menſis *Martii*.

In ſequenti vero *Pentecoſte* in *Normannia* facti ſunt amici *Ricardus* Rex & Comes *Johannes* frater ſuus, *Alienora* matre eorum mediante; ſed Rex nullum caſtellum neque terram aliquam ei reddere voluit.

1195. M. C. XCV. Eodem anno *Ricardus* Rex *Angliæ* remiſit Comiti *Johanni* fratri ſuo omnem iram & indignationem ſuam, & reddidit ei comitatum de *Moretonia*, & honorem de *Eya*; & comitatum *Glouceſtriæ*, cum omni integritate eorum, exceptis caſtellis; & pro omnibus aliis comitatibus & terris ſuis, dedit ei Rex per annum VIII. mille libras *Andegavenſis* monetæ.

Eodem

Eodem anno Rex remiſit iram & malevolentiam ſuam *Hugoni Coventriæ* Epiſcopo, & reddidit ei Epiſcopatum ſuum pro v. millibus marcis argenti quas ei dedit: ſed *Robertus* de *Nonant* frater ejuſdem Epiſcopi obiit in captione Regis apud *Doroberniam*. 1195. *Richard. R.* *Hugo Epiſc. Coventr.*

Similiter dominus Rex remiſit *Galfrido* fratri ſuo *Eboracenſi* Archiepiſcopo iram & malevolentiam ſuam, & recepit eum in oſculo pacis. Unde idem Archiepiſcopus ſupra modum elatus, ipſum Regem opprobriis exaſperavit, quod ipſe præcepit illum diſſeiſire de Archiepiſcopatu ſuo & de vicecomitatu *Eboraci*. *Galfrid. Archiep. Ebor.*

M. C. XCVI. Mortalitas magna & fames erat in *Anglia* & in omnibus finibus ejus. 1196.

Eodem anno Comes de ſancto *Egidio* duxit in uxorem *Johannam* ſororem *Ricardi* Regis, quondam Reginam *Siciliæ*.

M. C. XCVII. *Johanna* Comitiſſa de ſancto *Egidio*, ſoror *Ricardi* Regis *Angliæ*, peperit *Reimundum* ſuum primogenitum. 1197.

De aſſiſa menſurarum. *Menſuræ.*

Conſtitutum eſt quod omnes menſuræ totius Angliæ *ſint ejuſdem quantitatis, tam de bladis, quam de leguminibus, & de rebus conſimilibus, ſcilicet una bona ſumma* [a] *equi; & hæc menſura ſit raſa, tam in civitatibus & burgis, quam extra. Menſura etiam vini & cereviſiæ, & cunctorum liquorum, ſit ejuſdem quantitatis in toto Regno, ſecundum diverſitatem* [b] *mercaturarum. Menſuræ etiam bladorum & liquorum vini & cerviſiæ, inclaventur in eis claves, ne per dolum poſſint falſari.*

Conſtitutum eſt, ut lanei panni ubicumque fiant, ſint de eadem latitudine, ſcilicet de duabus ulnis infra liſuras; & ejuſdem bonitatis in medio, & in lateribus. Eadem etiam ulna ſit in toto Regno, & ejuſdem quantitatis, & ulna ſit ferrea. Prohibitum eſt omnibus mercatoribus per totum Regnum, nequis mercator prætendat ſeldæ ſuæ rubeos pannos, vel nigros, vel aliqua alia per quæ viſus emtorum ſæpe decipiuntur ad bonum pannum eligendum. Prohibitum eſt etiam, quod nulla tinctura [c] *vendentia, niſi ſolummodo nigra, fiat alicubi in regno, niſi in civitatibus aut capitalibus burgis.*

Conſtitutum eſt etiam, ut in ſingulis civitatibus aut burgis quatuor aut ſex legales homines ipſa villa ſecundum quantitatem villæ; ſimiliter in vicecomitatu, aut cum Præpoſitis civitatis aut burgi, ſi in manu vicecomitis non fuerint, aſſignentur ad amiſſam cuſtodiendam; ſcilicet hac forma; ut ipſi videant & certi ſint, quod omnia vendantur & emantur per eandem menſuram, & omnes menſuræ ſint ejuſdem quantitatis ſecundum diverſitatem mercium. Et ſi aliquem invenerint, qui confeſſus, vel convictus fuerit, quod per aliam quam per ſtatutam menſuram vendiderit; corpus ipſius capiatur, & in priſonem mittatur, & omnia catalla ſua in manu Domini Regis ſeiſiantur; nec [d] *deliberetur niſi per Dominum Regem, aut capitalem ejus Juſtitiarium. De ipſis cuſtodibus ſtatutum eſt, quod ſi ipſi hanc cuſtodiam ita negligenter fecerint, quod per alios quam per eos convincantur coram Juſtitiariis Domini Regis, aliquam tranſcriptam aſſiſtant tranſire, vel de menſuris victualium vel aliarum menſurarum, vel latitudine pannorum; ipſi cuſtodes de catallis ſuis in miſericordia domini Regis remaneant.*

Præceptum eſt etiam, ut poſt feſtum purificationis beatæ Mariæ, *nullus in aliquo comitatu vendat aliquid niſi per tranſcriptam menſuram quæ ejuſdem ſit quantitatis; nec poſt feriam* [e] *mediæ quadrageſimæ, quæ eſt apud* Stanfordiam, *vendat aliquem pannum minoris latitudinis quam duarum ulnarum infra liſuras.*

Obiit *Nicholaus* Abbas *Burtoniæ*.

M. C. XCVIII.

Hubertus Cantuarienſis Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, Apoſtolicæ 1198.

a Æqui; *b* Hoved. leg. liquorum. Pondera etiam, & libræ, & ceteræ peſiæ ſint ejuſdem quantitatis in toto Regno ſecund. diverſit. mercaturarum. *c* Vendenda. *d* Deliberentur. *e* Nundinus ſcil. Angl. *Fair*.

Monachi Coventr. reſtituti. Cæleſtin. 3. P.

ſedis legatus, & totius *Angliæ* ſummus Juſtitiarius, venit ad *Coventriam*, & cum eo Abbas *Sampſon* Eccleſiæ ſancti *Edmundi*, per mandatum *Cæleſtini* ſummi pontificis, & introduxit monachos in Eccleſiam ejuſdem villæ Cathedralem, quos *Hugo* de *Nonant* ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus ab eadem Eccleſia vi & armata manu expulerat, & loco illorum in ea Canonicos ſeculares inſtituerat, & eos de bonis Eccleſiæ, quæ ad ſuſtentationem Monachorum ibidem Deo ſervientium collecta fuerunt, præbendaverat; ſed Canonicis expulſis inde, bona Eccleſiæ redierunt in uſus Monachorum.

Cæleſtini P. literæ.

Cæleſtinus *Epiſcopus ſervus ſervorum* &c. *dilectis f. Archiepiſcopo* Cantuarienſi, *Epiſcopo* Lincolnienſi, *& Abbati de ſancto Edmundo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sicut ea quæ à prædeceſſoribus noſtris provida fuerint deliberatione ſtatuta, nullatenus irritari volumus vel infringi; ſic quæ per ſurreptionem ab eis obtenta ſunt, in honeſtatis Eccleſiaſticæ detrimentum, corrigi volumus, & in ſtatum redigi meliorem. Cum enim, ſicut accepimus, imo ſicut bene novimus, in* Coventriæ *Eccleſia, fere à prima fidei Chriſtianæ fundatione in* Anglia, *ordo fuerit Monaſticus inſtitutus; & in tantum ea obſervantia ſervierunt* * *regulari, ut ab Apoſtolica ſede privilegiari, & inclytæ recordationis Regibus* Angliæ *dotari meruerunt & ditari; dolemus plurimum, quod venerabilis frater noſter* Ceſtrenſis *Epiſcopus, occaſione quarundam literarum quas a bonæ memoriæ papa* Clemente *prædeceſſore noſtro, ad falſam ſuggeſtionem ſine* [a] *conniventia noſtra, & fratum noſtrorum, ſicut dicitur, & vix credere poſſumus, impetravit; dilectos filios noſtros Priorem & Conventum de eodem Monaſterio violenter ejecit, & canonicos in eo inſtituit ſeculares. Cum igitur id in Monaſticæ religionis, & totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ redundet opprobrium; nec noſtræ intentionis ſit, quod dictus prædeceſſor noſter tantæ irregularitati, niſi circumventus, auctoritatem præſtiterit aut favorem; fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus, quatenus, (prædictis literis, vel aliis privilegiis confirmationis vel indulgentiæ, nequaquam obſtantibus) amotis ab eodem Monaſterio ſecularibus clericis, qui in eo fuerunt per ſupradictum Epiſcopum inſtituti, ſine alicujus quæſtionis impedimento Monaſticum ibidem ordinem reformetis, Monachos ejectos exinde* [b] *reducentes in illud, & tales in eo inſtituentes perſonas qui beati* Benedicti *regulam obſervare debeant & deſiderent. Memoratum vero Epiſcopum, & univerſos detentores bonorum ejuſdem Eccleſiæ, ad eorum reſtitutionem per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione* [c] *poſtpoſita, compellatis. Volumus etiam nihilominus & mandamus, ut donationes ejuſdem Epiſcopi, infeudationes, locationes & alienationes poſſeſſionum ejuſdem Eccleſiæ ab eo tempore factas, noſtra freti auctoritate caſſetis; eos qui contravenire præſumſerint, ſublato appellationis obſtaculo, cenſura canonica percellentes; illos qui manus violentas in prædictos Monachos injecerunt, denuncietis excommunicatos, & cum literarum veſtrarum teſtimonio veniant ad ſedem Apoſtolicam abſolvendi. Datum* &c.

De Electione Othonis *Regis* Alemanniæ.

Ricardus ad Electionem Imp. Roman. vocatus.

Eodem anno infra natale Domini venerunt *Rothomagum* nuncii Archiepiſcopi *Coloniæ* & *Maguntini*, & aliorum magnatum *Alemanniæ*, ad *Ricardum* Regem *Angliæ*, dicentes ei ex parte prædictorum virorum, quod omnes magnates *Alemanniæ* convenirent apud *Coloniam* VIII. kal. *Martii* ad eligendum Imperatorem, & præceperunt ei in VI ſacramenti & fidei quibus aſtringebatur Imperatori & imperio *Romano*, quod omni contradictione & occaſione remota, veniret *Coloniam* ad prænominatum terminum, ut ipſe ſicut præcipuum membrum Imperii, eſſet ſimul cum illis ad eligendum Imperio idoneum Deo auxiliante, imperatorem. Quibus auditis, *Ricardus* Rex *Angliæ* habito cum ſuis conſilio, miſit cum prædictis

* f. Regulares. *a* Conſcientia. *b* MS. redeuntes, ut & Hoved. *c* Propoſita Hoved.

nunciis

nunciis *Alemannorum*, *Philippum Dunelmenſem* Epiſcopum, & quoſdam a- 1198.
lios Epiſcopos & Comites, & *Willielmum* de *Pratellis*, ut ipſi intereſſent electi- *Richard. R.*
oni Imperatoris loco ipſius. Ipſe enim timebat plurimum illuc ire, & iterum incidere in manus eorum, niſi ſecuritas daretur ei de ſalvo conductu eundi & redeundi. Nec mirum: ipſe enim quæ promiſerat magnatibus terræ ſe daturum pro liberatione ſua, non ſolverat; & quia corpus Imperatoris propter eum inhumatum erat. Procuravit etiam Rex & fecit adverſus Archiepiſcopos *Coloniæ* & *Maguntii*, & quoſdam alios magnates, quod ipſi *Othonem* nepotem ſuum, fratrem *Henrici* Ducis *Saxoniæ* in Regem *Alemanniæ* elegerunt.

Forma eligendi Regem Alemanniæ.

Eſt autem ſciendum quod in electione *Romanorum* Imperatoris taliter procedendum eſt.

Defuncto Imperatore, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Duces, Comites, & omnes ceteri magnates *Alemanniæ*, in unum convenientes, debent XII. viros eligere communiter, & eos præſentare *Coloniæ* & *Maguntino* Archiepiſcopis, & Duci de *Saxonia*, & Comiti Palatino de *Rheno*, & quemcumque illi quatuor elegerint de prædictis XII. electis, erit Rex *Alemannorum*, & coronabitur apud *Aeſe* capellam, ubi *Carolus* magnus requieſcit.

Eodem anno obiit *Hugo* de *Nonant* Epiſcopus *Coventriæ*; cui ſucceſſit *Galfridus* de *Muſcamp*.

M. C. XCIX. Decimus annus & ultimus *Ricardi* Regis *Angliæ*. 1199.

De morte Ricardi *Regis*.

Widomarus Vicecomes de *Limoges* invento magno theſauro auri & argenti in fundo ſuo, miſit inde *Ricardo* Regi *Angliæ* Domino ſuo partem non modicam: ſed eam refutavit, dicens ſe debere totum habere de jure ſuæ dominationis; quod prædictus Vicecomes nullo modo concedere voluit. Venit ergo *Ricardus* Rex cum exercitu magno in partes illas ad prædictum Vicecomitem debellandum, obſeditque caſtellum ſuum, quod dicitur *Caluz*, in quo ſperabat theſaurum illum eſſe abſconditum; & cum milites & ſervientes qui erant in caſtello, exeuntes obtuliſſent ei caſtellum illud, ſalvis vita & membris & armis illorum, noluit Rex recipere; ſed juravit quod eos vi caperet & ſuſpenderet. Reverſi ſunt igitur milites & ſervientes in caſtellum dolentes & confuſi, & paraverunt ſe ad defendendum. Eodem die cum Rex & *Marcadeus* circuirent caſtellum hinc & inde, explorantes in quo loco eſſet commodius inſultum facere, quidam arcubaliſta
nomine [a] *Bertramus* de *Gurdun* traxit ſagittam de caſtello, & percutiens *Richard. R.*
Regem in brachio vulneravit eum plaga inſanabili; & ſic Rex vulnera- *vulneratus.*
tus aſcendit equum ſuum, & ad hoſpitium ſuum equitavit, & præcepit *Marcadeo* & exercitui ſuo univerſo, ut inſultum facerent indeſinenter in caſtellum donec caperetur; & factum eſt ita. Quo capto, præcepit Rex omnes ſuſpendi, excepto illo ſolo qui eum vulneraverat; quem ut fas eſt credere, turpiſſima morte damnaret, ſi convaluiſſet. Deinde Rex commiſit [b] me manibus cujuſdam medici *Marcadei*, qui cum conaretur ferrum extrahere, ſolum lignum extraxit, & ſagitta remanſit in carne. Et cum carnifex ille circumquaque brachium Regis minus caute incideret, tandem ſagittam extraxit. Cum autem Rex de vita deſperaret, diviſit *Johanni* fratri ſuo Regnum *Angliæ* & omnes alias terras ſuas, & fecit fieri prædicto *Johanni* fidelitas ab illis qui aderant, & præcepit ut traderentur ei caſtella ſua, & tres partes theſauri ſui; & omnia baubella ſua *Othoni* nepoti ſuo Regi *Alemannorum*, & quartam partem theſauri ſui præcepit ſervientibus ſuis & pauperibus diſtribui.

a Bertramnus. *b* Se.

Deinde

Deinde fecit coram ſe *Bertramum* de *Gurdun* vocari, qui eum vulneraverat, & dixit ei, *Quid tibi mali feci? Quare me interemiſti?* Cui ille reſpondit, *Tu interemiſti patrem meum, & duos fratres meos manu tua, & me nunc interimere voluiſti. Sume ergo de me vindictam quamcumque volueris; libenter enim patiar quæcumque excogitaveris majora tormenta, dummodo tu interficiaris, qui tot & tanta mala intuliſti mundo.* Tunc præcepit Rex eum ſolvi; & dixit, *Remitto tibi mortem meam.* At juvenis conſtitit ante pedes Regis minaci vultu, & ſic laxatis vinculis permiſſus eſt abire; & præcepit ei Rex dari centum ſolidos *Anglicanæ* monetæ. Sed *Marcadeus*, Rege neſciente, injecit manus in eum & tenuit; & poſt obitum Regis excoriatum ſuſpendit.

Rex percuſſorem liberari jubet.

Deinde præcepit Rex ut cerebrum & ſanguis ejus & viſcera ſua ſepelirentur apud *Charron*, & cor ſuum apud *Rothomagum*, & corpus ſuum apud *Fontem Ebraudi* ad pedes patris ſui. Diſceſſit autem VIII. idus *Aprilis* feria III. ante Dominicam in Ramis palmarum, undecimo die poſtquam percuſſus fuerat. Et ſui ſepelierunt eum in ſupradictis locis, ſicut præceperat. De morte autem illius quidam ſic ait:

Iſtius in morte perimit formica leonem.
Proh dolor! in tanto funere mundus obit.

Johannes.

Defuncto *Ricardo* Rege, *Johannes* Comes *Moretonii* frater ejus, moram faciens in partibus tranſmarinis, perrexit ad *Chinonem*, ubi theſaurus fratris ſui erat, quem *Robertus* de *Turneham* habens in cuſtodia, tradidit ei, cum caſtello de *Chione* & caſtello de *Saumur*, & aliis caſtellis quæ cuſtodiebat.

Arthurus Comes Britann.

Convenientes in unum Principes *Andegaviæ*, *Cenomanniæ* & *Turoniæ*, adhæſerunt *Arthuro* Comiti *Britanniæ* ſicut Domino ſuo ligio, dicentes illum filium eſſe fratris ſenioris, ſcilicet *Galfridi* Comitis *Britanniæ*, qui habiturus fuiſſet hæreditatem, ſi ſupervixiſſet *Ricardum* Regem fratrem ſuum.

Conſtantia Comitiſſa *Britanniæ* tradidit *Arthurum* filium ſuum *Philippo* Regi *Franciæ*; qui ſtatim miſit eum *Pariſius* cuſtodiendum ad *Ludowicum* filium ſuum, & ſeiſiavit in manu ſua civitates & caſtella & munitiones dicti *Arthuri*.

Johannes Comes cepit civitatem *Cinomannum*, & caſtellum & domos civitatis lapideas ſubvertit, & cives miſit in captivitatem, eo quod ipſi contra fidelitatem quam ei fecerant, receperunt *Arthurum* in dominum.

Deinde venit Comes *Johannes* *Rothomagum*, & die Dominica proxima ſequenti, in octavis Paſchæ, videlicet XII. kal. *Maii*, in feſto ſancti *Marci* Evangeliſtæ, accinctus eſt gladio ducatus *Normanniæ*, in matrici Eccleſia, per manum *Walteri* *Rothomagenſis* Archiepiſcopi, & præfatus Archiepiſcopus poſuit in capite Ducis circulum aureum, habentem in ſummitate per circuitum roſas aureas. Et ipſe Dux coram clero & populo juravit ſuper reliquias ſanctorum, & ſuper ſacroſancta Evangelia, quod ipſe ſanctam Eccleſiam & dignitates illius bona fide & ſine malo ingenio ſervaret illæſas, & rectam juſtitiam exercebit, & leges iniquas deſtruet & bonas inſtituet. Interim Regina *Alienor* mater prædicti Ducis, & *Marchadeus* cum Ruta ſua, *Andegaviam* devaſtaverunt, eo quod *Arthurum* receperunt.

Gladius Ducatus Norman.

Hubertus Cantuarienſis Archiepiſcopus & *Willielmus Marſcallus*, una cum *Galfrido* filio *Petri* Juſtitiario *Angliæ*, fecerunt homines Regni, tam de civitatibus & burgis, quam etiam Comites & Barones, & libere tenentes, jurare fidelitatem & pacem *Johanni* Duci *Normannorum*, filio *Henrici* Regis, filii *Matildis* Imperatricis, contra omnes homines.

Poſtea convenerunt apud *Norh.* & convocatis coram ſe illis de quibus plus dubitabant, videlicet *David* [a] Comes fratre Regis *Scotiæ*, *Ricardo* Comite de *Clare*, *Radulfo* Comite *Ceſtriæ*, *Willielmo* Comite Toliſbury, *Walrando*

[a] Comite.

Comite

Comite [a] & Warewich, & multis aliis tam Comitibus quam Baronibus, 1199.
fecerunt illis fidem, quod prædictus *Johannes Normannorum* Dux redderet *Innoc. 3 P.*
unicuique illorum Jus ſuum, ſi ipſi illi fidem ſervaverint & pacem. Sub hac *Magnates Johanni fidelitatem jurant.*
igitur conventione ſupradicti Comites & Barones juraverunt *Johanni* Duci *Normanniæ* fidelitatem & fidele ſervitium contra omnes homines.

Deinde *Johannes* Dux transfretavit in *Angliam*, & venit *Londonias* in vigilia Aſcenſionis, in Craſtino coronandus. Congregatis igitur ibi in adventu ſuo una cum *Huberto Cantuarienſi* Archiepiſcopo omnibus magnatibus totius *Angliæ*, tam Epiſcopis quam etiam Comitibus & Baronibus, idem *Hubertus* Archiepiſcopus conſecravit & coronavit præfatum *Johannem* Du- *Johannes coronatus.*
cem *Normanniæ*, in Regem *Angliæ*, in Eccleſia ſancti *Petri* apud *Weſtmonaſterium*, VI. kal. *Junii*, feria V. die *Aſcenſionis* Domini

Philippus Rex *Franciæ* fecit *Arthurum* militem, & homagium ſuum recepit de *Andegavia*, & *Pictavia*, & *Cenomannia*, & *Turonia*, & *Britannia*, & *Normannia*. In craſtino autem Aſſumtionis beatæ *Mariæ*, & die ſequenti, fuit colloquium inter Reges *Franciæ* & *Angliæ* per internuncios inter *Bu-* *Colloquium Philippi & Johannis.*
tavant & *Guletut*; & tertia die ſequenti locuti ſunt Reges ipſi ore ad os. Sed Rex *Angliæ* nullam gratiam invenit apud Regem *Franciæ*. Requiſitus ergo Rex *Franciæ*, quare ſic oderat Regem *Angliæ*, qui nunquam illi aliquid mali fecerat: Reſpondit, quod ſine licentia illius occupaverat *Normanniam*, & alias terras. Debuerat enim in primis ad eum veniſſe, & eum requiſiſſe de jure ſuo, & inde homagium feciſſe. In colloquio illo petiit Rex *Franciæ* ad opus ſuum, *Vogeſin*, ſcilicet totum quod eſt inter foreſtam de *Lynns* & *Secanam* & *Riveram* de *Andeli* & *Riveram* de [b] *Otho*; afferebat enim quod *Galfridus* Comes *Andegaviæ*, pater Regis *Henrici* filii *Matildis*, dederat illud [c] *Groſſo* Regi *Francorum*, pro auxilio ſuo habendo contra *Stephanum* Regem *Angliæ*, in adquirendo *Normanniam*. Præterea petiit ad opus *Arthuri*, *Pictaviam* & *Andegaviam*, & *Cenomanniam*, & *Turoniam*; & alias fecit petitiones quas Rex *Angliæ* nullo modo concedere voluit nec debuit; & ſic diſcordes ab invicem receſſerunt. Venerunt igitur ad *Johannem* Regem *Angliæ*, Comites & Barones de regno *Franciæ* qui adhæſerunt *Ricardo* Regi *Angliæ*, & devenerunt homines *Johannis* Regis; & juraverunt ei, quod ipſi cum Rege *Franciæ* non componerent, niſi de conſenſu & voluntate illius: & ille juravit eis, quod ipſe pacem cum Rege *Franciæ* non faceret, niſi ipſi eſſent infra pacem.

Innocentius papa & *Romani* elegerunt ſibi in Imperatorem *Othonem* Re- *Otho Imp.*
gem *Alemanniæ*. Confirmata electione à domino papa, publice clamatum eſt in capitolio, & per totam urbem, *vivat Imperator noſter* Otho. Imperator itaque *Otho* electus mandavit *Johanni* Regi *Angliæ* avunculo ſuo, ut differret pacem facere cum *Philippo* Rege *Franciæ*, quia ipſe Deo volente faceret illi ſuccurſum bonum, qualem Imperialis celſitudo facere poſſet meliorem.

Johannes Rex ſtatuit quod nullum tonellum vini *Pictavenſis* vendatur *Statuta de Vino.*
carius quam pro XX. ſolidis, & nullum tonellum vini *Andegavenſis* carius quam XXIV. ſolidis, & nullum tonellum vini *Franciæ* carius quam pro XXV. ſolidis; niſi vinum illud adeo bonum ſit, quod aliquis velit pro eo dare circa duas marcas ad altius. Præterea ſtatuit quod nullum ſextarium vini *Pictavis* vendatur carius quam pro IV^{d}. & nullum ſextarium vini albi carius quam VI^{d}. Statuit etiam quod omnia tonella quæ de cetero venient in *Angliam*, poſtquam venerint de *Rech* poſt tempus præſentis muſti, ſint de mutatione. [d] Item ſtatuit quod nullum vinum ematur ad regrateriam de vinis quæ applicuerint in *Anglia*. Sed hoc primum Regis ſtatutum vix inchoatum, ſtatim eſt adnihilatum, quia mercatores hanc aſſiſam ſuſtinere non poterant; Et data eſt licentia vendendi ſextarium de vino rubeo pro

a De. *b* Ethe; *c* Ludowico Groſſo. *d* Vid. Hoveden.

1199. *Johannes.* VI. den. & de vino albo pro VIII. den. & ſic repleta eſt terra potu & potatoribus.

Eodem anno *Johannes* Rex *Angliæ* fuit in *Normannia* apud *Burum* die natalis Domini quæ ſabbato evenit, & erat illud natale Domini primum poſt ejus coronationem. Poſt natale Domini *Johannes* Rex *Angliæ* & *Philippus* Rex *Franciæ* convenerunt ad colloquium; ubi convenit inter eos, quod *Ludowicus* filius Regis *Franciæ* duceret in uxorem *Blanchiam* filiam *Aldefonſi* Regis *Caſtellæ*, neptem *Johannis* Regis *Angliæ*, & *Johannes* Rex daret cum ea & quieta clamaret prædicto *Ludowico* civitatem *Ebroicarum* cum toto comitatu, & omnes munitiones & caſtella, quæ Rex *Franciæ* habuit in *Normannia* die qua *Ricardus* Rex fuit vivus & mortuus; & inſuper daret ei XXX millia marcas argenti. Et juravit quod nullum auxilium faceret *Ottoni* nepoti ſuo neque de pecunia neque de hominibus, ad Imperium *Romanum* adquirendum. Poſt colloquium illud *Johannes* Rex miſit *Alienoram* matrem ſuam ad Regem *Aldefonſum* pro prædicta filia ſua ſic maritanda.

Colloquium Franci & Angli.

1200. M. CC. Colloquium factum eſt inter Reges *Angliæ* & *Franciæ* in octavis ſancti *Johannis* Baptiſtæ; in quo Rex *Franciæ* reddidit *Johanni* Regi *Angliæ* civitatem *Ebroicarum*, & totum comitatum, & omnia caſtella & civitates & prædia quæ occupaverat per werram; & *Johannes* Rex ſtatim devenit inde homo Regis *Franciæ*. Et in continenti dedit univerſa illa *Ludowico* filio prædicti Regis, in maritagium cum *Blanchia* nepte ſua; & in craſtino, ſcilicet x. kal. *Junii*, feria III. deſponſavit eam præfatus *Ludowicus* apud *Piremor*, Archiepiſcopo *Burdegalenſi* officium faciente, præſentibus Regibus cum clero & populo innumerabili. Regnum *Franciæ* erat tunc ſub interdicto propter *Botildam* Reginam, filiam *Cnut* Regis *Daciæ*, quam Rex *Franciæ* dimiſerat.

Regnum Franc. ſub Interdicto.

Præfatus *Ludowicus* ſtatim duxit ſecum ſponſam ſuam in *Franciam*.

Arthurus Britann.

Eodem die *Arthurus* devenit homo Regis *Johannis*, in præſentia Regis *Franciæ*, de *Britannia* & aliis terris ſuis, de conſenſu & voluntate Regis *Franciæ*; ſed *Arthurus* de traditione *Johannis* Regis, remanſit in cuſtodia Regis *Franciæ*.

Otho Romanorum Imperator miſit *Henricum* Ducem *Saxoniæ*, & *Willielmum Wintonienſem* fratres ſuos, ad Regem *Johannem* avunculum ſuum, petens ab eo comitatum *Eboraci*, & comitatum *Pictavis*, quod *Ricardus* Rex ei dederat, & duas partes totius theſauri ſui, & omnia exenia ſua quæ idem *Ricardus* ei delegavit. Sed *Johannes* Rex nihil horum quæ petebantur, facere voluit, propter jusjurandum quod Regi *Franciæ* fecerat, ſcilicet quod non faceret ſuccurſum præfato *Othoni* neque auxilium.

Johannes dimiſſa uxore, aliam ducit, alia diſpenſatam.

Eodem anno factum eſt divortium inter *Johannem* Regem & *Haniſam* uxorem ſuam, filiam *Willielmi* Comitis *Gloverniæ*, per *Burdegalenſem* Archiepiſcopum, & per *Pictavenſem*, eo quod erant affines in tertio gradu conſanguinitatis. Rex autem *Johannes* de conſilio domini ſui *Philippi* Regis *Franciæ*, duxit ſibi in uxorem *Iſabel* filiam *Ailmari* Comitis de *Engoliſmo*, quam prædictus Comes conſilio & voluntate *Ricardi* Regis *Angliæ* prius dederat *Hugoni* de *Brun* Comiti *de lia Marche*, quam idem *Hugo* Comes cepit per verba de præſenti, & ipſa eum. Sed quia illa annos nondum attigerat nubiles, noluit eam prædictus *Hugo* in facie Eccleſiæ ſibi copulare. videns ergo pater puellæ quod *Johannes* Rex *Angliæ* eam affectavit, eripuit eam de cuſtodia præfati *Hugonis*, & dedit eam Regi *Johanni*, & ſtatim Rex deſponſavit eam per Archiepiſcopum *Burdegalenſem* apud *Eugoliſmum*.

Hugo Lincol.

Menſe *Novembri* XVI. kal. *Decembris* obiit ſanctus *Hugo Lincolnienſis* Epiſcopus *Londoniis*, & IX. kal. *Decembris* corpus ejus dilatum eſt *Lincolniam* tumulandum. Cui occurrentes Rex *Johannes*, & *Hubertus Cantuarienſis* Archiepiſcopus, & duo alii Archiepiſcopi, & XIII. Epiſcopi, & Comites & Barones totius *Angliæ*, qui ibi una cum Rege fuerunt congregati ad colloquium, ad tractandum de concordia inter Regem *Angliæ* & Regem *Scotiæ* qui

qui ibi ſimiliter convenerant. Receperunt autem feretrum Dominus Rex & Comites & Barones in collo ſuo portaverunt corpus & in humeris ſuis uſq; in atrium matricis Eccleſiæ, gaudentes obſequium ſe præſtare tanto patri Pontifici. Ad oſtium Eccleſiæ receperunt corpus Archiepiſcopi & Epiſcopi, & ſic in humeris eorum delatum eſt corpus uſque in chorum pernoctandum. 1200. *Innocent.* 3 P.

Octavo kal. *Decembris* feria vi. corpus ſancti *Hugonis Lincolnienſis* Epiſcopi per miſſarum ſolemnia in Eccleſia nova quam ipſe fundaverat in honore glorioſæ virginis *Mariæ*, à præfatis Archiepiſcopis & Epiſcopis juxta altare ſancti *Johannis* Baptiſtæ cum honore debito tumulatum eſt.

Eodem anno menſe *Decembri* paulo ante natale Domini, in provincia *Eboracenſi* apparuerunt de nocte in cœlo quinque lunæ circa primam vigiliam noctis. Prima apparuit in aquilone, ſecunda in meridie, tertia in occidente, quarta in oriente, quinta bina in medio illarum quatuor lunarum, & habebat ſecum ſtellas multas, & illa cum ſtellis ſuis circuibat quinquies vel ſexies præfatas quatuor lunas. Hæc autem apparitio apparuit multis videntibus & admirantibus quaſi per ſpatium unius horæ, & poſtea evanuit ab oculis intuentium. *Prodigium.*

Eodem anno venit Abbas *Willielmus Burtoniam* ad purificationem beatæ *Mariæ*.

Eodem anno facta eſt hæc pax & finalis concordia inter *Philippum* Regem *Franciæ* & *Johannem* Regem *Angliæ*.

‘*Philippus* Dei gratia Rex *Francorum* univerſis ad quos præſens ſcriptum *Pax inter Franc. & Angliam.*
‘pervenerit, ſalutem. Noveritis quod hæc eſt forma pacis facta inter nos &
‘dilectum noſtrum & fidelem *Johannem* Dei gratia Regem *Angliæ*, ſcilicet
‘quod ipſe tenebit nobis pacem & hæredibus noſtris quam *Ricardus* frater e-
‘jus fecit nobiſcum inter *Eroldum* & *Carotom*, exceptis iis quæ per præſentem
‘chartam excipiuntur, vel mutantur propter exceptiones quas idem Rex *Ri-*
‘*cardus* nobis fecerat de pace illa. Scilicet quod idem Rex *Johannes* dona-
‘vit nobis & hæredibus noſtris, ſicut rectus hæres *Ricardi* Regis fratris ſui, ci-
‘vitatem *Ebroicarum* & *Ebrocinium* cum omnibus feodis & dominiis, ſicut
‘ſubſcriptæ metæ determinant: Metæ autem poſitæ ſunt inter *Ebroicas* &
‘*Novum burgum*, & totum id quod erit inter has metas ex parte *Franciæ*, erit
‘noſtrum; & id quod erit verſus *Novum burgum*, erit Regis *Angliæ*. Et quan-
‘tum terræ habuimus verſus [a] *Conchias*, & verſus *Akenni*, ad eandem menſu-
‘ram ex parte ubi Abbatia de *Noa* ſita eſt, ſicut aqua [b] *Itoniæ* currit, *Gintebo*
‘nobis dedit. *Tylers* cum pertinentiis ſuis, & *Danvilla* remanet Regi *Angliæ*.
‘[c] Ita tamen quod dominus de *Bruroles* habebit id quod habere debet in do-
‘minatu de *Tylers*. Et dominus de *Tylers* habeat id quod habere debet in
‘dominatu de *Bruroles*. Conceſſit etiam nobis de Epiſcopatu *Eboracenſi* id
‘quod eſt infra has metas, unde Epiſcopus *Ebroicenſis* nobis reſpondebit &
‘hæredibus ſuis, de hoc quod eſt extra has metas. Et ſciendum, quod neque
‘nos neque Rex *Angliæ* poterimus firmare inter has metas conſtitutas inter
‘*Novum burgum* & *Ebroicum*, neque apud *Gintebo*, neque nos ex parte noſtra,
‘neque Rex *Angliæ* ex parte ſua, niſi ubi formatum eſt, infra metas prædi-
‘ctas. Præterea forteliciæ de portis & landis in continenti diruentur, neque
‘ibi aliæ forteliciæ debent reædificari. Hæc autem omnia quæ Comes *Ebro-*
‘*icenſis* tenebat inter has metas, fecit nobis Rex *Angliæ* adquietari à recto
‘hærede *Ebroicarum*.

‘De *Hulcaſmo Normannia* [d] ſcilicet erit, prædicto Regi *Angliæ* & hære-
‘dibus ſuis, remanebunt feoda & dominium, ſicut Archiepiſcopus *Rothomagi*
‘inde erat tenens die qua fecit excambium de *Andeliaco*. Totum *Hulcaſmi*
‘reſiduum nobis remanet. Nos quoque non poſſumus firmare ultra *Gamagi-*

a Hoved. leg. Novumburçum, tantum terræ habebimus verſus Conchias, & verſus Akemu. *b* Iconiæ currit. Gurtebo, ubicunque ſit, nobis dedit. *c* Item tantum. *d* Sic erit.

1200. *Johannes.* '*um* ex parte noſtra *Normanniæ*, nec ultra fines foreſtæ *Vernonis*, ſed infra; 'neque Rex *Angliæ* ultra foreſtam *Andeliaci*, ſed infra.

'Dedit etiam Rex *Angliæ* in maritagium L. filio noſtro cum filia Regis '*Caſtellæ*, ſua nepte, feudum *Eroldium* & feudum *Carſari*, & feodum *Buture-* '*ſum*, ſicut *Andreas* de [a] *Calbunaco* ea tenebat de Rege *Angliæ*; de omnibus 'iis erimus ſeiſiati uſque dum maritagium ſit conſummatum. Et quicquid 'contingat de maritagio poſtquam factum fuerit, nos prædicta feoda te- 'nebimus tota vita noſtra. Et poſt vitam noſtram revertentur prædicta feo- 'da ad prædictum Regem *Angliæ* & ad hæredes ſuos, prædictus L. filius no- 'ſter hæredem non habuerit de nepte Regis *Angliæ*. Si vero contigerit ip- 'ſum Regem *Angliæ* mori abſque hærede de uxore ſua deſponſata, cum præ- 'dictis feodis dedit Rex *Angliæ* L. filio noſtro cum prædicta nepte ſua in 'maritagium, feodum *Hugonis* de *Gurnai*, citra mare *Angliæ*, ſicut id tenet 'de Rege *Angliæ*; & feodum Comitis de *Albimaris* citra mare *Angliæ*.

'Præterea idem Rex dedit nobis [b] viginti millia marcarum argenti, ad 'pondus & legem in qua facta fuerint, ſcilicet XIII. ſolidi & IV denarii pro 'marca, propter *Recatum* noſtrum, & propter feodum *Britanniæ*, quod nos 'Regi *Angliæ* dimiſimus. Rex vero *Johannes* recepit *Arthurum* in hominem, 'ita quod *Arthurus* tenebit *Britanniam* de prædicto Rege *Angliæ*.

'Idem vero Rex *Angliæ Johannes*, ſicut rectus hæres Regis *Ricardi* fratris 'ſui, tenebit de nobis omnia feoda ſicut pater ejus & *Ricardus* Rex frater e- 'jus tenuerunt, & ſicut feoda teneri debent, exceptis ſupradictis quæ nobis 'remanent, ſicut ſupradictum eſt.

'De Comite *Eugoliſmi*, & vicecomite *Limovicenſi*, ſic erit: Quod Rex *Jo-* '*hannes* recipiet eos in homines, [c] & quod jura eorum eis dimittet.

'De Comite *Flandriæ* & Comite *Boloniæ* ſic erit; Quod Comes *Flandriæ* 'tenebit id quod tenet de terra noſtra, & nos ea quæ tenemus de Co- 'mite *Boloniæ*, ſcilicet dominia & feoda, & ea quæ Comes [d] *Ponticii* te- 'net [e] in feodo, & dominium remanet nobis, & Comiti [d] *Ponticii*, propter 'hoc quod Comes *Flandriæ* tenet de noſtro, ideo faciet nobis [f] hominium 'ligium. Et ſi ipſe Comes *Flandriæ*, aut aliquis hominum meorum, qui me- 'lius ſint, aut eſſe debent homines noſtri, quam Regis *Angliæ*, nobis malum 'facere aut nocere velint, Rex *Angliæ* non poterit contra nos adjuvare & 'manu tenere eos; ſimiliter neque nos ſuos, qui ſint aut melius eſſe debent 'homines ſui, quam noſtri, [contra eum,] ſalva forma hujus pacis prædi- 'ctæ. In conventionibus iſtis habet Rex *Angliæ* conventionem, quod ipſe '*Otoni* nullum faciet auxilium, neque per pecuniam neque per gentes, ne- 'que per milites, [g] niſi per conſilium noſtrum.

'De *Arthuro* ſic erit; quod Rex *Angliæ* non minuet eum de feodo vel de 'dominio *Britanniæ* citra mare *Angliæ*, niſi per rectum judicium Curiæ ſuæ.

'Rex vero *Angliæ* dedit nobis ſecuritates de hominibus ſuis ſubſcriptis, '[h] *Baldwinus* Comes *Albemaris*, *Willielmus* Comes de *Pembroc*. *Hugo* de [i] *Gur-* '*ney*, *Willielmus* de [*Humet*] Conſtabularius *Normanniæ*, *Robertus* de *Harecurt*. '*Johannes* de *Pratellis*, *Willielmus* de *Kau*. *Garinus* de *Capiun*; qui juraverunt 'hoc modo, quod ipſi cum omnibus ſuis feodis citra mare ad nos [k] venient, 'ſi Rex *Angliæ* non teneret pacem & conventionem, ſicut diviſa eſt.

'Nos quoque dedimus ſecuritatem de hominibus noſtris ſubſcriptis; [l] Co- 'mes *Robertus Diotorum*, Comes *Galfridus Perticii*, *Willielmus Gazland*. *Bar-* '*tholomæus* de [m] *Roca*, *Gervaſius* de *Caſtell*. *Walterus* [n] Camerarius, *Urſon* fi- 'lius ejus, *Philippus* de *Leuns*, *Walterus* Camerarius Junior; qui ſimiliter ju- 'raverunt, quod cum omnibus ſuis ad Regem [*Angliæ*] venirent, ſi nos ei 'pacem hanc [& conventionem] non tenuerimus, ſicut eſt diviſa.

'Nos autem & prædicti hoſtagii bona fide & ſine malo ingenio hæc firmi-

a Calumaco. *b* Triginta. *c* Ita quod. *d* Pontini, f. Pontivi. *e* Inde feodum & domin. remanent. *f* Homagium. *g* Nec per alium, niſi. *h* Baldwino Comite Albemar iæ. *i* Gurnaco. *k* Venirent. *l* Comite Roberto Drocorum. *m* Royia. *n* Camerario patre, Urſone filio ejus.

ter

‘ter & fideliter obſervanda juravimus. Quæ ut perpetuum robur obtineant, 1200.
‘præſentem chartam auctoritate ſigilli noſtri corroboravimus. Datum a- *Innoc. 3. P.*
‘pud G. anno ab incarnatione Domini M. CC. menſe *Maii.*

Et conſimilem chartam huic habet Rex *Franciæ*, converſis tamen nominibus.

Eodem anno ſtatutum eſt in *Anglia*, & per præceptum Regis *Johannis* *Conſuetudines Scaccarii.*
confirmatum; quod [a] Vicecomes capiat aliquem ad præſentationem Baronis in Seneſcallum, qui non poſſit reſpondere de miſericordia pertinente ad tranſgreſſionem fidei ſi forte inciderit in eam. Quod autem Seneſcallus ad præſentationem Baronis affidaverit quod pacem faciet Vicecomiti de debitis domini ſui ad Scaccarium, intelligendum eſt, quod ſuper compotum Vicecomitis de debito pacem faciat; Quod ſi non fecerit, mittatur in priſonam ſtatutam ſecundum legem Scaccarii, & debitum Regis capiatur de catallis domini ſui, ſecundum legem Scaccarii. Quod ſi fidem præſtitam non ſervaverit, ita quod ad computum Vicecomitis non venerit, vel ſi venerit & ſine licentia receſſerit, corpus ejus capiatur, & in priſonam ponatur Regis ſtatutam; nec deliberetur niſi per ſpeciale præceptum Regis. Item mittatur ad terram domini cujus Seneſcallus defecerit, & de catallis ſuis ſolvatur pecunia quæ debetur, ſecundum legem Scaccarii. Et ſi pecunia illa debeatur pro fine terræ, & catalla non inveniantur unde pecunia illa ſolvatur, ipſa terra pro qua finis facta fuit, capiatur in manum domini Regis, & teneatur, donec pecunia illa ſolvatur, ſecundum legem Scaccarii. In pœna læſionis fidei, Seneſcallus qui fidem tranſgreſſus fuit, nunquam de hoc vel de alio debito per fidem ſuam credatur vel recipiatur: Nec dominus credatur vel recipiatur in hoc debito, niſi & gratia de voluntate Regis, ſecundum legem & conſuetudinem Scaccarii.

Eodem anno videlicet ab incarnatione Domini M. CC. I. qui erat tertius 1201.
annus Regni *Johannis* Regis *Angliæ*, Idem, Rex & *Iſabel* Regina uxor ejus *Rex & Regina coronati Cantuariæ.*
fuerunt apud *Cantuariam* coronati ab *Huberto Cantuarienſi* Archiepiſcopo, in Eccleſia Cathedrali, die *Paſchæ* quæ nono kal. *Aprilis* evenit, feſto *Annunciationis* Dominicæ, præſentibus *Johanni Dublinenſi* Archiepiſcopo, *Willielmo Londonenſi, Gilberto Roſenſi*, *Euſtachio Elyenſi*, & *Johanne Norwicenſi* Epiſcopis.

Et ſtatim poſt Paſcha præcepit Rex ut Comites & Barones *Angliæ* eſſent apud **Porteſmue** ad *Pentecoſten*, parati equis & armis ad transfretandum cum illo. *Pictavi* enim prævaluerunt adverſus cuſtodes terrarum ſuarum, & caſtella ſua obſederunt. Et *Warinus* de *Clapiun* Seneſcallus *Normanniæ*, ex mandato domini ſui *Johannis* Regis *Angliæ*, obſederat caſtellum de [b] *Denecurt*, quod *Ricardus* Rex *Angliæ* dederat *Radulpho* de *Yſondum* Comiti de *Auco* fratri *Hugonis le Brun*. Sed ante adventum Regis *Johannis*, *Philippus* Rex *Franciæ* ſolvit omnes prædictas obſidiones.

Interim Comites & Barones *Angliæ* convenerunt ad colloquium inter eos habitum apud *Leyceſtriam*, & ex communi conſilio mandaverunt Regi, quod non transfretarent cum illo, niſi ille reddiderit eis jura ſua. Rex autem malo uſus conſilio, petebat ab eis caſtella ſua; & incipiens à *Willielmo* de *Aubenio*, petiit ab eo caſtellum de [c] **Benner**, cui idem *Willielmus* ſatisfaciens, tradidit filium ſuum in obſidem, & ita caſtellum ſuum retinuit.

Eodem anno regnantibus *Innocentio* papa tertio in urbe *Roma*, & *Saphodino* fratre *Saladini* in ſancta Civitate *Hieruſalem*, & *Alexandro* fratricida in civitate *Conſtantinopolitana*, & *Leone* in *Armenia*, & *Aimerico* de [d] *Luman* in civitatibus *Tyri* & *Sidonis* & *Accaron*, & in Inſula de *Cypro*, & *Reimundo* principante in civitate *Antiochena*; & *Othone* fratre *Henrici* Ducis *Saxoniæ*, in *Alemannia* electo in *Romanorum* Imperatorem, *Philippo* in *Francia*, & *Johanne* in *Anglia*, & *Swero* [e] *Bukeban* in *Norweia*, & *Cnut* in *Dacia*, & *Willielmo* in *Scotia*, & *Guthred* in Inſula de *Man*, & *Johanne* de *Curci* in **Ulneſtre**;

a Nullus Vicecomes *b* Driencurt. *c* Beauver. *d* Lezinnan. *e* Birkebain.

1201. *Johannes.* prædicaverunt Doctores, ſolutum eſſe draconem illum antiquum qui eſt diabolus *Satanas*, juxta illud beati *Johannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ dicentis, *Ego* Johannes *vidi angelum deſcendentem de cœlo, habentem clavem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua; & apprehendit Draconem antiquum, qui eſt diabolus & Satanas, & religavit eum per annos mille, & miſit eum in abyſſum, & clauſit & ſignavit ſuper eum, ut non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni; & poſt hæc oportet eum ſolvi modico tempore.* Aſſerebant itaque Doctores, illos mille annos jam eſſe conſumtos, & diabolum ſolutum. *Væ terræ, [&] habitantibus in ea*; quia ſi diabolus ligatus tot & tanta intulit mala mundo, quot & quanta inferet ſolutus. *Precemur ergo Deum ſupplices, ut in* [a] *Divinis actibus, nos ſervet a nocentibus, linguam refrenans &c.*

Draco antiquus ſolutus.

Eodem anno in hebdomada *Pentecoſtes*, cum Barones *Angliæ* eſſent congregati apud **Porteſmue** ad transfretandum cum Rege, Rex cepit de quibuſdam illorum pecuniam quam expenderent in ſervitio ſuo, & præmiſit in *Normanniam Willielmum Mareſcallum* Comitem de *Pembroch* cum centum militibus Soldariis, & *Rogerum* de *Laci* Conſtabularium *Ceſtriæ* cum aliis centum militibus ad reprimendum impetum inimicorum ſuorum in partibus tranſmarinis. Et Rex tradidit *Huberto* de *Burgo* Camerario ſuo centum milites, & conſtituit eum Cuſtodem finium *Angliæ* & *Walliæ*.

Deinde Rex *Johannes* & *Yſabel* Regina aſcenderunt naves transfretaturi: ſed Rex applicuit in *Vectæ* Inſula; & Regina uxor ejus aliam navem ingreſſa, proſperis gaviſa ventis applicuit in *Normannia*. Et poſt aliquot dies facta mora in *Anglia*, *Johannes* Rex iterum naves intravit apud **Porteſmue**, & transfretavit in *Normanniam*. Et ſtatim habitum eſt colloquium inter ipſum & Regem *Franciæ* prope Inſulam de *Andeli*, & bene convenit inter eos, nemine colloquii illorum conſcio præter illos duos. Et poſt triduum *Johannes* Rex ad preces Regis *Franciæ*, [b] hoſpitatus eſt & honorifice procuratus, & Rex *Franciæ* alias ſe tranſtulit hoſpitaturus. Et recedens inde cum honore maximo Rex *Angliæ*, perrexit ad *Chinonem*: & venit illuc *Berengera* quondam Regina *Angliæ*, uxor *Ricardi* Regis; cui *Johannes* Rex *Angliæ* ſatisfecit de dote ſua, ſecundum teſtimonium illorum qui interfuerunt ſuæ deſponſationi, deditque ei in vita ſua habendum civitatem *Baiocenſen* cum pertinentiis ſuis, & duo caſtella in *Andegavia*, & mille marcas ſterlingorum ſingulis annis recipiendas, videlicet quingentas marcas *Londoniis* ad Scaccarium Regis, & alias quingentas marcas apud *Cadomum* in *Normannia*.

Colloquium Franci & Angli.

Berengaria Regina.

Eodem anno obiit *Conſtantia* mater *Arthuri* Comitis *Britanniæ*. Eodem anno obiit *Margareta* mater prædictæ *Conſtantiæ*, ſoror *Willielmi* Regis *Scotiæ*, mater *Henrici* de *Boum* Comitis *Herefordiæ*.

Eodem anno ut pax firmior haberetur inter *Philippum* Regem *Franciæ* & *Johannem* Regem *Angliæ*, ſtatutum eſt & ſcripto confirmatum, quod ſi Rex *Franciæ* in aliquo violaverit pacem quam ipſe cum Rege *Angliæ* fecerat, Barones *Franciæ* quos ipſe fidejuſſores de ſervanda pace aſſignavit, à fidelitate ſua cum omnibus hominibus eorum ſoluti, redirent ad Regem *Angliæ* ad auxiliandum ei contra Regem *Franciæ*; ſimiliter erit de Baronibus Regis *Angliæ*, quos ipſe conſtituit fidejuſſores, ſi pacem illam fuerit idem Rex tranſgreſſus.

Pictavi. Eodem anno *Johannes* Rex *Angliæ* volens appellare Barones *Pictaviæ* de ſua & fratris ſui Regis *Ricardi* proditione, multos conduxit viros arte bellandi in duello doctos, & de terris ſuis ciſmarinis & tranſmarinis electos: ſed Barones *Pictaviæ* inde præmuniti, ad Curiam illius venire noluerunt, dicentes quod nemini reſponderent niſi patri ſuo. Et ſic Rex *Angliæ* fraudatus à deſiderio ſuo, reverſus eſt in *Normanniam*, & *Pictavi* facti ſunt ei ex hoc inimiciores; Ad quorum impetum comprimendum conſtituit Rex *Angliæ* *Robertum* de *Turneham* procuratorem.

a Diurnis, v. Hoved. *b* Pariſiis in Palatio R. Fr.

Eodem

Eodem anno ſanctus *Wlſtanus Wigornienſis*, & ſancta *Modwenna Burtonienſis* claruerunt multis & magnis miraculis. *Innocent. 3 P.*

M. CC. II. *Arthurus* captus eſt apud *Mirabel.* 1202.

M. CC. III.

M. CC. IV.

M. CC. V.

M. CC. VI.

M. CC. VII. Tredecimata eſt *Anglia*, *Stephanus* de *Langeton* factus eſt Archiepiſcopus. *Henrico* filius Regis *Johannis* natus eſt. 1207.

M. CC. VIII. Factum eſt interdictum generale in *Anglia.* In exilium perrexerunt Epiſcopi *Angliæ* propter Archiepiſcopum. *Johannes* Rex ſubjugavit ſibi *Hiberniam.* 1208.

M. CC. IX.

M. CC. X.

M. CC. XI. 1211.

Venientes nuncii domini papæ *Innocentii* quarti coram domino Rege *Johanne Angliæ*, apud [a] *Norh.* convocatis omnibus Comitibus & Baronibus *Angliæ*, dominum Regem in hunc modum alloquuntur: *Colloquium Johannis, & Nunciorum Pap.*

Domine, de longinquo venimus huc, per petitionem tuam, pro pace ſanctæ Eccleſiæ confirmanda, & reformanda; & audituri ſuper hoc voluntatem tuam.

Rex ait, neſcio quid petitis.

Dixerunt illi; Nil niſi jus commune; ſcilicet ut jures te ſatisfacturum ſanctæ Eccleſiæ, & perſolviturum omnia quæ ab Eccleſiaſticis perſonis rapuiſti; & magiſtrum *S. Cantuarienſem* Archiepiſcopum, & omnes ſuos, & coepiſcopos ſuos cum ſuis qui in partibus tranſmarinis ſunt, bene & in pace ſuſcepturum.

Quod audiens Rex, vultu protervo reſpondit, De cetero cor meum & ſecreta cordis mei vobis revelabo. Vos poteſtis facere me jurare reddere omnia, & quodcumque vultis faciam; ſed nunquam ille S. tale conductum poterit habere, quin illum ex quo terram meam intraverit, faciam ſuſpendi.

Hæc audientes nuncii reſponderunt, Modo ſcimus voluntatem tuam: Diceſne aliud?

Reſpondit Rex, Dixi.

Tunc illi, Nos cauſam adventus noſtri in terram tuam tibi & omnibus Comitibus, Baronibus, clericis & laicis volumus propalare. Verum eſt quod nos mandaſti *Rom.* quod nos veniſſemus huc cauſam tuam juſtiſſimam, ut aſſerebas, & jus tuum audituri; & ſi videretur nobis cauſa tua oſtenſa & audita, te verſus patrem tuum dominum papam & ſanctam Eccleſiam, & clerum *Angliæ* in aliquo deliquiſſe, judicio noſtro ſanctæ Eccleſiæ promtus eſſes ſatisfacturus; & quamcumque pœnitentiam injungeremus, ſubiturus; & ſi nos cauſam tuam juſtam, ut aſſerebas, invenire poſſemus, quod Interdictum *Angliæ* relaxaremus. Nihil proponis quare relaxare illud debeamus; ſed magis confirmare.

Ad hæc dominus Rex, Audite, *inquit*, & recte judicate. Bene, *inquit*, fateor, quod dominus papa eſt pater meus ſpiritualis, & quod vicem gerit beati *Petri*, & illi debeo obedire, ſcilicet in ſpiritualibus; [b] & in terrenis, quæ coronæ meæ pertinent, nequaquam. Dominus papa Archiepiſcopatum *Cantuariæ*, ſi poſſet, injuſte vellet conferre per electionem proditorum meórum, ſcilicet XIV. monachorum, qui juraverunt quod nunquam alium eligerent quam Epiſcopum *Norwicenſem*; & fidei illorum fidem adhibens, literas meas patentes illis commiſi, & per illos domino papæ direxi in hæc verba.

[a] Northamton. [b] f. at.

Quod

1211. *Quod quemcunque hii* XIV. *eligerent, dummodo eſſet de* Anglicana *natione,*
Innocent. 3. P. *in Archiepiſcopum* Cantuariæ *reciperem, & ccc. libras in expenſis illis commiſi.* Ipſi vero venientes *Romam* magiſtrum S. elegerunt, & *Norwicenſem* Epiſcopum refutarunt, me inconſulto & regno meo. Præterea vobis oſtendo, quod omnes prædeceſſores mei contulerunt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & Abbatias, in thalamis ſuis. Unde videre poteſtis per ſacras ſcripturas quod beatus & glorioſus Rex ſanctus *Edwardus* contulit in tempore ſuo ſancto *Wlſtano* Epiſcopatum *Wigorniæ.* Dum *Willielmus Baſtardus* conqueſtor *Angliæ* voluit ei auferre Epiſcopatum, *quia neſcivit Gallicum*, reſpondens ſanctus *Wlſtanus Willielmo Baſtardo* ait, *Mihi non contuliſti baculum, nec tibi reddam*; ſed ivit ad tumulum ſancti *Edwardi* & dixit in lingua ſua: Edwarde, *dediſti mihi baculum, nec poſſum tenere pro Rege, & ideo illum tibi committo: & ſi poteſtis defendere, defende*; & fixit baculum in tumulo de lapide exciſo, & baculus ita miraculoſe adhæſit tumbæ beati *Edwardi*, quod non erat aliquis ibi qui eum poſſet evellere, niſi ſanctus *Wlſtanus*: Præterea temporibus noſtris pater meus *Henricus* ſancto *Thomæ* contulit Archiepiſcopatum *Cantuariæ.* Sed modo vult Dominus papa omnes libertates quas prædeceſſores mei habuerunt, mihi auferre pro voluntate ſua; nec benefacit.

Pandulfus. *Magiſter* Pendulfus *reſpondit*; Allegas quod domino papæ obedire teneris in ſpiritualibus, & non in terrenis. Dicimus quod obedire debes domino papæ, tam in terrenis, quam in ſpiritualibus. Nonne juraſti fidem Deo, obedientiam papæ, ac Jura Eccleſiæ regere, cum Regni gubernacula ſuſcepiſti? Item allegas, quod XIV. Monachi ſunt proditores tui, quia juraverunt quod nunquam alium eligerent, niſi Epiſcopum *Norwicenſem*; & literas tuas patentes illis commiſiſti, & per ipſos Domino papæ tranſcripſiſti, ſub hac forma, *quod quemcumque hii* XIV. *Monachi eligerent, dummodo eſſet de* Anglia, *ipſum tanquam Archiepiſcopum reciperes*; & inſuper ccc. libras illis in expenſis commiſiſti. Poſtea magiſtrum *S.* elegerunt. Et verum eſt quod tales literas domino papæ miſiſti patentes; ſed allegationibus ex parte tua, & monachorum ex parte adverſa, & Epiſcoporum qui ſibi jus eligendi Archiepiſcopum vendicabant, propoſitis, probaverunt Monachi, quod eorum erat electio. Dum dominus papa quaſſavit Electionem utriuſque, tam Supprioris, quam Epiſcopi *Norwicenſis*; tum quia perſona Supprioris odioſa erat Regi & Regno; tum quia perſona Epiſcopi *Norwicenſis* inſufficiens erat ad tantum onus ſuſtinendum, & quia injuſta erat illius electio. Tunc præcepit dominus papa, quod omnes Monachi qui ibi aderant, dividerent ſe in tres partes, & eligerent ſibi paſtorem idoneum. Et factum eſt ita. Elegit prima pars iterum Suppriorem; XIV. Monachi Epiſcopum *Norwicenſem*. Tertia vero pars magiſtrum *S.* Dominus papa rationalibus cauſis Electionem Supprioris & Epiſcopi *Norwicenſis* quaſſavit. Præcepit autem dominus papa ut omnes irent ſimul, & in unum conſentirent. Quatuordecim vero Monachi tunc pedibus domini papæ ſe projecerunt, dicentes, *domine, miſerere noſtri, quoniam juravimus coram domino Rege, quod in alium non conſentiremus electum, niſi in Epiſcopum* Norwicenſem. Dominus papa dixit, *Nonne eſtis viri religioſi? Quare ergo præſumſiſtis facere juramentum terreno Principi, abſque præcepto Prælati veſtri?* Reſponderunt, *Nos id fecimus Regio metu, & ut dignitatem Eccleſiæ noſtræ ſalvaremus.* Dominus papa, *devoviſtis vos juramento facturos quod nemo poteſt facere in mundo niſi ego ſolus.* Et abſolvit eos, & injunxit eis pœnitentiam ſecundum delictum. Tunc iverunt & conſenſerunt in magiſtrum *S.* Dominus vero papa ipſum tibi tanquam Principi ante confirmationem ſuam præſentavit; ſed tu repugnaſti, cum nullam cauſam ſciviſti, nec potuiſti oſtendere, quare non potuiſſet confirmari.

Item allegas de ſancto *Edwardo*, & *Willielmo Baſtardo*; cui reſpondeo, quod ſucceſſor ſancti *Edwardi* non es, nec te illi potes comparare. Ipſe enim fuit protector ſanctæ Eccleſiæ, tu vero deſtructor & infeſtator, ſed bene

bene concedimus quod ſis ſucceſſor *Willielmi Baſtardi*, quoniam ipſe in 1211.
principio infeſtavit ſanctam Eccleſiam in hoc quod voluit auferre ſancto *Inn. oc. an. 3. P.*
Wlſtano Epiſcopatum *Wigorniæ*, & ideo ſuccedis ei, & non ſancto *Edwardo*. Quoniam in hoc non degeneras, quia tu & omnes prædeceſſores tui nitebantur ſanctam Eccleſiam deſtruere. Item leges *Willielmi Baſtardi*, licet peſſimas, ſervari præcipis & diligis; & leges ſancti *Edwardi*, licet optimas, quaſi viliſſimas contemnis.

Item dicis quod pater tuus *Henricus*, & omnes prædeceſſores tui, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatias & Prioratus conferre ſolebant in thalamis ſuis. Reſpondeo, quod pater tuus *H.* per petitionem ſuam fecit eligere ſanctum *Thomam*; & quia per preces illius fuerat electus, quando venit in exilium, domino papæ *Alexandro* Archiepiſcopatum reſignavit, dicens ſe *Symoniace* Archiepiſcopatum ſuſcepiſſe, quia per preces patris tui *Henrici* electus fuit. Diſpenſavit tamen cum eo dominus papa; & tandem pace formata inter patrem tuum & ſanctum *Thomam*, reverſus eſt ſanctus *Thomas* ad Eccleſiam ſuam, & ibi per præceptum patris tui martyrium ſubiit. Tandem vero cum pater tuus *H.* ſanctæ Eccleſiæ ſatisfecit, hoc privilegium in remiſſionem omnium peccatorum ſuorum Monachis *Cantuarienſis* Eccleſiæ conceſſit, quod Archiepiſcopum ſecundum Deum eligerent in perpetuum, Epiſcopis *Angliæ* non vocatis, cum Regio aſſenſu Comitibus & Baronibus aſſenſum præbentibus, & per chartam ſuam confirmavit hoc pro ſe & pro hæredibus ſuis, & juraverunt tempore patris tui *H.* quod R. Priorem [a] *Dorſerenſem* in Archiepiſcopum eligerent.

Hoc autem *Henricus* pater meus in vita ſua dedit, *Reſpondit Rex* Johannes, & non in præjudicium ſucceſſorum ſuorum. *Johannes.*

Pendulfus, Et tu illum idem annuiſti, & juraſti tenere quod prædeceſſores tui, & illud confirmaſti. Quare ergo nonvis ad minus in vita tua cuſtodire quod dicis. *Pandulf.*

Rex ſubticuit.

Item Pandulfus *dixit Comitibus & Baronibus & militibus*, Utinam eſſetis filii Dei, & velletis bene videre quod Jus recipit injuſtitias contra impium.

Siluerunt omnes.

Tunc reſpondit Rex, Faciam tantum pro amore Domini papæ: Reſignet magiſter *Stephanus* Archiepiſcopatum, & dominus papa conferat cuicumque voluerit Archiepiſcopatum, & ego ipſum tanquam Archiepiſcopum recipiam; & poſtea roget me dominus papa ut concedam illi Epiſcopatum in terra mea, & forſitan concedam illi in *Anglia*. *Johannes.*

Pendulfus, ſancta Eccleſia non conſuevit degradare Archiepiſcopum ſine manifeſta cauſa; ſed aſſueta eſt Principes ſibi rebelles à ſummo ruere in deorſum. *Pandulfus.*

Ad hæc Rex, Vos profertis minas? Creditis me ſic ſubjicere vobis, ſicut nepotem meum *Othonem* Imperatorem? Ego enim ab ipſo recepi, quod alium feciſtis eligere Imperatorem in *Alemannia*. *Johannes.*

Magiſter Pendulfus, verum eſt. Et credit dominus papa, & certus eſt, ſe ita iſtum facere Imperatorem, ſicut fecit alium; & ſic te ſubjicere ſibi, ut fecit alium.

Rex, Num magis poteſtis malefacere quam dicere? *Johannes.*

Pendulfus, ſecreta cordis veſtri jam nobis revelaſti, & tibi ſecreta cordis noſtri revelabimus. Scias quod dominus papa te excommunicavit; ſed ſuſpenſa eſt ſententia uſque ad adventum noſtrum in partes iſtas tibi ſubjectas; ſed de cetero ſcias te eſſe excommunicatum, & ſententiam in te latam effectum habere. *Pandulf.*

[a] Doverenſem.

1211. *Johannes.* *Rex*, Et quid magis?

Pandulfus. *Pendulfus*, Abſolvimus omnes *Anglos* die hac, qui tecum non communicaverint; & qui tecum communicaverint, ſciant ſe eſſe excommunicatos.

Johannes. *Rex*, Et quid magis?

Pandulfus. *Pendulfus*, Abſolvimus die hac Comites, Barones, milites, clericos, & francos laicos, & omnes fidei Chriſtianæ, per terras tibi ſubjectas, à fidelitatibus ſuis & homagiis quibus tibi tenebantur; & ad hoc exequendum per *Angliam*, vices noſtras committimus *Wintonienſi* & *Norwicenſi* Epiſcopis: Per univerſum orbem, Epiſcopis qui in tranſmarinis partibus ſunt, tranſmiſimus, cauſam ſanctæ Eccleſiæ & Jus tuum quod te dicis habere oſtendendum, & ut abſolvant omnes qui contra te tanquam contra inimicum ſanctæ Eccleſiæ voluerunt inſurgere: Nec opus eſt tantum facere, quoniam duobus annis jam elapſis rogaverunt Duces, Comites & Barones dominum papam, ut ipſos abſolveret, & ipſi terram iſtam cum manu forti intrarent, & cuicumque vellet dominus Papa, regnum committerent. Dominus papa vero proponit exercitum ſuum mittere in *Angliam*; nam quam paucos habes vicinos amicos, plurimos vero inimicos. Sane vero ſancta Eccleſia vult jus ſuum declarare, & cum filiis ſuis jus ſuum vendicare. Præcipimus etiam omnibus, quod cum dominus papa exercitum ſuum miſerit in *Angliam*, vos omnes adeatis, & fidem duci exercitus faciatis. Sin autem negligatis, ſciatis vos in debitam & perpetuam pœnam eſſe redigendos.

Johannes. *Ad hæc Rex*, Quid poteſtis facere plus?

Pandulfus. *Pendulfus*, In verbo Dei tibi dicimus, quod tu, nec hæres quem poſſis habere, poſt diem hunc poterit coronari.

Johannes. *Ad hæc Rex*, Intimatum mihi erat per quoſdam latores meos, immo latrones, quod vos in curia *Romana* promoveritis cauſam meam, & quod me diligeritis. Modo vero hic percipio, quod cauſam meam non foveretis, ſed velletis me nunquam de cetero regnaturum; ſed per ipſum qui cuncta regit, ſi terram meam intraſſetis talia mihi nunciaturi ſine mandato meo, vos & veſtros per annum facerem equitare. Talia autem mihi nunciaturos non mandavi, ſed ut cauſam meam defenderetis.

Pandulfus. *Pendulfus*, Secundum Deum cauſam tuam promovimus, & te dileximus, & per mandatum tuum huc venimus, credentes te Deo & patri tuo domino papæ obediturum, & ſanctæ Eccleſiæ ſatisfacturum; ſed malam ſpem in hoc de te concipimus, & pro dilectione quam erga te habuimus, omne fere malum tibi & terræ tuæ facturum & in præmuniendo munivimus non facturum, quia jam præſens es, & idem juraſti jam nos per annum equitaturos, adeo decenter poſſes dixiſſe nos ſuſpenſuros. Sed Deum invocamus teſtem, quod pro alio mandato non venimus terram tuam intraturi, niſi pro cauſa Eccleſiæ mortem paſſuri, nec à te aliam credimus expectare mercedem.

Tuuc præcepit dominus Rex Vicecomitibus & foreſtariis, ut ducerent incarceratos ſuos coram ſe, magiſtro P. præſente. Protinus ſic factum eſt; & ad terrorem magiſtri P. quoſdam ſuſpendi præcepit, quoſdam oculis orbari, quoſdam pedibus & manibus truncari. Inter quos erat quidam clericus falſarius, quem præcepit Rex ſuſpendi. Hoc autem audiens magiſter P. ſtatim voluit eos excommunicare, qui in eum manus injicerent: & egreſſus quæſivit candelam. Hoc videns Rex venit poſt eum, & commiſit ei clericum, ut faceret de eo judicium. Et ita liberatus eſt.

Rex autem cum eiſdem nunciis nuncios ſuos ad dominum papam deſtinavit.

1212. M. CC. XII.

1213. M. CC. XIII.

1214. M. CC. XIV.

Literæ

1194. Innocent. 3. P.

Literæ domini Papæ domino Regi Angliæ.

"*Innocentius* Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, *Johanni* illuſtri Regi *An-* *Innocentii Epiſtola Monitoria ad Johannem*
'*glorum* ſpiritum conſilii ſanioris.

'Auditis verbis nunciorum veſtrorum qui ad præſentiam noſtram perve- 'nerunt, etſi non illa nobis ex parte tua ſufficienter obtulerint, quæ ſunt ad 'ſatisfactionem ſufficientia competentem, ſuper multis & magnis injuriis '& jacturis quas longo tempore intuliſti Eccleſiæ *Anglicanæ*, contra Divini 'nominis gloriam, & Apoſtolicæ ſedis honorem, in periculum animæ & 'diſpendium famæ tuæ; Adhuc [a] tam experiri volentes utrum te revo- 'care poſſimus ab errore ad veritatem, ecce tibi benedictionem & male- 'dictionem proponimus, ejus exemplo qui per *Moyſen* famulum ſuum be- 'nedictiones & maledictiones propoſuit filiis *Iſrael*, ut eligas quam malue- 'ris, benedictionem, ſi ſatisfeceris, ad ſalutem, ſive maledictionem, ſi con- 'temſeris, ad ruinam. Licet enim quaſdam literas nobis deſtinaveris, qui- 'bus aſſeruiſti habiturum te ratum quicquid Abbas de *Bello loco*, Frater *A.* '*Martel*, frater *W.* de *Sancto Andoeno*, *Thomas* de *Erdinton*, *Philippus* de *Wi-* '*gornia*, & magiſter *Ricardus* de *Mertona*, ſuper negotio *Cantuarienſis* Ec- 'cleſiæ agerent coram nobis; & tantum ex iis non niſi tres pervenerunt ad 'noſtram præſentiam, & ii ſine aliis nihil facere poterant, ſecundum ea- 'rundem continentiam literarum. Præterea, non igitur tantum de nego- 'tio *Cantuarienſis* Eccleſiæ ſed totius *Anglicanæ* Eccleſiæ, quam impie pro- 'ſequendo niteris ancillari; propter quod vinculo anathematis meruiſti 'innodari. Ii vero tres nuncii, videlicet Abbas de *Bello loco*, Frater *A. Mar-* '*tel*, & frater *W.* de *Sancto Andreno*, nobis ad ultimum obtulerunt, quod ſe- 'cundum illam formam ſatisfacere promittebas, quam per dilectos filios '*P.* ſubdiaconum, & fratrem *A.* familiares noſtros curabamus deſtinare. 'Verum cum per te ſteterit, quominus ſecundum eandem formam pax re- 'formata fuerit, & poſtea pejora prioribus attentaveris; nos ad eam quæ 'pro majori parte gratiam continebat, minime jam tenemur, cum ipſe 'gratia reddideris te indignum. Ut autem vincamus in bono malum, & 'omnem tibi excuſationis materiam auferamus; adhuc eam parati ſumus 'ſervare, ſi uſque ad kal. *Junii* proximo venturas, per juramentum IV. Ba- *Leges Pacis.* 'ronum tuorum, jurantium te præſente ac mandante in animam tuam, & 'per patentes literas tuas repromiſeris, quod tam fideliter tenebis & effica- 'citer adimplebis ſecundum expoſitiones & explanationes, quas ad omnis 'dubitationis ſcrupulum removendum, duximus exhibendas; & infra eun- 'dem terminum hoc totum ſignificaveris per tuas patentes literas venera- 'bili fratri noſtro *S. Cantuarienſi* Archiepiſcopo, & qui cum eo ſunt Epiſco- 'pis ſuis. Alioquin, ejus exemplo qui populum ſuum de ſervitute *Pharaonis* 'in manu valida liberavit, *Anglicanam* Eccleſiam in forte brachio de ſervi- 'tute tua ſtudebimus liberare. Prædicentes tibi tunc veraciter & conſtan- 'ter, quod ſi pacem recipere cum valueris non vis, cum volueris non vale- 'bis; eritque inutilis pœnitentia poſt ruinam; ſicut per eorum exemplum 'potes cognoſcere qui diebus iſtis ſimilia præſumſerunt. Formam vero quam 'præfatis nunciis injunximus, præſentibus tibi literis mittimus incluſam. Da- 'tum &c.

Expoſitiones & Explanationes ſunt iſtæ.

'*J.* Dei gratia *Angliæ &c.* Omnibus præſentes literas inſpecturis ſalutem. 'Per has patentes literas ſigillo noſtro munitas, volumus eſſe notum, quod 'nobis præſentibus & mandantibus, ii quatuor Barones noſtri *N. &c.* jura- 'verunt in animam noſtram, quod nos ſubſcriptam pacis formam bona 'fide curabimus per omnia obſervare. Inprimis itaque ſolemniter & ab-

[a] I. Tamen.

1114. *Johannes.* 'ſolute jurabimus ſtare mandatis domini papæ coram ejus legato vel delegato, ſuper omnibus pro quibus ſumus excommunicati ab ipſo. Et veram pacem & plenam ſecuritatem præſtabimus venerabilibus viris *Stephano Cantuarienſi* Archiepiſcopo. *W. Londonienſi*, *E. Elienſi*, *E. Herefordenſi*, *J. Bathonienſi*, *H. Lincolnienſi* Epiſcopis, Priori quoque & Monachis *Cantuariæ R. filio Walteri*, ac *Euſtachio de Veſci*, necnon ceteris clericis & laicis hoc negotium contingentibus, præſtando ſimul coram legato vel delegato publice juramentum, quod ipſos cum ſuis nec lædemus nec lædi faciemus vel permittemus, in perſonis vel rebus, eiſque dimittemus omnem indignationem & in gratiam noſtram recipiemus eoſdem ac tenebimus bona fide. Quodque præfatos Archiepiſcopum & Epiſcopos non impediemus, nec faciemus aut permittemus aliquatenus impediri, quominus ipſi libere ſuum exequantur officium, & plene ſuæ Juriſdictionis auctoritate prout debent utantur. Et ſuper iis tam domino papæ, quam ipſi Archiepiſcopo, & ſingulis Epiſcopis, noſtras patentes literas exhibebimus, facientes ab Epiſcopis & Comitibus & Baronibus noſtris, quod & quas præfati Archiepiſcopus & Epiſcopi poſtulaverint Juramenta & eorum patentes literas exhiberi, quod ipſi bona fide ſtudebunt ut hæc pax & ſecuritas firmiter obſervetur. Et ſi forte, quod Deus avertat, per nos ipſos vel per alios contra venerimus, ipſi pro Eccleſia contra violatores ſecuritatis & pacis, mandatis Apoſtolicis inhærebunt, noſque perpetuo vacantium Eccleſiarum cuſtodiam amittamus. Quod ſi forte nequiverimus eos ad hanc ultimam juramenti partem inducere, videlicet quod ſi per nos ipſos vel per alios contravenerimus, ipſi pro Eccleſia contra violatores ſecuritatis & pacis mandatis Apoſtolicis inhærebunt, nos propter hoc domino Papæ ac Eccleſiæ *Romanæ* per noſtras patentes literas obligabimus omne jus patronatus quod habemus in Eccleſiis *Anglicanis*, & omnes literas quæ pro ſecuritate prædictorum ſunt exhibendæ, præfatis Archiepiſcopo & Epiſcopis ante ſuum ingreſſum in *Angliam* tranſmittemus. Si vero nobis placuerit, ſæpedicti Archiepiſcopus & Epiſcopi præſtabunt, ſalvo honore Dei, juratoriam vel literatoriam cautionem, quod ipſi nec per ſe nec per alios contra perſonam vel coronam noſtram aliquid attentabunt, nobis prædictum eis ſecuritatem & pacem ſervantibus illibatam.

'De Abbatiis autem plenam reſtitutionem & de damnis recompenſationem ſufficientem omnibus impendemus, tam clericis omnibus quam etiam laicis univerſis ad hoc negotium pertinentibus; non ſolum rerum ſed etiam libertatum, & reſtitutas conſervabimus libertates, Archiepiſcopo quidem & Epiſcopo *Lincolniæ* à tempore ſuæ confirmationis, aliis à tempore diſcordiæ inchoatæ. Nec obſtabit aliqua pactio vel promiſſio ſive conceſſio quominus & damna recompenſentur, & ablata reſtituantur, tam vivorum quam defunctorum. Nec de iis aliquid retinebimus prætextu ſervitii quod debuerit nobis impendi; ſed poſtea debita nobis pro ſervitio recompenſatio tribuetur. Statimque omnes quos detinemus, abſolutos faciemus dimitti, ac reſtitui propriæ libertati, & etiam laicos qui occaſione hujus negotii detinentur. In continenti quoque poſt adventum illius qui nos debebit adſolvere, faciemus de parte reſtitutionis ablatorum VIII. millia librarum legalium Sterlingorum, pro perſolvendis debitis & faciendis expenſis, nunciis prædictorum Archiepiſcopi & Epiſcoporum, ac Monachorum *Cantuariæ*, aſſignari ſine impedimento quolibet per poteſtatem noſtram ad eos libere deferenda, ut expediti revertantur in *Angliam* honorifice revocati, videlicet *S. Cantuarienſi* Archiepiſcopo duo millia & quingentas libras; *W. Londonienſi* ſeptingentas & L. libras; *H. Lincolnienſi* ſeptingentas & quinquaginta libras; *E. Elienſi* mille & quinquaginta libras; *E. Herefordenſi* ſeptingentas & L. libras; *J. Bathonienſi* ſeptingentas & L. libras; Priori & Monachis *Cantuariæ* M. libras: ſed protinus abſque mora, poſtquam pacem iſtam duxerimus acceptandam, reſig-

'nari faciemus Archiepiſcopo & Epiſcopis & clericis de Eccleſiis univer- 1214.
'ſis in manibus nunciorum vel procuratorum ipſorum, omnia immobilia *Innocent.* 3. P.
'cum adminiſtratione libera eorundem, & in pace dimitti. Interdictum
'etiam, vulgariter utlagatio nuncupatum, quod proponi fecimus contra
'perſonas Eccleſiaſticas, publice revocabimus, proteſtando per noſtras pa-
'tentes literas Archiepiſcopo tribuendas id ad nos de perſonis Eccleſiaſti-
'cis nullatenus pertinere; & quod illud de cetero contra perſonas Eccle-
'ſiaſticas nullatenus faciemns proponi. Revocantes præterea utlagationem
'laicorum ad hoc negotium pertinentium, & remittentes omnia quæ poſt
'interdictum recipimus ab Eccleſiarum hominibus præter Regni conſue-
'tudinem & Eccleſiaſticam libertatem. Si vero ſuper damnis vel ablatis,
'aut eorum quantitate vel æſtimatione, quæſtio fuerit de facto ſuborta,
'per legatum aut delegatum domini Papæ receptis probationibus publice
'terminentur. Et iis omnibus rite peractis relaxabitur ſententia interdicti.
'Super ceteris autem capitulis ſi quæ fuerint dubitationes ſubortæ, de qui-
'bus merito valeat dubitari, niſi per legatum vel delegatum domini Papæ
'partium fuerint voluntate ſopitæ, ad ipſius referantur arbitrium, ut ſuper
'his quod ipſe decrevit obſervetur.

Charta Regis de pace & ſecuritate facta Archiepiſcopo & omnibus ſuis.

'*Johannes* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* venerabili patri *S.* eadem gratia '*Cantuarienſi* Archiepiſcopo ſalutem. Sciatis quod ſecundum formam man-'dati domini Papæ & venerabilis patris *J.* gratia Dei ſummi Pontificis, ve-'ram pacem ad plenam ſecuritatem vobis præſtamus, nec non ceteris tam 'clericis quam laicis hoc negotium quod inter nos & *Anglicanam* Eccleſi-'am verſatum eſt contingentibus, nec vos nec veſtros lædemus vel lædi fa-'ciemus aut permittemus in perſonis vel rebus; vobiſque dimittimus om-'nem indignationem, & in gratiam noſtram vos recipimus & tenebimus 'bona fide; & quod non impediemus aut permittemus aliquatenus impe-'diri, quominus libere veſtrum officium exequamini, & juriſdictionis veſtræ 'auctoritate prout debetis utamini; & ſuper iis vobis juramenta & literas 'patentes fidelium noſtrorum venerabilium patrum *H. Dublinenſis Archiepi-'ſcopi*, *P. Wintonienſis*, & *J. Norwicenſis* Epiſcoporum, & præterea VII. Ba-'ronum noſtrorum, ſcilicet *G. filii Petri, &c.* fecimus exhiberi, quod ipſi 'bona fide ſtudebunt quod hæc pax & ſecuritas firmiter obſervetur. Et ſi 'forte, quod Deus avertat, per nos ipſos vel per alios contravenerimus, ipſi 'pro Eccleſia contra violatores ſecuritatis & pacis mandatis Apoſtolicis in-'hærebunt, noſque perpetuo Eccleſiarum vacantium cuſtodiam amitte-'mus. Et ideo vos rogamus quatenus ad nos ſine dilatione in *Angliam* ve-'nire feſtinetis. Si quid autem in hoc ſcripto omiſſum fuerit, vel minus 'plene factum ſecundum formam mandati Apoſtolici, cum ad nos veneri-'tis, perficietur. Et in hujus rei teſtimonium has literas noſtras patentes 'vobis mittimus. Teſte *Dublinenſi* Archiepiſopo.

Charta de tributo Angliæ *&* Hyberniæ *Curiæ* Romanæ.

'*Johannes* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* Univerſitati veſtræ per hanc Char-'tam ſigillo noſtro munitam volumus eſſe notum, quia cum Deum & ma-'trem noſtram ſanctam Eccleſiam offenderimus in multis, & proinde Di-'vina miſericordia plurimum indigere noſcamur, nec quod digne poſſu-'mus offerre pro ſatisfactione Deo & Eccleſiæ debita facienda, niſi nos 'ipſos [a] habeamus & Regna noſtra, volentes nos ipſos humiliare pro illo 'qui ſe pro nobis humiliavit uſque ad mortem, gratia ſancti Spiritus inſpi-'rante, non vi inducti, nec timore coacti, ſed noſtra bona ſpontaneaque

a Humiliemus, Mat. Par.

 'voluntate,

Johannes. ‘ voluntate ac communi conſilio Baronum noſtrorum, offerimus & libere
‘ concedimus Deo & ſanctis Apoſtolis ejus *Petro* & *Paulo*, & ſanctæ *Romanæ*
‘ Eccleſiæ [a] matrici noſtræ, ac domino noſtro papæ *Innocentio*, ejuſque ca-
‘ tholicis ſucceſſoribus, totum Regnum noſtrum *Angliæ*, & totum Reg-
‘ num noſtrum *Hyberniæ*, cum omnibus pertinentiis ſuis, pro remiſſione
‘ peccatorum meorum, & totius generis noſtri, tam pro vivis quam pro
‘ defunctis: & amodo illa à Deo & *Romana* Eccleſia tanquam [b] feodeta-
‘ rius recipientes & tenentes, in præſentia prudentis viri *Pendulfi* domini
‘ noſtri papæ ſubdiaconi. [c] Et familiarem fidelitatem exhiberi prædicto
‘ domino noſtro papæ *Innocentio*, ejuſque catholicis ſucceſſoribus, & Ec-
‘ cleſiæ *Romanæ*, per ſubſcriptam formam facimus & juramus, & homagium
‘ ligium in præſentia domini [d] papæ ſi coram eo eſſe poterimus, faciemus:
‘ ſucceſſores noſtros & hæredes noſtros [e] in perpetuum obligantes, ut ſimili
‘ modo ſummo pontifici qui pro tempore fuerit, & Eccleſiæ *Romanæ*, ſine
‘ contradictione debeant fidelitatem præſtare, & homagium recognoſcere.
‘ Ad indicium autem hujus noſtræ perpetuæ obligationis & conceſſionis,
‘ volumus & ſtabilimus, ut de propriis & ſpecialibus redditibus Regnorum
‘ noſtrorum, pro omni ſervitio & conſuetudine, quæ pro ipſis facere debe-
‘ mus, ſalvo per omnia denario beati *Petri*, Eccleſia *Romana* mille mar-
‘ cas [f] annuatim recipiat; ſcilicet in feſto ſancti *Michaelis* Quingentas, &
‘ in feſto *Paſchæ* quingentas; ſeptingentas ſcilicet pro regno *Angliæ*, &
‘ treſcentes pro Regno *Hyberniæ*; ſalvis nobis & hæredibus noſtris, [g] Juſti-
‘ ciaria, & Regalibus libertatibus noſtris. Quæ omnia ſicut ſupradicta
‘ ſunt, rata eſſe volentes [h] perpetuo atque firmo ** obligamus nos & ſuc-
‘ ceſſores noſtros non contravenire. Et ſi nos vel aliquis [i] hæredum no-
‘ ſtrorum hoc attentare voluerit, [k] cadat à jure Regni. [*Quod quicumque*
‘ *ille fuerit, niſi rite* commonitus reſipuerit, [l] cadat à jure Regni.] Et ut hæc
‘ charta obligationis noſtræ ſemper firma permaneat [m] [Ego *Johannes* Dei
‘ gratia Rex *Angliæ* ab hac hora ero fidelis Deo, & beato *Petro* & Eccleſiæ
‘ *Romanæ*, & domino meo papæ *Innocentio*, & ejus ſucceſſoribus canonice
‘ intrantibus; nec ero inde dicto, facto, conſilio vel conſenſu, ut perdant
‘ [n] vel membra, vel mala captione capiuntur. Eorum damnum ſi ſcivero,
‘ impediam & remanere faciam ſi potero; Alioquin quam citius potero,
‘ ei intimabo, vel tali perſonæ dicam, quam eis credam eſſe dicturam.
‘ Conſilium quod mihi [o] dederint, per ſe, vel per nuntios, vel per literas
‘ [p] ſecretas, tenebo, & ad eorum damnum nulli pandam me ſciente. Pa-
‘ trimonium beati *Petri*, & ſpecialiter Regnum *Angliæ* & *Hyberniæ*, adjutor
‘ ero ad defendendum & tenendum contra omnes homines pro poſſe meo;
‘ ſic me Deus adjuvet & hæc ſancta Evangelia.] Teſte meipſo apud do-
‘ mum militiæ *Templi* juxta *Doveram*, coram domino *H.* Archiepiſcopo
‘ *Dublinenſi, & multis aliis*, xv. die *Maii, anno Regni noſtri* XIV.

Iſto anno & iſto modo facta eſt ſolutio Interdicti.

Eodem anno fuit congreſſus *Francorum* & *Flandrenſium*, in quo Comes *Flandriæ*, nomine *Ferrant*, & Comes *Boloniæ*, *Willielmus Longus Enſis* Comes *Saresbyriæ* capti ſunt.

Eodem anno venit *Rogerus* Abbas *Normanniæ*.

Concilium *Lateranenſe Romæ* celebratum fuit.

Eodem anno incepit werra inter Regem *Johannem Angliæ* & Barones.

Conſecratio *Willielmi Coventrenſis* Epiſcopi.

1216. M. CC. XVI.

Ludowicus filius *Philippi* Regis *Franciæ* ad inſtantiam Baronum venit *Londonias*.

a Matronæ. M. P. *b* Secundarius. *c* Et familiaris. Exinde prædicto Domino noſtro. *d* Pandulphi; ſi coram Dom. Papa eſſe poterimus, eidem faciemus: *e* [De uxore noſtra.] *f* [Eſterlingorum.] *g* Juſtitiis, libertatibus, & Regalibus noſtris. *h* Atque firma, obligamus. *i* Succeſſorum. *k* [Quicunque ille fuerit, niſi rite commonitus reſipuerit,] *l* Vide M. Par. *m* [Vitam] vel. *n* Crediderint. *o* Suas, ſecretum tenebo.

Eodem

Eodem anno Rex *Johannes* in redeundo de **Axiholm** quam devaſtavit, apud **Newerch** obiit xv. kal. *Novembris*. 1216.

Eodem anno *Henricus* filius ejus, puer ix. annorum, in feſto ſanctorum *Simonis* & *Judæ* apud *Glovernıam*, juſſu legati *Gwalonis*, & *Stephani Cantuarienſis* Archiepiſcopi, & de aſſenſu Comitis *Ranulfi Ceſtriæ*, & *W*. de *Ferrariis* Comitis *Derbeiæ*, & aliorum magnatum qui cum eo & patre ſuo Rege *Johanne* fideliter contra Barones tenuerunt, coronatus eſt. *Henricus* 3. R.

Obiit *Rogerus Abbas Burtoniæ*. *Nicholaus* de *Walingford* Prior *Burtoniæ*, factus eſt Abbas *Burtoniæ* M. CC. XVII. 1217.

Sabbato in hebdomada Pentecoſtes apud *Lincolniam* fuit congreſſus *Francorum* & Baronum, cum Regalibus; ubi devicti ſunt *Franci*, & Comes *Perticæ* occiſus eſt. Et Comites & Barones qui contra Regem fuerunt, ibidem capti ſunt à Regalibus, uno ſolo milite tantum de familia Comitis de *Ferrariis* ex parte Regis ibi interfecto. Recedentibus inde *Ranulfo* Comite *Ceſtriæ* & *W*. de *Ferrariis* Comite *Derbeiæ* cum Regali exercitu uſque ad caſtellum de **Munforel**, ceperunt illud, & ſubverterunt, & ad nihilum redegerunt. *Prælium Lincolnienſe.*

Eadem æſtate exercitus copioſus veniens *Lodovico* in auxilium, ex parte Regis *Franciæ* patris ſui, & *Blanchiæ* uxoris ſuæ, in mari captus eſt à Regalibus, & major pars ſubmerſus & interfectus. Unde *Ludovicus* pacem quæſivit, & abſolutus à ſententia excommunicationis qua fuit innodatus cum ſuis receſſit relicta *Anglia*, circa feſtum ſancti *Michaelis*, & appulit in *Flandriam*.

M. CC. XVII. 1199.

Ranulfus Comes *Ceſtriæ* & *W*. de *Ferrariis* Comes *Derbeiæ* peregre profecti ſunt in terram ſanctam *Hieruſalem*. In illo tempore capta fuit *Damieta* à Chriſtianis; & poſtea fuit perdita poſt receſſum magnatum Chriſtianorum qui illam ceperant per obſidionem.

M. CC. XIX. 1219.

M. CC. XX. 1220.

Tranſlatio ſancti *Thomæ* Martyris, *Cantuarienſis* Archiepiſcopi.

M. CC. XXI. 1221.

M. CC. XXII. Obiit *Nicholaus* Abbas II. ſucceſſit *Ricardus* de *Inſula*, Prior ſancti *Edmundi*, Abbas *Burtoniæ*. 1222.

M. CC. XXIII. 1223.

M. CC. XXIV. 1224.

Caſtrum de **Bedeford** captum eſt à Rege *Henrico*, præſentibus in obſidione *S. Cantuarienſi* Archiepiſcopo, cum ceteris magnatibus totius *Angliæ*.

Alexander Coventrenſis Epiſcopus ſacratus *Romæ*, ibi primo venit ad Regem *Henricum*.

Iſto anno fecit dominus Rex Henricus *Chartas de liberatibus Regni, & de foreſta; ſic.* *Magna Charta.*

‘*Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hyberniæ* Dux *Normanniæ*, ‘*Aquitanniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Pri‘oribus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & ‘omnibus ballivis, & fidelibus ſuis, præſentem chartam inſpecturis ſalutem. ‘Sciatis quod nos, intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum ‘anteceſſorum noſtrorum & ſucceſſorum, ad exaltationem ſanctæ Eccle‘ſiæ, & emendationem Regni noſtri, ſpontanea & bona voluntate noſtra ‘dedimus & conceſſimus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, ‘Comitibus, Baronibus, & omnibus de Regno noſtro, has libertates ſub‘ſcriptas tenendas in Regno noſtro *Angliæ* in perpetuum.

‘Inprimis conceſſimus Deo, & hac præſenti charta noſtra confirmavi‘mus pro nobis & hæredibus noſtris in perpetuum, quod *Anglicana* Eccleſia libera

1224. 5. Henric. 3. R. ‘libera ſit, & habeat omnia jura ſua integra, & libertates ſuas illæ- ‘ſas.

‘Conceſſimus etiam & dedimus omnibus hominibus liberis Regni noſtri, ‘pro nobis & hæredibus noſtris in perpetuum, has libertates ſubſcriptas ‘habendas & tenendas eis & hæredibus ſuis de nobis & hæredibus noſtris ‘in perpetuum.

‘Si quis Comitum vel Baronum noſtrorum, ſive aliorum tenentium de ‘nobis in capite per ſervitium militare, mortuus fuerit, & cum deceſſerit ‘[&] hæres ejus plenæ ætatis fuerit, & Relevium debeat; habeat hære- ‘ditatem ſuam per antiquum Relevium; ſcilicet hæres vel hæredes Comi- ‘tis, de Baronia Comitis integra per centum libras: Hæres vel hære- ‘des Baronis, de Baronia integra per centum [a] libras; Hæres vel hære- ‘des militis, de feudo militis integro per centum ſolidos ad plus; & ‘qui minus debuerit, minus det, ſecundum antiquam conſuetudinem feo- ‘dorum. Si autem hæres alicujus talium fuerit infra ætatem, dominus e- ‘jus non habeat cuſtodiam ejus, nec terræ ſuæ, antequam homagium ſuum ‘ceperit. Et poſtquam talis hæres fuerit in cuſtodia, cum ad ætatem per- ‘venerit, ſcilicet viginti & unius anni, habeat hæreditatem ſuam ſine Rele- ‘vio & ſine fine. Ita tamen quod ſi ipſe dum infra ætatem fuerit, fiat mi- ‘les, nihilominus terra remaneat in cuſtodia dominorum ſuorum uſque ad ‘terminum prædictum. Cuſtos terræ hujuſmodi hæredis qui infra ætatem ‘fuerit, non capiat de terra hæredis niſi rationabiles exitus, & rationabiles ‘conſuetudines, & rationabilia ſervitia; & hoc ſine deſtructione & vaſto ‘hominum vel rerum. Et ſi nos commiſerimus cuſtodiam alicujus talis ‘terræ Vicecomiti, vel alicui alii, qui de exitibus terræ illius nobis debeat ‘reſpondere, & ille deſtructionem de cuſtodia fecerit vel vaſtum; nos ab ‘illo capiemus emendationem, & terra committatur duobus legalibus & ‘diſcretis hominibus de feudo illo, qui de exitibus nobis reſpondeant, vel ‘ei cui aſſignaverimus. Et ſi dederimus vel vendiderimus alicui cuſtodi- ‘am alicujus talis terræ, & ille deſtructionem inde fecerit vel vaſtum; a- ‘mittat ipſam cuſtodiam, & tradatur duobus legalibus & diſcretis homi- ‘nibus de feudo illo, qui ſimiliter nobis reſpondeant ſicut prædictum eſt. ‘Cuſtos autem quamdiu cuſtodiam terræ habuerit, ſuſtentet domos, par- ‘cos, vivaria, ſtagna, molendina, & cetera ad terram illam pertinentia ‘de exitibus terræ ejuſdem; & reddat hæredi cum ad ætatem plenam per- ‘venerit, terram ſuam totam inſtauratam de carucis & omnibus aliis re- ‘bus, ad minus ſecundum quod illam recepit. Hæc omnia obſerventur ‘de cuſtodiis Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, Abbatiarum, Prioratu- ‘um, Eccleſiarum, & dignitatum vacantium, quæ ad nos pertinent; ex- ‘cepto quod hujuſmodi cuſtodiæ vendi non debent.

‘Hæredes maritentur abſque diſparagatione.

‘Vidua poſt mortem mariti ſui, ſtatim & ſine difficultate aliqua ha- ‘beat maritagium ſuum & hæreditatem ſuam; nec aliquid det pro ‘dote ſua, vel pro maritagio ſuo, vel pro hæreditate ſua, quam hæ- ‘reditatem maritus ſuus & ipſa tenuerunt die obitus ipſius mariti ſui: & ‘maneat in capitali meſuagio ipſius mariti ſui per quadraginta dies poſt ‘obitum ipſius mariti; infra quos aſſignetur ei dos ſua niſi prius ei fu- ‘erit, ſtatim provideatur ei domus competens in qua poſſit honeſte morari, ‘quouſque dos ſua ei aſſignetur, ſicut prædictum eſt. Et habeat rationa- ‘bile eſtoverium ſuum interim de communi. Aſſignetur autem ei pro dote ‘ſua tertia pars totius terræ mariti ſui, quæ ſua fuit in vita ſua, niſi de mi- ‘nori fuerit dotata ad oſtium Eccleſiæ.

‘Nulla vidua diſtringatur ad ſe maritandam, dum vivere voluerit ſine ‘marito; Ita tamen quod ſecuritatem faciat, quod ſe non maritabit ſine ‘aſſenſu noſtro, vel ſine aſſenſu domini ſui ſi de alio tenuerit.

a Marcas.

‘Nos

'Nos vero vel ballivi noſtri non ſeiſiemus terram aliquam nec redditum 1224.
'pro debito aliquo, quamdiu catalla debitoris præſentia ſufficiant ad de- Honor. 3. P
'bitum reddendum, & ipſe debitor paratus ſit inde ſatisfacere. Nec ple-'gii ipſius debitoris diſtringantur, quamdiu ipſe capitalis debitor ſufficiat 'ad ſolutionem debiti. Et ſi capitalis debitor defecerit in ſolutione debiti, 'non habens unde reddat, aut reddere nolit cum poſſit; plegii reſponde-'ant pro debito: & ſi voluerint, habeant terras & redditus debitoris, quo-'uſque ſit eis ſatisfactum de debito, quod ante pro eo ſolverunt, niſi ca-'pitalis debitor monſtraverit ſe eſſe quietum verſus eoſdem plegios.

'Civitas *Londoniarum* habeat omnes antiquas libertates & liberas con-'ſuetudines ſuas.

'Præterea volumus & concedimus, quod omnes aliæ civitates, & burgi, '& villæ, & Barones de quinque portubus, & omnes portus habeant omnes 'libertates & liberas conſuetudines ſuas.

'Nullus diſtringatur ad faciendum majus ſervitium de feudo militis, nec 'de alio libero tenemento, quam inde debetur.

'Communia placita non ſequantur Curiam noſtram, ſed teneantur in a-'liquo loco certo.

'Recognitiones de *Nova diſſeiſina*, & de *Morte Anteceſſoris*, non capi-'antur niſi in comitatibus ſuis, & hoc modo: Nos, vel ſi extra Regnum 'fuerimus, capitalis Juſtitiarius noſter, mittemus Juſtitiarios per unum-'quemque comitatum ſemel in anno, qui cum militibus comitatuum, 'capiant aſſiſas prædictas. Et ea quæ in illo adventu ſuo in comitatu per 'Juſtitiarios prædictos ad dictas aſſiſas capiendas miſſos, terminari non 'poſſunt, per eoſdem terminentur alibi in itinere ſuo. Et ea quæ per eoſ-'dem, propter difficultatem aliquorum articulorum, terminari non poſ-'ſunt, referantur ad Juſtitiarios noſtros de bancho, & ibi terminentur.

'Liber homo non admercietur pro parvo delicto, niſi ſecundum mo-'dum ipſius delicti; & pro magno delicto, ſecundum magnitudinem de-'licti; ſalvo contenemento ſuo. Et mercator eodem modo, ſalva mer-'candiſa ſua; & villanus alterius quam noſter, eodem modo amercietur, 'ſalvo wainagio ſuo, ſi inciderit in miſericordiam noſtram. Et nulla præ-'dictarum miſericordiarum ponatur, niſi per ſacramentum proborum & 'legalium hominum de viſueto.

'Comites & Barones non amercientur, niſi per pares ſuos; & non niſi 'ſecundum modum delicti.

'Nulla Eccleſiaſtica perſona amercietur ſecundum quantitatem bene-'ficii ſui Eccleſiaſtici, ſed ſecundum laicum tenementum ſuum, & ſecun-'dum quantitatem delicti.

'Nec villa, nec burga, nec homo diſtringatur facere pontes [a] ad ripa-'rias, niſi qui ex antiquo & de jure facere debet.

'Nulla riparia de cetero defendatur, niſi illæ quæ fuerunt in defenſo, 'tempore Regis *Henrici* avi noſtri, per eadem loca & eoſdem terminos 'ſicut eſſe conſueverunt tempore ſuo.

'Nullus Vicecomes, Conſtabularius, Coronatores, vel alii ballivi noſtri, 'teneant placita coronæ noſtræ.

'Si aliquis tenens de nobis laicum feudum moriatur, & Vicecomes vel 'ballivus noſter oſtendat literas noſtras patentes de ſummonitione noſtra 'de debito quod defunctus nobis debuit, liceat Vicecomiti vel ballivo 'noſtro attachiare & inbreviare catalla defuncti inventa in laico feudo, 'ad valentiam illius debiti, per viſum legalium hominum; Ita tamen 'quod nihil inde amoveatur, donec perſolvatur nobis debitum quod cla-'rum fuerit; & relinquatur executoribus ad faciendum teſtamentum de-'functi. Et ſi nihil nobis debeatur ab ipſo, omnia catalla cedant defun-'cto, ſalvis uxori ipſius & pueris ſuis rationabilibus partibus ſuis.

a Aut.

1224. 5. Henric. 3. R. ‘Nullus Conſtabularius vel ejus ballivus capiat blada vel alia catalla a- ‘licujus, qui non ſit de villa ubi caſtrum ſitum eſt; niſi ſtatim inde reddat ‘denarios, aut reſpectum inde habere poſſit ex voluntate venditoris. Si ‘autem de ipſa villa fuerit, infra quadraginta dies pretium reddat.

‘Nullus Conſtabularius diſtringat militem aliquem ad dandum denari- ‘um pro cuſtodia caſtri, ſi ipſe voluerit facere in propria perſona, vel per ‘alium probum hominem, ſi ipſe eam facere non poſſit propter ratio- ‘nabilem cauſam. Et ſi nos duxerimus eum, vel miſerimus in exercitum, ‘erit quietus de cuſtodia caſtri, ſecundum quantitatem temporis quo per ‘nos fuerit in exercitu de feudo pro quo fecit ſervitium in exercitu.

‘Nullus ballivus vel Vicecomes vel alius capiat equos aut carectas ali- ‘cujus pro cariagio faciendo, niſi reddat liberationem antiquitus ſtatu- ‘tam; ſcilicet pro carecta ad duos equos, decem denarios per diem; & ‘pro carecta ad tres equos, quatuordecim denarios per diem.

‘Nulla carecta alicujus Eccleſiaſticæ perſonæ, vel militis, vel alicujus ‘[a] dominæ, capiatur per ballivos prædictos; nec nos nec ballivi noſtri nec ‘alii capiemus alienum boſchum ad caſtra vel aliqua agenda noſtra, niſi ‘per voluntatem ipſius, cujus boſchus ille fuerit.

‘Nos vero non tenebimus terras eorum qui convicti fuerint de felonia, ‘niſi per unum annum & unum diem; & tunc reddantur terræ dominis ‘feudorum.

‘Omnes kidelli de cetero deponantur per *Tamiſiam* & *Medeweyam*, & ‘per totam *Angliam*, niſi per coſteram maris.

‘Breve quod vocatur *Præcipe* de cetero non fiat alicui de aliquo tene- ‘mento, unde liber homo perdat Curiam ſuam.

‘Una menſura vini ſit per totum Regnum noſtrum, & una menſura cer- ‘viſiæ, & una menſura bladi, ſcilicet quarterium *Londonienſe*, & una la- ‘titudo pannorum tinctorum, & Ruſſettorum, & Haubergetorum, ſcilicet ‘duæ ulnæ infra liſtas.

‘De ponderibus vero ſit, ut de menſuris.

‘Nihil detur de cetero pro brevi *Inquiſitionis*, ab eo qui inquiſitionem ‘petit de vita vel membris, ſed gratis concedatur, & nulli negetur.

‘Si aliquis teneat de nobis per feudi firmam, vel ſocagium, vel burgagium, ‘& de alio terram teneat per ſervitium militare, nos non habebimus cu- ‘ſtodiam hæredis vel terræ ſuæ quæ eſt de feudo alterius, occaſione illius ‘feudi firmæ vel ſocagii vel burgagii. Nec habebimus cuſtodiam illius fe- ‘odi firmæ, vel Socagii, vel Burgagii, niſi ipſa feodi firma debent ſervitium ‘militare.

‘Nos non habebimus cuſtodiam hæredes nec terræ alicujus, quam tenet ‘de alio per ſervitium militare, occaſione alicujus *parvæ ſerganteriæ* quam ‘tenet de nobis per ſervitium reddendi cultellos, vel ſagittas, vel hujuſ- ‘modi.

‘Nullus ballivus aliquem ponat de cetero ad legem manifeſtam, vel ‘ad Juramentum, ſimplici loquela ſua, ſine teſtibus fidelibus ad hoc in- ‘ductis.

‘Nullus liber homo capiatur, vel impriſonetur, aut diſſeiſietur de aliquo ‘libero tenemento ſuo, vel libertatibus, vel liberis conſuetudinibus ſuis, aut ‘utlagetur, aut expulet, aut aliquo alio modo deſtruatur: Nec ſuper eum ‘ibimus, nec ſuper eum mittemus, niſi per legale Judicium parium ſuorum, ‘vel per legem terræ.

‘Nulli vendemus, nulli denegabimus aut differemus rectum vel juſti- ‘tiam.

‘Omnes mercatores, niſi publice antea prohibiti fuerint, habeant ſal- ‘vum & ſecurum exire de *Anglia*, & venire in *Angliam*, & morari & ire per ‘*Angliam*, tam per terram quam per aquam, ad emendum vel venden-

[a] Domini.

dum,

'dum, ſine omnibus toltis malis per antiquas & rectas conſuetudines, præ- 1224.
'terquam in tempora gwerræ. Etſi ſint de terra contra nos gwerrina, & *Honor.* 3. P.
'ſi tales inveniantur in terra noſtra in principio gwerræ, attachiantur ſine 'damno corporum vel rerum, donec ſciatur à nobis, vel à capitali Juſti'ciario noſtro, quomodo mercatores terræ noſtræ tractentur qui tunc in'veniuntur in terra contra nos gwerrina; & ſi noſtri ſalvi ſint ibi, alii ſalvi 'ſint in terra noſtra.

'Si quis tenuerit de aliqua Eſchaeta, ſicut de Honore de Walingford, 'Bolonia, Notinghamia, Lanchaſtria, vel de aliis Eſchaetis quæ ſunt in 'manu noſtra, & ſit Baronia, obierit, hæres ejus non det aliud Relevium, 'nec faciat nobis aliud ſervitium, quam faceret Baroni, ſi ipſa eſſet in ma'nu Baronis. Et nos eodem modo tenebimus quo Baro eam tenuit. Nec 'nos occaſione talis Baroniæ vel Eſchaetæ, habebimus aliquam Eſchaetam, 'vel cuſtodiam aliquorum hominum noſtrorum, niſi alibi tenuerit de nobis 'in capite ille qui tenuit Baroniam vel Eſchaetam.

'Nullus liber homo de cetero det amplius alicui, vel vendat, de terra 'ſua, quam de reſiduo terræ ſuæ poſſit ſufficienter fieri domino feodi ſervitium ei debitum quod pertinet ad feodum illud.

'Omnes patroni Abbatiarum, qui habent chartas Regum *Angliæ* de ad'vocatione, vel antiquam tenuram, vel poſſeſſionem; habeant earum cu'ſtodiam, cum vacaverint, ſicut habere debent, & ſua ſicut ſupra decla'ratum eſt.

'Nullus capiatur vel impriſonetur propter appellum fœminæ de morte 'alterius quam viri ſui.

'Nullus comitatus de cetero teneatur, niſi de menſe in menſem, & ubi 'major terminus eſſe ſolebat, major ſit.

'Nec aliquis Vicecomes vel ballivus faciat Turnum ſuum per hundre'dum, niſi bis in anno, & non niſi in loco debito & conſueto, videlicet ſe'mel poſt *Paſcha*, & iterum poſt feſtum ſancti *Michaelis*. Et viſus de *Franco* '*plegio* tunc fiat ad illum terminum ſancti *Michaelis* ſine occaſione; Ita ſci'licet quod quilibet habeat libertates ſuas, quas habuit & habere conſue'vit tempore Regis *Henrici* avi noſtri, vel quas poſtea perquiſivit.

'Fiat autem viſus de *Franco plegio* ſic, Videlicet quod pax noſtra tenea'tur, & quod [a] *Retinga* integra ſit ſicut eſſe conſuevit; & quod Viceco'mes non quærat occaſiones, ſed quod contentus ſit eo quod Vicecomes 'habere conſuevit tempore Regis *Henrici* avi noſtri de viſu ſuo faci'endo.

'Non liceat alicui de cetero dare terram ſuam alicui domui Religi'oſæ, ita quod illam reſumat tenendam de eadem domo. Nec liceat ali'cui domui Religioſæ terram alicujus ſic recipere, quod tradat illam ei à 'quo ipſam recepit, tenendam. Si quis terram ſuam alicui domui Religi'oſæ ſic dederit, & ſuper hoc convincatur, donum ſuum penitus caſſetur, '& terra illa domino ſuo illius feodi incurratur.

'Scutagium de cetero capiatur, ſicut capi ſolebat tempore Regis *Hen*'*rici* avi noſtri.

'Et ſalvæ ſint Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Templa'riis, Hoſpitalariis, Comitibus, Baronibus, & omnibus aliis tam Eccleſi'aſticis quam ſecularibus perſonis, libertates & liberæ conſuetudines quas 'prius habuerunt.

'Omnes autem iſtas conſuetudines prædictas & libertates, quas conceſ'ſimus in Regno noſtro tenendas, quantum ad nos pertinet, [b] erga no'ſtros, omnes de Regno noſtro tam clerici quam laici obſervent, quantum 'ad ſe pertinet erga ſuos.

'Pro hac autem donatione & conceſſione libertatum iſtarum, & alia'rum libertatum contentarum in libertatibus *foreſtæ*, Archiepiſcopi, Epi-

a Trithinga. *b* Erga nos & hæredes noſtros obſervemus, & omnes.

 'ſcopi,

1224. 5. Henric. 3. R. 'ſcopi, Abbates, Priores, Comites, Barones, milites, libere tenentes, & omnes de Regno noſtro, dederunt nobis quintam decimam partem omnium mobilium ſuorum.

'Conceſſimus etiam eiſdem pro nobis & hæredibus noſtris, quod nec nos nec hæredes noſtri aliquid perquiremus, per quod libertates in hac Charta contentæ infringantur vel infirmentur. Et ſi ab aliquo aliquid contra hoc perquiſitum fuerit, nihil valeat, & pro nihilo habeatur. His teſtibus, domino *Stephano Cantuarienſi* Archiepiſcopo, Epiſcopo *Londonienſi*, Epiſcopo *Bathonienſi*, Epiſcopo *Wintonienſi*, Epiſcopo *Lincolnienſi*, Epiſcopo *Saresbyrienſi*, Epiſcopo *Roffenſi*, Epiſcopo *Wigornenſi*, Epiſcopo *Elyenſi*, Epiſcopo *Herefordenſi*, Epiſcopo *Ciceſtrenſi*, Epiſcopo *Exonienſi*, Abbate ſancti *Edmundi*, Abbate ſancti *Albani*, Abbate de *Bello*, Abbate ſancti *Auguſtini Cant*, Abbate de Eveſham, Abbate *Weſtmonaſterii*, Abbate de *Burgo ſancti Petri*, Abbate de *Radynges*, Abbate de *Abbendon*, Abbate Malmeſbury, Abbate Winchecumb, Abbate de *Hida*, Abbate *Certeſeiæ*, Abbate Syreburn, Abbate de Cern, Abbate Abbodeſbury, Abbate de Mideltou, Abbate de Seleby, Abbate de Witeb, Abbate *Cyrenceſtriæ*, *Huberto* de *Burgo* Juſtitiario, *R.* Comite *Ceſtriæ* & *Lincolniæ*, Comite *Saresbyrienſi*, Comite *Warennæ*, *G.* de *Clara*, Comite *Gloverniæ*, *W.* de *Ferrariis*, Comite *Derbeyæ*, *W.* de *Mandevil*, Comite *Eſſexiæ*, *H. Bigot*, Comite Norfolk, *W.* Comite *Aubemar*, *H.* Comite *Herefordiæ*, *I.* Conſtabulario *Ceſtriæ*, *Roberto* de *Ros*, *Roberto* filio *Walteri*, *Roberto* de *veteri ponte*. *W. Briwar*, *Ricardo* de *Munſichet*, *Petro* filio *Herberti*, *Matheo* filio *Herberti*, *W.* de *Albiniaco*, *Roberto* de *Greſley*, *R.* de *Brenſa*, *J.* de *Monemu*, *Johanne* filio *Alam*, *H.* de *Mortemer*, *W.* de *Bello campo*, *W.* de *Sancto Johanne*, *P.* de *Malo lacu*, *Briano* de *Inſula*, *Th.* de *Moleton*, *R.* de *Argent*, *G.* de *Nevill*, *W. Maudut*, *Joh.* de *Balum*, Datum apud *Weſtmonaſterium* undecimo die *Februarii*, anno Regni noſtri IX.

Charta de libertatibus Foreſtæ.

Charta de Foreſta. '*Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ*, *&c.* ut ſupra Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Foreſtariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis, ſalutem. Sciatis quod nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum noſtrorum & ſucceſſorum, ad exaltationem ſanctæ Eccleſiæ, & emendationem Regni noſtri, ſpontanea & bona voluntate noſtra, dedimus & conceſſimus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, & omnibus de Regno noſtro, has libertates ſubſcriptas tenendas in Regno noſtro *Angliæ* in perpetuum.

'In primis omnes foreſtæ quas Rex *Henricus* avus noſter afforeſtavit, videantur per bonos & legales homines; & ſi boſchum aliquem alium quam ſuum dominicum afforeſtaverit, ad damnum cujus boſchus fuerit, diaforeſtetur; & ſi boſchum ſuum proprium afforeſtaverit, remaneat foreſta, ſalva communa de herbagia, & aliis in eadem foreſta, illis qui prius habere conſueverunt.

'Homines qui manent extra foreſtam, non veniant de cetero coram juſtitiariis noſtris de Foreſta per communes ſummonitiones, niſi ſint in placito vel plegii alicujus, vel aliquorum, qui attachiati ſunt propter foreſtam.

'Omnes autem boſchi qui fuerunt afforeſtati per Regem *Ricardum* avunculum noſtrum, vel per Regem *Johannem* patrem noſtrum, uſque ad primam coronationem noſtram, ſtatim deafforeſtentur, niſi fuerit Dominicus boſchus noſter.

'Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, Comites, Barones, milites, & libere tenentes, qui boſchos ſuos habent in foreſtis, habeant boſchos ſuos, ſicut eos habuerunt tempore primæ coronationis prædicti Regis *Henrici*

'avi

'avi noſtri; Ita quod quieti ſint in perpetuum de omnibus purpreſturis, 1224. 5.
'de vaſtis, & eſſartis factis in illis boſchis poſt illud tempus, uſque ad prin- Henric. 3. R.
'cipium ſecundi anni Coronationis noſtræ; & qui de cetero vaſtum, pur-
'preſturam, vel Eſſartum ſine licentia noſtra in illis boſchis fecerint, de va-
'ſtis & Eſſartis & purpreſturis reſpondeant.

'Reguardores noſtri eant per foreſtas; ad faciendum Reguardum, ſic-'ut fieri conſuevit tempore primæ Coronationis prædicti Regis *Henrici* avi 'noſtri, & non aliter.

'Inquiſitio vel viſus de expeditatione Canum exiſtentium in foreſta, de 'cetero fiat, quando fieri debet Reguardum, ſcilicet de tertio anno in ter-'tium; & tunc fiat per viſum & teſtimonium legalium hominum, & non 'aliter. Et ille cujus canis inventus fuerit tunc non expeditatus, det pro 'miſericordia tres ſolidos. Et de cetero nullus bos capiatur pro expedita-'tione. Talis autem ſit expeditatio per aſſiſam [a] comitatuum, quod tres 'ortilli abſcidantur ſine pelota de pede anteriori. Nec expeditentur canes 'de cetero, niſi in locis ubi conſueverunt expeditari tempore primæ coro-'nationis prædicti Regis *Henrici* avi noſtri.

'Nullus Foreſtarius vel Bedellus de cetero [b] colligat garbas vel ave-'nam vel bladum aliud, vel agnos, vel porcellos, nec aliquam collectam 'faciat.

'Et per viſum & ſacramentum duodecim Reguardorum quando facient 'Reguardum, tot Foreſtarii ponantur ad Foreſtas cuſtodiendas quod ad 'illas cuſtodiendas rationabiliter viderint ſufficere.

'Nullum Swanimotum teneatur in Regno noſtro, niſi ter in anno, vi-'delicet in principio quindecim dierum ante feſtum ſancti *Michaelis*, quan-'do agiſtatores ad agiſtandum dominicos boſchos noſtros, & circa feſtum 'ſancti *Martini*, quando agiſtatores noſtri debent recipere pannagium no-'ſtrum. Et ad iſta duo ſwanimota conveniant Foreſtarii & viridarii, & 'non alii per diſtrictionem. [c] Et præterea ſingulis quadraginta diebus 'per totum annum conveniant viridarii & Foreſtarii ad videndum atta-'chiamenta de foreſta, tam de viridi quam de venatione, per præſenta-'tionem ipſorum Foreſtariorum & coram ipſis attachiatis. Prædicta au-'tem Swanimota non teneantur niſi in comitatibus in quibus teneri con-'ſueverunt.

'Unuſquiſque liber homo agiſtet boſchum ſuum in foreſta pro voluntate 'ſua, & habet pannagium ſuum.

'Concedimus etiam quod unuſquiſque liber homo ducere poſſit porcos 'ſuos per dominicum boſchum noſtrum libere & ſine impedimento, ad agi-'ſtandum eos in boſchis ſuis propriis, vel alibi ubi voluerit. Et ſi porci ali-'cujus liberi hominis una nocte pernoctaverint in foreſta noſtra, non inde 'occaſionentur ita quod de ſuo perdat.

'Nullus de cetero amittat vitam vel membra pro venatione noſtra; Sed 'ſi aliquis captus fuerit & convictus de captione venationis, graviter redi-'matur, ſi habeat unde redimi poſſit; & ſi non habeat unde redimi poſ-'ſit, jaceat in priſona noſtra per unum annum & unum diem; & ſi poſt 'unum annum & unum diem plegios invenire poſſit, exeat à priſona: ſin 'autem, abjuret Regnum *Angliæ*.

'Quicumque Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, vel Baro, veniens ad 'nos ad mandatum noſtrum, tranſierit per foreſtam noſtram, liceat ei ca-'pere unam vel duas beſtias, per viſum Foreſtarii ſi præſens fuerit; ſin au-'tem, faciat cornari, ne videatur furtive hoc facere. Idem liceat eis in 'redeundo facere, ſicut prædictum eſt.

a Communiter uſitatam. *b* Faciat ſcotalas, vel colligat. *c* [Et tertium Swanimotum teneatur initio xv. dierum ante feſtum S. Johannis Baptiſtæ, quando agiſtatores noſtri conveniunt pro feonatione beſtiarum noſtrarum. Et ad iſtud ſwanimotum tenendum convenient Foreſtarii, Viridarii, & non alii per diſtrictionem. Præterea] ſingulis.

1224, 5. Henric. 3. R. 'Unuſquiſque liber homo de cetero ſine occaſione faciat in boſcho ſuo, 'vel in terra quam habet in foreſta, molendinum, ſtagnum, vivarium, 'marleram, foſſatum, vel terram arabilem, extra coopertum in terra arabili; ita quod non ſit ad nocumentum alicujus vicini.

'Unuſquiſque liber homo habeat in boſchis ſuis aerias Accipitrum ſparviorum, Falconum, Aquilarum, & [a] Ardearum; & habeat ſimiliter mel 'quod inventum fuerit in boſchis ſuis.

'Nullus Foreſtarius de cetero, qui non ſit Foreſtarius de Feudo nobis reddens firmam pro balliva ſua, capiat cheminagium aliquod in balliva ſua. 'Foreſtarius autem de feudo nobis reddens firmam pro ballia ſua, capiat 'cheminagium, videlicet pro carecta per dimidium annum duos denarios, '& per alium dimidium annum duos denarios; Et pro equo qui portat 'ſummagium, per dimidium annum unum obolum, & per unum alium 'dimidium annum unum obolum; & non niſi de illis qui de extra Balliam 'ſuam tanquam Mercatores veniunt per licentiam ſuam in ballia ſua ad 'buſcam, corticem, meiremium, vel carbonem emendum, & alias ducendum ubi voluerit. Et de nulla carecta vel ſummagio aliquo cheminagium capiatur. Et non capiatur niſi in locis illis ubi antiquitus ſolebat capi, '& debuit.

'Illi autem qui portant ſuper dorſum ſuum buſcam, corticem, vel carbonem ad vendendum, quamvis inde vivant, nullum de cetero dent cheminagium.

'Omnes utlagati pro foreſta, tantum à tempore Regis *Henrici* avi noſtri uſque ad primam Coronationem noſtram, veniant ad pacem noſtram 'ſine impedimento, & ſalvos plegios inveniant, quod de cetero non foriſfaciam nobis de foreſta noſtra.

'Nullus Caſtellanus vel alius teneat placita ſive de viridi ſive de venatione, ſed quilibet Foreſtarius de feodo attachiet placita de Foreſta tam de 'viridi quam de venatione, & ea præſentet viridariis provinciarum, & 'cum inrotulata fuerint, & ſub ſigillis viridariorum incluſa, præſententur 'capitali Foreſtario cum in partes illas venerit ad tenendum placita foreſtæ, & coram eo terminentur.

'Has autem libertates de Foreſtis conceſſimus omnibus Archiepiſcopis, 'Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, militibus, & aliis 'tam perſonis Eccleſiaſticis quam ſecularibus, Templariis, Hoſpitalariis, 'ſalvis libertatibus & liberis conſuetudinibus in Foreſtis & extra in warennis & aliis quas prius habuerunt.

'Omnes autem iſtas conſuetudines prædictas & libertates quas conceſſimus in Regno noſtro tenendas, quantum ad nos pertinet, erga noſtros, 'omnes de Regno noſtro tam clerici quam laici obſervent quantum ad ſe 'pertinet erga ſuos.

'Pro hac autem conceſſione & donatione libertatum iſtarum & aliarum 'contentarum in majori charta noſtra de aliis libertatibus, Archiepiſcopi, 'Epiſcopi, Abbates, Priores, Comites, & Barones, milites libere tenentes, & 'omnes de Regno noſtro dederunt nobis quintam decimam partem omnium mobilium ſuorum.

'Conceſſimus etiam eiſdem pro nobis & hæredibus noſtris, quod nec nos 'nec hæredes noſtri aliquid perquiremus, per quod libertates in hac Charta contentæ infringantur vel infirmentur. Et ſi ab aliquo aliquid contra 'hoc perquiſitum fuerit, nihil valeat & pro nihilo habeatur. His teſtibus ut 'teſtibus *ut ſupra data ut ſupra.*

Rex cepit quintum decimum pro iſtis chartis.

1225. M. CC. XXV.

1226. M. CC. XXVI.

[a] Hieronum.

Iſto

Iſto anno confirmavit Rex *Henricus* libertates Monaſterii *Burthonienſis*, in hæc verba: 1227. *Gregor.* 9. *P.* *Charta R. de libertat. Burton.*

'*Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Foreſtariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, miniſtris, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. 'Sciatis nos conceſſiſſe, & hac præſenti charta noſtra confirmaſſe Deo & 'ſanctæ *Mariæ* de **Burthon**, & Abbati & Monachis ibidem Deo ſervientibus, warennam per totam terram ſuam; & prohibemus ſuper decem libras forisfacturæ, ne aliquis in ea fuget neque leporem capiat, neque venetur, ſine licentia Abbatis. Conceſſimus etiam prædictis Abbati & Monachis Curiam ſuam plenarie de omnibus placitis & querelis cum *Scotta* '& *Sacca* & *Thol* & *Theam* & *Infangenthef* & omnibus conſuetudinibus in 'Burgo & extra Burgum in boſcho & plano, in aquis, in viis, & extra vias '& in omnibus locis. Præcipimus etiam quod totum corredium & omnes 'res Abbatis & Monachorum de *Burthonia*, quas homines ſui affidare poterunt ſuas eſſe proprias, ſint quietæ de Theloneo & paſſagio & pontagio & 'omni conſuetudine. Et prohibemus quod nullus eis vel rebus ſuis in aliquo injuriam faciat vel contumeliam, vel injuſte diſturbet, ſuper decem 'libras forisfacturæ. Et ideo vobis mandamus & firmiter præcipimus, quod 'prædictos Abbatem & Monachos de *Burthonia* terras, res, redditus, tenementa, poſſeſſiones, & omnia ſua tam Eccleſiaſtica quam laica, manu teneatis, cuſtodiatis, & protegatis ſicut noſtra, dominica, non inferentes 'eis vel rebus ſuis, neque ab aliquo inferri permittentes, injuriam, gravamen, aut moleſtiam. Et ſi quis eis in aliquo forisfecerit, illud eis ſine 'dilatione emendari faciatis. Has autem libertates & quietantias prædictis Abbati & monachis conceſſimus, & præſenti charta noſtra confirmavimus, pro ſalute animæ noſtræ & pro animabus domini *J.* Regis patris noſtri, & *H.* Regis avi *H.* Regis avi noſtri, & ipſius *H.* Regis avi noſtri, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, ſicut confirmatio prædicti *J.* Regis patris, & Chartæ *H.* Regis avi *H.* Regis avi noſtri, '& ipſius *H.* Regis avi noſtri, quas inde habent rationabiliter teſtantur. 'Et præterea conceſſimus & hac charta noſtra confirmavimus Abbati & 'Monachis de *Burthonia* ex dono domini *J.* Regis patris noſtri, unam feriam per tres dies duraturam, videlicet in vigilia ſanctæ *Modvennæ*, & in die '& in craſtino, apud **Burton**; & ibidem unum forum in qualibet ſeptimana ſcilicet die Jovis, cum omnibus libertatibus & libris conſuetudinibus ad hujuſmodi feriam & forum pertinentibus; ita quod non ſint ad 'nocumentum vicinarum feriarum & vicinorum mercatorum. Et prohibemus ne quis eos ſuper iis vexet vel diſturbet, ſuper forisfacturam decem 'librarum ſicut charta prædicti *J.* Regis patris noſtri, quam inde habent, 'rationabiliter teſtatur. His teſtibus *H.* de *Burgo* Comite *Cantiæ*, Juſtitiario noſtro *&c.* Data per manum venerabilis patris *Radulphi* de *Nevill* Cancellarii noſtri, apud *Windeſores* XII. die *Maii* anno Regni noſtri XI.

Charta Regis de mercato & feria apud **Bromley**.

'*Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, ut ſupra. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum '& hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & præſenti charta noſtra confirmaſſe 'Abbati & Monachis de *Burthonia* ſuper *Trentam*, quod habeant in perpetuum unum mercatum ſingulis ſeptimanis per diem Martis apud maneſrium ſuum de **Bromley**; & quod habeant ibidem ſingulis annis unam feriam per tres dies duraturam, *videlicet* in vigilia, & in die, & in craſtino 'ſancti *Bartholomæi*; niſi prædictum Mercatum & prædicta feria ſint ad 'nocumentum vicinorum mercatorum & vicinarum feriarum. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædicti Abbas & Monachi habeant

'in

1227. Henric. 3. R. 'in perpetuum prædictum mercatum & prædictam feriam cum omnibus 'libertatibus & liberis conſuetudinibus ad hujuſmodi mercatum & feriam 'pertinentibus, ſicut prædictum eſt. His teſtibus [a] *Henrico* de *Burgo &c.* '*Data ut ſupra.*

Charta de liberatibus Huberti *de* Burgo.

'*Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* Sciatis nos dediſſe, conceſſiſſe, & 'hac præſenti charta noſtra confirmaſſe *Huberto* de *Burgo* Comiti *Cantiæ*, '& *M* uxori ſuæ, & hæredibus eorum de eiſdem *H.* & *M.* deſcendentibus, '& aliis hæredibus ipſius *H.* Quod ipſi & homines ſui habeant quietantiam 'in perpetuum de Schyris & Hundredis & ſectis Schyrarum & Hundredo-'rum, wapentacorum, & leſtorum, & de auxiliis Vicecomitum & balli-'vorum ſuorum & miſericordiis eorum, & de cuſtodiis & operationibus & 'clauſuris caſtellorum, parcorum, & pontium, & de paſſagio, pontagio, 'ſtallagio, tailagio, theolneto, hidagio, leſtagio, paagio, & pecunia pro 'murdro danda. Et quod idem *Hubertus* & *M.* & hæredes ſui ſicut prædi-'ctum eſt, habeant omnes terras & tenementa ſua in perpetuum ubique 'cum *Soc* & *Sac*, *tol* & *Them*, *Infongenthef*, *Vtfongenthef*, *Hamſocne*, *Leirwite*, '*Chidwite*, *Murdre*, latrocinium & franciplegium, ita quod viſus franciplegii 'fiat in Curia prædictorum *Huberti* & *Margar.* & hæredum ſuorum prædicto-'rum, coram ſerviente noſtro ad hoc vocato, ſi venire voluerit: & ſi venire 'noluerit, non ideo remaneat: & ſi qua inde pervenerit miſericordia, ſit ipſo-'rum *H.* & *M.* & hæredum ſuorum prædictorum. Conceſſimus etiam eis 'quod habeant liberam Curiam ſuam de omnibus placitis quæ Vicecomites 'placitare ſolent, & de omnibus aliis placitis, querelis, & attachiamentis, de 'omnibus hominibus & tenentibus ſuis ubicumque, vel de quibuſcumque, 'vel quacumque occaſione implacitentur, vel attachientur, vel arreſtentur. 'Salva nobis & hæredibus noſtris Juſtitia vitæ & membrorum, & placitis 'quæ ad coronam noſtram pertinent, quæ Juſtitiarii itinerantes in Itinere 'ſuo placitare ſolent & debent. Has autem libertates & liberas conſuetu-'dines eis dedimus & conceſſimus, ſalvis eis in omnibus & per omnia liber-'tatibus & liberis conſuetudinibus quas prius habuerunt in terris tene-'mentis & feodis ſuis. Et prohibemus ſuper forisfacturam noſtram, quod 'nullus eis contra hanc chartam noſtram in aliquo forisfaciat, quia ipſos, 'homines, res, & poſſeſſiones ſuas, & hæredum & hominum ſuorum in cu-'ſtodiam & ſpecialem protectionem noſtram ſuſcepimus. Quare volumus '& firmiter præcipimus quod prædicti *Hubertus* & *Margar.* & hæredes eo-'rum ſicut prædictum eſt, habeant & teneant omnes & ſingulas libertates '& liberas conſuetudines præſcriptas in omnibus terris & tenementis ſuis, '& in omnibus aliis locis libere, quiete, integre, honorifice, paci-'fice, jure hæreditario in perpetuum, ſicut prædictum eſt. His teſtibus. 'Data per manus venerabilis patris *R.* *Ciceſtrenſis* Epiſcopi Cancellarii no-'ſtri, apud *Weſtmonaſterium* XVIII. die *Julii* Anno Regni noſtri unde-'cimo.

Ludovicus Rex *Franciæ* obiit.

1227. M. CC. XXVII.

Obiit *Honorius* papa.

Succeſſit *Gregorius* IX. papa.

Iſto anno fuerunt trituratores horreorum *Romanorum* in *Anglia*, & bladorum venditores, ob quam cauſam magiſter *Robertus* de *Schardel* ejectus eſt à Curia domini Regis.

a H. i. e. Huberto.

[a] *Literæ Domini papæ in vindictam* Romanorum.

'*Gregorius* Epiſcopus, ſervus ſervorum, [b] dilectis venerabilibus fratribus 'Archiepiſcopo *Eboraci*, Epiſcopis, & dilectis filiis, & aliis Eccleſiarum Prælatis *Angliæ* conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dulcis amaritudinis & amaræ dulcedinis hiſtoriam recenſentes ante oculos mentis 'veſtræ creaturæ, Scripturæ, gloriæ, ac naturæ ſpeculum inclyti ſpeculatores 'proponimus, ut in his quæ in *Ang.* Bullæ noſtræ literis clericis ac Curſoribus 'facta ſunt, his diebus dormientes ac vigiles ab invicem advertentes quaſi 'ſub quodam compendio cauſam ſuam in ſinu ſuo recolligente quolibet 'diverſa diverſis inferentes ſtipendia meritorum, dormientes correctionis 'aculeis excitatis, & vigiles ad noctis vigilias ſtudioſius excubantes ſpeculatori qui aſtat deſuper præſentemus. Attendite igitur, fratres & filii, ſi 'in conculcatione numiſmatis *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum imaginem '& nomen *Jeſu Chriſti* vicarii profitentis debita Creatori reverentia exhibetur; ſi in laceratione literarum noſtrarum, ſcripturæ mandata referantur; 'ſi in captione, obſeſſione, redemtione, ſpoliatione clericorum, privilegiati cleri glorioſa libertas infringitur; ſi in illata in Curſoribus noſtris 'injuria, uno in fruſta conciſo, & altero ſemivivo relicto, illa communis 'ſecuritas, quæ non ſolum in Chriſtianiſmo, ſed etiam in paganiſmo quaſi 'naturaliter debetur omnibus, obſervatur. Sane bullæ noſtræ quid injuriæ 'debebatur, quæ pro univerſis & ſingulis à tempore beatiſſimi *Thomæ* Martyris, Principes & tyrannos in Eccleſiis & bonis earum in *Anglia* ſæpius 'debacchantes, pro conſervatione Eccleſiaſticæ libertatis ac privilegii clericali tuenda, auctoritate ſedis Apoſtolicæ toties expugnavit? Quod ſi aliquid inhoneſti literis noſtris impingitur, deducatur in medium, & luce 'clarius apparebit, quod in ipſis nullus Juſtitia læditur, animarum ſaluti 'conſulitur, indulgentiæ conſervantur, jus ſuum patronis redditur, Prælatis honor debitus exhibetur, Nobilibus, literatis & benè meritis gratia 'non negatur; & ſic niſi corrigere delinquentis exceſſus, & clerum in melius reformare ſit vitium, nihil in eis quod oculos intelligentis offendat, 'poterit invenire. *Herodiana* vero ſeveritas in clericos, & maxime in *Italicos* agitata, vel tantum deſævire ſperant in rebus, & ſic eos permiſiſſe 'debuit abire jejunos, vel ſi circa extraneos in ſpecie voluit generali privilegio derogare, cum ex impreſſione characteris clericalis locorum diſtantia 'vel varietate linguarum non plus unquam alteri debeatur, ſi per illos intelligitis generi renunciatum eſſe quaſi per ſpeciem, reſtat ut ſuo genere 'major ſit ſpecies, quod abſurdum eſt non ſolum credere ſed referre, cum 'ſpecies non ſit ſui generis deſtructiva. Curſorum ergo noſtrorum ſupplicia plus movere debuerunt ſpeculatores noſtros in *Anglia*, quam nos ipſos. 'Cum enim Curſor cum literis Apoſtolicis Chriſti exercitus & Eccleſiaſticæ libertatis quaſi vexillum deferat, reſtat ut Rex illo decidente in illis 'partibus oppreſſoribus libertatis ſine offendiculo alicujus per campum non 'refrænatæ licentiæ diſcurrentibus, de libertatis Eccleſiaſticæ titulo deſperetur. Non alicui circa partes occidentales immunitatem tanti ſceleris 'ignorare licuit quod in partibus orientalibus fama vel verius infamia deferente non ſine juris injuria & contemtu ſedis Apoſtolicæ jam pervenit. 'Qui vero ſciens amore vel timore tacuit, in ſinu ſuo cauſam recolligat, '& quid per nos præſentandum ſit ſpeculatori omnium, ipſe cognoſcat. 'Igitur conſiderate, cariſſimi, quis dormiendo tacuit, vel quis corripuit 'vigilando. Ex quo non immerito ſequitur, quod ſi nullus corripuit, nemine ſuper grege Dominico vigilante, quilibet tacente dormivit. Ubi ergo 'paſtorum vigilia? Ubi ſpeculatorum excubiæ? Ubi zelatores animarum? 'Ubi conſervatores libertatum? Ubi contra lupos audacia? Ubi nobilium potentia? Ubi debitum Eccleſiæ *Romanæ* præſtitum juramentum?

a v. Mat. Pariſ. in fine Anni 1231. & init. 1232. *b* f. Dei.

Gregor. 9. P. 'Ubi ſubditorum devotio? Ubi cleri conſtantia? Ubi reverentia filialis? 'Ubi verbum Domini penetrabilius omni ancipiti bis acuto? Ubi Eccle-'ſiaſticæ diſciplinæ ſeveritas? Ubi ſuſpenſio interdicti? Ubi excommuni-'cationis vinculum, quod contumaces & rebelles à fidelium conſortio & fi-'dei unitate ſic ceperat, ut vita ſit eis ſupplicium, & ſuſpecta criminis con-'ſcientia etiam dormiendo timorem incutiat damnationis æternæ? Quis 'ipſo jure excommunicatos hujuſmodi & raptores, incendiarios & prædo-'nes in ſua diœceſi publicavit? Quis ad relevandam Eccleſiæ generalis in-'juriam organa condolendo ſuſpendit? Quis à *Hieruſalem* in *Jericho* deſ-'cendenti, ſacerdote ac levita prætereuntibus, vulneribus ſauciati vinum '& oleum cum *Samaritano* infudit? Quis ex ſemine *Sem* virtutum operati-'one famoſus, vel *Japhet* caritatis dilatus amore, humeris ſuis imponens 'pallium, verecundiam matris ſuæ pallio ſuo retrorſum incedens operuit 'à *Cham* callido denudatam? Non inventis ergo *Sem* & *Japhet* ejuſque ſe-'minibus in partibus *Anglicanis*, utinam locum habeat *Noæ* maledictio, 'jugum ſervitutis *Canaan* filiis imponentis. Quod autem minimo clerico '*Angliæ* debebatur, qua fronte negari potuit pro Eccleſiaſticæ libertatis 'ſubverſione ipſius provinciæ generali? Quod ſi ratione multitudinis ſeve-'ritati erat aliquid detrahendum, quis ſuæ ſalutis non immemor tanti ſce-'leris novitatem Eccleſiæ *Romanæ* ac nobis nuncio vel literis ſuper contri-'tione *Joſeph* compatiens nunciavit? Nemine autem compatiente invento, 'recte væ *Amos* prophetæ negligentes & opulenti poterunt timere præla-'ti. Sane ſi univerſitatis titulus ſine titulo indefinite loquentis, univerſi-'tas eorum qui magis eligunt mori quam à *Romanis* confundi, & Prælati 'impreſſio ſubſcribentis *ecce gladio duo hic*, puſillanimes terruit, frivola cau-'ſa timori affuit, cum membrorum univerſitas ſine capite & eorum qui ma-'gis eligunt mori non expreſſis nominibus præ timore quam à *Romanis* 'confundi, deſperationis præcedens judicium ſub corporis monſtruoſi ſpe-'cie palliata ſpeculatoris conſtantis animum animare potius ad vindictam 'quam deprimere debuiſſet. Nec duorum gladiorum prænominata ſub-'ſcriptio retardare vos debuit à vindicta, quæ cum binarius numerus ſit in-'famis ab unitate recedens, & Trinitatis myſterium non attingens, ceræ li-'quiditate utens viribus hebetatis ſine mittente præcedens & ſine auctori-'tate coercens ceræ materia liquefacta liqueſcet. Nec aliud erga vos 'tempore noſtro nos omiſiſſe fatemur, niſi quod in beneficiis conferendis '& aliis ad inſtar prædeceſſorum noſtrorum, remiſimus tam in *Anglicanis* 'quam in aliis mundi partibus ſine perſonarum acceptione plenitudine 'poteſtatis utentes, vobis ſine *Italicorum* injuria de ſpeciali gratia duximus 'indulgendum, ut ipſorum beneficia cedentibus vel decedentibus perſonis 'quæ ipſa detinent, ad eorum donationem quorum intereſt, libere ſine a-'licujus contradictione redirent. Non geminata ergo vivis *Italicis* debea-'tur injuria, quæ à nobis ipſis decedentibus ceteris eſt illata. Nec credat 'illa univerſitas, iniquitas magnorum favore fulcita, [a] vos malefactorum 'perſonas & faventium nomina, quæ tamen exprimere ad præſens differi-'mus, ignorare. Verum ſi, quod non credimus, aliqui paſtorum ab ovibus, '& oves à quibuſdam paſtoribus, conſenſu vel opere in hoc contagium 'contraxiſſent, quid reſtaret aliud, niſi eos à grege ſibi commiſſo repel-'lere, ne ceteras oves labe ſuæ contagionis inficiant. Nec adeo abbreviata 'eſt manus Domini, & Eccleſiæ *Romanæ* potentia, quin tangendo montes 'eos fumigare faciat, & aſpera reducat in plana. Nec vos latere volumus, 'quod à trino climate libellus triplicis ſupplicationis ingeritur, & impor-'tune ad januam pulſavit & pulſat, Eccleſiæ gratiam poſtulans, non novam, 'conceſſam pluribus, nec juri contrariam. Qui ſi fuiſſet ad ſacrarium ex-'auditionis admiſſus, & mater uteri filii ſui fuiſſet oblita, nequaquam cor-

[a] f. Nos.

dis

'dis imperio oculus annuiſſet, manus non ceſſaſſet à ſcelere, lingua non 1227.
'blaſphemaſſet in cœlum, nec animi ſecreta continuationis occultæ ope- Gregor. 9. P.
'rum nova temeritas detexiſſet, præſertim ubi timore pœnæ amor juſti-
'tiæ ſuperatur. Ne igitur cum *Lucifero* ut altiſſimo ſimilis fieret, ſedem ſu-
'am ad aquilonem ponente, quam cœlum ſuſtinere non potuit, gentis *Ba-*
'*bylonicæ* ſine fundamento ædificantis, in confuſione linguarum & etiam
'animorum, corpora temporalibus, & animæ ſuppliciis deputentur æter-
'nis: ſurgite qui dormitis, & vigiles anteponite vobis *Jeſum* & ipſum pro
'ſalute humani generis crucifixum, facientes quod thymiama opere un-
'guentarii compoſitum diligenter mixtum, purum, & ſanctificatione dig-
'niſſimum, malefactores ipſos qui dixerunt Domino *Diſcede a nobis, & vi-*
'*am obedientiæ tuæ nolumus*, pretioſos à vite Chriſto qui eſt via non er-
'rans, veritas non fallens, vita non deficiens obſecrate, arguite, increpate,
'in omni patientia & doctrina, exemplo quoque *Aaron* ferentes thuribu-
'lum & hauſto igne de altari, mittite incenſum, currenteſque in medio
'multitudinis quam ſuperbiæ jam devaſtat incendium, monitionum, cor-
'rectionum & orationum afferre thymiama. Quis enim ſcit ſi ignoſcat
'Deus, aut beneplacitum ſit ei adhuc, ad locum ſuum oſſa arida rever-
'tantur, & mortui reviviſcant. Forte nobis aſtantibus inter mortuos & vi-
'ventes plaga ceſſabit. Si vero velut obſtinati ad monitionem noſtram
'Deo, Eccleſiæ *Romanæ*, ac nobis, necnon & paſſis injuriam, plene ſatisfa-
'cere forte noluerint, quia peccator cum venerit in profundum malorum
'contemnit, dictos Idololatras, fautores, receptatores, & conciliatores eo-
'rum excommunicatos, & à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ ſequeſtratos,
'publice nuncietis, facientes excommunicationis ſententiam, qua propter
'præmiſſos tenentur exceſſus, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, pulſatis
'campanis, candelis accenſis, quilibet in locis ſibi ſubjectis auctoritate A-
'poſtolica publicari, donec paſſis injuriam ſatisfecerint competenter, &
'cum veſtrarum teſtimonio literarum ad ſedem venerint Apoſtolicam ab-
'ſolvendi; alias contra ipſos, invocando etiam ad hoc ſi neceſſe fuerit bra-
'chium ſeculare, per ſubtractionem beneficiorum, & aliis modis quibus ex-
'pedire videritis, procedentes, ut ab ædis ovibus ſeparatis bonus paſtor &
'in lactis dulcedine obedientes foveat, & ovem errantem nunc monitis,
'nunc terroribus ad ovile reducat, & ſic unum ovile & unus paſtor effecti,
'ad januam ſedis Apoſtolicæ, cui licet immeriti præſidemus, in qua tanquam
'lapis angularis in fidei fundamento, quo nemo poteſt ponere præter id
'quod poſitum eſt, ſucceſſor *Petri* & vicarius *Jeſu Chriſti*, univerſis gratias
'& jura contribuit, quæ nemini gremium ſuum claudit, ſed filio etiam
'prodigo revertenti occurrit, ſecuri pro venia petenda recurrant. Data
'*Spoleti* v. Idus *Junii*, pontificatus noſtri anno ſexto.

Literæ Domini papæ ſuper viſitatione Religioſorum facienda, exceptis exemtis per Diœceſanos.

'*Gregorius* Epiſcopus *&c.* venerabilibus fratribus ſuffraganeis *Cantuari-*
'*enſis* Eccleſiæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Egreſſus à facie Dei
'*Sathan*, ad fortia manum mittens, de ſua calliditate confiſus, vitiorum
'vinculis illaqueare molitur electos in ſortem Dominicam evocatos, ma-
'jores ibi parans ille tortuoſus inſidiator inſidias, ubi graviores proſpex-
'erit corruptelas. Sane cum frequenter ad noſtram audientiam perveniſ-
'ſet, quod Monaſteria *Cantuarienſis* provinciæ in ſpiritualibus enormiter,
'& in temporalibus graviter, per malitiam & injuriam in eiſdem habitan-
'tium, ſunt collapſa, nos culpas eorum nolentes ulterius ſub diſſimulati-
'one tranſire, ne ſi eas dimiſerimus incorreptas, ipſas noſtras efficere vi-
'deamur, Monaſteriis illis quæ ad *Romanam* Eccleſiam nullo noſcuntur
'medio, pertinere in eadem provincia conſtitutis, Viſitatores, Reforma-
'tores, & Correctores, tam in capite quam in membris, deputavimus ſpe-

 'ciales,

1227. 'ſpeciales, plenaria ſibi poteſtate conceſſa ut viſitatores eadem Monaſte-
Henric. 3. R. 'ria vice noſtra corrigant, & reforment quæ in ipſis correctionis & reformationis officio noverint indigere, correctionibus aliis in provinciali Capitulo rite factis, in ſuo robore nihilominus duraturis. Licet autem nobis in plenitudine poteſtatis aſſumtis cura cunctorum immineat generalis, quia tamem vos qui vocati eſtis in partem ſollicitudinis, ſuper grege vobis commiſſo ſpecialiter decet eſſe ſollicitos & attentos ne ovis morbida pereat à paſtoris negligentia, vel neglecta, univerſitatem veſtram monemus & hortamur attente in virtute obedientiæ, diſtricte vobis præcipiendo mandantes, quatenus ſinguli veſtrum tam in civitatibus quam in diœceſibus veſtris parvos ipſos aut per viros religioſos qui experimento rerum in hujuſmodi viſitationibus ſunt inſtructi, loca Monachorum, Monacharum, & Canonicorum [a] regularia necnon ſecularia nobis ſubjecta viſitare curetis, tam auctoritate noſtra quam veſtra, generaliter univerſa reformantes & corrigentes, in capite ac membris, omni gratia & timore poſtpoſitis, in eiſdem quæ reformanda noveritis & etiam corrigenda. Salvis his quæ circa Religioſos in provinciali Capitulo provide ſunt ſtatuta juxta conſtitutionem generalis Concilii, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, præceptum noſtrum taliter impleturi, quod Dominus ultionum in illo tremendo judicio quo unicuique ſecundum opera ſua reddet, de veſtris manibus non requirat ſanguinem eorundem, & nos ad id limam correctionis Apoſtolicæ opponere non cogamur. Data *Spoleti* v. idus *Junii*, pontificatus noſtri Anno ſexto.'

Obiit *Bertrudis* Comitiſſa *Ceſtriæ*.

1228. M. CC. XXVIII.

Cauſa inter Eccleſias *Coventria* & *Lich.* terminatur.

1229. M. CC. XXIX.

Confirmatio Regis Henrici *ſuper libertatibus conceſſis Epiſcopis* Coventrenſibus *a* Ricardo *Rege.*

'*Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* Inſpeximus Chartam *Ricardi* Regis avunculi noſtri in hæc verba, *Ricardus* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* Sciatis nos conceſſiſſe & hac præſenti charta noſtra confirmaſſe dilecto & familiari noſtro *Hugoni Coventriæ* Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis *Coventriæ* ut omnia maneria ſua, & omnes terræ ſuæ, & omnes homines ſui, & omnia maneria & omnes terræ & omnes feodi Eccleſiæ ſuæ de *Coventria*, & Eccleſiæ ſuæ de *Lich.* & de *Ceſtria*, & de *Salopia*, & de *Gnoweſal*, & omnium Eccleſiarum ſuarum, in perpetuum libera ſint & quieta de murdro, & latrocinio, & ſchiris, & hundredis, & ſectis ſchirarum & hundredorum, de auxiliis Vicecomitum, de Foreſta & placitis foreſtæ, de waſtis & Eſſartis & Rewardis Foreſtæ, & omnibus operibus tam Caſtellorum quam vivariorum & ſtagnorum, & omnibus placitis & omnibus querelis. Quare volumus & firmiter præcipimus ut omnia maneria & omnes terræ & omnes feodi prædicti Epiſcopi & ſucceſſorum ejus & prædictarum Eccleſiarum ſuarum inde in perpetuum libera ſint & quieta. Teſtibus *&c.* Data per manum *Elyenſis* electi Cancellarii noſtri anno primo Regni noſtri. Nos igitur prædictam conceſſionem & confirmationem ratam & gratam habentes, pro nobis & hæredibus noſtris eam concedimus, & præſenti charta noſtra confirmamus, ſicut charta prædicti Regis *Ricardi* avunculi noſtri rationabiliter teſtatur. His teſtibus. Data *&c.* anno Regni noſtri quartodecimo.'

Eodem anno Abbas *Hugo* ſancti *Edmundi* conſecratus eſt in Epiſcopum *Elyenſem* in Aſcenſione Domini.

Ricardus de *Inſula*, Abbas *Burthoniæ*, quondam Prior ſancti *Edmundi*, factus eſt Abbas ſancti *Edmundi*, & in die ſancti *Edmundi* inſtallatus eſt, præ-

[a] M. Par. leg. Regularium necnon ſecularium Clericorum vobis ſubjecta.

ſentibus

ſentibus *Ricardo magno Cantuarienſi* Archiepiſcopo, & *Hugone Elyenſi*, & 1229.
quampluribus aliis Epiſcopis & magnatibus *Angliæ*. Gregor. 9. P.

Laurentius Monachus *Burthoniæ*, ſucceſſit *Ricardo*, & factus eſt Abbas *Burthoniæ*, & inſtallatus eſt in ſecunda feſtivitate ſanctæ *Modvennæ*, per fratrem Johannem de *Streton*, tunc temporis ejuſdem domus Priorem, & *Nicholaum* Suppriorem.

Decimata eſt Eccleſia *Angliæ* ad opus papæ per *Stephanum*.

M. CC. XXX. 1230.

Transfretatio Regis *Henrici* in *Britanniam*.

M. CC. XXXI. 1231.

Rediit Rex *Henricus* de *Britannia*.

M. CC. XXXII. 1232.

Ranulfus Comes *Ceſtriæ* obiit.

Captus eſt *Hubertus* de *Burgo*, Juſtitiarius *Angliæ*, & incarceratur apud Caſtrum de *Deviſes*.

M. CC. XXXIII. 1233.

Ricardus de *Inſula*, Abbas ſancti *Edmundi*, quondam Abbas *Burthoniæ*, obiit.

M. CC. XXXIV. 1234.

Sanctus *Edmundus* Cantuarienſis Archiepiſcopus conſecratur in Annunciatione beatæ virginis.

Ricardus Marſcallus in *Hybernia* occiſus eſt.

Iſto anno confirmavit Rex *Henricus* libertates Eccleſiæ *Weſtmonaſterii*, & Cellarum ſuarum, in hæc verba:

'*Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Foreſtariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & ob reverentiam beati *Edwardi* prædeceſſoris noſtri, & pro anima patris noſtri domini *J.* Regis, & pro ſalute animæ noſtræ & anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & hac præſenti charta noſtra confirmaſſe, pro nobis & hæredibus noſtris in perpetuum, Deo & Eccleſiæ ſancti *Petri Weſtmonaſterii* & glorioſo Regi *Edwardo* patrono noſtro ſpeciali, & *R.* Abbati *Weſtmonaſterii*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, & ſucceſſoribus ſuis, omnes terras, & donationes terrarum, hominum, eleemoſynarum, rerum, reddituum, poſſeſſionum, & cellarum, à prædeceſſoribus noſtris Regibus *Angliæ*, vel ab aliis fidelibus, temporibus præteritis vel in præſenti collatas, vel in futuro à nobis ſeu ſucceſſoribus noſtris Regibus *Angliæ* vel ab aliis fidelibus conferendas, vel alio modo juſte adquiſitas, vel in poſterum adquirendas, tam in Eccleſiis quam rebus & poſſeſſionibus Eccleſiaſticis ſeu mundanis. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædicta Eccleſia *Weſtmonaſterii*, & prædicti Abbas & Monachi & eorum ſucceſſores, & Cellæ ad dictam Eccleſiam pertinentes, habeant & teneant Eccleſias ſuas, homines, terras, eleemoſynas, res, redditus, & poſſeſſiones, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & quietantiis ſuis in boſcho & plano, in pratis & paſcuis & paſturis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, in ſtagnis & vivariis, in mariſcis & piſcariis, in grangiis & virgultis, infra burgum & extra, cum *Socha* & *Sacha* & *Thol* & *Theam*, *Infongenthef*, & *Utfongenthef*, *hamſochne*, & *Grithbrich*, & *Blodwite*, *Infang* & *Forfang*, *Flithwite*, & *Fitwite*, & *Fredwite*, & *Angwite*, & *Leyrwite*, & *Flemiſhwite*, & *Flemisfremth*, & eſcapio de priſona, & murdro & latrocinio, & de pecunia quæ ad murdrum pertinet ſive ad latrocinium, & *Forſtal* infra tempus & extra, & cum omnibus cauſis quæ ſunt vel eſſe poſſunt. Concedimus etiam in perpetuum quod prædicta Eccleſia *Weſtmonaſterii*, & prædicti Abbas & Monachi, cum cellis ſuis, ſint quieti de omnibus miſericordiis, & quod ipſi & omnes homines ſui de tenementis quæ de ipſo Abbate & cellis ſuis tenent, liberi ſint ab omni *Scoto* & *Geldo* & omnibus auxiliis Regum, Vicecomitum, & miniſtrorum ſuorum,

Charta Weſtmonaſt.

1234. Henric. 3. R. 'orum & miſericordia & fine comitatus, & hidagio, & carucagio, & dane-
'geldo & hornegeldo, & *Wapentak*, & tallagio, leſtagio, & ſtallagio, *Schewing*, '*Miſchenning*, *Burebrig*, *Mundbrig*, Shyris & hundredis, ſwanimotis, placitis '& querelis, aſſiſis, viſis, & ſummonitionibus, & de theſauro ducendo, & war-'da & *wordepeny* & *tithenſpeny*, & de omnibus operibus caſtellorum, parco-'rum, murorum, vivariorum, & pontium, clauſuris, & omni carreyo, & ſum-'magio, & navigio, & domuum regalium ædificatione, & omnimoda opera-'tione. Et prohibemus ne boſchi eorum ad prædicta opera vel ad aliqua ope-'ra alia ullo modo capiantur. Similiter bladum eorum vel hominum ſuorum, 'vel aliquid de rebus ſuis vel hominum ſuorum, ad caſtella munienda non 'capiantur. Volumus etiam quod libere & ſufficienter ſine qualibet occa-'ſione thimagii vel alterius impedimenti, capiant de omnibus boſchis ſuis 'ad uſus ſuos proprios quando voluerint; nec propter hoc in foriſfactum 'de vaſto vel in miſericordia ponantur. Omnes quoque terras & purpreſſu-'ras jam factas, & omnia aſſarta ſua, & hominum ſuorum qui non ſunt Co-'mites, vel Barones, jam facta, & quæ in poſterum Regio aſſenſu fient, eis 'in perpetuum quieta clamamus de vaſto, & rewardo, & de viſu foreſtario-'rum, & de omnibus aliis quæ ad foreſtam vel foreſtarios pertinent, & quod 'ipſi & ſucceſſores ſui in perpetuum & homines ſui prædicti de tenementis 'quæ de ipſis tenent, liberi ſint & quieti, de canum [a] expeditione præcipi-'mus etiam quod dicti Abbas & Monachi & homines ſui de tenementis 'quæ de ipſis tenent, liberi ſint & quieti ab omni theloneo in omni foro, '& in omnibus nundinis, & in omni tranſitu pontium, aquarum, viarum, '& maris, per totum Regnum noſtrum & per omnes terras noſtras in qui-'bus libertates eis dare poſſumus: & omnia mercimonia ſua & hominum 'ſuorum ſint ſimiliter in prædictis locis ab omni theloneo quieta. Concedi-'mus etiam dictis Abbati & Monachis & ſucceſſoribus ſuis, quod habeant 'viſum *Franciplegii* in omnibus terris ſuis & tenementis, cum placito *ve-'titi namii*, & cum finibus pro licentia concordandi. Inſuper concedimus 'eis & confirmamus quod ſi aliquis hominum ſuorum, qui non ſunt Comi-'tes & Barones, pro delicto ſuo vitam vel membrum debeat amittere, aut 'fugerit, & judicio ſtare noluerit, vel aliud delictum fecerit pro quo de-'beat catalla ſua perdere; ubicunque juſtitia fieri debeat ſive in Curia no-'ſtra, ſive in alia Curia, ipſa catalla ſint prædictorum Abbatis & Mona-'chorum, & liceat ipſis ſine diſturbatione Vicecomitis, & omnium ballivo-'rum noſtrorum, & aliorum, ponere ſe in ſeiſinam de prædictis catallis in 'prædictis caſibus, & aliis, quando ballivi noſtri, ſi ad nos pertinerent ca-'talla illa, in manibus noſtris ea ſeiſire poſſent & deberent. Inſuper con-'cedimus quod animalia quæ dicuntur *Weif* inventa in feudo illorum, ſint 'ipſorum, niſi aliquis ea ſecutus fuerit, qui velit & poſſit probare quod ſua 'ſint, & niſi fuerint infra terminos competentes ſecundum conſuetudi-'nem patriæ petita & ſecuta. Et ſi aliquis tenentium prædictorum Abbatis '& Monachorum vel cellarum, feudum ſuum quod tenent de prædicto Ab-'bate vel Cellis prædictis, foriſfecerit, liceat ipſis prædictis ponere ſe in ſei-'ſinam de ipſo feudo ſuo, & ipſum feudum ſuum cum pertinentiis ſuis poſ-'ſidere, non obſtante eo quod conſuevimus feudum fugitivorum & dam-'natorum per unum annum & unum diem poſſidere. Et ſi aliquis tenen-'tium vel hominum ſuorum, exceptis Comitibus & Baronibus, ſit amercia-'tus coram nobis, Juſticiariis noſtris, Vicecomitibus, Conſtabulariis, Fore-'ſtariis, Ballivis eorum, vel aliis miniſtris noſtris cujuſcunque conditionis 'fuerint, pro quacumque cauſa, debito vel foriſfacto; dicti Abbas & Mo-'nachi omnes mercias & amerciamenta, & fines pro licentia concordan-'di, & eorum diſtrictiones, abſque aliqua contradictione habeant. Et ſi 'forte aliquo caſu per ballivos noſtros vel hæredum noſtrorum dictæ mer-'ciæ vel amerciamenta fuerint collecta ſuper Scaccarium noſtrum, vel hæ-

[a] f. leg. expeditatione.

'redum

'redum noſtrorum, per viſum Theſariſarii qui pro tempore fuerit, iiſdem 1235.
'Abbati & ſucceſſoribus ſuis ſine diminutione reddantur. Concedimus eti- Henric. 3. R.
'am eiſdem, & hac Charta noſtra pro nobis & hæredibus noſtris confirmamus, quod ſi forte aliqua prædictorum libertate uſi non fuerint, nihilominus ea de cetero utantur. Et prohibemus ne aliquis prædictos Abbatem & Monachos ſeu Cellas gravet inde vel inquietet, neque eis moleſtiam vel injuriam faciat vel fieri permittat, neque in placitum ponat de aliquo tenemento ſuo quod teneant, niſi coram nobis ipſis & hæredibus noſtris, vel Juſtitiariis noſtris. Concedimus etiam eiſdem quod nullus ingredi feudum ipſorum vel terras eorum habere ſeu retinere poſſit, niſi de conſenſu Abbatis qui pro tempore fuerit. Hæc omnia prædicta eis concedimus & confirmamus, in puram & perpetuam eleemoſynam, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus quas Regia poteſtas liberius alicui Domui Religionis conferre poteſt, pro Dei amore, & pro anima domui Regis *J.* patris noſtri, & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum. Et prohibemus ſuper foriſfactum noſtrum, quod nullus juſtitiarius, Vicecomes, Conſtabularius, Foreſtarius, vel eorum miniſtri, de terris, redditibus, poſſeſſionibus, vel boſchis, ſe in magno vel in minimo contra hanc Chartam noſtram intromittat; Nec eis vel hominibus ſuis vel Cellis in aliquo forisfaciat; quia ipſos & omnes res & poſſeſſiones ſuas & hominum ſuorum in cuſtodiam & ſpecialem protectionem noſtram ſuſcepimus. His teſtibus venerabili patre *W. Carleonenſi* Archiepiſcopo &c. Data per manus venerabilis patris *Radulfi Cyceſtrenſis* Epiſcopi Cancellarii noſtri, apud Wodeſtok primo die *Junii*, anno Regni noſtri nonodecimo.'

M. CC. XXXV. *Fredericus Romanus* Imperator duxit *Iſabellam* ſororem 1235.
Regis. 1236.

Leges de Merton.

Anno Regni Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* viceſimo.

'Die Mercurii in craſtino ſancti *Vincentii*, in Curia domini Regis apud Merton, coram domino Rege *H.* & coram venerabili patre Domino *Edmundo Cantuarienſi* Archiepiſcopo, & Coepiſcopis ſuis, & coram majori parte Comitum & Baronum noſtrorum *Angliæ* pro [a] corona domini Regis & Reginæ, & pro communi utilitate totius *Angliæ* proviſum fuit tam à prædicto Archiepiſcopo, Epiſcopis, Comitibus, & Baronibus, quam à nobis, & conceſſum, quod de cetero iſti articuli teneantur in Regno noſtro *Angliæ*.

Primo de viduis.

'Omnes viduæ quæ poſt mortem virorum ſuorum expelluntur de dotibus ſuis, vel dotes ſuas vel quarentenam ſuam habere non poſſunt ſine placito, & quæ poſtea per placitum dotes ſuas recuperaverint de tenementis de quibus viri earum obierunt ſeiſiti, recuperent ſimul cum dotibus ſuis de illis qui de injuſto deforciamento convicti fuerint, damna ſua ſcilicet [&] valorem totius dotis illas tangentis, à tempore mortis virorum ſuorum uſque ad diem quo ipſæ viduæ per judicium Curiæ noſtræ ſeiſinam ſuam recuperaverint; & ipſi deforciantes nihilominus ſint in miſericordia noſtra ſicut prius ſolent.

'Item omnes viduæ de cetero poſſunt legare blada ſua in terra, tam de dotibus ſuis, quam de aliis liberis terris & tenementis ſuis, ſalvis ſervitiis dominorum quæ debentur de dotibus & aliis tenementis.

'Item ſi quis fuerit diſſeiſitus de libero tenemento ſuo, & coram juſtiti-

a Coronatione.

'ariis

1245. 6. Henric. 3. R. 'ariis itinerantibus ſeiſinam ſuam recuperaverit per aſſiſam novæ diſſei-'vel per cognitionem eorum qui diſſeiſinamſinæ, fecerint, vel quocumque 'alio modo per judicium curiæ noſtræ, & ipſe diſſeiſitus ſeiſinam ſuam 'per Vicecomitem habuerit; ſi iidem diſſeiſitores poſt iter juſtitiariorum 'vel infra, iterum eos diſſeiſiaverint, & inde convicti fuerint, capiantur, '& in priſona domini Regis detineantur, quo uſque per dominum Re-'gem per redemtionem vel alio modo deliberentur. Et hæc eſt forma 'qualiter tales convinci debeant; videlicet, cum Conquerentes ad Curi-'amvenerint, habeant breve domini Regis Vicecomiti directum, in quo 'continentur eorum narratio de diſſeiſina facta ſuper diſſeiſinam, & i-'deo mandetur Vicecomiti, quod aſſumtis ſecum cuſtodibus placitorum co-'ronæ, & aliis legalibus militibus, in propria perſona ſua accedat ad tene-'mentum illud vel paſturam, de quibus facta fuerit querela, & coram eis 'per primos juratores & per alios vicinos & legales homines diligentem fa-'ciant inde inquiſitionem, & ſi ipſum iterum diſſeiſitum invenerint, ſicut 'dictum eſt, tunc faciant ſecundum prædictam proviſionem: ſin autem, 'tunc ſit conquerens in miſericordia domini Regis, & alius quietus rece-'dat. Eodem modo fiat de illis qui ſeiſinam recuperaverint per aſſiſam 'mortis anteceſſores, & ſimiliter de omnibus aliis qui terras & tenementa 'quocumque modo in Curia noſtra per juratam recuperaverint vel quo-'cumque alio modo per judicium curiæ noſtræ, ſi poſtea inde diſſeiſiti fue-'rint à prioribus deforciatoribus, verſus quos recuperaverunt.

'Item, Quia multi magnates de Regno noſtro *Angliæ*, qui feofaverunt 'milites & libere tenentes ſuos de parvis tenementis in magnis maneriis, 'queſti fuerunt, quod commodum ſuum facere non potuerunt de reſiduo 'maneriorum ſuorum, ſicut de vaſtis, boſchis, & paſturis, deſicut ipſi feofati 'ſufficientem poſſent habere paſturam quatenus pertineret ad tenementa 'ſua; ita proviſum eſt & à nobis conceſſum, quod cum hujuſmodi à quibuſ-'cumque feofati aſſiſam novæ diſſeiſinæ deferant de communa paſturæ, 'ſi coram juſticiariis cognoverint quod ſufficientem paſturam habeant 'quantum pertinet ad tenementa ſua, & habeant ingreſſum & egreſſum li-'berum de tenementis ſuis uſque ad paſturam illam, tunc inde ſint con-'tenti, & illi de quibus tales conqueſti fuerint, quieti recedant de hoc 'quod commodum ſuum de terris ſuis, vel boſchis, & paſturis fecerint. Si 'autem dixerint quod ſufficientem paſturam non habuerint, vel ſufficien-'tem ingreſſum & egreſſum, quantum pertinet ad tenementa ſua; tunc in-'quiratur inde veritas per aſſiſam: & ſi per aſſiſam recognitum fuerit, quod 'per eoſdem in aliquo fuerit impeditus ingreſſus & egreſſus, vel quod non 'habeant ſufficientem paſturam ſicut prædictum eſt; tunc recuperent ſeiſi-'nam ſuam per viſum juratorum, ita quod per diſcretionem & ſacramentum 'ipſorum habeant conquerentes ſufficientem paſturam, & ingreſſum & egreſ-'ſum ſufficientem in forma prædicta, & diſſeiſitores ſint in miſericordia, & 'damna reddant ſicut prius reddi ſolent ante proviſionem iſtam. Si autem 'recognitum fuerit per aſſiſam, quod conquerentes habeant ſufficientem 'paſturam, cum libero ingreſſu & egreſſu ſicut prædictum eſt, tunc licite 'faciant alii commodum ſuum de reſiduo & de aſſiſa illa recedant quieti.

'Item proviſum eſt, & à nobis conceſſum, ex conſenſu magnatum, quod 'de cetero non currant uſuræ contra aliquem infra ætatem exiſtentem à 'tempore mortis anteceſſoris cujus hæres ipſe fuerit, uſque ad legitimam 'ætatem ſuam, ita tamen quod propter hoc non remaneat ſolutio debiti 'principalis cum uſuris ante mortem anteceſſoris ſui. *Et ideo.*

'Item, De malefactoribus in parcis & vivariis tractatum fuit quali pœna 'puniri debeant, nondum diſcuſſum fuit quia magnates petierunt priſo-'nem ſuam propriam de malefactoribus quos caperent in parcis & vivariis; 'ſed dominus Rex non conceſſit hoc eis. Et ideo fiat deſicut prius.

De

De Foreſtis, & Juſtitiariis de foreſtis, & ballivorum officio. 1236, 7. Gregor. 9. P.

'Die Mercurii proxima poſt Purificationem beatæ *Mariæ*, anno Regni 'domini Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* XXI. coram domino Rege, & 'coram domino *Edmundo Cantuarienſi* Archiepiſcopo, & aliis terræ magna-'tibus, de concilio domini Regis tractatum fuit de foreſtis & de officio ca-'pitalium juſtitiariorum foreſtæ & de officio Ballivorum, dominica domi-'ni Regis cuſtodientium; inter quos contentio fuit, quis eorum debuit 'reſpondere de viridi & venatione. Et tandem ita proviſum eſt coram do-'mino Rege, quod capitales juſtitiarii plenam habeant poteſtatem cuſto-'diendi omnes foreſtas, tam de dominicis domini Regis quam de aliis; & 'quod ballivi domini Regis de dominicis ſuis habeant in boſchis domini 'Regis ea quæ pertinent ad maneria ſua, videlicet nuces, mel, & perſonem, '& etiam agiſtationem per viſum Agiſtatorum & Foreſtariorum, & herbagi-'um ad ſtaurum domini Regis, per viſum & conſilium capitalis juſtitiarii, ad 'majus commodum domini Regis per viſum Viridariorum & Foreſtariorum. 'Et dominus Rex habeat in ſingulis villis ſuis foreſtarium ſuum ſine arcu & 'ſagittis, & qui non vivat de patria, ſed capitalis juſtitiarius apponat Fore-'ſtarios cum arcu & ſagittis, & tales quod de eorum facto reſpondeant. Et ſi 'aliqui boſchi ſint qui non pertineant ad aliquod manerium domini Re-'gis, tunc capitalis Juſtitiarius illum cuſtodiat, & inde abſolute reſpondeat.

'De parcis clauſis ballivi domini Regis ſint cuſtodes & inde reſpon-'deant.

'De Foreſtariis qui feofati ſunt per Chartas, & qui fuerunt diſſeiſiti per 'Ballivos domini Regis, ita proviſum eſt, quod rehabeant ſeiſinas ſuas in 'eodem ſtatu quo prius illas habuerunt; & poſtea ſi domino Regi placu-'erit, ſummoneantur ad oſtendendum warantum ſuum, & ſecundum le-'gem terræ deducantur.

A quibus temporibus currunt brevia Domini Regis de recto.

'De narratione deſcenſus ab anteceſſoribus in brevi de recto, à tempore '*H.* Regis ſenis anni & diei, proviſum eſt quod de cetero non fiat compu-'tatio à tam longinquo tempore, ſed à tempore Regis *Henrici* avi domini 'Regis anno & die quo obiit, & habeat locum iſta conſtitutio & vigorem 'ad Pentecoſten anno Regni Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* XXI. & non 'ante; & brevia prius impetrata procedant.

De morte Anteceſſoris, & de Nativis.

'Brevia mortis Anteceſſorum, & de nativis, & de Ingreſſu, non excedant 'reditum domini *J.* Regis de *Hybernia* & in *Angliam*, & vigorem habeat 'iſta proviſio à tempore prædicto, & brevia prius impetrata procedant.

Novæ diſſeiſinæ.

'Brevia novæ diſſeiſinæ non excedant transfretationem Regis *Henrici*, 'qui nunc eſt, in *Britanniam*, & vigorem habeant à tempore prædicto; & 'brevia prius impetrata procedant.

De mercandis capiendis ad Nundinas.

'Poſtea apud **Benenton** coram ipſo domino Rege & conſilio ſuo pro-'viſum eſt, & qui hoc conceſſit, quod ballivi ſui qui mittendi ſunt ad nun-'dinas vel alibi pro vinis & pannis & aliis mercandis ad opus domini Re-

1236, 7. Honor. 3. P. ‘gis, emendis, plus non capiant ad opus domini Regis quam ipſe dominus ‘Rex neceſſe habuerit, nec plus quam continebitur in literis domini Re‘gis eis ſuper hoc conficiendis, nec aliud niſi id unde habuerint breve do‘mini Regis ad warantum. Et cum ad Nundinas venerint, ſtatim capi‘ant & ſine longa mora, merces & mercandiſas pro quibus illic miſſi fue‘rint. Nec mercatores aliqui per eos injuſte graventur, ut antea gravari ‘ſolebant. Et ballivi tales habeant literas de ſingulis Nundinis ſecundum ‘diverſa genera mercandiſarum quæ ad opus domini Regis emendæ ſunt, ‘quod in fide qua Deo & domino Regi tenentur, rationabile pretium im‘ponent prædictis mercandiis.

1236. M. CC. XXXVI. *Henricus* Rex duxit in uxorem *Alyenoram* Reginam filiam Comitis de *Provinciæ.*

Obiit *Willielmus* de *Bleys* Epiſcopus *Wigorniæ*; ſucceſſit magiſter *Walterus* de *Cantilupo* Epiſcopus *Wigorniæ.*

Eodem anno obiit *Thomas* de *Blunvill* Epiſcopus *Norwici*, Cui ſucceſſit xxx.

1237. M. CC. XXXVII.

Obiit *Johannes Scotus* Comes *Ceſtriæ.*

Celebratum eſt Concilium generale totius *Anglicanæ* Eccleſiæ apud *Londonias*; in quo fuerunt ſanctus *Edmundus Cantuarienſis* Archiepiſcopus, & *Eboracenſis* Archiepiſcopus, & omnes Epiſcopi *Angliæ*, & ceteri Prælati, vel eorum procuratores, præſidente domino *Othone* domini papæ legato.

Tumultus apud Oſeney. Eodem anno poſt paſcha apud *Oxoniam* orta eſt diſcordia inter ſervientes domini legati ex eorum protervia, & quoſdam ſcholares; & Cocus ipſius legati occiſus eſt à clericis in Curia de Oſeney. Ipſe autem legatus in turri Eccleſiæ abſconditus evaſit; propter quod juſſu Regis *Henrici*, plures clerici capti ſunt, & in Turri *Londonienſi* incarcerati. Sed poſt paululum convocato Concilio apud *Londonias*, ubi interfuerunt ipſe legatus, & Archiepiſcopus *Eboracenſis*, & dominus Rex, & Epiſcopi *Angliæ*; Epiſcopus *Lincolniæ*, *Groſſum caput*, viriliter ſe habuit pro clericis excommunicans ſolenniter in præſentia ipſius legati & domini Regis, omnes qui in clericos manus miſerunt violentas. Tandem obtinuit ſibi tradi clericos, negantibus ipſo legato & domino Rege allatam vim fuiſſe clericis per ipſos.

In anno iſto petierunt Archiepiſcopi, Epiſcopi & Clerus, quod dominus legatus moneret, & ſi poſſet, ut induceret dominum Regem, quod ſubſcripta quæ fiunt in Regno *Angliæ* in præjudicium libertatis Eccleſiaſticæ, per dominum Regem & Ballivos ſuos corrigantur.

‘Dominus Rex conceſſit terræ *Anglicanæ*, tam Prælatis Eccleſiæ, quam ‘Comitibus, & Baronibus, militibus, & omnibus aliis, quandam generalem ‘Chartam libertatum, & ad inſtantiam domini Regis, & de aſſenſu ſuo ‘& omnium Prælatorum & magnatum *Angliæ*, & in præſentia eorum la‘ta fuit generalis ſententia excommunicationis in omnes contra libertates ‘quocumque modo venientes. Et dominus Rex nunc venit, ut dicitur, ‘contra dictam chartam libertatis, & maxime in articulo de foreſtis, ut ‘nunc factum eſt in diœceſi *Wintoniæ* coram juſtitiariis foreſtæ, & in aliis ar‘ticulis pluribus.

‘Item petunt, quod clerici conveniantur in actione perſonali quæ non ſit ‘ſuper re immobili, coram judice ſeculari, ſed coram judice Eccleſiaſtico; ‘& quod prohibitio Regis non currat quo minus hoc fieri non poſſit.

‘Item, quod innovetur pœna in canone ſtatuta contra clericos qui im‘petrant in hoc caſu prohibitionem domini Regis ad judices Eccleſiaſticos, ‘& in omnibus aliis in jure prohibitis.

‘Item, Ne teſtamentum Epiſcoporum & aliorum impediatur.

‘Item, quod judices ſeculares non decidant cauſas Eccleſiaſticas in foro ſeculari,

'culari, nec tales homines determinent utrum talis Capella debeat habere 1237.
'baptiſterium & ſepulturam, an non; & utrum dandæ ſint decimæ de lapi- Gregor. 9. P.
'cidinis vel ſilvecædiis, vel herbagiis, vel paſturis, vel de aliis decimis non
'conſuetis.

'Item, Quod per ſolos judices ſeculares non determinetur de aliqua cau-'ſa, utrum debeat dici Eccleſiaſtica vel ſecularis.

'Item, Quod Epiſcopi non compellantur reſpondere coram ſeculari judi-'ce de officio ſuo, videlicet, quare talem electionem factam de tali in Abba-'tem non confirmavit, vel quare ei munus benedictionis non contulit, vel 'quare præſentatum à tali ad talem Eccleſiam non admiſit.

'Item, Ne compellatur inſtitutus per Epiſcopum in aliqua Eccleſia, re-'ſpondere coram ſeculari judice de ingreſſu ſuo in talem Eccleſiam.

'Item, Quod prohibitio domini Regis non currat, quo minus in foro 'Eccleſiaſtico decidantur hujuſmodi cauſæ, videlicet, utrum hujuſmodi Ca-'pella pertineat ad hanc vel ad illam Eccleſiam, & utrum tales decimæ 'pertineant ad hanc vel ad illam Eccleſiam.

'Item, Ne currat prohibitio domini Regis, ne Rector parochialis Ec-'cleſiæ impetat eos qui percipiunt decimas infra limites parochiæ ſuæ.

'Item, Ne currat prohibitio, ne judices Eccleſiaſtici cognoſcant de jure 'patronatus, quo minus clerici poſſint petere decimas tanquam de jure 'communi ad Eccleſias ſuas pertinentes, quia patroni Eccleſiarum vel ca-'pellarum qui decimas petitas poſſident, dicunt per talem petitionem juri 'patronatus ſui derogari, & nolunt juſtitiarii domini Regis judicare quo-'ta pars decimarum peti poſſit vel debeat coram judice Eccleſiaſtico, ad 'hoc quod non præjudicatur juri patronatus ſcilicet jurare.

'Item, Ne clerici compellantur ſe purgare coram ſeculari judice, vel 'juramentum præſtare.

'Item, De liberatione magiſtri *R.* de *Ladeford*, ne conſimile fiat de cetero.

'Item, Multoties compelluntur judices Eccleſiaſtici ſe purgare coram 'juſtitiariis de bancho, quod non tenuerunt talem cauſam contra prohi-'bitionem Regis.

'Item, Ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti, nec alii clerici in ha-'bitu clericali inventi, niſi coram ſuo judice convicti & prius degradati, 'ſuſpendantur; quod multoties fit.

'Item, Ne Epiſcopi compellantur exhibere officialem vel Archidiaco-'num ſuum, vel alios clericos ſuos, coram judicibus ſecularibus, ut ibi re-'ſpondeant quare talem excommunicaverunt, vel talem cauſam tenuerunt.

'Item, Ne clerici propter hujuſmodi, incarcerentur, vel detineantur; 'quod multoties fit.

'Item, Ne clerici citentur coram ſeculari judice, reſponſuri coram eis 'quare cauſas tractaverunt in fore Eccleſiaſtico contra prohibitionem do-'mini Regis.

'Item, Quod judices Eccleſiaſtici poſſint cognoſcere de perturbationi-'bus libertatum Eccleſiæ, & ſpoliatores rerum Eccleſiaſticarum ad reſtituti-'onem compellere.

'Item, Quod ſucceſſori perſonæ Eccleſiaſticæ poſſit ſubveniri per bene-'ficium reſtitutionis ſuper ſpoliatione facta prædeceſſori ſuo contra laicum 'ſpoliatorem in foro ſeculari.

'Item, Quod dominus Rex non ſuſtineat minatores ſuos de ſtagno, 'plumbo, vel ferro, minare, vel evertere terras Eccleſiæ, ſine voluntate per-'ſonæ, quod multoties fit per fraudem, tum per ſervos Eccleſiæ qui mina-'tores ſunt in offenſam dominorum ſuorum, tum per citatos ad capitulum 'propter peccata ſua, ut ſe vindicent.

'Item, Quod nullus ballivus prætextu alicujus mandati domini Regis, 'in communi forma poſſit terras vel poſſeſſiones Eccleſiæ compellere ad

1237. Henric. 3. R. 'aliquid ſolvendum vel faciendum contra libertatem Eccleſiæ, ut in pon- 'tagiis, ſummagiis, paagiis, cariagiis, & hujuſmodi.

'Item, Dicunt ballivi domini Regis quod non poſſunt vel debent excom- 'municari dum ſunt in ſervitio Domini Regis, pro aliquo delicto in balliva 'ſua commiſſo, & de excommunicatione Regis conqueruntur.

'Item, Ballivi domini Regis clericos in nullo enormi crimine interce- 'ptos, capiunt, incarcerant, & bona eorum diripiunt, quandoque ex nulla 'cauſa, quando ex levi, quando ex cauſa [a] facta ſolum ut noceant.

'Item, Ballivi domini Regis citati ad Capitulum propter peccata ſua, '& exceſſus ſuos enormes, fingunt cauſas ut apparitores, Decanos, vel ca- 'pellanos, per quos citati ſunt, capiant & in carcerem detrudunt ad vindi- 'ctam.

'Item, Clerici volentes morari *Londonias* compelluntur invenire fidejuſ- 'ſores laicos, nec pro eis poteſt ſufficere teſtimonium Prælati.

'Item, Clericos conquerentes de laicis incarcerant, dicentes eos eſſe per- 'turbatores pacis.

'Item, Laici faciunt clamare *Londoniis* voce præconia, ne quis tractet 'cauſam in foro Eccleſiæ, ſive de perjurio, ſive de fide læſa, de uſura vel 'ſimonia, vel defamatione, niſi tantum ſuper teſtamento & matrimonio, & 'proſequentes hujuſmodi cauſas incarcerant.

'Item, Ex abuſu obtento de voluntate & mandato domini Regis *Angliæ* '& *Scotiæ*, non ſolum ſimplices clerici, ſed & Abbates & Priores in diœceſi '*Karleoli*, ſi appellati fuerint ab aliquo de Regno *Scotiæ* de re aliqua, & e con- 'verſo, compelluntur cum lanceis & gladiis alias inermes duellum, quod di- 'citur *Acram*, committere inter fores utriuſque Regni, ita videlicet quod 'Abbas vel Prior cujuſcunque religionis & ordinis vel duellum perſonale vel 'ligatus in loco duelli habens pugilem, ſi ejus pugil ſuccumbat ipſo interque, 'ipſe quoq; Abbas vel Prior plectrum capitis ſimiliter ſuſtinebat; ſicut noſtris 'temporibus Prior de *Lideleg* tali conditione ligatus fuit ibidem. Moneatis 'igitur utrumque Regem, & ad præſens dominum Regem *Angliæ*, & tan- 'quam legatus utriuſque Regni, ſi neceſſe fuerit, compellatis, quod tam de- 'teſtabilis abuſio quoad perſonas Eccleſiaſticas non ſervetur.

1238. M. CC. XXXVIII.

Obiit *Alexander Coventriæ* & *Lich.* Epiſcopus die ſancti *Stephani* pro- tomartyris.

1239. M. CC. XXXIX.

Natus eſt *Edwardus* filius Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* XIV. kal. *Julii.*

Ricardus Comes *Cornubiæ* frater Regis profectus eſt *Hieroſolymam.*

1240. M. CC. XL. *Otto* legatus impoſuit tallagium in Regno, ſicut inferius anno Domini M. CC. LV.

Hugo de *Pateſhull* factus eſt Epiſcopus *Coventriæ* & *Lich.*

1241. M. CC. XLI.

Obiit *Hugo Coventrenſis* Epiſcopus.

Sedes *Romana*, Eccleſia *Cantuariæ*, & *Coventriæ* & *Lich.* per aliquod tem- pus ſimul & ſemel vacaverunt.

1242. M. CC. XLII.

Transfretatio Regis *Henrici* in *Gaſconiam.*

1243. M. CC. XLIII. *Ricardus* Comes duxit ſororem Reginæ in uxorem nomine *Schench.*

Rediit *Henricus* Rex de *Gaſconia.*

1244. M. CC. XLIV. *Bonefacius* Archiepiſcopus *Cant.* conſecratur. *Griffinus Walenſis* cecidit de turri *Londonienſi*, & mortuus eſt.

Innocentius IV. papa conſecratur.

[a] f. leg. ficta.

Literæ

1244. Innoc. 4. P.

Literæ de Coraſminis.

'[a] Sanctiſſimo patri J. Dei gratia ſummo Pontifici, ſanctæ Civitatis *Hie-* '*ruſalem* patriarcha ſalutem &c.

'Egreſſa de finibus orientis crudelitas beſtialis in *Hieroſolymitanam* pro- 'vinciam eſt converſa, quæ etſi diverſis temporibus à circumſtantibus *Sar-* '*racenis* multipliciter vexaretur, his tamen diebus ſopitis vicinis hoſtibus 'in ſtatu [b] pacifici utcumque reſpirabat. Excitaverunt autem in ejus ex- 'cidium peccata populi Chriſtiani gentem incognitam & ultorem gladi- 'um, de longinquo deſæviens rabies; ſiquidem *Tartarorum* totam orienta- 'lem plagam flagello multiplici & terrore concuſſit. Qui dum perſequen- 'tes æqualiter univerſos, nullam diſtantiam facerent inter incredulos vel 'fideles, prædam ad extremis finibus fugaverunt Chriſtianum populum 'prædaturam. Ipſi etenim *Tartari* univerſam *Perſidem* deſtruentes, in ne- 'quiores ſe ſpiritus prælium converterunt, venantes crudeliſſimos homi- 'num *Coraſminos*, quos quaſi dracones ex cavernis eductos de propriis fi- 'nibus expulſerunt. Qui cum certum habitaculum non habentes, non poſ- 'ſent ab aliquibus *Saracenis* propter eorum nequitias receptaculum adi- 'piſci, ſolus Soldanus *Babyloniæ* Chriſti fidei perſecutor eiſdem *Coraſminis* 'hoſpitium in terra propria denegans, obtulit alienum, eoſdem incredulos 'ad inhabitandam terram promiſſionis advocans & incitans quam in ſe 'credentibus altiſſimus promiſerat & donavit. Illi vero de Soldani præ- 'ſidio confidentes, in hæreditatem Domini, quam dictus Soldanus prout 'dicitur illis contulit, adverterunt cum uxoribus & familiis & multis mil- 'libus equitum & armatorum. Quorum ſic extitit repentinus adventus, 'quod nec à nobis nec à vicinis partibus potuit prævideri, ut præcognita 'jacula vitarentur, uſque dum *Hieroſolymitanam* provinciam per partes '*Saphet* & *Tiberiadis* intraverunt. Et cum ſollicitudinem appoſuerimus 'multipliciter & laborem, qualiter terræ ſanctæ pax & tranquillitas priſtina 'redderetur, novis hoſtibus perturbata, nec ad eorum expulſionem Chri- 'ſtianorum vires ſufficerent, præfati *Coraſmini* totam terram à *Turone* mi- 'litum quod eſt prope *Hieruſalem* uſque *Gazaram* occupaverunt. Ex com- 'muni itaque conſilio & unanimi voluntate, una cum Prælatis, magiſtris 'religioſarum domorum, & nobilium Regni Soldanos *Damaſci* & *Camelæ*, 'qui erant cum Chriſtianis pacis fœdere colligati: & contra *Coraſminos* 'inimicitias habent ſpeciales, reputantes etiam ſe per illorum adventum 'fore confuſos, & terram quam habebant Chriſtiani, juxta formam treu- 'garum, tenebantur defendere contra omnes alios *Sarracenos*, ad Chriſtia- 'norum ſubſidium duximus convocandos. Qui etſi firmiter promiſerunt & 'juraverint ſe nobis auxilium præſtaturos, illorum tamen ſuccurſu valde di- 'lato, & Chriſtianis in reſpectu pauciſſimis ſolis contra illos perfidos dubitan- 'tibus dimicare, dicti *Coraſmini* civitatem *Hieruſalem* propugnaculis penitus 'immunitam ſæpius invadebant. At Chriſtiani qui erant in illa, prædictorum 'ſævitiam metuentes, adveniendum in terram Chriſtianorum ultra ſex mil- 'lia hominum congregati paucis in civitate relictis confiſi de treugis quas 'cum Soldano de *Tracco* & Ruſticis de Montanis habebant, iter cum omni- 'bus familiis ſuis & rebus per ipſa montana ceperunt. Egreſſi vero Ruſtici 'partim illos gladio occiderunt, partim miſerabiliter captivaverunt, expo- 'nentes venales Chriſtianos utriuſque ſexus, & etiam moniales, *Sarracenis*; ex 'quibus cum aliqui evadentes *Ramenſem* planitiem deſcendiſſent, *Coraſmini* 'irruentes in eos trucidaverunt eoſdem, ita quod ex tanto populo vix eva- 'ſere trecenti ſemivivi relicti. Tandem prænominati perfidiſſimi *Hieroſo-* '*lymitanam* civitatem intrantes quaſi populo deſtitutam, Chriſtianos qui 'ibi remanſerant, ſeque infra Eccleſiam Dominici ſepulcri receptarunt, 'ante ipſum ſepulcrum crudeliter univerſos eviſceraverunt; & univer-

a f. Pacifico.

1244. 'ſos decapitantes qui in altaribus celebrabant, dicebant ad invicem, hic
Henric. 3. R. 'effundamus ſanguinem populi Chriſtiani, ubi libaverunt vinum ad hono-'rem Dei ſui quem hic dicunt fuiſſe ſuſpenſum. Inſuper cum dolore dici-'mus & cum ſuſpiriis intimamus, quod in ſepulcrum Reſurrectionis Domi-'nicæ manus ſacrilegas extendentes, illud multipliciter deturparunt: ta-'bulatum marmoreum quod circumcirca erat poſitum, funditus everten-'tes, & montem *Calvariæ* ubi Chriſtus erat crucifixus, & totam Eccleſiam 'ultra quam dici valeat, in omni turpitudine quantum in ſe fuerat fœda-'verunt. Columnas vero ſculptas quæ ante ſepulcrum Domini erant ad 'ad decorem poſitæ, ſuſtulerunt in Chriſtianorum contumeliam, ad ſepul-'crum ſceleratiſſimi *Machumeti*, in ſignum victoriæ tranſmittentes, & vi-'olatis ſepulturis felicium Regum in eadem Eccleſia collocatis, eorundem 'oſſa in Chriſtianitatis injuriam diſperſerunt. Montem inſuper *Sion*, lo-'cum reverentiſſimum, ſine reverentia profanantes, templum Domini, 'Eccleſiam vallis *Jehoſaphat*, ubi beatiſſimæ virginis eſt ſepulcrum, Eccle-'ſiam *Beedlemitanam*, & locum Nativitatis Domini, indignis relatu enor-'mitatibus polluerunt, omnium *Sarracenorum* nequitiam excedentes, qui 'licet terram Chriſtianorum ſæpius occupaſſent, loca tamen ſancta utcum-'que in veneratione ſervabant. Verum cum his omnibus non contenti, ad 'captionem & deſtructionem totius terræ ſæpedicti *Coraſmini* multipliciter 'aſpirarent, nec poſſent mala ulterius tolerari quæ cujuſlibet Catholicæ 'fidei zelatoris animum merito poterant in mœrorem & amaritudinem ir-'ritaſſe, tot injuriis & enormitatibus laceſſiti, populus Chriſtianus ad reſi-'ſtendum eiſdem prædictorum *Soldanorum* potentiam una cum Chriſtia-'norum viribus de communi conſilio duximus congregandam, ſicut olim 'per venerabilem patrem Dominum Epiſcopum *Tyberiadenſem* & noſtras 'literas veſtræ paternitati meminimus intimaſſe. Cum quibus omnibus 'contra illos quarto die menſis *Octobris* exercitus Chriſtianus de maritima '*Accon* movere incepit per *Cæſaream* & alia loca maritima procedendo. 'Ipſi vero *Coraſmini* noſtrum præſentientes adventum, & per diverſa loca 'retrocedentes, demum [a] *Gazaram* caſtra fixerunt, exſpectantes ſuccurſum 'quem Soldanus *Babyloniæ*, caput ſacrilegii, erat eiſdem tranſmiſſurus. 'Recepta vero ab eodem Soldano maxima multitudine armatorum, no-'biſque cum exercitu Chriſtiano & præfatorum Soldanorum appropin-'quantibus contra illos, eos in vigilia ſancti *Lucæ* ante *Gazaram* inveni-'mus cum multitudine infinita, habentes acies ordinatas ad bellum, noſtris 'per duces exercitus acies diſponentibus, qualiter progrederentur ad bel-'lum. Nobis [b] autem auctoritate omnipotentis Dei & ſedis Apoſtolicæ 'remiſſionem indulgentibus, de pœnitentiis peccatorum ſumma contritio '& effuſio lacrimarum ſingulis cœlitus eſt infuſa, ut mortem corporis pro 'nihilo reputantes, & ſperantes præmium ſempiternum, mori pro Chriſto 'vivere reputarent; unde etſi forte corporalis calamitas peccatis noſtris 'exigentibus ſupervenit, credendum eſt altiſſimum, qui eſt ſcrutator cor-'dium & cognitor ſecretorum, animarum lucrum potius quam corporum 'acceptaſſe. Poſt hæc autem concurrentibus noſtris una cum illis, *Sarra-'ceni* qui nobiſcum aderant ab hoſtibus ſuperati, univerſaliter ſe converte-'runt in fugam captis pluribus ex illis & interfectis; & ſic Chriſtiani ſoli 'in prælium remanſerunt. Cumque in eos *Coraſmini* cum *Babylonicis* inſi-'mul irruiſſent, eis invicem dimicantibus Chriſtiani tanquam athletæ 'Dei & fidei catholicæ defenſores, quos eadem fides & paſſio vere fecit eſſe 'germanos, fortiſſime reſtiterunt. Et cum eſſent reſpectu inimicorum 'pauciſſimi, proh dolor! ſuccubuerunt in bello, hoſtibus præliorum ad-'verſitate cedente, ita quod de conventibus domus Militiæ *Templi, hoſpita-'lis* Sancti *Johannis*, & ſanctæ *Mariæ Teutonicorum* tantummodo [c] XXXVI.

a Ante Gazaram. *b* Etiam Patriarcha & aliis Prælatis auctoritate. *c* Triginta tres.

'*Templarii*,

'*Templarii*, xxv. *Hoſpitalarii*, & tres fratres *Theutonici* evaſerunt, aliis per- 1244. *Innoc.* 4. *P.*
'emtis & captis. Optimates autem terræ & milites pro majori parte ca-
'pti & interfecti fuerunt, præter ſtragem baliſtariorum & peditum infini-
'tam. De Archiepiſcopo vero *Tyrenſi*, Epiſcopo ſancti *Georgii*, Abbate
'ſanctæ *Mariæ* de *Joſapath*, Magiſtro *Templi*, & præceptore ſanctæ *Mariæ*
'*Theutonicorum*, & quam pluribus aliis Religioſis & clericis, cum non ap-
'paruerint, plurimum dubitatur utrum in illo bello obierint, vel ſint in
'captivitate detenti; nec de ipſis adhuc ſcire potuimus veritatem. Ma-
'giſter vero *Hoſpitalis*, & Comes *Walterus* de *Brena*, heu! cum multis a-
'liis capti in *Babyloniam* ſunt deducti. Nos vero, in quos noſtris peccatis
'exigentibus omnis calamitas ſupervenit, indigni à Domini martyrio re-
'putati, evaſimus ſemivivi apud *Aſcalonem*, cum nobilibus viris, Conſta-
'bulario *Accon*, *Philippo de Monte forti*, militibus & peditibus qui evaſerunt
'de bello, receptaculum capientes; [& exinde *Joppen* venimus, reperien-
'tes locum ipſum immunitum, maxime cum Comes *Galterus* captus eſſet;
'pro cujus munitione per duos dies traximus ibi moram, dimittentes ad
'defenſionem ejuſdem ſtipendiarios, prout poſſibilitas miniſtrabat.] Et li-
'cet nobis qui cuncta perdidimus in bello prædicto, nulla ſit conſolatio in
'tot adverſitatibus & ærumnis, illud tamen quod ad præſens potuimus fa-
'cientes, illuſtribus Regi *Cypri* & Principi *Antiochiæ* noſtras literas & nun-
'cios miſimus ſpeciales, eos cum omni devotione rogando & etiam exhor-
'tando, ut in tantæ neceſſitatis articulo ad terræ defenſionem mittere de-
'beant milites & armatos; ſed quid ſint ſuper hoc facturi, neſcimus. De-
'mum apud *Accon* civitatem reverſi, & morantes in illa, ipſam civitatem
'cum tota ultramarina provincia invenimus plenam doloribus, ululatibus,
'& afflictionibus infinitis. Nec erat domus vel anima quæ mortuum ſuum
'proprium non ploraret. Cum enim ſit dolor de præteritis, timor immi-
'net præcipuus de futuris; Cum enim tota terra privata ſuffragio defen-
'ſorum [a] ſit ſufficientia deſtituta, ſuperſtites etiam ſint numero pauci in
'[b] examinationem deducti, reſtat ut Crucis hoſtibus ad votum deſiderata
'ſuccedant. Qui in maximam audaciam prodeuntes, caſtrametati ſunt in
'planitie *Acconiæ* prope civitatem per miliaria duo; & per totam terram
'libere nullo reſiſtente diſcurrunt, occupantes eandem & inter ſe quaſi
'propriam dividentes, per villas & caſalia Chriſtianorum legatos & baju-
'los præficiunt, ſuſcipientes à Ruſticis redditus & tributa quæ Chriſtianis
'præſtare ſolebant, qui etiam Chriſtianis hoſtes & rebelles effecti, præfatis
'*Coraſminis* univerſaliter adhæſerunt. Ita quod omnes *Hieroſolymitanæ*
'provinciæ Chriſtiani aliam terram non habent ad præſens, niſi muniti-
'ones quas cum maxima difficultate defendunt, [c] & totius terræ perditio
'imminet & ruina, niſi virtus altiſſimi & ſedes Apoſtolica ſubſidii manus
'duxerit apponendum ut Terræ ſanctæ in proximo paſſagio menſis *Martii*
'ſuccurratur. Dicitur etiam quod *Babylonici* apud *Gazaram* exiſtentes in
'multitudine infinita, venturi ſunt ad partes *Acconiæ*, ut ſimul cum *Coraſ-*
'*minis* obſideant civitatem. Ha, Deus, Nunquid *Rachel* filios non plorabit?
'Aut ipſa poterit oblviſci? Vel matris piiſſimæ animam filiorum excidi-
'um non affliget? Nunquid etiam ſanguis innocens filiorum qui clamant
'à terra, cor patris ad miſericordiam non compunget? Ut ſucceſſor al-
'tiſſimi qui animam ſuam dedit pro ovibus, à quo ſibi in beato *Petro* oves
'Domini ſunt commiſſæ, lupis gregem laniantibus non reſiſtat? Avertat
'hoc dictus dominus *Jeſus Chriſtus* à vicario ſuo ut terram quam ipſe pro-
'prio ſanguine conſecravit, & peregrinorum filii non ſine multa ſangui-
'nis effuſione ædificaverant, in qua etiam ſedes Apoſtolica una cum mun-
'di Principibus frequenter labores, dolores, & expenſas ſubiit in immen-
'ſum, paſtor eximius ſuis diebus deſerat in ruinam. Itaque cum ſuſpiriis

a Propugnatorumque v. M. P. *b* Exanimationem. *c* v. M. P.

'&

1244. Henric. 3. R ‘& lachrymis ſanctitatem Apoſtolicam imploramus, humiliter deprecantes in Chriſto quatenus conſiderantes ſubverſionem populi Chriſtiani, cui ſimilis in partibus tranſmarinis à memoria hominum eſt remota, attendentes etiam graviora quæ in poſterum poterunt evenire, quibus eſt velociter obviandum, pietate vobis innata, acceleratum præſidium & ſalutare conſilium apponatis. Et quia ceteras neceſſitates & univerſalem ſtatum terræ longum eſſet veſtræ beatitudini per literas explicare, mittimus ad pedes veſtræ dominationis Religioſos viros fratres [a] *J.* & *R.* ordinis fratrum *Minorum*, qui ſeriem veritatis fideliter & plenarie referent Apoſtolicæ ſanctitati. Ad illuſtres Regis *Franciæ* & *Angliæ* cum veſtris literis, ſi de veſtræ voluntatis beneplacito fuerit, proceſſuri, pietatis veſtræ clementiam humiliter implorantes, ut veſtræ dignationi placeat prædictos fratres, qui ſe pro Eccleſia Dei magnis expoſuere periculis tempore hyemali navigando, ſolita benignitate liberaliter recipere & audire. Data apud *Acconiam* [b] tali die anno Domini M. CC. XLIV.’

Literæ Apoſtolicæ de Concilio convocando.

‘[c] *Innocentius* Epiſcopus *&c.* Abbatibus & Prioribus exemtis, per *Angliam* conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dei virtus & Dei ſapientia dominus *Jeſus Chriſtus*, cujus ineffabili ſubjecta ſunt omnia majeſtati, à fundationis initio ſplendore virtutum ſuam illuſtravit Eccleſiam, & ſic inſignem reddidit ſingularis privilegio poteſtatis, ut per ejus miniſterium ſuum juſtitia conſequatur effectum, & ſedata gwerrarum turbine mundo poſſit tranquillitas provenire. Hujus enim præeminentiam dignitatis dum nos reverenter attendimus, qui Regimini generalis Eccleſiæ, licet immeriti, divina providentia præſidemus, reddimur corde ſolliciti, quod tempeſtatis horror qua ipſa turbatur Eccleſia & religio Chriſtiana concutitur, [d] veſtræ proviſionis auxilium, cæleſti pietate propitia, propulſetur. Hinc eſt quod [e] ut ipſa Eccleſia per fidelium ſalubre conſilium & auxilium fructuoſum, ſtatus debiti poſſit habere decorem, ac deplorando Terræ ſanctæ diſcrimini & afflicto *Romaniæ* Imperio prope valeat ſubveniri, ac inveniri remedium contra *Tartaros* & alios contemtores fidei Chriſtianæ, ac perſecutores populi Chriſtiani; necnon pro negotio quod inter Eccleſiam & Principem vertitur, Reges terræ, Prælatos Eccleſiarum, ac alios mundi Principes duximus advocandos. Rogamus itaque devotionem veſtram & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus ad præſentiam noſtram apud *Lugdunum* omni prorſus occaſione poſtpoſita uſque ad proximum feſtum ſancti *Johannis Baptiſtæ* perſonaliter venire curetis ut ipſa Eccleſia ex veſtræ viſitationis honore ſpirituale gaudium, ut ex veſtra induſtria conſilium percipiat profuturum. Scituri, quod nos dictum Principem in prædicatione noſtra citavimus, ut per ſe vel per ſuos nuncios in Concilio celebrando compareat, nobis reſponſurus & aliis qui aliquid contra ipſum proponendum duxerint, & ſatisfactionem idoneam præſtaturus. De perſonarum autem & evectionum numero illam cum veneritis prudentiam habeatis, quod veſtris nimis oneroſi Eccleſiis non exiſtatis. Datum *Lugduni* [a] v. Idus *Junii* Pontificatus noſtri an. II.’

De quodam antipapa in Hungaria.

‘[f] *Innocentius* Epiſcopus *&c.* venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis aliis Eccleſiarum Prælatis in Regno *Hungariæ* con-

a v. M. P. *b* Viceſimo quinto dei menſis Novembris. *c* v. M. P. 1245. p. 656. *d* Noſtræ. *e* Nos, ut. *f* Tertio Cal. Febr. M. P.

‘ſtitutis

'ſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Excæcata præſumtio hæ- 1244.
'reticæ pravitatis locuſtarum more cuncta devaſtans adeo circa *Bohemiæ* *Innoc. 4. P*
'partibus, dicitur pullulaſſe, ut non ſolum ſimplices contra matrem Ec-
'cleſiam convertat ad bellum, verum etiam Principes & potentes ex dolo-
'ſa hæreticorum fabrica in arma iniquitatis bellantia aſſeratur informiter
'formaviſſe: Protrahentes ſiquidem iniquitatem in funiculis falſitatis, in
'tantam immanitatis proruperunt audaciam, ut more ſimiæ, quæ rationis
'expers laborat animal imitari rationale, hæreſiarcham quendam quem
'papam nominant, habentem horroris diſcipulos potentes cum ingenti
'multitudine venerantur, & in ſinu alieno confoti matris gremio alieno
'virus peſtiferum exhauriunt aſpidum, lacte doctrinæ ſimplicis concul-
'cato. Volentes igitur invaleſcentis morbi corruptelæ adhibere antidota
'ſanitatis, ne ipſorum ſermo qui ſerpit ut cancer, membra occupet ſaniora,
'illius auctoritate confiſi cujus vices gerimus, qui ligandi plenam nobis
'contulit poteſtatem, excommunicamus & anathematizamus hæreſiar-
'cham quem *Bohemi* papam vocant, cum diſcipulis falſitatis ac utriuſque
'ſexus hæreticos in *Bohemiæ* Regno conſtitutos, fautores, receptatores &
'defenſores eorum; vobis per Apoſtolica ſcripta præcipientes diſtricte
'quatenus ipſos excommunicatos in terris veſtris & diœceſibus publice de-
'nuncietis, & faciatis ab omnibus arctius evitari. Si quis autem zelo fidei
'ſuccenſus, prædictorum bona invaſerit & manu occupaverit violenta,
'prout cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis *Hungariæ* digna præ-
'coniis ſtatuta decernunt, præſentis ſcripti patrocinio confirmamus, & ad
'ipſorum jus & proprietatem volumus pervenire, Cathedralium & aliarum
'Eccleſiarum in omnibus jure ſalvo. Ipſum vero hæreſiarcham & ejus
'complices, necnon potentes Regni prædicti, ac multitudinem univerſam
'qui Religione juramenti damnabiliter præſtiti, ad violentam & abjuratam
'hæreſim ſæpius ſunt relapſi, ſeculari judicio ſine ulla penitus audientia ſe-
'cundum canones decernimus relinquendos. Ne vero vobis dormientibus
'zizania pejus in deteriora proficiant, moneatis Principes, inducatis po-
'tentes, populos animetis, ut ad eradicandam injuriam Crucifixi ſe ac-
'cingant, & malos de ipſorum finibus male perdant. Data *Lugduni* XIV.
'kal. *Sept.* pontificatus noſtri anno 2.

Iſto anno miſit Dominus *Innocentius* papa IV. literas per orbem uni-
verſum pro pecunia extorquenda ab univerſali Eccleſia contra Imperato-
rem *Fredericum*.

Reſponſiones Cleri Angliæ.

'Dicunt omnes & ſinguli Rectores Eccleſiarum *Angliæ* quod contra Im-
'peratorem *Fredericum* non eſt contribuendum ut contra hæreticum, cum
'non ſit damnatus judicio Eccleſiæ; nec contra ipſum tanquam contra
'excommunicatum, cum ſit in cauſa abſolutionis, aſſerens ſtare Concilii
'generalis mandatis: nec pro eo quod occupat vel impugnat patrimonium
'Eccleſiæ *Romanæ*, quia Eccleſia non utitur brachio ſeculari niſi contra hæ-
'reticos.

'Item, Sicut Eccleſia *Romana* ſuum habet proprium patrimonium, cu-
'jus adminiſtratio pertinet ad dominum papam; ſimiliter aliæ Eccleſiæ ha-
'bent ſuum, & largitione & conceſſione Regum & Principum, quod in
'nullo eſt cenſuale vel tributarium Eccleſiæ *Romanæ*; unde non debent
'Prælati compelli de patrimonio Eccleſiarum ſuarum contribuere.

'Item, Licet argumento legis omnia dicantur eſſe Principum, non ta-
'men dominio & proprietate, ſed cura & ſollicitudine; ſimiliter Eccle-
'ſiæ ſpectant ad dominum papam cura & ſollicitudine, & non dominio
'& proprietate; unde dicunt quod nec volunt nec debent contributioni
'conſentire.

1244. Henric. 3. R. 'Item, cum dicat veritas, *Tu es Petrus* &c. reſervavit ſibi proprietatem, 'committendo curam, ſicut patet ex verbis Evangelii ſequentibus, *Quodcunque ligaveris ſuper terram, & quodcunque ſolveris &c.* Non quodcumque rapueris vel exegeris ſuper terram, erit raptum vel exactum in cœlis. 'Unde &c.

'Item, Cum ex auctoritate ſanctorum patrum fructus Eccleſiarum in 'certos uſus, puta Eccleſiæ miniſtrorum & pauperum, ſint deputati, non 'debent in alios uſus converti, niſi auctoritate univerſalis Eccleſiæ; unde 'de bonis Eccleſiæ non eſt contribuendum ad pugnandum.

'Item, Cum clericis vix ſufficiant eventus Eccleſiarum ſuarum ad victus 'quotidianos, tum propter eorum tenuitatem, tum quia nonnunquam fames ingruit, meſſe deficiente, tum quia tanta eſt multitudo pauperum, 'quorum mortem videre pro defectu alimoniæ non poſſunt, tum quia nullus poteſt niſi unicum beneficium obtinere; non ſunt ad contributionem 'compellendi.

'Item, Licet eſſet bonum contribuere, omitti debet propter ſcandalum 'ſuſcitatum contra Eccleſiam *Romanam*, quia dicitur quod publice alias 'factæ fuerunt hujuſmodi exactiones & extorſiones, & clerici depauperati, '& ſtatim, exacta pecunia, colluſerunt papa & Imperator; & ſimiliter 'modo timetur. Unde cum dicit Canon, quod licet pro ſcandalo vitando peccatum mortale committi non debet, bonum tamen quandoque omitti debet ut ſcandalum vitetur. Item, binus actus inducit conſuetudinem, unde cum alias facta fuerit contributio, ſi modo fieret, in conſuetudinem verteretur. Unde &c.

'Item, ſi contribuerent contra Imperatorem, non ſolum cruciatum 'corporis ſed mortis periculum per terram Imperatoris ſedem Apoſtolicam '& Terram ſanctam adeuntibus immineret. Unde &c.

'Item, Exhæredatio Principis *Angliæ* & magnatum terræ, conſiderata 'poteſtate Imperatoris, & debilitate & paupertate Regni *Angliæ*, ex contributione hujuſmodi immineret manifeſta. Unde &c.

'Item, Cum Rex *Angliæ* & magnates, tam jure hæreditario, quam bona '& approbata conſuetudine, habeant jus patronatus Eccleſiarum in *Anglia*, '& ſint Rectores ad eorum præſentationem inſtituti, nolunt, ſicut nec debent nec poſſunt, in aliquam contributionem conſentire inconſultis patronis; quia ſic poſſet Eccleſiis ſuis præjudicium generari, cum eædem 'Eccleſiæ per eoſdem patronos terrarum ac redditưum per hoc ſpecialiter 'collationibus ditatæ, ut Rectores earum teneant hoſpitalitates, tam divitum quam pauperum, tam clericorum quam laicorum, ſecundum ſuas facultates, locorum exigente conſuetudine, à quibus ſi procedat talis exactio, oportet ceſſare, & ita patroni jure ſuo & intentione hac cauſa donandi fraudati, & ſic donata repetere, vel ſaltem alia quærant gravamina, vel ad minus multa alia beneficia nitentur ſubtrahere.

'Item, Cum iſtud petatur contra talem ** qui fœdus iniit cum Principe ſuo, nolunt ſicut nec debent eo inconſulto contribuere.

'Item, Quod nuper alias præſtiterunt contributionem in caſu conſimili, & 'promiſſum eſſet præbentibus, auctoritate iſtius ejuſdem papæ, quod de cetero non fieret hujuſmodi exactio, de dicto gravamine adhuc ſentientes ſe gravatos, nolunt ſicut nec debent *&c.* quia timent quod ex frequenti contributione in ſervilem trahantur conſuetudinem vilius quam 'alterius nationis clerici; præcipue cum clerici *Galliæ*, ſicut acceperunt, 'non conſentiunt in hujuſmodi contributione, quia non eſt manifeſtum 'vel notorium per illam contributionem aliquod evidens emolumentum 'contigiſſe.

'Item, Cum omnes vel fere omnes voto crucis ſint aſtricti ad quæ vota 'per ſe vel per alios ſolvenda, ammonitionem papalem receperunt, cum 'hoc & contributionem ſimul & ſemel facere non ſufficiunt, nec volunt &c.

'Item

'Item, Cum eidem privilegio cruce ſignatorum tam generaliter ſint 'muniti, quibus fructus & obventiones reddituum ſuorum ſibi integre triennio conceduntur, non debent &c. *Innoc. 4. P.*

M. CC. XLV. 1245.

'Innocentius IV. papa celebravit Concilium apud *Lugdunum*, in quo 'canonizavit ſanctum *Edmundum Cantuarienſem* Archiepiſcopum; & damnavit & depoſuit *Fredericum Romanorum* Imperatorem ob cauſas magnas '& multiplices. *Concilium Lugdun.*

Magiſter *Rogerus* de *Weſeham*, Decanus *Lincolnienſis*, ad Concilium *Lugduni* conſecratur Epiſcopus *Coventriæ* & *Lich.* à domino papa *Innocentio* quarto.

Ludovicus Rex *Franciæ* & Regina uxor ſua cum tribus fratribus ſuis Comitibus ejuſdem videlicet Regis & populo innumerabili cruce ſignato, accepta benedictione apud *Lugdunum* à Domino papa, profecti ſunt in Terram ſanctam *Jeruſalem*.

Henricus Rex aggreſſus eſt *Walliam* ſcilicet *Gannen*.

Iſta Capitula ſunt ſtatuta in Concilio apud Lugdunum *pro cruce ſignatis & ſignandis.*

'Afflicti corde pro deplorandis Terræ ſanctæ periculis, ſed pro illis 'præcipue quæ conſtitutis in ipſa fidelibus noſcuntur accidiſſe, ad liberandum ipſam Deo propitio de impiorum manibus, totis affectibus aſpiramus, 'definientes ſacro approbante Concilio, ut ita cruce ſignati ſe præparent, 'quod opportuno tempore univerſis inſinuando fidelibus per prædicatores & 'nuncios noſtros ſpeciales, omnes qui diſpoſuerunt transfretare, in locis 'idoneis ad hoc conveniant deputatis, de quibus in ejuſdem terræ ſubſidium cum Divina & Apoſtolica benedictione procedant.

'Sacerdotes autem & alii clerici qui fuerint in exercitu Chriſtiano, tam 'ſubditi quam prælati, orationi & exhortationi diligenter inſiſtant, docentes eos verbo pariter & exemplo, ut timorem & amorem Domini ſemper habeant ante oculos, ne quid dicant aut faciant quod æterni Regis 'majeſtatem offendat. Et ſi aliquando in peccatum lapſi fuerint, per veram pœnitentiam mox reſurgant, gerentes humilitatem cordis & corporis, & tam in victu quam veſtitu mediocritatem ſervantes, diſſenſiones & 'æmulationes omnino vitando, rancore ac livore à ſe penitus relegatis, 'ut ſpiritualibus & materialibus armis muniti, adverſus hoſtes fidei ſecurius prælientur, non de ſua præſumentes potentia, ſed de Divina virtute 'ſperantes.

'Nobiles quidem & potentes exercitus, ac omnes divitiis abundantes, 'piis Prælatorum monitis inducantur, ut intuitu crucifixi pro quo crucis 'ſignaculum aſſumſerunt, ab expenſis inutilibus & ſuperfluis, ſed ab illis 'præcipue quæ fiunt in commeſſationibus & conviviis, abſtinentes, eas convertant in perſonarum illarum ſubſidium, per quas Dei negotium valeat 'proſperari, & eis propter hoc juxta Prælatorum ipſorum providentiam 'peccatorum ſuorum indulgentia tribuatur.

'Prædictis autem clericis indulgemus, ut beneficia ſua integre percipiant per triennium, ac ſi eſſent in Eccleſiis reſidentes; & ſi neceſſe fuerit, ea per idem tempus pignori valeant obligare.

'Ne igitur hoc ſanctum propoſitum impediri vel retardari contingat, 'univerſis Eccleſiarum Prælatis diſtricte præcipimus, ut ſinguli per loca 'ſua illos qui ſignum crucis depoſuerunt, reſumere, & tam ipſos quam alios cruce ſignatos & quos adhuc ſignari contigerit, ad reddendum Domino vota ſua diligenter moneant & inducant; & ſi neceſſe fuerit, per 'excommunicationis in perſonas, & interdicti ſententias in terras ipſorum, omni tergiverſatione ceſſante compellant.

 'Adhuc

1247. Henric. 3. R. ‘Adhuc, Ne quid in negotio *Jeſu Chriſti* de contingentibus omittatur, ‘volumus & mandamus ut Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, ‘& alii qui curam obtinent animarum, ſtudioſe proponant commiſſis ſibi ‘populis verbum crucis, obſecrantes per Patrem & Filium & Spiritum ſan-‘ctum, unum ſolum verum æternum Deum, Reges, Duces, Principes, Mar-‘chiones, Comites, & Barones alioſque magnates, necnon Communia Civi-‘tatum, villarum, & oppidorum, ut qui perſonaliter non acceſſerint in ſub-‘ſidium Terræ ſanctæ, competentem conferant numerum bellatorum cum ‘expenſis ad triennium neceſſariis, ſecundum proprias facultates, in remiſ-‘ſionem ſuorum peccaminum, prout in generalibus literis quas pridem ‘per orbem terræ miſimus, ſit expreſſum, & ad majorem cautelam inferius ‘exprimetur.

‘Hujus igitur remiſſionis volumus eſſe participes non ſolum eos qui ad ‘hoc naves proprias exhibebunt, ſed etiam illos qui propter hoc opus na-‘ves ſtuduerint fabricare; Renuentibus autem, ſi qui forte tam ingrati ‘fuerint domino Deo noſtro, ex parte Apoſtolica firmiter proteſtemur, ut ‘ſe ſciant ſuper hoc nobis in noviſſimo diſtricti examinis die coram tre-‘mendo judice reſponſuros, prius tamen conſiderantes, qua ſcientia qua-‘ve ſecuritate comparere poterunt coram Dei filio unigenito *Jeſu Chriſto* ‘cui omnia dedit pater in manus, ſi ei pro peccatoribus crucifixo ſervire ‘renuerint in hoc negotio, quaſi proprie ſibi proprio, cujus munere vivunt, ‘cujus beneficio ſuſtentantur, quinetiam cujus ſanguine ſunt redemti.

‘Ceterum ex communi Concilii approbatione ſtatuimus ut omnes omni-‘no clerici, tam ſubditi quam prælati, viceſimam Eccleſiaſticorum proven-‘tuum uſque ad triennium integre conferant in ſubſidium Terræ ſanctæ, ‘per manus eorum qui ad hoc Apoſtolica fuerint providentia ordinati; ‘quibuſdam tamen Religioſis exceptis ab hac præſtatione merito eximen-‘dis, illiſque ſimiliter qui aſſumto vel aſſumendo crucis ſignaculo ſunt per-‘ſonaliter profecturi. Nos autem & fratres noſtri, ſanctæ *Romanæ* Eccle-‘ſiæ Cardinales, plenarie decimam perſolvemus; ſciantque omnes ad hoc ‘fideliter obſervandum per excommunicationis ſententiam obligatos; i-‘taque illi qui ſuper hoc ſcienter fraudem commiſerint, ſententiam ex-‘communicationis incurrant.

‘Sane [a] quia judicio cœleſti imperatoris obſequiis inhærentes ſpeci-‘ali decet prærogativa gaudere, cruce ſignati à collectis vel talliis aliiſque ‘gravaminibus ſint immunes, quorum perſonas & bona poſt crucem aſſum-‘tam ſub beati *Petri* protectione & noſtra ſuſcipimus, ſtatuentes ut ſub ‘Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ac omnium Prælatorum Eccleſia Dei ‘defenſione conſiſtant, propriis nihilominus protectoribus ad hoc ſpeciali-‘ter deputandis; ita ut donec de ipſorum reditu vel obitu certiſſime co-‘gnoſcatur, integra maneant & quieta; & ſi quiſquam contra præſum-‘ſerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcatur.

‘Si qui vero proficiſcentium illud ad præſtandas uſuras juramento tene-‘antur aſtricti, creditores eorum ut remittant eis præſtitum juramentum, ‘& ab uſurarum executione deſiſtant, eadem præcipimus diſtrictione com-‘pelli. Quod ſi quiſquam Creditorum eos ad ſolutionem coegerit uſura-‘rum, eum ad reſtitutionem earum ſimili cogi animadverſione mandamus. ‘Judices vero ad remittendas uſuras per ſecularem compelli præcipimus ‘poteſtatem. Et donec illas remiſerint ab univerſis Chriſti fidelibus per ex-‘communicationis ſententiam eis omnino non denegetur. His vero qui ‘*Judæis* debita ſolvere nequeunt in præſenti ſic. Principes ſeculares utili ‘dilatione provideant quod poſt iter arreptum uſque quo de ipſorum ‘reditu vel obitu certiſſime cognoſcatur, uſurarum incommoda non in-‘currant, compulſis *Judæis* proventus pignorum quos interim, ipſi perce-

[a] Juſto judicio, cœleſtis.

perint

'perint in ſortem expenſis deductis neceſſariis computare, cum hujuſmodi 1245.
'beneficium non multum videatur habere diſpendii, quia ſolutionem ſic *Innoc. 4. P.*
'prorogat quod debitum non abſorbet.

'Porro Eccleſiarum Prælati qui in exhibenda juſtitia cruce ſignatis & eo-'rum familiis negligentes extiterint, ſciant ſe graviter puniendos.

'Ceterum quia Curſarii & Piratæ ſæpius impediunt ſubſidium Terræ ſan-'ctæ, capiendo & ſpoliando tranſeuntes ad illam, & redeuntes ab ipſa; 'nos eos & principales adjutores & fautores eorum, excommunicationis vin-'culo innodamus, ſub interminatione anathematis, inhibentes nequis cum 'eis ſcienter communicet in aliquo emtionis vel venditionis contracto, & 'injungentes Rectoribus civitatum & locorum ſuorum, ut eos ab hac ini-'quitate revocent & compeſcant; alioquin quia nolle perturbare perver-'ſos, nihil eſt aliud quam fovere, nec caret [a] ſcrup. .... ſo ... co .... 'ma .... fa .... definit obviare; in perſonas & terras eorum per Ec-'cleſiarum Prælatos ſeveritatem Eccleſiaſticam volumus & præcipimus ex-'ercere.

'Excommunicamus præterea & anathematizamus illos falſos & impios '*Chriſtianos*, qui contra ipſum *Chriſtum* & populum *Chriſtianum Sarracenis* 'arma, ferrum, & ligamina deferunt galearum: eos etiam qui galeas eis 'vendunt vel naves, quique in piraticis *Sarracenorum* navibus curam guber-'nationis exercent, vel in machinis quibuſlibet aliis aliquod eis impendunt 'conſilium vel auxilium in diſpendium Terræ ſanctæ; ipſoſque rerum ſua-'rum privatione mulctari, & capientium ſervos fore cenſemus [excommu-'nicatos,] præcipientes ut per omnes urbes maritimas diebus Dominicis '& feſtivis hujuſmodi ſententia publice innovetur, & talibus gremium non 'aperiatur Eccleſiæ, niſi totum quod de commercio tam damnato perce-'perint, & tantundem de ſuo, in ſubſidium prædictæ terræ tranſmiſerunt, 'ut æquo judicio, in quo deliquerint, puniantur. Quod ſi forte ſolvendo 'non fuerint, ſic alias reatus talium caſtigetur, quod in pœna ipſorum a-'liis interdicatur audacia ſimilia præſumendi.

'Prohibemus inſuper omnibus Chriſtianis & ſub anathemate interdici-'mus, ne in terras *Sarracenorum* qui partes orientales inhabitant, uſque ad 'quadriennium tranſmittant aut tranſvehant naves ſuas, ut per hoc volen-'tibus transfretare in ſubſidium Terræ ſanctæ major navigii copia prepa-'retur, & *Sarracenis* prædictis ſubtrahatur auxilium quod eis conſuevit ex 'hoc non modicum provenire.

'Licet autem torneamenta ſint in diverſis Conciliis ſub certa pœna ge-'neraliter interdicta, quia tamen hoc tempore crucis negotium per ea 'plurimum impediatur, nos illa ſub pœna excommunicationis firmiter 'prohibemus, uſque ad [b] triennium exerceri.

'Quia vero ad hoc negotium exequendum eſt permaxime neceſſarium, 'ut Principes & populi Chriſtiani adinvicem pacem obſervent, ſancta uni-'verſali ſynodo ſuadente, ſtatuimus ut ſaltem per quadriennium in toto or-'be Chriſtiano pax generaliter obſervetur, ita quod per Eccleſiarum Præla-'tos, diſcordantes reducantur ad plenam pacem, aut firmam treugam invi-'olabiliter obſervandam, & qui adquieſcere forte contemſerit, per excom-'municationem in perſonas, & interdictum in terras, arctiſſime compel-'lantur, niſi tanta fuerit injuriatorum malitia quod ipſi tali non debeant 'pace gaudere. Quod ſi forte cenſuram Eccleſiaſticam vili penderint, po-'terunt non immerito formidare, ut per auctoritatem Eccleſiæ contra eos 'tanquam perturbatores negotii Crucifixi, ſecularis potentia inducatur.

'Nos ergo de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Apoſtolorum '*Petri* & *Pauli* auctoritate confiſi, ex illa quam nobis licet indignis Deus 'ligandi atque ſolvendi contulit poteſtatem, omnibus qui laborem iſtum

[a] Scrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit. [b] Exerceri.

1235. 'in propriis perſonis ſubierint & expenſis, plenam ſuorum peccaminum de
Henric. 3. R. 'quibus veraciter fuerint corde contriti & ore confeſſi, veniam indulgemus, '& in retriburione juſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum. Eis 'autem qui non in propriis perſonis illuc acceſſerint, ſed in ſuis duntaxat 'expenſis juxta facultatem & qualitatem ſuam viros idoneos deſtinave-'rint, & illis ſimiliter qui licet in alienis expenſis, in propriis tamen perſo-'nis acceſſerint, plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum. Hujus 'quoque remiſſionis volumus & concedimus eſſe participes, juxta quanti-'tatem ſubſidii & devotionis affectum, omnes qui ad ſubventionem il-'lius terræ de bonis ſuis congrue miniſtrabunt, aut circa prædicta conſi-'lium & auxilium impenderint opportunum, omnibus etiam pie profici-'ſcentibus in hoc opere, ſancta & univerſalis ſynodus orationum & benefi-'ciorum ſuorum ſuffragium impartitur, ut eis digne proficiat ad ſalu-'tem. Amen.

Examinatio facta de Tartaris *apud* Lugdunum *per dominum papam.*

Inter ceteros mundi prælatos venit ad Concilium apud *Lugdunum* Archiepiſcopus *Ruthenus*, nomine *Petrus*, qui, prout quidam aſſerebant de Concilio venientes, neque *Latinam* neque *Græcam* neque *Hebraicam* novit linguam, & tamen per Interpretem peroptime coram domino papa expoſuit Evangelium. Ipſe etiam ſeorſum vocatus cum domino papa ceteriſque Prælatis in Divinis, ſacris veſtibus indutus, ſed non eo modo quo ipſi, Divinorum aſſiſtebat celebrationi.

Examinatio de Tartaris.

Requiſitus *Petrus* Archiepiſcopus de *Ruſſia* ſuper factis *Tartarorum*.

De Tartaris.

Primo de *origine*, Secundo de *modo credendi*, Tertio de *ritu colendi*, Quarto de *forma vivendi*, Quinto de *fortitudine*, Sexto de *multitudine*, Septimo de *intentione*, Octavo de *obſervantia fœderis*, Nono de *nunciorum receptione*.

Reſpondit ſic.

Primo de ipſorum *origine* dicit,

Quod reliquiæ *Madianitarum* fugientes à facie *Gedeonis* uſque ad remotas partes orientis, receperunt ſe in quodam deſerto quod dicitur *Ethren:* illi autem habebant XII. duces, quorum major dicebatur *Tatarkan*, à quo *Tartari* dicti ſunt; ab illo autem deſcendit *Cliyrcam*, qui habuit tres filios, nomen primogeniti *Theſſirican*, nomen ſecundi *Curthican*, nomen tertii *Bathatarcan*. Qui quamvis eſſent montibus eminentiſſimis & quaſi immeabilibus circundati, provocati tamen à *Curceuza* nepte *Salbatin* domini cujuſdam magnæ Civitatis quæ vocatur *Ornac*, exierunt, pater ſcilicet & tres ejus filii, cum magna multitudine armatorum & interfecto *Salbatin*, & *Ornac* civitate ejus occupata, *Curceuzam* [a] nepotem ejus per multas provincias inſecuti ſunt. Provincias vero ipſum recipientes devaſtaverunt; inter quas pro magna parte devaſtata eſt *Ruſſia*. Jam ſunt XXVI. anni elapſi. Mortuo vero patre, tres fratres ab invicem ſunt diviſi. *Teſſirican* autem ivit contra *Babylonios*, *Curthican* contra *Thurcos*, *Bathatarcan* remanſit *Ornachi*, & miſit Principes ſuos contra *Ruſſiam*, *Poloniam*, & *Hungariam*, & alia multa Regna. Qui quidem tres cum ſuis exercitibus

a f. leg. neptem.

modo

modo circa partes intimas *Syriæ* ſunt conjuncti, & jam ut dixerunt, tranſierunt circiter XXXIV. anni ex quo exierunt de deſerto *Ethren.* 1245. *Innoc.* 4. *P.*

De modo credendi *Reſpondit,*

Quod unum dominatorem mundi credunt; unde cum legationem emitterent ad *Ruthenos*, mandaverunt in hæc verba: *Deus & filius ejus in cælis, Chyrtan in terris.*

De forma vivendi *Reſpondit,*

Quod carnes comedunt jumentinas, caninas, ac alias quaſcumque, humanas etiam in neceſſitate, non crudas tamen, ſed coctas. Aquam bibunt & lac. Graviter puniunt ſcelera, ſcilicet fornicationes, furta, adulteria, homicidia, ultimo ſupplicio. Uxores habent unam vel plures. Ad convictum familiarem, vel ad negotiorum tractatus, vel ad conſiliorum ſecreta, alias nationes non admittunt. Seorſum ab omnibus aliis diviſi caſtrametantur, quibus ſi quis alienorum irrepſerit, confeſtim trucidatur.

De ritu colendi *Reſpondit,*

Quod quolibet mane manus ad cœlum levant. Comedentes, primum moyſellum in aera faciunt. Bibentes, prius partem in terram fundunt, in veneratione creatoris, & dicunt ſe habere ſanctum *Johannem* ductorem. In novilunio multum gaudent.

De fortitudine *Reſpondit,*

Quod fortiores & agiliores nobis ſunt. Mulieres more maſculorum equitant, militant, & ſagittant. Arma habent de corio multiplici & vix penetrabilia, ad muniendum. Arma habent ferrea ad impetendum. Machinas habent multiplices, & recte jacientes. Sub divo jacent de intemperie temporum quaſi non curantes.

De *Multitudine*, non dedit certum reſponſum; tamen dixit quod quaſi de omnibus nationibus & ſectis univerſis ſunt illis populi multi aggregati.

De intentione *Reſpondit,*

Quod intendunt totum mundum ſibi ſubjugare, & quod inſinuatum eſt Divinitus, quod debent totum mundum per XL. annos uno minus vexare: Aſſerentes, quod ſicut olim animadverſio Divina purgavit mundum per diluvium, ſic in præſenti ipſorum depopulatione purgabit ipſum mundum per vaſtationem gladii. Item credunt ſe habituros durum congreſſum cum *Romanis* & aliis *Latinis*, & eſt eis ambiguum utrum vincant vel vincantur; quod ſi vincant, debent dominari toti orbi.

De obſervantia fœderis *Reſpondit,*

Quod ſatis obſervant fœdera illis qui ſe ſponte illis tradunt, accipientes ab eis bellatores, artifices ad varias ſervitutes, nullatenus eis parcentes qui eorum inſultus exſpectant.

De nunciorum receptione *Reſpondit,*

Quod benigne eos admittunt, expediunt, & remittunt.

In

1245. Henric. 3. R. In fine requiſitus de tranſmeatione fluminum & marium, dixit, Quod flumina tranſeunt in equis, & quod in tribus locis parant navigia ſuper mare.

Dixit etiam quod quidam de *Tartaris*, nomine *Kaladin*, gener *Chyrcan*, exulatus eſt in *Ruſſia*, quia deprehenſus fuit dixiſſe mendacium. Cui quidem ob gratiam uxoris ſuæ parcitum eſt ne occideretur.

Super factis *Tartarorum* eum plenius non inſtruxit.

De libertate Capellarum Domini Regis.

'*Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* univerſis Chriſti fidelibus ad quos 'præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod 'nuncii noſtri quos nuper pro negotiis noſtris & Regni noſtri ad generale 'Concilium apud *Lugdunum* celebratum deſtinavimus, inter plura privi-'legia nobis & Regno noſtro à Domino papa *Innocentio* conceſſa, unum 'nobis de immunitatibus, exemtionibus, & libertatibus capellarum noſtra-'rum detulerunt, in hæc verba:

Innocentius Epiſcopus ſervus &c. cariſſimo in Chriſti filio *Henrico* Regi *Anglorum* illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Tanto libentius celſitudinis tuæ precibus benignum impartimur aſſenſum, quanto inter Reges & Principes Chriſtianos te ſpecialius in Domino reputamus dilectum & devotum. Tuis itaque ſupplicationibus inclinati, diſtrictius inhibemus, ne aliquis ordinarius, aut etiam delegatus, vel etiam ſubdelegatus, in capellas Regias & oratoria earundem, Eccleſiæ *Romanæ* immediate ſubjecta, ſeu Canonicos vel ſervientes eorundem, contra tenorem privilegiorum aut indulgentiarum Apoſtolicæ ſedis, excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgare, ſeu aliquod ipſis onus imponere, quod aliis exemtis Eccleſiis non conſuevit imponi, abſque mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, quod expreſſam faciat de inhibitione hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemtare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ſe noverit incurſurum. Data *Lugduni* XII. kal. *Auguſti*, pontificatus noſtri anno.

'Volentes igitur privilegium illud in perpetua firmitate manere, vobis 'univerſis & ſingulis mandamus, quatenus illud inviolabiliter obſervetis & 'obſervari faciatis; & ne aliquis contra prædictum privilegium aliquid au-'deat attemtare, ſedem Apoſtolicam appellamus. T. meipſo apud *Weſtmo-'naſterium* XX. die *Martii*, anno Regni noſtri XXX.

'*Innocentius* Epiſcopus &c. venerabili fratri *Coventriæ* & *Lich.* Epiſcopo 'ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Mente ſolliciti ſemper exiſtimus, 'ut ſic honorem & gratiam perſonis quamcumque ſublimibus conferamus, 'quod nullus ex hoc ſibi præjudicium fieri, aut jacturam intelligat generari. 'Sane obtenti in Chriſto cariſſimi filii noſtri *H.* illuſtris Regis *Angliæ*, pridem 'per Apoſtolicas literas inhibuiſſe dicimur, quod nullus ordinarius, aut dele-'gatus vel ſubdelegatus ab ipſo, ſine ſpeciali mandato ſedis Apoſtolicæ ex-'preſſam faciente de inhibitione hujuſmodi mentionem, in capellas & ora-'toria Regis, ejuſdem Eccleſiæ *Romanæ* immediate ſubjecta, aut in Canoni-'cos vel ſervientes illorum, contra indulta privilegiorum prædictæ ſedis, 'excommunicationis vel interdicti ſententiam audeat promulgare, aut ali-'quod ipſis onus imponere, quod aliis exemtis Eccleſiis non conſuevit im-'poni: propter hoc ſiquidem ſanctæ *Mariæ* de *Stafford*, beatæ *Mariæ* de '*Salopia*, ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Bruges*, de *Tetenhal*, & quarundam 'aliarum Eccleſiarum parochialium, ſeu capellarum ad illas ſpectantium, 'Rectores Canonici *Coventriæ* & *Lich.* Diœceſis, eas capellas eſſe Regias 'aſſerentes, in quibus prædeceſſores tui, ac locorum Archidiaconi, qui fu-'ere pro tempore, celebrare ſynodos, ac alia jura Epiſcopalia & Archidia-

conalia

'conalia exercere, necnon de cauſis omnibus ſervitorum & miniſtrorum 1245.
'parochianorum earundem Eccleſiarum ſeu capellarum ad Eccleſiaſticam *Innoc.* 4. P.
'juriſdictionem ſpectantibus cognoſcere conſueverunt libere ab antiquo, ſe
'juriſdictioni tuæ temere ſubducere molientes, tibi de præfatis reſpondere juribus, ac obedire in aliis, ut tenentur, denegant minus rite, cognitionem
'cauſarum ipſarum ſibi nequiter uſurpantes, & committentes eaſdem ipſorum clericis terminandas, in tuum grave præjudicium, & Eccleſiæ tuæ non
'modicum detrimentum. Cum itaque noſtræ intentionis non fuerit, nec
'exiſtat, quod prætextu inhibitionis hujuſmodi, deberet in aliquo tuis juribus derogari, fraternitati tuæ præſentium auctoritate concedimus, ut
'circa præfatos Rectores & Canonicos, quod tibi ſuper præmiſſis intendant
'omnimode ut tenentur, non obſtante inhibitione ipſa, libere, appellatione remota, officii tui debitum exequaris, contradictores per cenſuram
'Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Data *Lugduni* IV.
'idus *Auguſti*, pontificatus noſtri anno.

M. CC. XLVI. 1246.

Iſto anno miſit dominus papa *Innocentius* IV. diverſas literas in *Angliam*, ex quibus articuli colliguntur & extrahuntur ſubſequentes.

Ex primo Reſcripto domini papæ colligitur, quod papa exegit medietatem omnium proventuum Eccleſiaſticorum per triennium, à tempore Concilii *Lugduni*, quarundam perſonarum, & quarundam viceſimam & quarundam tertiam partem. Data *Lugduni* II. kal. *Maii*, pontificatus *J.* papæ anno III.

Ex ſecundo colligitur, quod papa exigit medietatem omnium tam dignitatum & perſonarum, quam præbendarum Eccleſiarum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, perſonarum illarum quæ in ipſis per ſex menſes ad minus reſidentiam non faciunt perſonalem, ſive unum habeant beneficium ſive plura, exceptis illis qui morantur in obſequiis papæ, & fratrum ſuorum, vel Prælatorum ſuorum, ſive in peregrinatione, vel ſcholis, & exceptis quibuſdam aliis qui non exprimuntur in Reſcripto illo.

Colligitur etiam ex eodem Reſcripto, quod medietas omnium beneficiorum clericorum, qui propter abſentiam ſuam ab Eccleſiis ſuis nullos vel paucos proventus percipiunt ex conſuetudine Eccleſiarum, ſed illi proventus converti ſolent in uſus reſidentium, ſive Eccleſiarum, vel capitulorum, aut Canonicorum, aſſignetur per triennium in ſubſidium imperii, non obſtantibus aliquibus &c. Data ſicut ſuperius.

Ex tertio colligitur, quod ſi capitula vel perſonæ aliquæ conſueverunt de ſtatuto vel conſuetudine percipere aliquid uſque ad annum vel amplius de beneficiis vacantibus, medietas talium proventuum aſſignetur in ſubſidium Imperii, etiamſi hujuſmodi beneficia aliis perſonis conferri contingat. Et papa vult quod hoc extendatur ad *Templarios*, *Hoſpitalarios*, *Cyſtercienſes*, & alios Religioſos, non obſtantibus *&c.* Data anno prædicto.

Ex quarto colligitur, quod omnes publice denuncientur excommunicati qui in fraudem hujus conſtitutionis ſcholas vel peregrinationes adierint, vel ſubierint obſequia Prælatorum, vel officium hujuſmodi procurationis, vel in hoc ſcienter fraudem fecerint; & poteſtatem abſolvendi tales Epiſcopo *Londonienſi* commiſit. Datum ſicut primum.

Quintum Reſcriptum eſt ipſa Conſtitutio in qua exprimuntur perſonæ exceptæ in primo Reſcripto, & adjicit de illis exceptis, illos qui Eccleſiarum ſuarum negotia procurant de mandato Prælatorum ſuorum, & cruce ſignatos, & ſignandos, in ſubſidium Terræ ſanctæ vel Imperii. Et ſi qui omnium exceptorum, præter cruce ſignatos & cruce ſignandos, procuratores, ſeu proficientes, habeant centum marcas in redditibus, ſolvant viceſimam; & qui habent ultra centum, ſolvant tertiam illius reſidui, & ni-

1244. hilominus viceſimam illarum centum. Et qui fraudem ſuper hoc fece-
Henric. 3. R. rint &c.

Et adjicitur quod eadem venia peccaminum, & idem privilegium, & eadem immunitas conceditur omnibus imperio *Romano* ſubvenientibus, quæ Terræ ſanctæ indulgentur. Data ut prius.

Convocatis iſto anno ad Parliamentum apud *Weſtmonaſterium* totius *Angliæ* magnatibus cum clero, proviſæ fuerunt ibidem reſponſiones & objectiones cum literis eorum ſpecialibus contra præſcripta gravamina per nuncios ſpeciales ſummo Pontifici deſtinandæ.

Literæ ex parte cleri, cum objectionibus.

[a] Summo Pontifici, Clerus *Angliæ* pedum oſcula *&c.* Divinæ providen-'tia majeſtatis in numero, pondere, & menſura diſponens univerſa, Eccle-'ſiæ ſuæ ſic jecit in petra ſolida fundamentum, ut ſuper ſtructuram ſtabi-'lis fundamenti cemento ſanguinis filii ſui fortius ſolidati facilius & felicius 'ſurgeret paries erigendus. Eccleſia quidem univerſalis quæ à ſanguine 'Chriſti, qui plus clamat veniam quam vindictam, ſic ſuo ſponſo diſpo-'nente, ſub uno patre regitur ac paſtore, ſicut arca in cataclyſmo re-'gebatur, in cubito conſummata. Sane Chriſtus Dei virtus & ſapientia 'Eccleſiam univerſalem tanquam ſponſam unicam ſibi copulavit, quia 'una eſt columba ſua, electa ſua, quæ licet in [a] particulare ſit diviſa, 'non tamen eſſe debet à cultu Divino diſcrepans vel diverſa. Eccleſia 'quidem *Anglicana* ſe ſemper ſponſo ſuo, qui cum ea contraxit in utero 'virginali, abſque macula ſive ruga inceſſanter exhibuit glorioſam. De 'civitate enim Dei ſcilicet Eccleſia *Anglicana*, uſque ad tempora noviſſi-'ma dicta ſunt glorioſa, quæ ſacroſanctæ Eccleſiæ *Romanæ* membrum ſpe-'ciale, mons *Libani*, decor *Carmeli* & *Saron*, in divinis obſequiis frequens 'ac ſollicita, cum candore munditiæ tanquam aquam effundens, puras ad 'Deum levat manus, [b] orationis thara ad conſiſtorium Trinitatis jugi-'ter dirigendo. Licet autem divinis obſequiis ſit intenta, non mo-'dicum condolet, triſtatur, & turbatur propter exactiones, oppreſſiones '& tribulationes multimodas, quæ invenerunt eam nimis. Quia ut ex aſ-'ſertione magnatum, & clamore populi accepimus, ventus irruens à deſer-'to quatuor ipſius angulos tanquam domum *Job* impulit vehementer & 'concuſſit. Unde ipſa plauſum in planctum, & lætitiam commutavit in 'lamentum. Quia anima ejus in amaritudine eſt, niſi per veſtræ gratiam 'majeſtatis caput ejus jam demiſſum ſubliminus elevetur. Ad vos igitur, 'pater reverende, tanquam ad columnam quam fixit Deus, non homo, 'Eccleſia *Anglicana* recurrit, confidenter ſperans in Domino qui facit bo-'nitatem, quod contra oppreſſiones ipſius ſalubrem adhibebitis medici-'nam, & per juſtitiam quæ de cœlo proſpexit mediante Dei & hominis 'unione, jus ſuum unicuique tribuens, & in ſua juſtitia conſervabitis uni-'verſos. Cum igitur ſimus ſacroſanctæ Eccleſiæ *Romanæ* filii fideles ac de-'voti, ut jacula præviſa minus lædant, præmiſſa ſedi Apoſtolicæ duximus 'intimanda, videntes eidem multiplex periculum imminere, & niſi in 'multis à vobis contingat remedium adhiberi, timendum eſt ne tumultus 'fiat in populo, ſcandalum oriatur, & ſchiſma multipliciter generetur. Com-'movetur enim populus contra Regem, ab ipſius fidelitate recedere pro-'ponentes, niſi contra morbos imminentes per potentiam Regiam citius 'occurratur. Afferunt enim proceres & magnates, quod ſi Eccleſiæ collata 'Monaſteriis ab eiſdem, clericis *Italicis* conferantur, ipſas Eccleſias & alia 'beneficia in proprietatem ſuam juſte poſſunt revocare: quia ex eis fructus 'provenientes ad uſus pauperum & peregrinorum debent de jure deputari,

a v. Mat. Par. p. 700. *b* Particulares. *c* Orationis thura.

'cum

'cum hoc fuiſſet intentio conferentium, & cauſa conferendi. Provideat 1246.
'ergo ſanctitas veſtra, ut Regnum & ſacerdotium nullatenus ſint diviſa: Innoc. 4. P.
'quia ſi Eccleſia *Anglicana*, quæ quondam fuit poſita in ſuperbiam ſeculorum, ſecundum verbum propheticum, quaſi terra gigantum, detrahatur in ruinam, inter Regnum & ſacerdotium diviſione facta gemat tam populus quam ſacerdos, & ex hoc ſtrages multorum poſſet ſubſequi ſine mora. De injuriis autem de quibus proceres & magnates conqueruntur, per latores præſentium poteritis edoceri, ut correctione ſubſequente mœror eorum in gaudium convertatur. Sanctitatem veſtram Eccleſiæ ſuæ conſervet altiſſimus per tempora longiora.

Objectiones & Reſponſiones ex parte Cleri.

'Si nota eſſet conditio & ſtatus Regni *Anglicani* domino papæ & ejus fratribus tempore Concilii, nunquam ad ſtatuta illa promulganda aliqua ratione proceſſiſſet. Et ſi eſſent ei expoſita pericula & incommoda, quæ occaſione hujus ſtatuti imminere poſſent Eccleſiæ *Anglicanæ*, ad hæc ſtatuendum nullatenus moveretur. In Eccleſiis enim Cathedralibus ita obtentum eſt & obſervatum, quod per Canonicos in eiſdem reſidentes, quorum in quibuſdam Eccleſiis modica eſt portio de proventibus Eccleſiaſticorum beneficiorum [b] quæque in diverſis locis obtinent, minores clericos exhibent, & alios Eccleſiæ miniſtros; quorum portionem ſi contingat uſque ad medietatem defalcari, peribit obſequium Eccleſiæ, Canonicis non valentibus ipſos exhibere, cum ipſi Canonici, tanta portione defalcata, in Eccleſiis cathedralibus reſidere non valeant. Et ſi in eiſdem [c] duxerit reſidendum, de medietate beneficiorum exteriorum nec ſeipſos aut etiam alios poterunt ſuſtentare. Et maxime cum dominus papa medietatem portionis abſentium in uſus terræ *Romanæ* intendat applicare, computata portione non reſidentis ac ſi & ipſe reſideret; nec etiam deductis [d] omnibus aut expenſis, quas circa collectionem fructuum, & alia multa fieri contingit; quibus non deductis vix quarta pars penes Canonicos remanebit.

'Item, Cum loca religioſa per Regnum *Angliæ* conſtituta, in proventibus de Eccleſiis parochialibus ſint fundata, & vix in præſenti ipſis ſufficiant beneficia cum aliis poſſeſſionibus ſic collata; ſi illorum beneficiorum medietas ipſis ſubtrahatur, compelletur una medietas mendicare, aut continget hoſpitalitatem ſubtrahi, aut utrumque in aliquibus locis fieri, [e] quia ſine ſcandalo & animarum periculo fieri non poſſet; cum aliquos ex ipſis per orbem contingeret evagari, & ejuſdem evagationis prætextu [f] inpurgatum multiplex intendere, non obſervata ſanctorum patrum regula, ad quam ex voto tenentur aſtricti.

'Item, Cum in Regno *Angliæ* hactenus ſit obtentum & de conſuetudine obſervatum, ut Rectores Eccleſiarum parochialium huc uſque valde hoſpitales extiterint, parochianis ad inopiam vergentibus alimenta præbere conſueverunt, & eo prætextu non ſolum ſummo Creatori placere conati ſunt, ſed etiam laicis quibuſcumque quibus clerici opido infeſti eſſe conſueverunt, deducta medietate beneficiorum neceſſe habebunt hoſpitalitatem ſubtrahere, & conſueta pietatis opera denegare; quibus ſubtractis incurrent odium ſubditorum, amittent gratiam tranſeuntium & vicinorum, ſubtrahentur Rectoribus Eccleſiarum jura, nec ipſis prætextu paupertatis ea defendere valentibus, ab ipſis laicis penitus opprimentur, in univerſalis Eccleſiæ ſcandalum & jacturam. Quidam vero ex eis cum habeant beneficia quæ ad reſidentiam ſex menſium non ſufficiant, & vix aliunde victualia quærant; ſi reſecetur illorum beneficio-

a v. M. p. 716. *b* Quæ. *c* Duxerint. *d* Oneribus. *e* Quod. *f* In peccatum multiplex incidere.

1246. Honor. 3. P. 'rum medietas, compellentur mendicare, continget in eorundem Eccle'ſiis obſequia Divina ceſſare; quibus ceſſantibus earundem parochiarum '& decimarum vel proventuum ſolutiones ceſſabunt, nec erit qui Eccleſiæ 'jura præ inopia proſequatur, vileſcet Eccleſiæ dignitas, clericorum cœ'tus erit in contemtum, ceſſabunt prædicationes; animarum cura omit'tetur, fides exinde periclitabitur, populo contemnente prælatorum doctri'nam & correctionem.

'Item, Cum de bonis Eccleſiaſticarum perſonarum pauperes quorum 'infinitus eſt numerus, per annum ſuſtententur, & multi generoſi eorum 'conſanguinei, & alii qui in eorum obſequiis commorantur, de bonis 'ipſorum victualia necnon & ſtipendia recipiant; ſubducta medietate pro'ventuum, ceſſabunt eleemoſynæ, licentiabuntur familiæ; ad quod ſi de'veniatur, quod abſit, pauperes famæ peribunt, alii vero, cum fodere non 'valeant, & mendicare erubeſcant, antequam fame pereant, neceſſe habe'bunt furtis, rapinis & deprædationibus incumbere. Ex quibus multa 'ſequentur homicidia, inſurget tumultus populi, & de facili totius Regni 'turbatio.

'Item, Cum multi ſint clerici in Regno *Angliæ* ære alieno prægravati 'graviter, ſi non ſubducto ære alieno, & ſi non ſubductis expenſis quarum 'æſtimatio ſextam partem redditūum [a] commanet, quarum deductionem 'vix [b] aliquis ſolet impedire; ſi non deductis oneribus conſiſtentibus & 'penſionibus Prælatorum & procurationibus, & Eccleſiarum & ornamento'rum reparatione, proventuum medietas exſolvatur, ipſis de reſiduo vi'vere non valentibus, compellentur egere, cum tamen in talibus perſonis 'haberi debent ratio ne egeant, [c] maxime niſi immineat ſcandalum uni'verſalis Eccleſiæ.

'Item, Cum nuper nomine viceſimæ, ſex millia marcarum domino papæ 'ſint ſoluta, habita ratione æſtimationis viceſimæ ad æſtimationem medi'etatis, ſumma petitæ pecuniæ ſexaginta millium marcarum ſummam con'tinere continget, una cum ſexta parte redditūum quam in collectione 'fructuum refundere contingit, cum partem illam non deducat; & cum 'præter hæc à perſonis in primo mandato exceptis, ab his qui centum mar'cas in redditibus obtinent, viceſimam, & ad his qui ampliores habent red'ditus, partem tertiam habere nitatur; uſque ad ſummam quater xx. mil'lium marcarum de bonis clericorum per annum redigere oporteret; Ad 'cujus quidem pecuniæ ſolutionem vix totum Regnum *Angliæ* ſufficere 'poſſet, [d] quantum minus & cleri, cum eorum bona tantummodo in fru'ctibus exiſtent, qui licet venales annuatim exponi conſueverunt, de ea'dem tamen pecunia multæ fuerunt emtiones, cum de manu ad manum 'pecunia proficiſci contingat, & in Regno remaneat; ac ſi contingat de 'ſingulis venditionibus pecuniam deducere, & extra Regnum deportare, 'deficerent emtores, nec contingeret in toto Regno tantam pecuniæ 'ſummam invenire, [e] quæ in gravi neceſſitatis caſu per experientiam alias 'eſt declaratum, videlicet cum nobilis memoriæ quondam *Angliæ* Rex '*Ricardus* in partibus remotis captus eſſet & detentus, ad ipſius liberatio'nem centum millia marcarum ſoluta fuerunt, ad quod ſolvendum Re'gnum totum contribuerat, nec exſolvi poterat ad plenum, niſi ad hoc 'perficiendum cruces & calices Eccleſiarum in ſolutum pro parte trade'rentur; quanto minus & nunc de bonis cleri tantum tanta pecuniæ ſum'ma redigi poſſet, cum ipſam contingeret infra triennium triplicare. 'Cum igitur huic exactioni contradicat Eccleſia *Anglicana* per procurato'res [ad contradicendum deſtinatos, & maxime cum in Concilio huic ſta'tuto ſolemniter contradictum fuerit; petunt procuratores] ut hanc con'tradictionem communem domino papæ inſinuare velitis, pro ſtatu *Angli-*

a Continet. *b* Aliquis caſus. *c* Et maxime ubi immineret. *d* Quanto minus & Clerici. *e* Quod.

'*canæ*

'*canæ* Eccleſiæ, præſentiam Domini noſtri *Jeſu Chriſti* appellantes, & Con- 1246.
'cilii univerſalis aliquo tempore per Dei gratiam convocandi. *Innoc. 4. P.*

Literæ magnatum Angliæ *cum ſuis rationibus domino papæ dirigendæ.*

'[a] Sanctiſſimo patri in Chriſto cariſſimo *J.* Dei gratia univerſalis Eccle-ſi æ, ſummo Pontifici, devoti filii *R.* Comes *Cornubiæ*, *S.* de *Monte Forti* 'Comes *Leyceſtriæ*, *W.* de *Ferrariis* Comes *Derbeiæ*, *H.* de *Boun* Comes *Her-* '*ford*, & *Eſſexiæ*, *R.* de *Bigot* Comes Norfolk [& Suffolk, Mareſcallus *Angliæ*] '*R.* Comes *Glouceſtriæ* & [b] *Herford*, *R.* Comes de *Wintonia*, *W.* Comes *Al-* '*bemarliæ*, *H.* Comes *Oxoniæ*, & alii totius *Angliæ* Barones, proceres, & 'magnates, ac nobiles portuum maris habitatores, necnon & clerus, & po-'pulus, ſalutem & debitam tanto pontifici in omnibus reverentiam. Sic 'mater Eccleſia filios ſuos tenetur confovere, ipſos ſub alas ſuas congre-'gando, ut filii ſui non degenerent in obſequio matris ſuæ, ſed pro matre, 'ſi neceſſe fuerit, manum ſuam mittant ad fortia, & arma & ſcutum aſſu-'mentes, pro defenſione ſua cuilibet diſcrimini ſe opponant, de cujus ube-'ribus lac ſugunt conſolationis, & ad ipſius dependent ubera pietatis. Ma-'ter enim filiorum uteri ſui debet reminiſci, ne ſi ſecus fiat, lactis pabulum 'ſubtrahendo videatur novercari. Pater etiam à filiis ſuis ſubtrahens pieta-'tem non pater ſed vitricus merito debet appellari, cum filios naturales, 'ſpurios reputat [c] eſſe privignos. Idcirco, pater reverende, currus *Iſrael* & 'auriga ejus, ad aſylum veſtræ pietatis recurrimus confidenter, clamantes 'poſt vos, implorantes etiam humiliter & devote, quatenus ob ſpem retri-'butionis Divinæ voces clamantium poſt vos dignemini miſericorditer ex-'audire, & gravaminibus, injuriis, & oppreſſionibus Regno *Angliæ* & do-'mino noſtro Regi multipliciter impoſitis ac illatis, velitis ſalubre remedi-'um adhibere. Alioquin neceſſe eſt ut veniant ſcandala, clamore populi 'tam dominum Regem quam nos intolerabiliter impellente; quoniam niſi 'de gravaminibus domino Regi & Regno illatis, Rex & Regnum citius li-'berentur, oportebit nos ponere murum pro domo domini, & libertate 'Regni; quod quidem ob Apoſtolicæ ſedis reverentiam hucuſque facere 'diſtulimus, nec ultra reditum nunciorum noſtrorum, qui propter hoc ad 'ſedem Apoſtolicam mittuntur, diſſimulare poterimus, quin Regni *An-* '*gliæ* tam clero quam populo, qui talia nullatenus ſuſtinebunt, pro viri-'bus noſtris ſubveniamus. Et niſi citius prædicta per vos corrigantur, pro 'certo teneat veſtra ſanctitas, quod non immerito timeri poteſt quod tam 'Eccleſiæ *Romanæ* quam domino Regi tale periculum imminebit, quod 'eidem remedium, quod abſit, de facili non poterit adhiberi.

Gravamina ſummo pontifici porrecta.

'[d] Regnum *Angliæ* gravatur, eo quod dominus papa non eſt contentus 'illo ſubſidio quod vocatur *denarius beati Petri*, ſed à toto clero *Angliæ* 'gravem extorquet contributionem, & adhuc graviora nititur extorquere; '& hoc facit ſine conſenſu domini Regis, & aſſenſu, & contra antiquas 'conſuetudines, libertates, & Regni Jura, & contra appellationem & con-'tradictionem Procuratorum Regis & Regni in generali Concilio [apud '*Lugdunum*] factam.

'Item gravatur, eo quod patroni Eccleſiarum ad eas cum vacaverint, 'clericos idoneos præſentare non poſſunt, prout dominus papa eis conceſ-'ſit; ſed conferuntur Eccleſiæ *Romanis* qui penitus idioma Regni igno-'rant, in periculum animarum, & extra Regnum pecuniam aſportant, 'illud ultra modum depauperando.

a v. M. Par. p. 700. *b* Hertford. *c* Aut privignos. *d* v. M. Par. p. 698.

1246. Henric. 3. R ' Item gravatur in proviſionibus à domino papa factis, & penſionibus exigendis, contra literarum ſuarum tenorem, in quibus continetur, quod ex omnibus retentionibus factis in *Anglia*, non intendebat conferre niſi duodecim beneficia poſt prædictarum literarum confectionem; & credimus multa plura beneficia ab eodem poſtea collata, & proviſiones factas.

Item gravatur eo quod *Italicus Italico* ſuccedit, & quod *Anglici* extra 'Regnum in cauſis trahuntur, contra Regni conſuetudines, contra jura 'ſcripta, eo quod inter inimicos conveniri non debent, & contra indulgentias à prædeceſſoribus domini papæ domino Regi *Angliæ* & Regno 'conceſſas.

'Item gravatur in tallagiis generalibus, collectis & aſſiſis ſine Regis aſſenſu & voluntate factis, quod fieri non debet nec ſolet, & contra contradictionem & appellationem procuratorum domini Regis & [a] univerſitatem Regni.

'Item gravatur ex multiplici adventu illius infamis nuncii [illud] *non obſtante*, per quod juramenti Religio, conſuetudines antiquæ, ſcripturarum vigor, conceſſionum auctoritas, ſtatuta, jura, & privilegia, debilitantur & evaneſcunt; per quod infiniti de Regno *Angliæ* oppreſſi ſunt graviter & afflicti; nec ſe dominus papa verſus Regnum *Angliæ* in plenitudine poteſtatis ſuæ revocanda, ita curialiter vel moderate gerit prout procuratoribus Regni ore tenus dederat in promiſſis.

'Item gravatur eo quod in beneficiis *Italicorum* nec jura Prælatorum, nec pauperum ſuſtentatio, nec hoſpitalitas, nec Divini verbi prædicatio, nec Eccleſiarum ornatus, nec animarum cura, nec in Eccleſiis Divina fiunt obſequia, prout decet & moris eſt patriæ, ſed in ædificiis ſuis parietes cum tectis corruunt & penitus lacerantur.

Reſponſiones.

Reſponſiones domini papæ qui ſcire voluerit, quærat eas in Regiſtro domini Regis.

1247. M.CC.XLVII. Vetus moneta mutata fuit.

Tranſlatio ſancti *Edmundi* in craſtino ſanctæ *Trinitatis*.

Iſto anno obiit *Willielmus* de *Ferrariis* nobilis Comes *Derbeyæ* x. kal. *Octobris*.

Agnes Comitiſſa, uxor ejus, completa quarentena ſua, deceſſit IV. non. *Novembris*.

Willielmus de *Ferrariis* filius eorum ſucceſſit patri, & factus eſt Comes, ad purificationem proximo ſequentem apud *Weſtmonaſterium*.

Factus eſt terræ motus univerſalis per *Angliam* x. kal. *Martii* feria IV.

1248. M.CC.XLVIII.

1249. M.CC.XLIX.

Ludovicus Rex *Franciæ* cepit *Damietam*.

Iſto anno *Robertus* de *Ferrariis*, puer IX. annorum, filius *Willielmi* de *Ferrariis* Comitis *Derbeiæ*, deſponſavit apud *Weſtmonaſterium*, *Mariam* VII. annorum puellulam, neptem Regis *Henrici*, filiam fratris ſui Comitis *Eugoliſmi* & *Marchiæ*.

1250. M.CC.L.

Litteræ quomodo Ludovicus *Rex* Franciæ *captus eſt a paganis, & exercitus Chriſtianus captus & occiſus.*

'Reverendis in Chriſto patribus, & dominis venerabilibus, cœtui Cardinalium ſacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ, *Robertus* Dei gratia *Hieroſolymitanus* Patriarcha licet indignus ſalutem cum reverentia debita patribus

[a] Univerſitatis Angliæ.

&

'& devota. Paternitati veſtræ libentius læta quam triſtia [a] referemus, ſed 1250.
'quia conditio neceſſitatis inopinabilis & amaræ, in quam Dominus *Jeſus* Innoc. 4. P.
'*Chriſtus*, peccatis exigentibus, diebus præteritis Chriſtianitatem induxit, 'doloroſos rumores quod non ſolum cordi hominum ad ululatum & planctum, ſed etiam elementa ex horribilitate quam in ſe continent, ad mugitum ſufficiunt excitare, Apoſtolicæ ſanctitati & vobis denunciare nos compellit; Paternitati veſtræ cum multa cordis anguſtia duximus intimandum, quod Chriſtianus exercitus xx. die menſis *Novembris* proximo præteriti, de *Damieta* receſſit, contra *Babylonicum* exercitum proceſſurus, qui caſtrametatus erat ultra fluvium *Thaneos*, in caſali quodam quod *Manſura* vocatur, ubi fluvius *Thaneos* à magno flumine derivatur. Chriſtiano vero exercitu veniente ad locum eundem die Martis ante nativitatem Dominicam, contra *Sarracenos* ab oppoſitis ſuper ripam ipſius fluminis caſtra ſua poſuerunt, prætendentes de magno fluvio ad alium ſupradictum, & reſiſtentibus *Sarracenis* pro viribus quod noſter exercitus non tranſierit ad eos. Quidam vero exploratores conducti pretio, deſignaverunt quendam locum ab exercitu parum diſtantem, per quem dominus Rex *Francorum* habito concilio Baronum ſuorum VIII. die menſis *Martii* cum majori parte exercitus fluvium *Thaneos* in navigia ſine contradictione tranſivit, & antequam *Sarraceni* perpenderent ipſius ingreſſum, intravit caſtra eorum, & machinas occupavit eorum quas poſuerant contra noſtras. *Sarracenis* autem in ſimul congregatis, conflictus maximus habitus eſt inter ipſos & noſtros, interfecta hinc inde non modica quantitate; & tunc electa militia de veſtro exercitu periit in illo conflictu, inter quos erant dominus Comes *Attrebath*, Comes *Willielmus Longeſpy*, Dominus *Andreas* de *Vitreo*, dominus de *Cuſy*, dominus *Archandus* de *Brena*, dominus *Focardus* de *Merlo*; & *Templarii* fere omnes, & alii infiniti, præter vulneratos ad mortem. A die autem illa neſcimus quo Dei judicio omnia noſtris deſideriis contraria ſucceſſerunt, violenta peſte mortalitatis tam in hominibus quam in equis. Aliud etiam genus morbi invaluit in oribus hominum, tabeſcentibus gingivis ita quod non poterant cibaria maſticare. Pedes etiam & tibiæ ingreſcebant inflatione ſequente, adeo quod non poterant pedibus ſuſtentari, & ſic in brevi tempore ſpiritum exhalabant. Quid plura? Secure poſſumus dicere quod a tempore quo receſſimus à *Damieta* uſque per totum menſem *Martii* fere duo partes exercitus perierunt, tam in militibus quam baliſtariis & armatis. Tandem vero cum dominus Rex & exercitus, propter infortunia ſupradicta & defectum victualium, non poſſet ibi ulterius immorari, deliberato conſilio arripuerunt iter revertendi apud *Damietam* per terram & fluvium cum galeis & vaſis armatis, IV. die *Aprilis* circa noctis ingreſſum. Et hoſtibus perpendentibus de noſtro receſſu, galeæ ſuæ irruerunt in noſtras, & multas ex eis & alia vaſa ceperunt, & alias combuſſerunt, interfectis pro certo ut aſſeritur plus quam tribus millibus infirmorum, qui erant poſiti in galeis & vaſis eiſdem, præter ſanos; & aliæ galeæ & alia vaſa quæ potuerunt evadere remigando, reverſa ſunt apud *Damietam*. Dominus autem legatus & nos ſequenti die *Mercurii* circa horam primam, cum equitaſſemus per totam noctem armati, propter laborem nimium diſſuetum adeo defecti viribus & confracti, quod nullo modo laborem equitando poſſemus ulterius ſuſtinere, & ſoli ſine aliquo de familia noſtra intravimus quandam bartham, quam, ſicut Domino placuit, invenimus juxta ripam fluminis, diſponentes per aquam procedere uſque ad noctem verſus *Damietam*, ubi credebamus dominum Regem & exercitum adventurum, & caſtrametaturum, dimiſſis in exercitu militibus & tota familia noſtra cum omnibus bonis noſtris. Nobis autem vergentibus ad locum

a Referremus.

'præ-

1250. Henric. 3. R. 'prædictum, rumores intelleximus ab eis qui retro veniebant per aquam, 'quod dominus Rex & exercitus remanſerunt prope quoddam caſale quod 'dicitur *Sarenſa*, & quod ibi advenerant *Saraceni* in multitudine infinita. 'Cumque poſt nos videremur in fluvio vaſa Chriſtianorum inde accenſa, 'nec ad exercitum reverti poſſemus, nec ibi ſine periculo expectare, pro-'ceſſimus ultra & applicuimus ipſa die apud *Damietam* circa ſolis occaſum; '& nobis exſpectantibus in craſtinum adventum domini Regis & exerci-'tus cum nullus rediret apud *Damietam*, nec aliquam certitudinem ha-'bere potuimus de exercitu memorato, de mandato autem dominæ Regi-'næ, & conſilio domini legati & aliorum magnatum, miſſæ fuerunt ſe-'quenti die Veneris decem galeæ & alia multa vaſa armata in ſuccurſu do-'mini Regis, cum multitudine armatorum; Qui procedentes uſque ad 'caſale de *Sarenſa* nullam certitudinem de exercitu habere potuerunt. 'Et deponentes aliquos homines de galeis in terram, ad explorandum ſi 'exercitus alicubi compareret, nihil intellexerunt per eos, quia exercitum 'videre non poterant, ſed invenerunt in quodam campo juxta caſale ip-'ſum magnam ſtragem hominum gladiis occiſorum, qui nudi erant ſine 'capitibus, & equos innumeros interfectos. Et ad nos venientes exinde 'ſequenti die ſabbati tam triſtia nunciaverunt; unde manifeſte perpen-'dimus, quod noſtri ſuccubuerunt in conflictu. Sequenti vero die Domi-'nica rumores habuimus, quod prædicto die *Mercurii* conflictum habue-'runt *Saraceni* cum noſtris in bello campeſtri, & obtinuerunt victoriam, 'proh dolor! contra noſtros, ita quod dominus Rex, & Comes *Pictaviæ* '& *Andegaviæ* fratres ſui, Comes *Britanniæ*, Comes *Flandriæ*, dominus *Joh.* 'de *Monte Forti*, dominus *Baudoinus*, dominus *Gwido* de *Ybelino*, fratres 'præceptores *Templi* utriuſque *Hoſpitalarii* & quam plures Barones & alii 'milites capti fuerunt in eodem conflictu, & capti tenebantur apud caſale 'de *Manſura* ſuperius nominatum. Et ut verum fateamur, de toto ex-'ercitu qui redibat per terram, Chriſtianus unicus non remanſit quin fue-'rit captus ſive interfectus. Tandem vero dominus Rex miſit apud *Da-mietam* ſolemnes nuncios ſignificando dominæ Reginæ, domino legato, & 'aliis qui erant in civitate eadem, quod ipſe fecerat treugas cum Sol-'dano *Babyloniæ* uſque ad decennium, & erant hinc inde juramento fir-'mato firmatæ. In quarum forma continebatur expreſſe, quod dominus 'Rex tenebatur reddere civitatem *Damietam* Soldano jam dicto, & dare 'pro redemtione ſua & captivorum, & aliis damnis quæ eidem Soldano in-'tulerat, octies centum millia *Byzantium Sarracenorum* & omnes captivi tam 'Chriſtiani quam *Sarraceni*, qui capti erant à tempore illo quo dominus '*Fredericus* veniens ad partes *Hieroſolymitanas* iniit treugas cum Soldano '*Babyloniæ*, infra certum tempus ab utraque parte liberari debebant. Et 'terræ illæ quas Chriſtiani tenebant in Regno *Hieroſolymitano*, quando do-'minus Rex *Franciæ* venit ad *Cyprum*, erunt in ipſa treuga. Sed tam ci-'vitatem *Hieroſolymam* quam *Beethleem*, & omnes alias terras quas tene-'bant & occupaverant *Sarraceni*, retinuerunt ſibi, nec Chriſtianis reſtituere 'voluerunt; & *Hieroſolymitana* Eccleſia, quæ per ipſos *Sarracenos* deſtituta 'eſt bonis ſuis, non recupaverit unicum caſale, nec poſſeſſiones alquas in 'treugis ſupradictis. Placuit etiam domino Regi vocare nos quod iremus 'ad ipſum locum ubi tenebatur captus in caſtris *Sarracenorum*, cum adven-'tus noſter eſſet ei neceſſarius. Et quamvis juſtum timorem haberemus e-'undi, tamen timentes ne propter abſentiam noſtram liberationem ſuam 'contingeret retardari, expoſuimus nos periculis, & ivimus cum quodam 'Admirato qui nos conduxit. Venientes igitur ad locum ubi dominus 'Rex fuit, primo die *Maii*, eadem die multa fuerunt tractata ſuper mo-'dum ipſius liberationis & aliorum captivorum. Sequenti vero die in ma-'ne cum negotium eſſet quaſi inexpeditum, Admirati & alii *Sarraceni* irru-'entes in Soldanum *Babyloniæ* dominum qui præſens erat in caſtris, inter-fecernut

'fecerunt ipſum gladiis in publico trucidantes; Nos & omnes qui nobiſ- 1250.
'cum erant, ceperunt, & ligatis manibus, multis injuriis affecerunt, ſpolian- *Innoc. 4. P.*
'do bonis omnibus quæ nobiſcum ibidem portaveramus. Et niſi Dei cle-
'mentia mitigaſſet eorum furorem, tam dominum Regem quam nos &
'alios Chriſtianos in ore gladii poſuiſſent. Quot autem injurias, minas &
'terrores domino Regi intulerunt & aliis, longum eſſet per literas enar-
'rare. In fine etiam poſt multos & diverſos tractatus, conſenſerunt *Sar-*
'*raceni* in Treugas quas fecerat dominus Rex cum Soldano jam dicto, &
'juramentis interpoſitis innovaverunt eaſdem. Et ſequenti die *Veneris* Bal-
'livi & homines domini Regis reddiderunt civitatem *Damietæ* Admiralis
'*Babyloniæ*, qui poſtquam habuerunt dominium civitatis ejuſdem, libera-
'verunt dominum Regem eadem die, & alios multos nobiles quos capti-
'vos habebant. His autem peractis ut ſuperius continetur, dominus Rex
'una cum legato & fratribus ſuis & multis nobilibus recedens de *Damieta*
'venit in *Accon*, ubi morari propoſuit uſque ad paſſagium menſis *Septem-*
'*bris* primo venturum, ut interim in ejus præſentia compleantur omnia
'quæ continentur in dictis Treugis. Data apud *Accon*, Anno Domini
'M.CC. quinquageſimo, XV. die menſis *Maii*.

Iſto anno apud *Oxoniam* inrotulatur ſic in rotulis Epiſcopi *Lincolniæ*: *Procurator Abbatis* Burthoniæ *probavit longævam poſſeſſionem a tempore quo non extat memoria, de decimis de* Appelb. *ſed nullum exhibuit inſtrumentum; ideo conſulendus eſt papa.*

Iſto anno obiit *Fredericus* quondam *Romanorum* Imperator. *Frideric[...]*

Iſti articuli ſubſcripti extracti de teſtamento ejuſdem *Frederici* devene- *tus, & T[...]*
runt ad dictum Regem *Angliæ*. *ment.*

'[a] Ego *Fredericus* inprimis relinquo pro anima mea centum millia unci-
'arum auri pro Terra ſanctæ Eccleſiæ recuperanda, & expendenda ad vo-
'luntatem *Conradi* filii mei. Item volo quod omnia male illata *Tem-*
'*plariis* & *Hoſpitalariis*, & damna per me illata reſtituantur. Item om-
'nes captivos de Regno & Imperio relinquo liberos, exceptis proditori-
'bus tantum. Item relinquo totam terram Eccleſiæ liberam; & volo
'quod omnia jura Eccleſiæ reſtituantur. Item meum hæredem relinquo
'*Conradum* in Regno *Ciciliæ* & Imperio *Romæ*. Item relinquo *Henrico* fi-
'lio meo Regnum *Hieruſalem* [& Regnum *Arly*,] & [b] centum millia un-
'ciarum [*auri*,] ſecundum voluntatem *Conradi*. Item nepoti meo filio
'filii mei *Henrici*, relinquo Ducatum [c] *Streliæ*, & decem millia unciarum
'auri. Item [d] *Heynfredum* filium meum *** *Conradi* in Imperio & Regno
'*Ciciliæ* uſque ad [e] decem annos, excepto quando *Conradus* ſit præſens.
'Item ſepulturam meam eligo apud *Palermum*, ubi jacuit Rex *Willielmus*
'[pater meus.]

M.CC.LI. 1251.

Literæ de [f] paſtoribus.

'Venerabilibus in Chriſto fratribus ſuis, *Adæ* de *Mariſco*, & fratribus
'Minoribus *Oxoniæ* frater .... dictus cuſtos ordinis fratrum minorum *Pa-*
'*riſ.* ſalutem. Nuper in feſto Reſurrectionis, cum ſperabamus jam pacem
'ſanctæ Eccleſiæ eſſe redditam, & contritus eſſet terræ malleus univerſæ,
'ſurrexit malum inopinatum, venit quidam hæreticus vel paganus, mori-
'bus & doctrina inſignis & prodigiis mendacibus, in hypocriſi velut lupus
'non intrans per oſtium in ovile, indutus tamen pelle ovina, ſub cruce
'ſignationis prætextu & ſpecie pietatis, ſe Principem fecit paſtorum, aſſe-
'rens ſibi revelationes factas à Deo, ut ultra mare pugnaturus cum *Sarra-*
'*cenis* ſe transferret, gladium gerens ad pugnandum cum paſtoribus Chri-

[a] v. M. Par. p. 812. [b] Decem. [c] Auſtriæ. [d] Manfredum fil. meum relinquo Ballivum Conr. [e] LXX. annos. [f] v. M. Par. p. 822. 3. 4.

 ſtianis;

1251. 'ſtianis; ac cooperante neſcio quo, Deo tamen propter peccata noſtra
Henric. 3. R. 'permittente, tanta fatuitas ſic invaluit, ut undique paſtores ex diverſis 'mundi partibus [a] carvatim cucurrerunt in parviſſimo temporis ſpacio, 'ipſum perditum hominem ſequuntur; ſed & plebis circa ipſum & ejus com-'plices tantus invaluit favor, ut dicere poſſent & facere quæcumque vel-'lent. Videns itaque vir perditus tanta ſe ſtipatum caterva, favore gen-'tium, conceptum venenum non potuit plus continere, quin inciperet di-'gnitatem Eccleſiaſticam violare, ſacramenta execrando, populum bene-'dicendo, prædicando, crucem dando, aquas aſperſionis novo more faci-'endo, miracula confingendo, inſuper in virorum Eccleſiaſticorum cæde 'graſſando. Denique in adventu ejus *Pariſius* & ſuorum præcurſorum & 'ſequacium, tam valida facta eſt commotio populi contra clerum, ut in 'paucis diebus plurimi clerici interfecti, aliqui in flumine projecti, ſed & 'plures eſſent ſauciati: ſacerdos etiam parochialis in miſſa, caſula ſpoli-'atus, roſis coronatus illudebatur. Et in tantum crevit iſta malitia, quod 'niſi affuiſſet ſalvatoris clementia, univerſitatem à *Pariſius* extirpaſſent, 'cum effuſione Eccleſiaſtici ſanguinis, & opprobrio Chriſtiano. Apud '*Ruthomagum* Eccleſiam & domum Archiepiſcopi confregerunt. Item '*Aurelianis* plurimos clericos interficientes, congregationem clericorum, 'quæ ibi jam diu reſiderat, ut recederet coegerunt. *Turonis*, inter alia ſcho-'lam domum Prædicatorum aggreſſi manu potenti alios [b] ſaucientes, a-'lios ſine habitu honeſtatis eorum, poſt ſe tamquam captivos trahentes, 'eoſdem per Civitatem, victualibus & aliis quæ eis contulerat pietas Chri-'ſtiana, privarunt. Sed quod auditu & relatu horribile eſt, ſed viſu magis 'horrendum, cum intraſſent Eccleſiam ubi illud intemeratum & ſacratiſ-'ſimum ſacramentum corporis Chriſti venerabiliter fuerat reconditum ſu-'per altare, vituperabiliter projecerunt, & vaſum imaginis glorioſæ vir-'ginis abſciderunt, & oculos eruerunt, & nefandis manibus ea quæ pla-'cuerant abſtulerunt. Domum etiam fratrum noſtrorum quæ Deus de-'derat, cum eorum injuria aſportaverunt. [c] Parvam etiam domum fratrum 'noſtrorum vi confringentes, fratres injuriis laceſſitos in doloribus & ter-'roribus remiſerunt. Sed heu! de omnibus his curæ *Gallicanis* non erat? 'Quid plura? Enarrare non ſufficio blaſphemias ſceleratorum, & populi 'contemtum verbi Dei Divini, injurias Religioſis & clericis illatas. Et 'inter alia, inſaniem plebis, talibus hominibus, homicidis ſcilicet, ſicariis '& latronibus, curandos infirmos offerentes, & cum non eſſent curati, 'nec melius ſe habentes, virtutes miſerorum prædicantes. Verum tamen 'Deo diſponente, ex ſuper abundanti bonitate, non ex meritis noſtris, 'hic filius perditionis tamen ſortitus eſt finem. Cum perveniſſet *Bituris*, 'cœpit amplius concepta [d] venana diffundere, & cœpit univerſis aſſiſtenti-'bus non debere credi his quæ à clericis dicebantur, cum doctrina eorum 'exorbitaret à vita, quare cuncta frivola aſtruebat. Ad hæc verba qui-'dam & ſingularis phœnix, zelo ſuccenſus altiſſimi, cœpit verbis viri poten-'ter & ſapienter reſiſtere, dicens ea quæ dicuntur à clericis & religioſis, 'quamvis in aliquibus doctrinæ non reſpondeat vita, ſoliditatem & firmi-'tatem habere, per ſcripturas novi & veteris Teſtamenti; ipſius autem 'verba nullum penitus habere fulcimentum. Quo audito, filius perditi-'onis ſuperba mente ſe non valens continere, in Chriſti virum irruit, & 'eum gladio percuſſit, pariterque peremit. Quo viſo, concives mortui 'ad arma currentes, cum non modica ſtrage ſuorum, filium perditionis de-'fendentem ſe, & *Machometum*, ut dicitur, invocantem, cum aliquibus 'complicibus ſuis peremerunt, ipſum concidentes in fruſta, alios in fugam 'propellentes. Dicitur autem hoc eorum fuiſſe commentum, ut primo cle-'rum extirparent à terra, ſecundo Religioſos abraderent, poſtmodum in

a Lege catervatim. b Lege ſaucientes. c Lege parvam. d Lege venena.

'milites

'milites & nobiles irruerent, ut ſic terra deſolata omni præſidio; facilius 1251.
'pateret erroribus & incurſibus paganorum. Quod veri ſimile videtur. *Innoc. 4. P.*
'Præſertim cum quædam multitudo militum ignotorum qui albis induti
'ſunt in partibus *Alemanniæ*, cœperit manifeſtari. Hæc uſque hodie ut à
'fide dignis auditum eſt, ita ſe habent. Data *Pariſiis*, Anno Domini
'M. CC. LI.

Rex *Franciæ* cum Regina uxore ſua, & duobus filiis ſuis parvulis, & modico exercitu ſuo ſibi adhuc relicto, moram faciens in terram ſanctam apud *Acconiam* & *Cæſaream*, & in partibus illis, deſtinavit literas ſuas ſummo pontifici & Cardinalibus, & univerſi orbis Regibus & Principibus Chriſtianis, continentes caſum ſuum & infortunium ſibi exercitui ſuo inter paganos contigiſſe; Implorando humiliter & devote, ad injurias *Jeſu Chriſti* vindicandas, ſuffragia ſibi per cruce ſignatos exhiberi tempeſtiva. Quoniam diſponente altiſſimo, non à partibus illis propoſuit recedere, quouſque oriens ex alto ſuo illuxerit occidenti. *Rex Franc. in terra ſancta.*

Literæ domini papæ Regi Angliæ *directæ ſuper negotio Terræ ſanctæ, & ſubſidio Regi* Franciæ.

'*Innocentius* Epiſcopus ſervus &c. Cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi '*Angliæ Henrico* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem Clamat inſtanter ad nos quod feſtino ſuccurſu miſera illa *Hieroſolymitana* Regio in anguſtia vehementi poſita, clamat, inquam, tribulationibus afflicta continuis, duriſque afflicta flagellis, & ignominioſe nimis ſubjectionis jugo depreſſa, ſecundum dolorum ſuorum multitudinem amarius voces ſuæ lamentationis replicat & exaltat. Ecce aggravatur anxieque ſuſpirat Regio ipſa triſtis, luget hoſtili captivata vinculo, & ejulat inceſſanter. Et ubi non ſentiuntur ipſius ſuſpiria & ſingultus? Ubi ululatus & gemitus ejus non audiuntur? Innotuit ſiquidem omnibus dolor ſuus, & totius orbis auditum protulit validus clamor ejus. Quis ergo fidelis ad vocem illius tam triſtem [a] plaudere non poteſt, qui amet? Quis inquam non poteſt compati ejus paſſionibus tam acerbis? Cujus animum ad ſubveniendum non commovet tantarum illius effuſio lacrymarum. Cujus mentem tam ejus evidens neceſſitas in ſui auxilium non compungit? Certe miſerabiles terræ ejus voces patulis auribus ſuſcipit mater Eccleſia, dolendum illius ſtatum amara conſideratione clementer attendit, condolet ejus tantis miſeriis pio corde, ſibique clementer celeriterque quibus poteſt remediis ſtudet ſubvenire. Dumque plurima eidem terræ hactenus miniſtrata ſubſidia recolit, illaque fructum ſperati effectus minime protuliſſe; dumque ſumtus & labores innumeros Chriſti fidelium nullus defenſione inutiliter quaſi abuſas conſiderat; tanto vehementius in ejus inardeſcit auxilium, quod ex hoc vires hoſtium invaleſcere proſpicit contra eam. Tu quoque audito ejuſdem terræ [b] gemito, motus miſericordia nimia contra ipſam, velut Princeps eximius & athleta Dei ſpecialis, ad ſubventionem illius tuum protinus animum erexiſti, & crucis aſſumto ſignaculo, cœpiſti ſtatim pro tui executione voti magnificum diſponere apparatum; & totus in hoc ardens deſiderio, cariſſimo in Chriſti filio noſtro illuſtri Regi *Franciæ*, ſicut per ſuos intelleximus nuncios, literas deſtinaſti, quod reflendus ille caſus qui ſibi & ſuis in tantarum ſtrage captionum ſiniſtro eventu acciderat, deſolatio dictæ terræ tua interiora immenſi doloris telo confoderat, & tandem de ipſius Regis liberatione mirabili vehementi concepta lætitia, contra ejuſdem proſecutionem voti efficaciter inſiſtebas, omnino deſiderans ipſius Regis in eadem terra videre præſentiam, & inibi una ſecum relevare preſſuras. Ipſe vero ingenti ex hoc exultans gau-

a f. Lege plangere. *b* Lege gemitu.

1251. 'dio, tibi affectuoſe reſcripſit, extollens, ut debuit, tuum pium propoſitum
Henric. 3. R. 'in hac parte, ac inſinuans quod ferventer optare tecum pariter ipſius 'terræ ſubvenire miſeriis, eamque tuæ potentiæ addito robore, de infide-'lium manibus liberare, tuum cunctis adventibus præſtolabatur adventum, 'præſertim quia inter infideles ipſos diſſenſione ſuborta, eorumque nunc 'divina providentia viribus minoratis, poterit hoc tempore ipſi terræ levi-'ori & moderatiori ſuffragio ſubveniri. Significavit inſuper quod niſi ejus 'terræ ſtatus reformetur in melius, reverti ad propria minime intendebat; 'Rememorans nihilominus multa magnifica tui & ſui prædeceſſorum, qui 'ſimul in terra ipſa circa illa negotia fuerunt operati. O ſi tantum bo-'num eidem terræ proveniat, ſi tanta proſperitas tantaque propitiatio ſibi 'adſit, quod talium duorum Principum præſentia fulciatur, amborum pariter 'recipiat patrocinia, & utriuſque ſimul ſentiat dextram adjutricem, quanto 'confortabitur conſolationis remedio? Quantaque lætitia exultabit? Et 'ad quantam nimirum fiduciam conſurgere poterit, quod tunc de paga-'norum manibus eripiatur, & de laniantium eam faucibus extrahatur? O 'ſi miſerabilis ipſa hoc videat ſalutare, ſi afflicta tale refugium ſumat ſi 'ſuorum incendia vulnerum talium fomentorum medicamine leniantur, 'quod horum duorum vires in illius adinvicem juvamine ſubveniant, jun-'gatur utriuſque potentia, & in Chriſti blaſphemos amborum robuſta bra-'chia eleventur; quam facile terra ipſa de ſuis reſpirabit anguſtiis, à tan-'tis relevabitur oppreſſionibus, & liberabitur à tam longævæ nexibus ſer-'vitutis? Profecto, fili cariſſime, ſi ejuſdem terræ ſubventioni fortitudinis 'tuæ robur adjicias, dum Rex præfatus illius ſubſidio immoratur, ita quod 'conjunctim cauſam geratis ipſius, quia valde utriuſque potentatus eſt for-'tis, & in toto orbe terrarum famoſus, propter quod uncti ſitis ex ipſo con-'ſortio ſummæ concreſcent victoriæ, & inviolabile contra hoſtes ſuſcipi-'ent firmamentum, cum terra ipſa evidenter percipiet exſpectare effectum, 'ſatisfiet omnino diutinis fidelium deſideriis, & de facili cum Dei adjuto-'rio tot laborum & ſumtuum finis optatus & placidus ſubſequatur. Ideo-'que celſitudinem tuam rogamus & hortamur attente, & obſecramus in 'domino *Jeſu Chriſto*, quatenus inſtantem terræ præfatæ neceſſitatem cle-'menter attendens, & conſiderans quod ſubventio qui ſibi modo impendi-'tur, majorem utique fructum affert, quam ſi tempore alio patraretur; 'pie inſuper penſans, cum quanta conſtantia memoratus Rex in ejuſdem 'terræ ſubſidio perſeverat, & quod valde deſiderat tuus eſſe in illius recu-'peratione conſocius, ac ideo exſpectat anxie grandis potentiæ tuæ ma-'num; recolens etiam quod præfati prædeceſſores veſtri ſimul ipſius terræ 'affuere ſuccurſui magnifice illius negotium exequentes; ejuſdem ſubven-'tionem non protrahas, & ſicut firmum ad hoc propoſitum habere te cre-'dimus, feſtinanter illi juvamen impendas, & promto ad id conſurgens ani-'mo, illuc honorabili & ſtrenua præcinctus potentia, cum celeritate pro-'cedas ad ultionem injuriarum Chriſti, qui tuam omniumque ſalutem ibi 'voluit operari, & per quem Regni ſolium obtines, triumphalem gladium 'adjutore Domino oſtenſurus. Ex hoc ſiquidem præter remunerationem 'æternam, ſingularem hic gloriam conſequeris, & immenſa replebis lætitia 'univerſum populum Chriſtianum. Quod ſi forte jam feſtinanter iter ag-'gredi non potes tranſmarinum, Cruce ſignatos Regni tui qui transfretare 'voluerint, ſuum votum exequi pro Divina reverentia patiaris. Data *Ro-manie*, xv. Kal. *Novembris*, pontificatus noſtri anno nono.

Literæ conſolationis directæ Reginæ Galliæ *ex parte Patriarchæ.*

'Cupientes de rumoribus dilectionem veſtram in aliquo recreare, ſigni-'ficamus dominum Regem *Franciæ*, dominam Reginam, & eorum duos fi-'lios, *Johannem* de *Damieta*, & *Petrum* natum in *caſtro peregrini* menſe *Ju-*

'*nii*

'*nii* in feſto ſanctorum *Petri* & *Pauli*, & concilium domini Regis, una no- 1251.
'biſcum corporali vigere ſoſpitate, ſimile audire de vobis affectantes. I- *Innoc.* 4. P.
'dem vero Rex cum exercitu ſuo fixit tentoria ſua ante *Cæſaream Palæſtini*
'primo die *Aprilis*, quam optime reſtitit tribus mœnibus & foſſatis, & ſu-
'mus ibi cum reſiduo Chriſtianitatis ciſmarinæ. Verum prout credimus
'[a] nos audiviſſe, Soldanus *Halapiæ* fuit in feſto purificationis beatæ *Mariæ*
'nuper præterito diſconfictus in capite verſus *Babyloniam* ab eiſdem *Baby-*
'*lonicis*, dum tamen evaſerit cum paucis & fugerit in *Damaſcum*, exercitus
'vero *Babyloniæ* deſcendit apud *Naples* paulo poſt quam venimus in *Cæſa-*
'*ream*, et erat Dux eorum *Feres Cerataye*, manens ibi uſque in finem *Julii*,
'quia tunc Soldanus *Halapiæ* reſumtis viribus veniebat ſuper eum cum mul-
'titudine non pauca, unde ipſi verſis tergis ceſſaverunt inde verſus *Babylo-*
'*niam* fugientes. Nec eſt mirum, quia pauci erant reſpectu prædictorum
'*Halapienſium*, & perſequebantur ipſos. Et credimus quod adhuc attem-
'tabunt fines *Ægypti* modo aliquo occupare. Quid autem futurum eſt,
'pro loco & tempore vobis ſignificabimus. Data &c.

Iſto anno Rex *Scotiæ* filius Regis *Alexandri*, puer parvulus novem anno- 1251, 2.
rum, die Natalis domini apud *Eboracum* deſponſavit *Margaretam* filiam
Regis *Henrici Angliæ*, parvam puellam ejuſdem ætatis, præſentibus ibi-
dem *Henrico* Rege, & *Elyanora* Regina uxore ſua, & Regina *Scotiæ* matre
Regis, & fere omnibus Proceribus & magnatibus *Angliæ* & *Scotiæ* & ducta
eſt cum ei in *Scotiam*.

M. CC. LII. 1252.

Iſto anno exemplo *Roberti Groſſi Capitis Lincolnienſis* Epiſcopi, facta eſt *Inquiſitio in Cler. Lichfeld.*
inquiſitio per *Coventriæ* & *Lich.* diœceſim ſuper articulis ſubſcriptis.

'De vita Archidiaconi & ſuæ familiæ.

'De Decanis, qualiter ſe habent in officiis ſuis.

'An aliquis laicus teneat Eccleſiam ad firmam, vel poſſideat deci-
'mas.

'An rectores vel vicarii Eccleſiarum vel capellani qualitercumque mi-
'niſtrantes, vel conſtituti infra ſacros ordines, [b] ſive incontinentes, & cum
'quibus commiſerint incontinentiam.

'An ſortilegia fiant in parochiis.

'An aliqui beneficiati, vel infra ſacros ordines conſtituti, ſint uxorati.

'An aliqui Clerici frequentant Eccleſias monialium ſine rationabili
'cauſa.

'An aliquis clericus infra ſacros ordines conſtitutus, teneat aliquam
'mulierem ſibi cognatam, vel aliquam aliam de qua oritur mala ſuſ-
'picio.

'An aliqui clerici ſeu capellani ſint frequentantes tabernas, negotia-
'tores, uſurarii, pugnatores, vel exercentes mercata in habitu penitus in-
'decenti.

'An capellani ordinati ab alienis Epiſcopis, ſint licentiati ad celebran-
'dum divina ſine licentia Epiſcopi, & à quibus ſint licentiati.

'An mercata alicubi teneantur diebus Dominicis.

'An diaconi audiant confeſſiones, vel alia miniſtrent ſacramenta tan-
'tum ſacerdotibus conceſſa.

'An Rectores vel vicarii ſint reſidentes.

'An aliquis clericus teneat in hoſpitio ſuo concubinam ſacerdotis ſeu
'clerici vel laici.

'An Eccleſiæ ſint dedicatæ.

'An aliqui ſint adepti beneficia per Simoniam.

'An aliqua Capella ſit de novo erecta, & à dicta Capella aliquid ſibi
'vendicetur juris vel libertatis ultra id quod ſibi primo fuit conceſſum.

a Lege Vos. *b* Lege ſint. *c* Mſ. Vendice.

1252. Henric. 3. R ‘An aliqui vicarii ſe faciant Rectores vel e converſo.
‘An aliqui ratione longæ firmæ ſe faciant Rectores, vel vicarios, vel ve-‘ros poſſeſſores aliquarum decimarum.
‘An aliqua Eccleſia vel vicaria ponatur ad firmam.
‘An aliqui ſe gerant Rectores vel vicarios, qui per Epiſcopum, vel per ‘alium poteſtatem habentem in eiſdem non ſunt inſtituti.
‘An aliqui faciant pactum cum ſacerdotibus ſuis, ut præter ſtipendia ‘certo poſſint ab alio annualia vel tritennalia recipere.
‘An aliqua libera terra de eleemoſyna Eccleſiæ laicis tradatur ad fir-‘mam.
‘An redditus aſſignati ad luminaria vel alios certos uſus Eccleſiæ [a] com-‘mittantur in uſus Rectorum.
‘An vicariæ ſint per Epiſcopum taxatæ.
‘An alicubi compellantur parochiam ut in die *Paſchæ* poſt miſſam ſimul ‘offerant & communicent.
‘An aliquis ſacerdos extorqueat pecuniam pro pœnitentia, vel pro aliis ‘ſacramentis injungat pœnitentias lucrativas.
‘An in Eccleſiis per honeſtos clericos deſerviatur, ſecundum facultates ‘earum.
‘An mercata, vel ludi, ſeu placita ſecularia, fiant in ſacris locis.
‘An Cœmeteria ſint ubique clauſa,& Eccleſiæ decenter ædificatæ & orna-‘tæ, & vaſa ſacra rite cuſtodita.
‘An Canon miſſæ ſit rite correctus.
‘An ſacramentum Euchariſtiæ ubique portetur ad infirmos cum debita ‘reverentia, & ſicut decet cuſtodiatur.
‘An aliquis ſacerdos ſit deſidioſus ad viſitandum infirmos.
‘An aliquis capellanus vel alius convertat chriſmalia in uſus ſeculares.
‘An adulteria & alia crimina publica ſint alicubi corrigenda.

Redemtio cruce ſignator. Iſto anno deſtinavit dominus *Henricus* Rex *Angliæ* literas domino papæ deprecatorias pro redemtione cruce ſignatorum de tota terra ſua.

Literæ domini Papæ excuſatoriæ ſuper præmiſſis.

‘*Innocentius* Epiſcopus ſervus &c. *Henrico* illuſtri, Regi *Angliæ* ſalutem ‘& apoſtolicam benedictionem. Scire te volumus, fili cariſſime, & nulla-‘tenus dubitare, quod inter alios orbis Reges & Principes te ſingularem & ‘præcipuum defenſorem fidei & Eccleſiæ reputantes, libenter in omnibus, ‘quantum cum Deo poſſumus, condeſcendere volumus votis tuis; ſed cum ‘tuam deceat celſitudinem,ut noſtro parcentes honori,ſic circa poſtulata vel ‘poſtulanda tuum deſiderium modereris, quod exinde non oriatur ſcan-‘dalum, & nos qui libenter non inveniremur varii, non dedeceat exaudire, ‘noſtrum debes affectum clementer intendere, ac defectum benigne apud ‘tuam conſcientiam excuſare. His utique modis amicorum mutua con-‘ſervatur dilectio, & alternis affectibus augmentatur. Cum igitur ſuper ‘concedendis tuæ magnificentiæ in terris tuis redemtionibus votorum, & ‘aliis deputatis ſanctæ terræ ſubſidio nondum collectis, quanquam con-‘ceſſis [b] aliis nobis nuper direxeris ſcripta tua, quia famæ noſtræ non ex-‘pedit, nec tu etiam, qui zelaris decus Eccleſiæ, debes velle ut nos, qui ‘diſponente Domino univerſali regimini, quamvis immeriti præſidemus, ‘illuſorum more fruſtremur illos, qui ſpem de gratia noſtra conceperunt; ‘Regalem excellentiam duximus affectuoſe rogandam, quatenus conſide-‘rato prudenter quam probroſum ſit cuilibet probo nedum ſummo Ponti-‘fici, à quo ceteri debent modum & normam aſſumere, de inconſtantia & ‘promiſſi violatione notari; excuſatos nos habeas de precibus, propter ea ‘ſolummodo non admiſſis, ut autem crucis negotium, quod per miſerabi-

a Commutentur. *b* Forte lege alias.

‘lem

'lem caſum [a] Chriſtianus exercitus qui nuper in tranſmarinis partibus ac- 1252.
'cidiſſe dicitur, tuis humeris eſt relictum, potentius & magnificentius, *Innoc.* 4. P.
'prout decet tantum Principem, & magnitudo negotii requirit, exequa-
'ris, quia non unius Regis vel Regni ad id facultates ſufficiunt & perſonæ,
'cum olim retroactis temporibus inclytæ recordationis *Fredericus Romano-*
'*rum* Imperator, & *Philippus Franciæ*, & *Ricardus Angliæ* Reges, viri pro-
'fecto tam ſtrenui militia, divitiis & potentia præeminentes, cum multis
'aliis Baronibus ac Nobilibus aliorum Regnorum convenerint, non ſine
'providentia inſimul ad tantum negotium proſequendum; expedit, imo
'neceſſe eſt, ut ad tam piam & neceſſariam cauſam totius Chriſtianitatis,
'Reges & Principes ac alii univerſi, qui ad id ut firmiter credimus, inve-
'nientur faciles, per ſedem Apoſtolicam inſtantiſſime inducantur, tuque
'illam circa Prælatos, Barones, & alios Nobiles, ac univerſum Clerum &
'populum Regni tui, qui tibi erunt utiliores præ aliis, habeas benignita-
'tem & manſuetudinem, ab ipſorum gravaminibus & moleſtiis penitus ab-
'ſtinendo, quod ipſos etiam plus corde quam corpore paratos & promtos
'habere valeas ad hæc & alia tua beneplacita & mandata, ſicque poterit
'in tuis brachiis tuorum & aliorum fultis præſidio, proſperari Domino auxi-
'liante negotium, & periculo quod de novo contigit, obviari. Si vero,
'quod abſit, aliter confiſus de tuis viribus aggredereris negotium, peccatis
'Chriſtiani populi ſic depreſſum, verendum eſſet, & merito, de ſubver-
'ſione Chriſtianitatis & fidei, cum omnes in hoc facto ad te tanquam
'præcipuum oculos erigant, & ſperent à tanta confuſione tuo miniſterio
'relevari. Quapropter conſidera, quæſumus, & attende, quod cum aſ-
'ſumta cauſa ſit valde gravior & difficilior propter caſum, cum ea in ipſa
'proſequenda maturitate procedas, Barones & Nobiles ac alios modis qui-
'bus poteris inducturus, ut multitudine Nobilium & populi de diverſis
'mundi partibus congregata, tranſmarinum iter in nomine Chriſti acci-
'pias ad delenda Chriſtianitatis probra munitus, ſciturus pro certo, quod
'parati ſumus ad id per nos & alios opem & operam quamcunque poteri-
'mus exhibere. Data &c. Anno Domini M. CC. LII.

Diſſenſio inter Archiepiſcopum & Prælatos Angliæ.

Venerabili in Chriſto fratri R. *Dei gratia* Lincolnienſi *Epiſcopo Collegæ ſuo*, F. *eadem gratia* Londonienſis *&* W. Wellenſis *Epiſcopi, conſervatores a domino Papa delegati, ſalutem in Domino.* Mandatum domini Papæ ſuſcepimus in hæc verba: *Innocentius* Epiſcopus ſervus *&c.* Venerabilibus fratribus *Lincolnienſi*, *Londonienſi*, & *Wellenſi* Epiſcopis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad memoriam & obſervantiam perpetuam contra gravamina quæ in procurationibus ratione viſitationis debitis inferebantur ſubditis à Prælatis, providerunt ſalubriter canonica inſtituta circa evectionum & perſonarum multitudinem, epularum immoderantiam, & alias ſuperfluitates, ſtatuendo modeſtiam debitam obſervari, ut nec in exigendo nimium Prælati excedant, nec in exhibendo ſuperflue ſubditi gravarentur, fieretque viſitatio ad ſalutem animæque lætitiam, & non afflictionem tædiumque ſubditorum. Unde quia nonnullæ adhuc de hujuſmodi procurationibus audiuntur querimoniæ, nos tamen volentes paſtorali ſollicitudine providere taliter in hac parte, ut tollatur omnis occaſio gravandi, & ceſſet prorſus materia murmurandi, auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, ut Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, aliiſque Prælatis perſonaliter viſitantibus, ab Eccleſiis viſitatis & locis exhibeantur procurationes in virtualibus & neceſſariis moderatæ, ita quod hæc ſecundum communem rerum æſtimationem ſingulorum locorum, vel ſumtus qui pro his fient, ſummam vel valentiam quatuor marcarum argenti in nulla procu-

[a] Lege Chriſtiani.

ratione

1252. ratione tranſcendant. Proviſo tamen, quod ſecundum majorem vel minorem perſonarum evectionum numerum, pro majoritate vel minoritate Prælatorum in Concilio *Lateranenſi* taxato fiant uſque ad ſummam ipſam vel infra hujuſmodi procurationum expenſæ: ſed in locis in quibus major fertilitas vel copia rerum habetur, & ubi majores ſunt redditus & Eccleſiaſticæ facultates, minus ſecundum ampliorem neceſſariorum ubertatem & parvitatem proventuum in ipſis procurationibus expendantur. Si autem amplius in hujuſmodi procurationibus fuerit expenſum, Prælati eas recipientes reſtituere in utilitatem Eccleſiarum à quibus ipſas receperunt, & illi qui eas exhibuerunt, erogare de ſuo proprio pauperibus in duplum ejus quod taliter & ultra expenſum fuerit, compellantur, & alias nihilominus pœna puniantur, ſi viſum fuerit expedire. *Ceteris nihilominus quæ pro talibus viſitationibus ſeu procurationibus generaliter ſtatuta eſſe noſcuntur, momentibus ſemper ſalvis. Nulli ergo* &c. Data Peruſii VI. idus Julii pontificatus noſtri anno nono, anno Domini M. CC. LII.

Henr. 3. R.

Literæ ſuper præmiſſis conſe vatoriæ.

Venerabili in Chriſto fratri R. *Dei gratia* Lincolnienſi *Epiſcopo collegæ ſuo* F. *eadem gratia* Londonienſis, *&* W. Wellenſis *Epiſcopi Conſervatores a domino Papa delegati, ſalutem in Domino. Mandatum domini Papæ ſuſcepimus in hæc verba: Innocentius* Epiſcopus *&c.* venerabilibus fratribus *Lincolnienſi, Londonienſi*, & *Wellenſi* Epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Volentes igitur quod hæc noſtra conſtitutio robur obtineat perpetuæ firmitatis, paternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas Regni *Angliæ* non permittatis ſuper his contra ipſius conſtitutionis tenorem ab aliquibus indebite moleſtari; moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtante ſi aliquibus de partibus illis quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non valeant, à ſede Apoſtolica ſit indultum. Et conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Quod ſi non omnes his exequendis poteritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Data ut ſupra.

Decretalis facta in Concilio Lateranenſi.

'Cum Apoſtolus ſe ac ſuos propriis manibus decreverit exhibendos, ut 'locum prædicandi auferret pſeudo-apoſtolis, & illis quibus prædicabat non 'exiſteret hoc oneroſum & grave nimis; & emendatione dignum eſſe dino-'ſcitur, quod quidam fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum ita graves in 'procurationibus ſubditis exiſtant, ut pro hujuſmodi cauſa ipſa interdum 'Eccleſiaſtica ornamenta ſubditi exponere compellantur, & longi temporis 'victum brevis hora conſumat. Quocirca ſtatuimus quod Archiepiſcopi 'parochias viſitantes, pro diverſitate provinciarum, & facultatibus Eccle-'ſiarum XL. vel L. evectionis numerum, Epiſcopi autem XX. vel XXX. Cardi-'nales autem XXIII. vel XXV. nunquam excedant. Archidiaconi vero V. 'aut VII. Decani conſtituti ſub Epiſcopis, duobus equis contenti exiſtant, 'vero cum canibus venatoriis non proficiſcantur & avibus, ſed ita pro-'cedant, ut non quæ ſua ſunt quærant, ſed quæ *Jeſu Chriſti* quærere vi-'deantur, nec ſumtuoſas epulas quærant, ſed cum gratiarum actione re-'cipiant, quod honeſte & competenter illis fuerit miniſtratum.

Indulgentia ſuper exemtione Eccleſiarum parochianarum.

'*Innocentius* Epiſcopus *&c.* venerabilibus fratribus Epiſcopis *Cantuarienſis* provinciæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Attendentes quod

Cantua-

'*Cantuarienſis* provincia clare ſemper conſuevit Prælatis pollere, qui offi- 1252.
'cii ſui debitum laudabiliter exercentes, ſtuduerunt circa greges ſibi cre- *Innoc. 4. P.*
'ditos curam impendere vigilem & ſalubrem, viſitando eos oportune, ſi-
'cut in aliis provide gubernando. Conſiderantes etiam quod Eccleſiæ ſe-
'culares non collegiatæ veſtrarum civitatum & diœceſium in quibus ſin-
'gulares Rectores & Vicarii & nonnulli alii ſunt Clerici inſtituti, tum quia
'erga ipſos à ſuis Prælatis ſollicitudo debita in viſitatione ſic aliis adhibetur,
'tum quia in eis Clericorum collegia non exiſtunt, à Metropolitano veſtro
'quaſi nunquam indigeant viſitari, & propter hoc ipſos ratione viſitationis
'metropoliticæ in procurationibus aggravari nolentes; vobis & eiſdem
'Eccleſiis, de fratrum noſtrorum Conſilio, perpetuo auctoritate Apoſtolicâ
'indulgemus, ut idem metropolitanus ab eiſdem Eccleſiis procurationes,
'quæ ratione viſitationis debentur, nullatenus de cetero exigere, nec in
'aliquibus exactionibus pecuniariis aggravare, nec etiam Eccleſiæ ad illa-
'rum exhibitionem aliquatenus teneantur, decernentes quaſcunque ſen-
'tentias talium occaſione procurationum ſive exactionum contra eaſdem
'Eccleſias vel Rectores & Vicarios ipſos ſeu alios dictus Metropolitanus
'ſeu quilibet alius auctoritate ſua tulerit, irritas penitus eſſe & inanes,
'niſi forte ad ſingulorum veſtrum petitionem, vel de communi majoris
'partis Concilii conſilio & aſſenſu, illas duxerit viſitandas. Et in his ca-
'ſibus ut eædem Eccleſiæ non graventur ſecundum facultates earundem,
'majoribus vel minoribus procurationibus, ſecundum noſtræ conſtitutio-
'nis tenorem nuper ſuper his editum contentus exiſtat, nulla ſedis Apo-
'ſtolicæ indulgentia impetrata vel impetranda præmiſſis derogante. Nulli
'ergo &c. data, *dati ſunt conſervatores qui prius.*

Qualiter Metropolitanus teneatur facere viſitationem ſuam.

'*Innocentius* Epiſcopus *&c.* Cum Metropolitanus ſuam provinciam viſi-
'tare voluerit, Eccleſia ſua, civitate, & diœceſi prius plene viſitatis, ſi ad
'aliam diœceſim hujuſmodi cauſa declinare conſtituat, Epiſcopum vel
'ejus vicarium primo legitime præmuniat, ut is ſubditos ſuos ad certos dies
'& loca per eundem aſſignanda reddere valeat præmunitos. Demum die
'primo præfixo ipſum Epiſcopum & Capitulum Cathedrale, præpoſitoſque
'Collegiorum ejuſdem Civitatis, ſi commode poſſit, in Eccleſia Cathe-
'drali perſonaliter viſitare procuret, unaque procuratione ex eorundem
'contributione pro rata contentus exiſtat, quæ in victualibus pro perſonis
'& evectionibus quatuor marcarum æſtimationem non excedat; alioquin,
'aliis Collegiis ejuſdem Civitatis die ſequenti per ſuos præpoſitos ad locum
'congruum evenientibus, viſitatoris officium impendat, aliam procura-
'tionem ab eiſdem viſitatis in forma ſupradicta recepturus. Alio autem
'vel aliis diebus Abbates, Priores, alioſque Collegiorum Præpoſitos, &
'Archidiaconos per diœceſim conſtitutos, ad locum congruum ab Epiſcopo
'præfixum convocatos Metropolitanos ipſe perſonaliter ſtudeat viſitare,
'ſtatum ſuum atque ſubditorum & Eccleſiarum ſuarum ſine coactione qua-
'libet & exactione juramenti ſecundum canonicas ſanctiones inquirendo.
'Ita tamen quod ab eis ſicut à ſupradictis per idoneas perſonas ad id à
'diœceſano loci, vel à Concilio provinciali in qualibet diœceſi conſtitutas,
'unicam tantum procurationem vel plures ſecundum numerum dierum
'præfixarum, in forma recipiat memorata, nihil amplius re vel ſpe per ſe
'vel ſuos aut per alios quocunque modo oblatum, datum, promiſſumve
'fuerit, aut remiſſum, prædicta victualia recepturus. Quod ſi contra præ-
'ſumtum fuerit, dantes ipſo facto ab officio & beneficio noverint ſe eſſe ſu-
'ſpenſos. Recipientes autem excommunicationis ſententiam incurrant;
'à qua niſi per ſedem Apoſtolicam cum relatione dupli nullatenus abſol-

1252. Henric. 3. R. 'vantur, Eccleſiis parochialibus à viſitatione & procuratione metropoli- 'tani prorſus exceptis.

Abſolutio Londoniarum.

'*Innocentius* Epiſcopus, *&c.* venerabili fratri *Cantuarienſi* Archiepiſcopo 'ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sicut Decanus & Capitulum 'ſancti *Pauli*, & ſanctæ *Trinitatis* & ſancti *Bartholomæi* Eccleſiarum Prio- 'res, eorumque Conventus *Londonienſis* nobis ſignificare curarunt, te pro- 'ponente viſitationem & procurationem in Eccleſiis ipſis habere: quia præ- 'dicti Decanus & alii tibi ſuper his reſtiterint, denegantes te [a] adinvicem 'ad prædicta, tu verſus quoſdam ex ipſis, poſt appellationem ad nos inter- 'poſitam, ad excommunicationis ſententiam proceſſiſti, eoſque nunciaſti 'excommunicatos, & feciſti etiam denunciari, motu propriæ voluntatis: 'cumque ſuper his cauſa ad Apoſtolicam ſedem per appellationem delata 'fuiſſet, & per diffinitivam ibidem ſententiam terminata, pro parte præ- 'dictorum Decani, Priorum, & aliorum nobis humiliter fuit ſupplicatum, 'ut providere ipſis ſuper excommunicatione & denunciatione prædictis 'paterna diligentia curaremus: quocirca, frater, tibi per Apoſtolica ſcri- 'pta mandamus, quatenus ipſum infra octo dies poſt receptionem præſen- 'tium ſine difficultate qualibet ad cautelam relaxare, & ab hujuſmodi 'denunciationibus omnino ceſſare procures eiſdem propter hoc penitus 'injungendo ſeu decet demandando, alioquin dilecto filio Abbati de *Wal- 'tham, Londonienſis* diœceſis, literis noſtris injungimus, ut ipſe ex tunc jux- 'ta præſcriptam formam ſententiam eandem ſtudeat relaxare, illos ex 'prædictis in quos hujuſmodi ſententia lata fuit, in locis in quibus expe- 'dire viderit nunciando abſolutos, & cum ipſis, ſi forte abſolutionis be- 'neficio non obtento, ſe miſcendo divinis, vel ordines ſuſcipiendo, irre- 'gularitatem aliquam incurrerint, ſive per te ſive per eundem Abbatem 'abſolutionis conſequantur beneficium diſpenſando, ac contradictores 'per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non 'obſtante, ſi aliquibus à ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſu- 'ſpendi, vel excommunicari non poſſunt per litteras ſedis ejuſdem, niſi 'in eis plena & expreſſa de ipſo indulto, vel tenore ipſius de verbo ad ver- 'bum mentio habeatur, vel alia qualibet indulgentia Apoſtolica per quam 'non expreſſam præſentibus impediri mandati hujus effectus valeat vel 'differri. Data *Peruſii* pontificatus noſtri Non. *Junii* anno nono.

Conſimiles literæ, mutatis mutandis, diriguntur Abbati de *Waltham*.

Iſto anno poſt natale Domini obiit *Clementia Comitiſſa* de **Rependun**, Relicta nobilis viri *Ranulfi* quondam Comitis *Ceſtriæ*.

Obiit dominus *Ricardus Ciceſtrenſis* Epiſcopus, quondam Cancellarius ſancti *Edmundi*, [b] kal. *Aprilis*.

Parliamentum Weſtmonaſt. Eodem tempore convocatis ad parliamentum apud *Weſtmonaſterium* coram domino Rege *Henrico*, [c] *B. Cantuarienſi*, *R. Eboracenſi* Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, Comitibus & Baronibus, & totius Regni *Angliæ* magnatibus, & porrecto ibidem in medio quodam privilegio domini papæ ex parte domini Regis, per quod exigebat decimam partem omnium bonorum virorum Eccleſiaſticorum ſibi exhiberi. Sed eiſdem viriliter reſiſtentibus & contradicentibus, petebant pleraque gravamina quæ fiebant in Regno contra libertates Eccleſiæ & Regni in chartis ejuſdem Regis contentas prius emendari. Quorum quædam notantur ſuperius anno domini M.CC.XXXVII. Et datus eſt alius dies poſt paſcha loco quo prius ad uberius tractandum ſuper hujuſmodi exactione.

1253. M.CC.LIII.

a f. leg. admittere. *b* Quarto Nonas April. (1253.) M. Par. p. 864. *c* v M. Par. p. 849. 850

Anno

Anno gratiæ M. CC. LIII. [a] *tertio idus Maii, in majori aula Regia* Weſtmonaſterii, *ſub præſentia & aſſenſu domini* H. *Dei gratia Regis* Angliæ *illuſtris*, *& dominorum* R. *Comitis* Cornubiæ, *fratris ſui*, R. *Comitis* Norfochiæ & Suthfochiæ, *Mareſcalli* Angliæ, H. *Comitis* Hereford, H. *Comitis* Oxoniæ, J. *Comitis* Warewich, *& aliorum optimatum Regni* Angliæ, *nos* B. *divina miſeratione* Cantuarienſis *Archiepiſcopus totius* Angliæ *Primas*, F. Londonienſis, H. Elyenſis, R. Lincolnienſis, W. Wigornenſis, W. Norwicenſis, P. Herefordenſis, W. Sareſbyrienſis, W. Dunelmenſis, R. Exonienſis, S. Carleolenſis, W. Bathonenſis, L. Roffenſis, Th. Menevenſis *Epiſcopi, pontificalibus induti, candelis accenſis, in tranſgreſſores libertatum Eccleſiaſticarum, & libertatum, ſeu liberarum conſuetudinum Regni* Angliæ, *& præcipue earum quæ continentur in Charta de Foreſta, excommunicationis ſententiam ſollemniter tulimus ſub hac forma:* Auctoritate Dei omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus ſancti, & glorioſæ Dei genetricis ſemperque virginis *Mariæ*, beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, omniumque Apoſtolorum, beati *Thomæ* Archiepiſcopi & Martyris, omniumque martyrum, beati *Edwardi* Regis *Angliæ*, omniumque Confeſſorum, atque virginum, omniumque ſanctorum Dei, excommunicamus, anathematizamus, & à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ ſequeſtramus omnes illos qui amodo ſcienter & malitioſe Eccleſias privaverint vel ſpoliaverint ſuo jure. 1253. Innoc. 4. P.

Item omnes illos qui Eccleſiaſticas libertates, vel antiquas Regni conſuetudines approbatas, & præcipue libertates & liberas conſuetudines quæ in Chartis communium libertatum & de foreſta continentur, conceſſis à domino Rege Archiepiſcopis, Epiſcopis, & ceteris *Angliæ* Prælatis, Comitibus, Baronibus, militibus, & libere tenentibus, quacumque arte vel ingenio violaverint, infregerint, diminuerint, ſeu mutaverint, clam vel palam, facto, verbo vel conſilio, contra illas vel earum aliquam in quocumque articulo temere veniendo. Item omnes illos qui contra illas vel earum aliquam ſtatuta ediderint, vel edita ſervaverint, conſuetudines introduxerint, vel ſervaverint introductas, ſcriptores ſtatutorum, necnon Conſiliarios, & executores, & qui ſecundum ea præſumſerint judicare. Qui omnes & ſinguli ſuperius memorati hanc ſententiam incurſuros ſe noverint ipſo facto, qui ſcienter aliquid commiſerint de prædictis. Qui vero ignoranter, niſi commoniti, infra quindenam à tempore commonitionis ſe correxerint, & arbitrio Ordinariorum plene ſatisfecerint de commiſſis, ex nunc ſint hac ſententia involuti. Eadem etiam ſententia innodamus omnes illos qui pacem Regis & Regni præſumſerint perturbare. *In cujus rei memoriam ſempiternam nos ſigna noſtra præſentibus duximus apponenda.*

Iſto anno *Flandrenſes* & *Franci* quorum non erat numerus, capti ſunt ab *Alemannis*, & occiſi, ob diſcordiam inter Comitiſſam *Flandriæ* & *Johannem* de *Avennes* filium ſuum uterinum, quem ipſa nitebatur baſtardire ut exhæredaret. *Strages Flandrenſium & Francor.*

Eodem anno dominus *Henricus* Rex *Angliæ* tranſivit in *Waſconiam*, circa feſtum ſancti *Oſwaldi* Regis & martyris.

Eodem anno factæ ſunt Inquiſitiones ſubſequentes per ſingulas & univerſas diœceſes totius Regni *Angliæ*, de vita & converſatione Clericorum & laicorum. *Inquiſitiones de Clericis & laicis.*

'An aliquis laicus in parochia ubi degit, extra matrimonium aliquam fœminam cognoverit.

'An aliquis laicus cum uxore alterius adulterium commiſerit, vel aliquis alterius conditionis.

'An aliquis laicus inceſtum qualitercumque vel ſtuprum commiſerit, aliter quocumque modo ſuper luxu carnis ſuæ, ſive ſorore, ſive filia, ſive alia quacumque conſanguinea defametur.

[a] Tertio igitur die Maii, M. Par.

1253. Henric. 3. R. ‘ An aliquis laicus frequentet domum cujuſcumque alterius qualiſcum-‘ que conditionis ſine cauſa rationabili.

‘ An aliqui laici ſint ebrioſi, vel tabernam frequentantes ex conſuetudi-‘ ne, vel uſurarii quocnmque genere uſuræ.

‘ An aliquis laicus recipiat in feudo ſuo liberam terram Eccleſiæ ad fir-‘ mam.

‘ An aliquis laicus recipiat in feudo ſuo decimas alicujus Eccleſiæ.

‘ An redditus aſſignati ad luminaria, vel alios certos uſus Eccleſiæ, con-‘ vertantur in uſus Rectoris vel vicarii.

‘ An laici alicubi compellantur, ut die *Paſchæ* poſt miſſam communi-‘ cent & offerant.

‘ An aliquis laicus, vel alius cujuſcunque conditionis vel famæ perierit ‘ conſcio Rectore vel vicario loci.

‘ An aliquis laicus ſit notabiliter ſuperbus, vel notabiliter invidus, vel no-‘ tabiliter avarus, vel notabiliter accidioſus, vel notabiliter rancorem nu-‘ triens, vel notabiliter guloſus, vel luxurioſus.

‘ An aliqui laici mercata, vel ludos, ſeu placita peculiaria fieri faciant in ‘ locis ſacris, & an hæc fuerint prohibita ex parte Epiſcopi.

‘ An aliqui laici elevaverint arietes, vel fieri faciant *Schothales*, vel de-‘ certaverint de præeundo cum vexillis in viſitatione matricis Eccleſiæ.

‘ An aliquis laicus vel laica teneat in hoſpitio concubinam alicujus ho-‘ minis cujuſcunque conditionis, & qui ſunt meretricantium & adulteranti-‘ um receptores.

‘ An aliquis infirmus caruerit aliquo ſacramento ex negligentia ſacerdo-‘ tis legitime vocati.

‘ An aliquis laicus vel alius cujuſcunque conditionis deceſſerit inteſtatus, ‘ vel ſine participatione ſacramentorum; per negligentiam ſacerdotis vel ‘ Rectoris.

‘ An aliquæ Eccleſiæ recenter fuerint ſine ſacerdote.

‘ An aliquæ Eccleſiæ reſtant dedicandæ, & an aliqua ſit diruta ſine licen-‘ tia Epiſcopi, poſt Concilium *Londonienſe*.

‘ An *Judæi* morentur alicubi ubi non conſueverunt morari.

‘ An aliqui laici clandeſtinum contraxerint matrimonium, in caſu à ‘ jure non conceſſo, bannis Eccleſiæ omiſſis.

‘ An laici ſint pertinaces, ut ſtent in cancello cum clericis.

‘ An aliquis laicus celebrari faciat in aliqua capella ſine licentia Epiſcopi.

‘ Qualiter laici famuli & miniſtri perſonarum, Abbatum, Priorum, Prio-‘ riſſarum, & Religioſorum, in ſuis grangiis, ſeu manſionibus, ſeu poſſeſſio-‘ nibus ſe habeant.

‘ Inquiratur diligenter de taxatione cujuſlibet Eccleſiæ, & quantum Re-ctor uniuſcujuſque Eccleſiæ dedit ad ſubſidium domini papæ.

‘ An aliqui Rectores vel vicarii vel ſacerdotes ſint enormiter illiterati.

‘ An ſacramentum Euchariſtiæ portetur ubique ad infirmos cum debita ‘ reverentia, & ſicut decet cuſtodiatur.

‘ An aliqui de prædictis, & alii infra ſacros ordines conſtituti, ſint incon-‘ tinentes, & quo genere incontinentiæ.

‘ An incontinentes ſint correcti per Archidiaconum loci, & quotiens u-‘ nuſquiſque correctorum ſit correctus, & qualiter.

‘ An aliqui convicti vel confeſſi ſuper incontinentia, obligaverint ſe ad ‘ reſignationem beneficii, vel aliam pœnam canonicam, ſi recidivent. Et ‘ ſi quiſquam eorum poſt obligationem recidivaverit.

‘ An aliqui beneficiati vel in ſacris ordinibus ſint uxorati.

‘ An aliqui clerici frequentant Eccleſias Monialium ſine rationabili cauſa.

‘ An aliquis clericorum in ſacris ordinibus teneat aliquam ſibi cogna-‘ tam vel aliam de qua oritur mala ſuſpicio.

‘ An

'An aliqui ſint ebrioſi, vel tabernas frequentantes, vel negotiatores, vel 'uſurarii, vel pugnatores, vel luctatores, vel alio vitio notati. 1253. *Innoc.* 4. *P.*

'An aliqui ſint firmarii, dantes & recipientes ad firmam Eccleſias vel 'vicarias, ſine licentia Epiſcopi.

'An aliqui ſint Vicecomites, vel Juſticiarii ſeculares, vel teneant balli-'vas à laicis, unde obligentur eiſdem ad ratiocinia.

'An aliqui Rectores faciant pactum cum ſacerdotibus ſuis annuis, ut 'præter ſtipendia a Rectore recepta, poſſint ab aliis recipere annualia & 'Tricennalia.

'De ſimoniace ingreſſis & ordinatis.

'An aliquis ſacerdos parochialis non habeat à Rectore ſufficientem ſu-'ſtentationem.

'An aliquis Rector vel vicarius ædificaverit in laico feudo vel Cœmete-'rio de bonis Eccleſiæ, vel in laico feudo decimas reponat.

'An aliqui portent arma, vel non habeant tonſuram & habitum con-'gruentes.

'An aliquis habeat plures curas animarum ſine diſpenſatione.

'An aliquis Rector vel vicarius ſit filius proximo adminiſtrantis.

'An aliquis ſacerdos extorqueat pecuniam pro pœnitentia, vel aliis ſa-'cramentis, vel injungat pœnitentias lucrativas.

'An Diaconi audiant confeſſiones, vel miniſtrent alia ſacramenta, ſo-'lis ſacerdotibus conceſſa.

'An aliquis Rector vel vicarius non faciat reſidentiam in ſuo bene-'ficio.

'An aliqua Eccleſia non habeat clericos ſeu clericum honeſtum, ſecun-'dum facultates Eccleſiæ.

'An cœmeteria ſint ubique clauſa, & Eccleſiæ decenter ædificatæ & or-'natæ, & ornamenta & vaſa ſacra rite cuſtodita.

'An aliquis ſacerdos celebret de aceto.

'An aliqui beneficiati audiant vel doceant leges ſeculares.

'An fiant cariagia diebus Dominicis vel feſtivis, & per quos.

'An canon miſſæ ſit ubique rite correctus.

'An aliquis laicus ſeu clericus teneat in hoſpitio concubinam clerici. Et 'ubi concubinarum ſint receptacula.

'An aliquis ſacerdos bis celebret in die, niſi in caſibus conceſſis, & niſi in 'propria Eccleſia.

'An aliqui Religioſi appropriaverint ſibi aliquas decimas vel Eccleſias, 'vel hujuſmodi; vel aliqua penſio vel portio ſit Religioſis adaucta, ſine 'Epiſcopo loci.

'An aliqui vicarii faciant ſe Rectores, vel e converſo.

'An aliqui illegitimi, cum quibus non eſt diſpenſatum, habeant Eccleſi-'aſtica beneficia, vel ſint in ſacris ordinibus conſtituti.

'An aliqui ſe gerant Rectores vel vicarios, qui non ſunt per Epiſcopum 'inſtituti.

'An ſuperaltaria ſint honeſta, & non molantur ſuper ea colores.

'An adulteria & crimina publica & notoria laicorum ſint rite per Ar-'chidiaconum correcta, & an aliquis contraxerit matrimonium in caſu 'non conceſſo.

'An ſingulis Decanatibus ſtatuti ſint certi pœnitentiarii Rectorum, vi-'cariorum, & ſacerdotum, & qui ſint.

'Qui ſacerdotes ſint ordinati in *Hibernia*, vel alibi extra hunc Epiſcopa-'tum, & unde oriundi, & in quibus locis hactenus miniſtraverunt, & per 'quem licentiati ſunt ad celebrandum.

'An ſingulis Archidiaconatibus ſint ſufficientes Pœnitentiarii Epi-'ſcopi.

'De vita & honeſtate Archidiaconorum, Decanorum, & clericorum

1253. *Henric. 3. R.* ‘qui miniſtrant in Eccleſiis, & de miniſtris & famulis perſonarum & a-
‘liorum.

‘An aliqua Anachoreta facta fuit ſine aſſenſu Epiſcopi.

‘An alicubi morentur Monachi vel Religioſi in grangiis ſive poſſeſſio-
‘nibus eorum, & quomodo ſe gerunt iidem Monachi in ſpiritualibus, &
‘cujus ſint famæ.

‘An Decanus & alii conſpirationem fecerint ante adventum Epiſcopi.

‘An aliqui Archidiaconi plus receperint ratione procurationis, quam
‘recipere debuerunt ſecundum Conſtitutionem novam.

‘Inquirendum eſt de executoribus teſtamentorum, an bene & fideliter ſe
‘habuerint in executionibus faciendis, & ſi de dictis executionibus ſolve-
‘rint compotum Epiſcopo.

‘An alicubi teneantur mercata diebus Dominicis.

Eodem anno XIV. kal. *Octobris*, cum eſſet cœli ſerenitas, circa horam veſperam, apud villam quæ dicitur Ailwaldeſton juxta *Derbeyam*, ſtantibus & videntibus domino *Thoma Hanſelin* milite, ætatis decrepitæ, illius villæ domino; & *Galfrido* filio ſuo & hærede, pleriſque aliis tam de eadem villa quam de ſua propria familia, inter quos erat quidam libere tenens nomine *Nicholaus* de *Findern*, qui hoc vidit & nobis narravit; ſubito in quadam nube magna & obſcura apparuit quædam ſtella magna & lucida ſicut ſol radians, & ecce juxta eam duæ parvæ ſtellæ rubeæ ſicut candelæ ſcintillantes, quæ ſtatim immoderate inſultum fecerunt contra magnam ſtellam, ſupra quam fari poteſt eam impetentes, & in eam irruentes, & cum ea fortiter dimicantes: ita quod viſum fuerat his qui huic ſpectaculo ibi aderant, ſcintillæ igneæ ab eis deſcenderunt. Et duravit hujuſmodi bellum uſque ſero, ita quod iidem qui hoc ibidem viderunt, ſtupefacti præ timore & admiratione, ignorantes quid hoc portenderet receſſerunt.

Eodem anno cum dati eſſent proviſores auctoritate Apoſtolica dominus & magiſter. * * * * * * * * * *
Cantuarienſis Archidiaconus, & quidam *Romanus* nomine *Innocentius*, ad providendum cuidam *Romano* puero parvulo de prima vacante in Eccleſia Cathedrali *Lincolniæ*; Acceptis eorundem literis in eodem negotio executoriis, dominus & magiſter *Robertus* ejuſdem loci Epiſcopus, eiſdem in hæc verba reſcripſit.

‘*Robertus* Dei permiſſione *Lincolniæ* Epiſcopus, *Cantuarienſi* Archidia-
‘cono, & Magiſtro *Innocentio* Domini Papæ ſcriptori ſalutem & benedictio-
‘nem. Intelleximus vos literam Domini papæ recepiſſe, in hæc verba *In-*
‘*nocentius Epiſcopus* &c. *Dilectis filiis Archidiacono* Cantuarienſi, *& magiſtro*
‘Innocentio *ſcriptori noſtro in* Anglia *commoranti*, *ſalutem* &c. & *infra*.
‘[a] Noverit autem diſcretio veſtra, quod mandatis Apoſtolicis affectione fi-
‘liali omnino devote & reverenter obedio; his quoque quæ mandatis Apo-
‘ſtolicis adverſantur, parentalem zelans honorem, adverſor & obſto. Ad
‘utrumque enim [ſimiliter & æqualiter] teneor ex divino mandato. Apo-
‘ſtolica enim mandata non ſunt, nec eſſe poſſunt, alia quam Apoſtolorum
‘doctrinæ, & ipſius Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, cujus typum & perſonam ma-
‘xime gerit in hierarchia Eccleſiaſtica dominus papa, conſona & confor-
‘mia. Ait enim ipſe Dominus *Jeſus Chriſtus*, *Qui non eſt mecum, contra me*
‘*eſt*. Contra ipſum autem nec eſt, nec eſſe poteſt Apoſtolicæ ſedis ſanctitas
‘diviniſſima. Non eſt igitur prædictæ literæ tenor Apoſtolicæ ſanctitati
‘conſonus, ſed abſonus plurimum & diſcors. Primo, quia de illius literæ,
‘& aliarum ei conſimilium longe lateque diſperſarum, ſuperaccumulato
‘*non obſtante*, non ex legis naturalis obſervandæ neceſſitate inducto, ſcatet
‘cataclyſmus inconſtantiæ, audaciæ, & procacitatis etiam inverecundæ
‘mentiendi & fallendi, diffidentiæ cuiquam credendi, vel fidem adhibendi

[a] v. M. Par. p. 870. & infra, Ann. 1258

‘Ex

'Ex his conſequentium vitiorum, quorum non eſt numerus, Chriſtianæ re- 1253.
'ligionis puritatem, & ſocialis converſationis hominum tranquillitatem *Innoc.* 4. *P.*
'commovens & perturbans. Præterea, poſt peccatum *Luciferi*, quod idem
'erit in fine temporum ipſius filii perditionis *Antichriſti*, *quem interficiet Do-*
'*minus* [*Jeſus Chriſtus*] *ſpiritu oris ſui*, non eſt, nec eſſe poteſt alterum ge-
'nus peccati, tam adverſum & contrarium Apoſtolorum doctrinæ & Evan-
'gelicæ, & ipſi domino *Jeſu Chriſto* tam odibile, deteſtabile, abominabile,
'[& humano generi tam pernecabile] quam animas curæ paſtoralis [of-
'ficio & miniſterio vivificandas & ſalvandas, paſtoralis] officii & miniſte-
'rii defraudatione mortificare & perdere. Quod peccatum evidentiſſime
'Scripturæ ſacræ teſtimoniis committere dinoſcuntur, qui in poteſtate
'curæ paſtoralis conſtituti, de lacte & lana ovium Chriſti ſuis carnalibus &
'temporalibus deſideriis & neceſſitatibus proſpiciunt, & paſtoralis officii
'miniſteria in æternam ovium Chriſti ſalutem operandam debita non ad-
'miniſtrant. Ipſa enim miniſteriorum paſtoralium non adminiſtratio, eſt
'Scripturæ teſtimonio, ovium occiſio & perditio. Quod autem hæc duo
'genera peccatorum, licet diſpariter ſint peſſima, & omne alterum genus
'peccati inæſtimabiliter ſuperexcedentia, manifeſtum eſt ex hoc, quod ipſa
'ſint duobus exiſtentibus & dictis, licet diſpariter & diſſimiliter, optimis
'directe contraria; Peſſimum enim eſt quod optimo eſt contrarium. Quan-
'tum autem eſt in dictis peccantibus, unum peccatum eſt ipſius Deitatis ſuper-
'eſſentialiter & ſupernaturaliter optimæ, *alterum* vero deiformitatis & dei-
'ficationis ex divini radii gratificata participatione eſſentialiter & natu-
'raliter optimæ interemtio. Et quia ſicut in bonis, cauſa boni melior eſt
'cauſato; ſic & in malis, cauſa mali pejor eſt cauſato; manifeſtiſſimum
'eſt, quod talium peſſimorum interemtorum deiformitatis & deificatio-
'nis in ovibus Chriſti in Eccleſiam Dei introductores, ipſis peſſimis interem-
'toribus ſunt pejores, & *Lucifero* & *Antichriſto* proximiores. Et in hac pe-
'joritate gradatim magis ſuperexcellentes, qui ex majori & diviniori po-
'teſtate [a] ſunt divinitus in ædificationem & non in deſtructionem tradita,
'magis tenentur ab Eccleſia Dei tales interemtores peſſimos excludere &
'extirpare. Non poteſt igitur ſanctiſſima ſedes Apoſtolica, cui à ſancto
'ſanctorum domino *Jeſu Chriſto* tradita eſt poteſtas omnimoda, teſtante
'Apoſtolo, *in ædificationem, & non in deſtructionem*, aliquid vergens in hu-
'juſmodi peccatum, domino *Jeſu Chriſto* tam odibile, deteſtabile, & humano
'generi ſumme pernecabile, mandare vel præcipere, vel quoquo modo a-
'liquid tale conari. Hoc enim eſſet evidenter ſuæ poteſtatis ſanctiſſimæ
'& pleniſſimæ vel defectio, vel corruptio, vel abuſio, & à throno gloriæ
'Domini *Jeſu Chriſti* elongatio, & in Cathedra peſtilentiæ pœnarum ge-
'hennalium duobus prædictis tenebrarum Principibus proxima [b] coacceſ-
'ſio. Nec poteſt quis immaculata & ſincera obedientia eidem ſedi ſubdi-
'tus & fidelis, & à corpore *Chriſti* & eadem ſancta [c] fide per ciſma non ab-
'ſciſus, hujuſmodi mandatis vel præceptis, vel quibuſcumque conamini-
'bus undecumque emanantibus, etiamſi à ſupremo [d] Anglorum ordine,
'obtemperare, ſed neceſſe habet totis viribus totum contradicere & rebel-
'lare. Propter hoc, reverendi Domini, ego ex debito obedientiæ & fide-
'litatis, quo teneor ut utrique parenti Apoſtolicæ ſanctiſſimæ ſedi, & ex
'amore unionis in corpore Chriſti cum ea, his quæ in prædicta litera con-
'tinentur, & maxime quia inter prætactum peccatum, Domino *Jeſu Chri-*
'*ſto* abominabiliſſimum, & humano generi perniciosiſſimum, evidentiſſi-
'me vergunt & Apoſtolicæ ſedis ſanctitati omnino adverſantur, & con-
'trariantur [e] canonicæ, unice, filialiter, & obedienter non obedio, contra-
'dico, & rebello. Nec ob hoc poteſt veſtra diſcretio quicquam durum
'contra me ſtatuere, quia omnis mea in hac parte & dictio & actio, nec

a Sibi divinitus. *b* Coaſſeſſio. *c* Sede. *d* Ita & M. Par. ſed l. Angelorum. *e* Catholicæ fidei, unice

con-

1253. Henric. 3. R. 'contradictio eſt nec rebellio, ſed filialis divino mandato, debita patri & 'matri honoratio. Breviter autem recolligens dico, Apoſtolicæ ſedis ſan'ctitas non poteſt niſi quæ in ædificationem, & non in deſtructionem; hæc 'enim eſt poteſtatis plenitudo, omnia poſſe in ædificationem. Hæc autem 'quas vocant *proviſiones*, non ſunt in ædificationem, ſed manifeſtiſſimam 'deſtructionem. Non igitur eas poteſt beata ſedes Apoſtolica. [a]Etenim 'caro & ſanguis, quæ Regnum Dei non poſſidebunt, eas revelavit, & non 'pater Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, qui eſt in cœlis.

Prædicti vero proviſores, videlicet Archidiaconus *Cantuarienſis*, & magiſter *Innocentius*, auditis & intellectis eiſdem domini *Lincolnienſis* Epiſcopi literis, ſtatim eas Domino *Innocentio* ſummo Pontifici & Cardinalibus ſub ſigillis ſuis tranſmiſerunt [b].

Viſitatio provincialis. Eodem anno *Bonifacius Cantuarienſis* Archiepiſcopus fecit viſitationem ſuam per *Cantuarienſem* provinciam; & cum prius viſitatis [c] *Roſenſi*, *Londonienſi*, *Norwicenſi*, & *Elyenſi* diœceſibus, receſſiſſet à *Lincolnia* poſt viſitationem ſuam ibidem factam, & veniſſet apud Neweric, audito ibi obitu venerabilis magiſtri & domini *Roberti Groſſi capitis*, *Lincolnienſis Epiſcopi*, rediit *Lincolniam*, & ibidem una cum dominis *Fulc. Londonienſi*, & *Waltero Wigornenſi* Epiſcopis, pleriſque aliis Abbatibus & Prioribus, & clero & populo innumerabili, ad exequias tali & tanto pontifici exhibendas convenientibus, corpus ejuſdem ſancti patris cum ea qua decuit reverentia & honore in majori Eccleſia tumulavit. *Robert. Groſſeteſt, Epiſc. Linc. obit.* Tranſiit autem idem ſanctus pater Non. *Octobris*, cujus memoria in benedictione eſt, & ſepultus ut prædictum eſt, III. idus *Octobris*, anno Domini *Innocentii* papæ decimo.

Obiit *Willielmus de Veſcy* in *Gaſconia*.

Eodem tempore acceptis prædictis literis Domini Epiſcopi *Lincolniæ* & eiſdem lectis & intellectis, ſummus Pontifex Archiepiſcopis, Epiſcopis, & quibuſdam Abbatibus Regni *Angliæ* XXX. paria literarum vel amplius, bullata, ſub hac forma tranſmiſit.

Literæ Apoſtolicæ [d].

Literæ Excuſatoriæ de Proviſionibus. '*Innocentius* Epiſcopus &c. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epi'ſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archi'diaconis, Archipresbyteris, & aliis Eccleſiarum Prælatis, earumque Capi'tulis & conventibus ſeu Collegiis, tam exemtis quam non exemtis, ac pa'tronis clericis ſeu laicis, præſentes literas inſpecturis, ſalutem & Apoſto'licam benedictionem. Poſtquam regimini generalis Eccleſiæ nos licet 'immeritos Divina pietas voluit præſidere, & cordi ſemper habuimus, quod 'honeſtatem & ordinem in omnibus ſervaremus, ac in proviſionibus faci'endis haberemus illius providentiæ modum, per quem Eccleſiis & Mona'ſteriis ſeu aliis piis locis honor & commodum proveniret. Quod autem 'contrarium quandoque accidiſſe dinoſcitur, tum propter malitiam tem'porum, tum improbitatem nimiam petitorum, ſæpe nobis dolorem intu'lit, & cordi noſtro ſuſpiria cumulavit. Maxime cum poſt multa diffugia, '& excogitatæ reſiſtentiæ ſtudium, proviſiones quaſdam prorſus inviti fece'rimus, quas potuiſſe vitare pro magno & ſolemni gaudio duceremus. Cum 'itaque dudum fuerimus mente vigiles, ut ſuper his adhibere poſſemus re'medium oportunum, nos pro quiete mentis noſtræ, ac pro Eccleſiarum, 'Monaſteriorum, & locorum prædictorum ſalute, duximus ſtatuendum; 'quod ſinguli veſtrum Canonias & præbendas, ac beneficia ſeu perſonatus, 'ac dignitates, cum cura aut ſine cura, redditus, ac etiam penſiones, ad 'collationem, ſive electionem, ſeu præſentationem veſtram ſpectantia;

a Acceptare, quia caro. *b* v. M. Par. p. 872. *c* MS. Refenſi. *d* v. M. Par. Addit p. 184.

'quæ

'quæ obtinentur à quibuſcumq; oriundis extra Regna in quibus habentur 1253.
'Canonicatus & præbendæ ac alia ſupradicta, ſive apud ſedem Apoſtolicam Innoc. 4. P.
'manent, ſive alibi commorentur, ex tunc perſonis idoneis, Deum habendo 'præ oculis, conferre, vel eas ad ea eligere ac electas confirmare, ſive præſen- 'tare & præſentatas admittere, ſublato cujuſlibet contradictionis & appella- 'tionis obſtaculo valeatis. Et ex tunc perſonæ ipſæ in eiſdem Canoniis & præ- 'bendis, ac beneficiis ſeu dignitatibus, & perſonatibus, redditibus & penſioni- 'bus plenum jus & inconcuſſum obtineant. Nec tamen de his priuſquam va- 'cent, ſe aliquatenus intromittant, ſed ea ipſa jure quam citius vacaverint 'aſſequantur, & ipſa intrandi ac retinendi, nullius requiſito conſenſu, liberam 'habeant facultatem. Ita tamen quod illi qui nunc ipſa obtinent, ea quo uſq; 'ceſſerint vel deceſſerint, pleno jure pacifice habeant & quiete, ac nullum 'omnino ſuper his prætextu ejuſdem ſtatuti præjudicium patiantur. Vo- 'lumus tamen, quod ſi ſub exſpectatione præbendarum in Eccleſiis in qui- 'bus proviſum fuerit dictis perſonis, prius ſint recepti aliqui vel ſi ſuper pro- 'viſione ſua in eis literas Apoſtolicas impetrarunt, ſicut in receptione vel 'impetratione, ſic in præbendarum aſſecutione, [a] perſonæ præferantur eiſ- 'dem. Si vero aliqua perſonarum ipſarum, cui obtentu ejuſdem ſtatuti 'proviſum fuerit, vel ei per vos juxta modum inferius annotatum contige- 'rit de veſtra liberali gratia provideri, cedat interim vel decedat, licitum 'ſit vobis tam cito loco ſui aliam idoneam ſubrogare, ac ſucceſſive hoc 'facere. In cujus earundem ceſſione vel obitu perſonarum, ſub Divini ta- 'men judicii obteſtatione præcipimus, quod perſonæ ipſæ poſt poſſeſſores 'dictorum Canonicatum & beneficiorum, ac præbendarum, ſeu perſona- 'tuum, & dignitatum, reddituum ſeu penſionum, nullas inſidias, aut 'fraudem, vel moleſtias, ſive quodcumque aliud inconveniens machinen- 'tur; alias autem hoc ipſo cadant ab omni jure eis ſuper proviſione hujuſ- 'modi adquiſito. Cum dignum ſit, quod ſicut gratia pro virtute tribuitur, 'ita pœna pro vitio compenſetur. Pro malitiis autem cohibendis quæ 'hujuſmodi forſan occaſione ſtatuti oriri poſſent in mentibus perverſorum, 'volumus, ut ſi aliquem cui ſubrogatio ex beneficio ejuſdem ſtatuti facta 'fuerit, quod abſit, perimi contigerit quoquo modo, taliter ſubrogatus 'poſſeſſionem ſuæ proviſionis non habeat, nec aliquatenus apprehendat, 'niſi prius Apoſtolicas, vel Ordinarii, & aliquorum religioſorum virorum 'Deum timentium patentes literas obtinuerit, quod de morte ſic occiſi ſu- 'ſpectus nullatenus habeatur. Cæterum quia perſonis eiſdem in grave 'poſſet redundare tædium, quod vacationem Canonicatuum & præbenda- 'rum, ac aliorum prædictorum, per longa tempora exſpectarent, ad hoc 'noſtra deſudat intentio ut de Canoniis, præbendis, ac beneficiis, ſive per- 'ſonatibus & dignitatibus, redditibus, & penſionibus, ad veſtram collatio- 'nem aut electionem vel præſentationem ſpectantibus, quæ præter hujuſ- 'modi proviſionem veſtram vacant ad præſens, ſive vacare contigerit, dum- 'modo nulli alii de jure competant, liberaliter ac ſine mora provideatis 'eiſdem, & poſtmodum ipſorum loco alias perſonas idoneas quam citius 'ſubrogetis. Ad hæc ſtatutum prædictum, quamvis juri oppoſitum, quod 'pro cauſa legitima & ſalubri ad nullius requiſitionem vel inſtantiam 'proprio motu fecimus, plenam & inviolabilem firmitatem volumus obti- 'nere; ſi tamen ad alias collationes & electiones ſeu præſentationes quaſ- 'cumque de cetero fieri contigerit, idem ſtatutum nullatenus extendatur, 'nec ſanctionibus canonicis propter ipſum in poſterum aliquod præjudi- 'cium generetur. Præterea nulla privilegia vel indulgentiæ, ſive literæ 'Apoſtolicæ ſedis, vel legatorum ejus, ſub quacumque forma verborum de 'cetero impetranda, obſiſtant præfato ſtatuto, cum jam plenum jus per 'hujuſmodi collationem aut electionem ſive præſentationem adquiratur 'perſonis eiſdem, & illud eis tolli non poſſit, abſque divini offenſa nomi-

[a] Perſonis.

1253. Henr. 3. R. ‘nis, & ſedis Apoſtolicæ injuria manifeſta. Nos enim nihilominus, ſi aliquid ſuper his contra præfatum ſtatutum contigerit attentari, non ſolum irritum & inane decernimus, ſed omnes qui contravenire præſumſerint, Divinæ maledictioni ac noſtræ volumus ſubjacere. Licitumque ſit vobis univerſis & ſingulis, tanquam noſtris in hac parte miniſtris, noſtras ſive legatorum noſtrorum lacerare literas, ſi quæ ſtatuto ipſi [a] contraire, vobis aut alicui veſtrum fuerint præſentatæ. Canonicatuum inſuper & præbendarum ac beneficiorum & aliorum prædictorum poſſeſſio, ſicut prædictum eſt, nihilominus intretur ac retineatur libere, non obſtantibus literis memoratis. Sæpe vero dictum ſtatutum ad pontificatus & abbatias ac alias regulares extendi volumus dignitates. Data *Laterani* III. *Non. Novembris*, pontificatus noſtri anno undecimo.

Eodem anno obiit *Willielmus de Maneceſtria*, Decanus *Lichfeldenſis*; cui ſucceſſit magiſter *Radulfus* de *Sempingham*, theologus, Cancellarius *Oxoniæ*.

Radulfus de Sempingham, Cancell. Oxon.

Eodem anno *Silveſter Carliolenſis* Epiſcopus itinerando verſus Curiam domini Regis juxta *Norh.* recidit ab equo ſuo, & IV. die ſequenti mortuus eſt, ſcilicet kal. *Aprilis*.

Eodem anno Caſtellum de *Benages*, quod Rex *Henricus* obſedit, redditum fuit eidem domino Regi in feſto ſancti *Leonardi*, per mulieres uxores adverſariorum & inimicorum ſuorum, quæ fuerunt in eodem. Quas etiam dictus Rex tradidit *Guidoni de March.* fratri ſuo cuſtodiendas; & idem *Guido* quodam die, dum Rex cum ſuis in prælibatione ſedebat, inconſultis domino Rege & ſuo conſilio, & penitus ignorantibus, eaſdem mulieres deſtinavit maritis earundem, Regis adverſariis & inimicis, uſque ad Caſtrum de *Regula*, quod iidem contra dominum Regem occupaverunt & tenuerunt. Propter quod Comites & Barones qui ibi cum domino Rege aderant, ſupra modum commoti ſunt.

Guido de March.

1254. M. CC. LIV.

Willielmus de *Ferrariis* Comes *Derbeiæ* obiit [b] V. kal. *Aprilis*, apud *Eventonam* juxta *Leyceſtriam*, & ſepultus eſt in Capitulo de *Mirevalle* II. kal. *Aprilis*.

Domina *Alienor* Regina *Angliæ*, & dominus *Edwardus* filius ejus primogenitus, ad mandatum Domini Regis tranſierunt in *Waſconiam* ad Dominum Regem intrantes in mare apud *Porteſm.* IV. kal. *Junii*, ſcilicet die Veneris ante *Pentecoſten*; & applicantes, domino dirigente proſperum eorum iter, apud *Burdegal.* die Jovis ſequenti, ſcilicet II. Non. *Junii*, quibuſdam magnatibus *Angliæ* cum eiſdem ibidem tunc transfretantibus.

Regina cum filio in Gaſcon.

Eodem anno circa feſtum ſancti *Johannis* Baptiſtæ, *Ludovicus* Rex *Franciæ* & * * * Regina uxor ſua, cum duobus filiis quos pepererat in [c] terram ſanctam, redierunt in *Franciam*.

Eodem anno dominus *Henricus* de *Leſſintona* Decanus *Lincolniæ*, factus eſt Epiſcopus *Lincolniæ*.

Eodem anno venerabilis pater dominus *Hugo Elyenſis* Epiſcopus, quondam Abbas Eccleſiæ ſancti *Edmundi*, deceſſit VIII. idus *Auguſti*.

Magiſter *Willielmus* de *Kilkenny*, Cancellarius domini Regis, electus eſt apud Ely, circa feſtum ſancti *Michaelis*, obtenta prius eligendi Domini Regis licentia. Cui etiam dominus Rex gratanter aſſenſum præbuit.

Iſto anno ſummus Pontifex ad inſtantiam cleri Regni *Angliæ*, conſenſu & aſſenſu domini Regis & Conſilii ſui interveniente, confirmavit ſententiam excommunicationis latam anno præcedenti ab Archiepiſcopo *Cantuarienſi* & Epiſcopis apud *Weſtmonaſterium* ſub hac forma:

Sententia excommun. à Papa confirmata.

a Par. contrariæ, M. *b* Nono kal. M. Par. *c* In terra ſancta.

Literæ

1254.
Innoc. 4. *P.*

Literæ domini Papæ.

'*Innocentius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus uni-
'verſis Archiepiſcopis & Epiſcopis Regni *Angliæ* ſalutem & Apoſtolicam be-
'nedictionem. Cum à vobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor
'æquitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officii noſtri
'ad debitum perducatur effectum. Cum itaque ſicut ex parte veſtra fuit
'propoſitum coram nobis, vos cupientes prout ad veſtrum ſpectat officium,
'libertatem Eccleſiaſticam in Regno *Angliæ* illibatam ab omnibus conſer-
'vari, cum voluntate ac beneplacito cariſſimi in Chriſto filii *H.* illuſtris Re-
'gis *Angliæ*, in omnes illos qui malitioſe ac ſcienter Eccleſias ipſius Regni
'ſuo jure privaverint vel ſpoliaverint, & libertates Eccleſiaſticas, & anti-
'quas Regni conſuetudines, & præcipue illius libertates & liberas conſuetu-
'dines quæ continentur in chartis communium libertatum & de foreſta,
'conceſſis à dicto Rege vobis & aliis ejuſdem Regni Prælatis, violaverint,
'infregerint, diminuerint, ſeu immutaverint, & qui contra illas ſtatuta e-
'diderint vel edita obſervaverint, conſuetudines introduxerint vel ſervave-
'rint introductas, necnon in ſcriptores, executores, & conſiliarios ſtatuto-
'rum ipſorum, excommunicationis ſententias duxeritis proferendas, prout
'in literis ſuper hoc confectis plenius continetur: nos veſtris ſupplicationi-
'bus inclinati, quod à vobis provide factum eſt in hac parte, ratum haben-
'tes & gratum, id de fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica
'confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, tenorem lite-
'rarum ipſarum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt: [a] Auctoritate
Dei omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus ſancti, glorioſæque virginis &
Dei genetricis *Mariæ*, beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, omniumque
ſanctorum Apoſtolorum, beati *Thomæ* Archiepiſcopi & martyris, omnium-
que ſanctorum martyrum, beati *Edwardi* Regis *Angliæ* omniumque Con-
feſſorum, atque virginum, & omnium ſanctorum Dei, Nos *B.* Divina miſe-
ratione *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, *F. Londonienſis*, *W. Wigornenſis*, *W. Norwicenſis*, *P. Herefordenſis*, *W. Saresbyrienſis*, *W. Dunelmenſis*, *R. Exonienſis*, *S. Carliolenſis*, *W. Bathonienſis*, *L. Roſenſis*, *Th. Menevenſis*, Epiſcopi, de aſſenſu & voluntate venerabilis patris *W.* Dei gratia *Eboracenſis* Archiepiſcopi, anathematizamus & à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ ſequeſtramus, omnes illos qui amodo ſcienter ac malitioſe Eccleſias privaverint vel ſpoliaverint ſuo jure. Item omnes illos qui Eccleſiaſticas libertates, vel antiquas Regni conſuetudines approbatas, & præcipue libertates & liberas conſuetudines quæ in Chartis communium libertatum & de foreſta continentur, à domino Rege conceſſas Archiepiſcopis, Epiſcopis, & ceteris Prælatis *Angliæ*, Comitibus, Baronibus, militibus & libere tenentibus, quacumque arte vel ingenio violaverint, infregerint, diminuerint, ſeu immutaverint, clam vel palam, facto, verbo, vel conſilio, contra illas vel illarum aliquam in quocumque articulo temere veniendo. Item omnes illos qui contra illas vel earum aliquam ſtatuta ediderint vel edita ſervaverint, conſuetudines introduxerint, vel ſervaverint introductas; ſcriptores etiam ſtatutorum ipſorum, necnon & conſiliarios & executores, & qui ſecundum ea præſumſerint judicare. Qui omnes & ſinguli ſuperius memorata hanc noſtram ſententiam incurſuros ſe noverint ipſo facto, qui ſcienter aliquid commiſerint de prædictis. Qui vero ignoranter, niſi commoniti, infra quindenam à tempore commonitionis ſe correxerint, & arbitrio ordinariorum plene ſatisfecerint de commiſſis, ex tunc ſint hac ſententia involuti. Eadem etiam ſententia innodamus omnes illos qui pacem Regis & Regni præſum-

[a] v M. Par. p. 866.

1254. ſerint perturbare. In cujus rei memoriam ſempiternam nos ſigna noſtra Henric. 3. R præſentibus duximus apponenda. Data in majori aula Regia apud *Weſtmonaſterium*, anno Domini M. CC. LIII. III. idus *Maii*, ſub præſentia & aſſenſu *H.* Dei gratia Regis *Angliæ* illuſtris, & dominorum *R.* Comitis egregii *Cornubiæ*, fratris ſui *R.* Comitis *Norfolchiæ* & Mariſchalli *Angliæ*, *H.* Comitis *Herefordiæ*, *H.* Comitis *Oxoniæ*, *J.* Comitis *Warewichiæ*, & aliorum optimatum *Angliæ*, ad hoc quaſi ad Concilium ſpecialiter vocatorum. ‘Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis ‘infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare ‘præſumſerit, indignationem Dei Omnipotentis, & beatorum *Petri* & ‘*Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Data *Anagniæ*, kal. II. ‘Octobris, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Mand ti Conſervatores. Dati ſunt conſervatores iſtius mandati à ſummo Pontifice Decani *Londoniarum* & *Lincolniæ*; qui ſtatim accepto mandato Apoſtolico per totum Regnum *Angliæ* univerſis Epiſcopis, Officialibus, Archidiaconis, & eorum Officialibus, & Decanis, auctoritatem ſuam demandaverunt, in locis & diebus prout viderint expedire, promulgandam & inviolabiliter obſervandam, ſub forma ſubſequenti: excepto quod ſolus Decanus *Lincolniæ* hæc ſcribit, ut patet inferius, Epiſcopo *Coventriæ* & ſuis ſubjectis ſibi Ordinariis, Decano *Londoniarum* ſe excuſante.

Eorum literæ ad Epiſc. Lichf. *Reverendo in Chriſto Patri & Domino cariſſimo* R. *Dei gratia* Coventrenſi & Lichefeldenſi *Epiſcopo ac diſcretis viris, Officiali ejuſdem domini, & univerſis Archidiaconibus, Officialibus, & Decanis, per* Coventrenſem & Lichefeldenſem *diæceſim conſtitutis*, R. *Decanus* Lincolniæ *ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis nos mandatum Domini* Innocentii *papæ quarti jam pridem ſuſcepiſſe in hæc verba* *Innocentius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis *Londonienſi* & *Lincolnienſi* Decanis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut ex parte venerabilium fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Regni *Angliæ* fuit propoſitum coram nobis, iidem cupientes prout ad eorum ſpectat officium, libertatem Eccleſiaſticam in Regno *Angliæ* illibatam ab omnibus conſervari, cum voluntate ac beneplacito cariſſimi filii noſtri illuſtris Regis *Angliæ* in omnes illos qui malitioſe ac ſcienter Eccleſias ipſius Regni ſuo jure privaverint vel ſpoliaverint, & libertates Eccleſiaſticas & antiquas Regni conſuetudines, & præcipue illas libertates & liberas conſuetudines quæ continentur in Chartis communium libertatum & de foreſta, conceſſis à domino Rege ipſis Archiepiſcopis & Epiſcopis ac aliis ejuſdem Regni prælatis, violaverint, infregerint, diminuerint, ſeu immutaverint, & qui contra illas ſtatuta ediderint vel edita obſervaverint, conſuetudines introduxerint, vel ſervaverint introductas, necnon in ſcriptores, executores, & conſiliarios ſtatutorum ipſorum excommunicationis ſententias duxerint proferendas, prout in literas ſuper hoc confectis plenius continetur: Nos ipſorum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ſupplicationibus inclinati, quod ab eis provide factum eſt in hac parte, ratum habentes & gratum, id de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate Apoſtolica duximus confirmandum. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ſententias ipſas in locis in quibus videritis expedire, diebus Dominicis & feſtivis curetis ſolemniter publicare, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtante ſi à ſede Apoſtolica ſit indultum aliquibus, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ſeu de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem, & conſuetudine de duabus dietis edita in Concilio generali. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum nihilominus ea exequatur. Data *Anagniæ* II. kal. *Octobris*, pontificatus noſtri anno duodecimo. ‘Auctoritate itaq; mandati hujus, quod pro eo validum eſſe con‘ſtat, quod conſequitur ad privilegium perpetuo valiturum, vobis, reverende

‘pater

'pater, ſupplicamus, quatenus prædictam ſententiam tantorum patrum 1254.
'auctoritate Apoſtolica in Comitatibus, hundredis, & aliis publicis con- *Innoc.* 4. *P.*
'ventibus ac locis quibuſcumque oportunum fuerit, publicari in veſtra Ci-
'vitate & per veſtram diœceſim faciatis; vices enim noſtras ſi dignemini ad-
'mittere, vobis committimus in hac parte. Vobis autem Officiali, Archidi-
'aconis, & veſtris officialibus, ac Decanis, in virtute obedientiæ qua ſedi
'Apoſtolicæ tenemini, mandamus firmiter injungentes, quatenus ſenten-
'tiam prædictam modo quo prædiximus, publicetis, & per alios publicari
'faciatis diſtincte & dilucide, in lingua *Anglicana* & *Gallicana*, ubicumque
'& quandocumque videritis expedire. Prædictæ vero ſententiæ tranſcri-
'ptum cum ſua confirmatione, præſentibus ſub ſigillo noſtro appendimus,
'ut ipſius copiam habeatis, & aliis habere faciatis, & ſic ad omnium perve-
'niat notitiam, ne aliquis ſe valeat de ignorantia excuſare. Ne autem
'aliquos ignorantes maledictum per ignorantiam involvat, tranſcriptum
'chartæ communium libertatum & Chartæ de foreſta ſub ſigillo noſtro vo-
'bis tranſmittimus tranſcribendum, & nobis per latorem præſentium re-
'mittendum, ut & illius copiam ſimiliter aliis, ſicut oportunum viſum fue-
'rit, haberi faciatis. Ea igitur diligentia & ſtudio præmiſſa omnia cure-
'tis exequi, rebelles ſi neceſſe fuerit vocando & compeſcendo, auctoritate
'prædicta, & vice noſtra, quam vobis in hac parte committimus, ut per hoc
'honor [a] Regni, tranquillitas Eccleſiis, & pax populis, favente Domino va-
'leat pervenire. Si qui vero veſtrum favore cujuſcumque perſonæ aut ti-
'more, quod abſit, onus iſtud ab humeris ſuis voluerit excutere, rebellantes
'hujuſmodi citare ſatagat, ut coram nobis vel Commiſſariis noſtris apud
'*Lincolniam* in majori Eccleſia compareat, ſuper ſua præſumtione reſpon-
'ſurus, & juri pariturus. Citandis vero terminum præfigatis peremtorum
'competentem, quem nobis vel dictis Commiſſariis noſtris, una cum rebel-
'lionis ſuæ modo & cauſa, per veſtras patentes literas ſignificetis. Scribo
'autem vobis ego ſolus, Decano *Londonienſi* collega noſtro ſe quantum ad
'veſtram diœceſim excuſante. Data apud *Langeford* III. idus *Maii*, anno
'Domini M. CC. LV. 1255.

Epiſcopi autem & eorum Officiales, Archidiaconi, officialeſque eorum, ſeu Decani, accepto præſcripto mandato, ſecundum tenorem ejuſdem per totum Regnum *Angliæ* ſententiam antedictam promulgarunt, & ab omnibus inviolabiliter obſervari præceperunt.

Iſto anno in nocte ſancti *Leodegarii* Martyris combuſta eſt villa de *Burthonia.*

Eodem anno Dominus Rex *Henricus*, die ſancti *Edwardi* Regis & Confeſſoris, celebravit feſtum ejuſdem ſancti apud Civitatem *Burdelenſem.*

Edwardus Angl. Alienoram Hiſp. uxorem ducit.

Eodem tempore Dominus *Edwardus* filius Regis & hæres apud *Bures* in *Hiſpania* à Domino *Amfulſo* Rege *Caſtellæ* cingulo accinctus eſt militari; & de conſenſu Regis patris ſui & aſſenſu, ejuſdem Regis ſororem nomine *Alienoram* duxit in uxorem, ibidem nuptiarum feſtum ut tantum decebat Principem, diebus plurimis cum Regni *Angliæ* magnatibus, videlicet, *Ricardo* de *Clare* Comite *Gloverniæ*, *Johanne Manſel* clerico, qui maritagium procuravit, & quibuſdam aliis qui ibi cum eo convenerant, necnon & prænominato Rege *Amfulſo* & patriæ illius optimatibus, ſolemniter celebrans & conſummans.

Inundatio aquarum ſubita, non ex pluvia proveniens, fuit tanta iſto anno ante feſtum ſancti *Edmundi* Regis & martyris, quod maxima pars *Bedefordiæ* aſportata fuit, & villæ plures verſus mariſcum, & populus innumerabilis utriuſque ſexus, ſenes cum junioribus, & etiam parvuli in cunabulis, ſubmerſi ſunt & necati. Et ſimiliter per aquam de *Trente*. Aſſe-

a Lege regno.

1254. Henric. 3. R. rebant autem Juſticiarii Domini Regis tunc apud *Bedefordiam* ſedentes, & etiam patriæ plebs, quod fuit diluvium particulare.

Regis & Papæ amicitia. Cum inter dominum *Innocentium* ſummum pontificem, & dominum *H.* Regem *Angliæ*, eſſet amor reciprocus, prout populus prædicabat, magis ob amorem pecuniæ de *Anglorum* marſupiis utriuſq; videlicet populi exhauriendæ ſive extorquendæ, quam propter patriæ cœleſtis Regnum & gloriam adquirendum, & ejuſdem Regis nunciis ab ejus lateribus pro ſuis negotiis diverſis ad curiam *Romanam* deſtinatis aliquoties ſecretius in thalamo coram eodem Pontifice ſuiſque Cardinalibus & aliis ſuis commeſſalibus exiſtentibus, facta fuiſſet amicabilis altercatio ſive riſum movens contentio, de dictorum Papæ & Regis ætate, quis eorum ſenior eſſe videretur, his Regem ſuum dominum juniorem eſſe ex parte una aſſerentibus, illis ex parte altera ſummum Pontificem; tandem negotiis expletis pro quibus ibi venerant, cum iidem nuncii in reditu ſuo diſceptationem hujuſdem domino Regi retuliſſent, idem Rex eidem Apoſtolico apices amicabiles deſtinavit, mandans eidem, quod licet ipſemet naſcendo præveniſſet, & ætatis majoris extiterit, tamen idem Apoſtolicus magis gratia præfulſit, & ſapientia abundavit ut decebat. Ad hæc ſummus Pontifex Regi reſcripſit in hæc verba:

Literæ Papæ.

'*Innocentius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo in Chriſto filio '*H.* illuſtri Regi *Angliæ* ſalutem. Regiam gratitudinem digna gratiarum 'actione proſequimur, quæ Apoſtolicam ſedem in tua recognoſcens gra'tanter vota proclivem, ſuper his quæ honeſte poſtulanda decreveris, fa'vorem tibi ex hoc benevolum vendicavit. Perpendimus enim quod ple'nam de nobis ſpei tibi fiduciam ſuggerit ſinceritas filialis, affectum no'ſtrum ad tuæ beneplacita voluntatis aſtringens, ut ſicut ſecundum Deum 'poterimus, voto tibi & opere placeamus. Porro in literis tuis ad Jocun'ditatis ſolatium ſeriis ludicra miſcuiſti, de illius videlicet ſcrupulo quæ'ſtionis qua coram nobis, ut aſſeris, uter noſtrum alterum naſcendo præve'nerit, extitit diſceptatum. Sane licet contendere videaris te nobis eſſe 'juniorem, noſque reponas in conſortio ſeniorum, ſuper hoc tamen dubi'tantium forſitan vacillat opinio, quibuſdam annos tuos producentibus, 'aliis annos noſtros corripientibus. Ad hoc autem, aliud non reſponde'mus ad præſens, niſi quod de tranſmiſſo verborum ſolatio, quo nos lætifi'care curaſti, celſitudini gratias exhibentes, tecum optamus ut mutuæ vi'ſionis judicio poſſimus dirimere propoſitam quæſtionem. O ſi unquam 'nobis deſuper illuceſceret dies illa quæ commode noſtram tibi tuamque no'bis deſiderabilem præſentiam exhiberet, multa quidem præteritorum di'erum malignitas, quos in tribulationis amaritudine traximus, in copioſa 'illius conſolationis dulcedine leniretur. Data *Laterani*, pontificatus noſtri 'anno XI.

Eodem anno Dominus papa ad inſtantiam Regis *Angliæ* conceſſit eidem decimam totius Eccleſiæ *Anglicanæ* per triennium percipiendam, exceptis ordine *Cyſtercienſi* & *Hoſpitalariorum* & *Templariorum*, & licet diverſas literas ſigilatim antea diverſis ſuper hoc demandaſſet, tandem tamen eiſdem revocatis & non obſtantibus, *W.* Epiſcopi *Norwicenſi* hoc præciſe demandavit exequendum. Idem autem Epiſcopus, licet invitus, mandato hujuſmodi obtemperans, per totum Regnum in ſingulis Capitulis cujuſcumque diœceſis fecit Decanum & tres Rectores vel vicarios qui fuerint majoris auctoritatis, pro ſua voluntate jurare ſub forma in ejuſdem literis contenta ſubſequenti:

Literæ

Literæ Epiſcopi Norwicenſis *executoriæ.*

‘*Walterus* permiſſione Divina *Norwicenſis* Epiſcopus, negotii Crucis exe-
‘cutor à ſede Apoſtolica deputatus, diſcretis viris Decano Chriſtianitatis
‘de Saſford, & juratis de Capitulo, ſalutem in Domino. Cum nuper
‘convocatis vobis & aliis de decanatu veſtro viris fide dignis, ſacramen-
‘tum à vobis receperimus, quod prout vobis inferius injungetur, juſtas æſti-
‘mationes omnium Eccleſiaſticorum beneficiorum fideliter inquireretis;
‘vobis in virtute obedientiæ qua ſedi Apoſtolicæ tenemini, & ſub religi-
‘one ſacramenti ac pœna perjurii, injungimus, quatenus tam à veſtris
‘conſcientiis propriis, quam Rectoribus, vicariis, & aliis quibuſcumque per-
‘ſonis magis videritis expedire, plenius inquiratis veritatem, quæ ſit juſta
‘æſtimatio omnium proventuum Eccleſiaſticorum tam majorum quam
‘minorum, cujuſcumque ſint exemtorum vel non exemtorum, in Deca-
‘natu veſtro exiſtentium, & quæ æſtimatio decimarum ſeparatarum, vi-
‘delicet ſi quas decimas, penſiones, vel alios proventus percipiant & habe-
‘ant in parochiis Rectorum Eccleſiarum, jure ſpeciali, ſive aliquis nomi-
‘ne eorum eas teneat. Prædictas ſiquidem juſtas æſtimationes in ſcriptis
‘fideliter, ſub pœna ante dicta, redigatis, & per literam patentem ſignis
‘veſtris ſignatam nobis habere faciatis, ad terminum & locum vobis infra
‘præfigendos. Bona autem Religioſorum, quæ non pertinent ad Eccle-
‘ſias eis appropriatas, nec ſunt decimæ ſeparatæ, per ipſos Religioſos taxa-
‘buntur, ſi Abbatia, vel Cella, ſeu Prioratus ad quos hujuſmodi bona per-
‘tinent, in veſtro fuerint Decanatu. Si vero in veſtro decanatu non ex-
‘iſtant, bona ipſorum per vos taxabuntur, & eorum taxationem nobis di-
‘lucide & aperte in ſcriptis habere faciatis. Damus ſiquidem vobis omni-
‘bus & ſingulis plenam poteſtatem compellendi ad jurandum omnes &
‘ſingulos de decanatu veſtro, pro veritate vobis in hac parte manifeſtan-
‘da, prout melius videritis expedire: contradictores & rebelles, ſi quos in
‘officio veſtro inveneritis, per interdicti aut excommunicationis ſententias,
‘noſtra freti auctoritate, compeſcendo. Conſulimus inſuper ad veſtram ſalu-
‘tem & communem liberationem, quod in taxationibus faciendis ſic dili-
‘gentes ac veraces ſollicitudine & facto vos habeatis, non obſtantibus aliqui-
‘bus taxationibus præhabitis, ne ex poſt facto veſtra alii facta & dicta ſcru-
‘tantes, vos inveniant à via veritatis manifeſte declinaſſe, & in ſententiam
‘excommunicationis incidiſſe, quæ per Sedem Apoſtolicam in omnes illos
‘qui ſcienter in dicta decima ſubtrahenda, vel non ſolvenda, fraudem com-
‘miſerint, promulgari demandatur. Volumus etiam, ſi juſtum vobis vi-
‘ſum fuerit, quod unuſquiſque cujus Eccleſia tenetur ad firmam, juxta
‘quantitatem firmæ quam recipit, reſpondeat de decima, dum ſua volun-
‘tate & communi pactione ipſa firma durabit. Hoc ſiquidem officium vo-
‘bis in remiſſione peccatorum injungimus, concedentes vobis auctoritate
‘Sedis Apoſtolicæ, ut relaxationis indultæ omnibus Terræ Sanctæ ſubve-
‘nientibus participes efficiamini in Domino. Prædictas autem æſtimationes
‘in ſcriptis fideliter redactas nobis vel certo nuncio noſtro ſigillis veſtris ſi-
‘gnatas tali die apud *Lichefeld* habere faciatis.

Literæ Epiſcopi ut ſupra.

‘*W.* permiſſione Divina Epiſcopus *Norwicenſis* &c. diſcretis viris Supprio-
‘ri de *Burthonia*, & Juratis de Capitulo, ſalutem in Domino. Cum ſacra-
‘mentum nuper præſtiteritis ſuper æſtimatione omnium bonorum immobi-
‘lium ad Eccleſiam veſtram ſpectantium, majorum & minorum, abſque frau-
‘de facienda, exceptis proventibus Eccleſiarum parochialium quas habetis,
‘qui per Decanos debent æſtimari, & exceptis bonis quæ ſunt in manu Do-

‘mini

1254. Henric. 3. R. 'mini Regis tempore vacationis; vobis in virtute obedientiæ qua Sedi 'Apoſtolicæ tenemini, & ſub religione ſacramenti præſtiti injungimus, 'quatenus in hac parte fideliter vos habentes, quæ ſit juſta æſtimatio 'omnium bonorum veſtrorum ſupradictorum in ſcriptis fideliter redigatis, '& illam æſtimationem plene, plane, & dilucide, per literam patentem 'ſigillo capituli ſignatam, nobis habere faciatis ad diem & locum infra-'ſcriptos. Damus *&c.* Contradictores *&c.* Conſulimus *&c.* Prædictas autem 'æſtimationes *&c. ut ſupra.*

Reſcriptum Supprioris & Juratorum.

'Venerabili in Chriſto patri *W.* Dei gratia *Norwicenſi* Epiſcopo, Crucis exe-'cutori à domino Papa deputato, frater *M.* Supprior *Burthoniæ*, & Jurati de 'capitulo, ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit paternitas veſtra nos 'ad mandatum veſtrum juſtam æſtimationem omnium bonorum noſtrorum 'immobilium ad Eccleſiam noſtram ſpectantium, exceptis proventibus Ec-'cleſiarum parochialium quas habemus per provinciam, & exceptis bo-'nis quæ ſunt in manu domini Regis tempore vacationis, diligenter inqui-'ſiviſſe; quam quidem æſtimationem præſentium tenore vobis duximus 'ſignificandam.

'Eccleſia *B.* valet quatuordecim marcas.
'Bona ad coquinam ſpectantia, valent centum & quinque ſolidos.
'Bona ad cameram pertinentia, quinque marcas.
'Ad Refectorium & Hoſpitale, xxx. d.
'Ad Infirmitorium, duas marcas.
'Ad eleemoſynam, quadraginta ſolidos.
'Ad ſacriſtiam, quinque ſolidos.
'Ad camerariam, duos ſolidos.
'Summa totius, tantum
'Decima inde deducta, tantum.

'In cujus rei teſtimonium has literas noſtras ſigillo Abbatis noſtri ſignatas vo-'bis tranſmittimus. Valete.

Facta eſt autem ſolutio iſtius pecuniæ primo anno nunciis ejuſdem Epi-ſcopi ad locum & terminum ab eis præfixum, & in depoſitum miſſa.

Circa idem tempus *Henricus* Rex *Angliæ* & Regina, petita licentia & be-nigne obtenta à Rege *Franciæ* & Barnagio, peregre proficiſcendi ad ſan-ctum *Edmundum* quondam *Cantuariæ* Archiepiſcopum, apud *Pontiniacum*, & per Regnum *Franciæ* in *Angliam* revertendo; Rex *Franciæ* miſit eis in obviam apud Civitatem *Blemenſem*, Archiepiſcopum *Bituricenſom*, & do-minum *Ph.* de *Enemus*, ad eos per *Franciam* ſalvo pro ſua voluntate condu-cendum. Quibus etiam idem Rex *Franciæ* apud Civitatem *Aurel.* occur-rit, ibique eos cum gaudio ſuſcepit immenſo, & facto ibi triduo in magna ſolemnitate, Rex *Franciæ* obtulit ſe velle eos conducere per *Pont.* ſed Rex *Angliæ* propter laborem ejus immenſum, eo quod nuper de Terra Sancta *Jeruſalem* redierat, hoc nullatenus voluit ſuſtinere: veruntamen facta prius apud *Pont.* peregrinatione, iterum ſibi apud *Pariſ.* deberent obviare inter eos ut convenit. Quod & ſic factum eſt. Venerunt etiam Magnates *Fran-ciæ* ad Regem *Angliæ*, eum cum magna rogantes devotione, ut per eorum terras divertere dignaretur, honorem & reverentiam quam debebat ſuſ-cepturus. Quibus ipſe gratias agens, & ſe excuſare, quod cum ſanctiſſimi patris ſui *Edmundi Cantuarienſis* Archiepiſcopi fuiſſet peregrinus, ad præ-ſens hoc facere non decebat. Inter quos quidam Nobilis, eximiæ poten-tiæ & auctoritatis immenſæ, nomine *Willielmus de Bares*, prorupit in vo-cem dicens, 'Domine Rex ut quid ad partes iſtas declinaſtis cum nobiſ-cum ſpatiari, & terras noſtras ac caſtella viſitare veſtra non dignatur ma-

jeſtas

'jeſtas & excellentia, quæ etiam veſtræ majeſtati Regiæ cum magna devo- 1254.
'tione omnia ad veſtrum honorem & beneplacitum ſubjicimus & commit- *Innoc.* 4. *P.*
'timus? Pro certo, prout nobis videtur, veſter adventus ad partes iſtas ad
'præſens declinans pro minimo debet reputari.

Ad hæc Rex grates & gratias reiterans, reſpondit, 'Non, non, domine '*Willielme*, pro minimo, imo pro immenſo & maximo habemus & reputa-'mus, una cum noſtra ad *Pont.* peregrinatione, dilectiſſimum noſtrum 'conſanguineum & vicinum, Regem veſtrum, qui adhuc pro loco & tem-'pore cum ſibi placuerit & pro ſua dignatione meus erit dominus, poſt ſuos 'immenſos labores quos jampridem in *Jeſu Chriſti* ſervitio noſtri ſuſtinuit 'redemtoris, videre ſimul & viſitare, & ejus dulci frui colloquio & refocil-'lari. Et ſicut jam prædictum eſt, poſt peregrinationem Regis *Angliæ* apud *Pont.* factam, apud *Pariſios* iidem Reges ſibi mutuo obviaverunt. Convocavit etiam ibidem Rex *Franciæ* omnes majores Regni ſui ſuæ ditioni ſubjectos, ad honorem Regi *Angliæ* & Reginæ præſtandum & reverentiam. Fuerunt etiam ibi præſentes Comitiſſa de *Provencia*, mater, & quatuor ſuæ filiæ, duæ Reginæ, videlicet *Franciæ* & *Angliæ*, & duæ Comitiſſæ, uxores nobilium Comitum, ſcilicet *Ricardi* Comitis *Cornubiæ*, fratris Regis *Angliæ*, & *Caroli* Comitis *Provenciæ*, fratris Regis *Franciæ*, ut mutua refocillarentur conſolatione. Fuerunt etiam Reges & Reginæ ad Aulam Regis ſimul in menſis, & pariter pernoctantes. Poſtea vero fuerunt cum Domino Rege *Angliæ* ad domum *Templariorum* in prælibatione *Franciæ* & *Navarræ* Reges, & *Burgundiæ* & *Lovaniæ* & .... Duces, & Archiepiſcopi & Epiſcopi XXIII. Comites autem XXVII. quos omnes convocavit ibidem Rex *Franciæ*, ob honorem Regis *Angliæ* & Reginæ, & inter eos confœderationem.

Facta autem ibidem mora, Rex *Angliæ* & Regina inde recedentes cum honore immenſo, verſus *Angliam* profecti ſunt, & in die ſancti *Johannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ, in Natali Domini, apud *Doroberniam* proſpere applicuerunt, domino *Edwardo* filio eorum & uxore ſua in *Waſconia* commorantibus. Dedit etiam Rex *Franciæ* Regi *Angliæ* unum elephantem tunc temporis, quem tranſvexit uſque *Londonias*.

Eodem tempore *Innocentius* Papa IV. in craſtino ſancti *Nicholai* obiit apud *Innocentio* 4.
Neapolim. *ſucc. Alex.* 4.

Alexander papa III. Epiſcopus *Hoſtienſis*, ſtatim ſucceſſit.

Eodem tempore poſt feſtum ſancti *Hilarii* ſederunt Juſticiarii Itine- 1254, 5.
rantes apud **Lichefeld**; & factæ ſunt coram eis Inquiſitiones ſubſequentes:

Inquiſitiones factæ coram Juſticiariis.

De veteribus placitis coronæ, quæ alias fuerunt coram Juſticiariis, & non fuerunt terminata.

De novis placitis coronæ, quæ poſtea emerſerunt.

De illis qui ſunt in miſericordia Domini Regis, & non ſunt amerciati.

De valettis & puellis qui ſunt & eſſe debent in cuſtodia domini Regis, vel in donatione Domini Regis; qui ſint, & qui illos habent, & per quem; & quantum terræ illorum valent.

De dominabus quæ ſunt & eſſe debent in donatione domini Regis, ſive ſint maritatæ, ſive maritandæ. Et ſi ſint maritatæ, quibus, & per quem, & quantum terræ illarum valent.

De Eccleſiis quæ ſunt de donatione domini Regis, quæ ſint Eccleſiæ illæ, & qui illas habent, & per quem.

De Eſchaetis domini Regis, quæ ſint, & qui illas habent, & per quod ſervitium, tam de terris *Normannorum*, quam de aliis; & ſi teneantur ſine waranto, capiantur in manu domini Regis.

1254, 5. Henric. 3. R. De ſergantiis, quæ ſint, & qui illas tenent, & per quem, & cujuſmodi ille ſergantiæ ſint, & quantum valent.

De purpreſturis factis ſive in terra, ſive in aqua, ſive in mare, ſive in libertate, ſive extra libertatem.

De menſuris factis & juratis per Regnum, ſi ſint ſervatæ, ſicut proviſum fuit. Et ſi cuſtodes menſurarum mercedem ab aliquo ceperint, ut poſſint per unas vendere, & per alias emere: & intelligatur de omnibus menſuris, tam de. * * * * * *
quam de ponderibus. Et ſi aſſiſa pannorum ſervata fuerit, [a] proviſum fuit. Et ſi aliquis mercedem ceperit de vino vendito contra aſſiſam, vel pro panno vendito contra aſſiſam; & de Theſauro invento.

De Vicecomitibus & aliis ballivis domini Regis qui tenent placita coronæ.

De Vicecomitibus & aliis ballivis, qui convenire fecerunt *hundredum* vel *Wapentachium* pro inquiſitione facienda pro morte hominis, vel de aliis placitis coronæ, & ceperunt miſericordiam pro defaltis.

De *Vtheſio* levato & non ſecuto.

De uſurariis Chriſtianis mortuis, qui fuerint, & quæ catalla habuerint, & quia ea habuerint.

De catallis *Judæorum* occiſorum, ſcilicet vadiis, & chartis, & debitis; & quis ea habet.

De falſonariis & retondentibus denarios.

De moneta & eſcambio, & qui fecerunt monetam ſine domino Rege & ejus Juſticiariis.

De burgatoribus & malefactoribus, & eorum receptatoribus tempore pacis.

De fugitivis qui redeunt poſt fugam ſine waranto domini Regis.

De his per quorum terras *Vthlagati* vel burgatores tranſierunt, & non fecerunt ſectam poſt eos, ſicut præceptum fuit.

De *Vthlagatis* & eorum catallis, & qui redierunt poſt fugam ſine waranto domini Regis.

De mercatis remotis ab uno die ad alium diem, ſine licentia domini Regis; & an ſi ſit Dominica dies; & ſi quæ mercata fuerint levata ſine præcepto domini Regis.

De novis conſuetudinibus levatis in Regno, ſive in terra, ſive in mare, ſive in aqua dulci, & quis eas levaverit, & ubi.

De defaltis, ſcilicet de his qui ſummoniti fuerunt eſſe primo die coram Juſticiariis, & non fuerunt.

De Gaelis deliberandis ſine waranto domini Regis.

De malefactoribus in parkis & vivariis.

De *Wrecco* maris.

De evaſione latronum.

De illis qui non permittunt Ballivos domini Regis, intrare terras ſuas ad ſummonitiones faciendas pro debito domini Regis vel aliis ſine præcepto Regis.

De ballivis qui ceperunt denarios pro amovendo Juratores de aſſiſis.

De his qui tenent terras *Normannorum, Britannorum,* & aliorum extraneorum, de quocumque feodo ſint, & quo *Waranto* eas tenent, ſine domino Rege, vel illis quibus dominus Rex vel dominus feodi non conceſſit conferendum.

De his qui ſubtraxerunt ſectam *Schyrarum* vel *hundredorum*, vel auxilium Vicecomitum, poſt werram motam inter Regem *Johannem* & Barones ſuos, per voluntatem Vicecomitum & aliorum ballivorum, ſine licentia domini Regis vel ejus aſſenſu.

[a] f. Sicut proviſum.

De

De Vicecomitibus & aliis ballivis qui ceperunt redemtionem de valettis integrum feodum militis tenentibus, vel xx. libras terræ habentibus, ne milites fierent ad mandatum domini Regis, cum Vicecomites & ballivi præceptum domini Regis inde non habuerint. 1254, 5. Alex. 4. P.

De valettis integrum feodum militis tenentibus, & plenæ ætatis exiſtentibus, milites faciendis.

De Vicecomitibus & aliis ballivis, qui placitant placita coronæ de namo vetito terminato coram Vicecomitibus vel aliis ballivis per ſacramentum, cum nullam inde habeant poteſtatem ſine ſpeciali licentia Domini Regis, & hoc per breve ſuum.

De exceſſibus Vicecomitum & aliorum ballivorum, ſi aliquem foverint prætextu terræ vel cuſtodiæ habendæ, vel denarios perquirendi per quos juſtitia & veritas ſuffocetur.

De Vicecomitibus & aliis ballivis ambidextris, qui capiunt ex una parte & ex altera.

De *Wapentakiis* & aliis ballivis domini Regis, poſitis ad firmam per Vicecomites & ballivos, quanta ſingula eorum valent, & pro quanto poſita fuerint temporibus illorum Vicecomitum.

De priſis domini Regis, ſive in terra, ſive in mari, ſive in aqua dulci, & in libertatibus ſpectantibus ad Caſtella ſua, vel comitatus ſuos, vel ad burgos, ſive in aliis locis quæ ſint, & quantum valent, & quis ea occupaverit, vel celaverit, vel ſuffocaverit.

De parvis ballivis qui faciunt cerviſias quas quandoque vocant *Scotalas*, quandoque *fulſtales*, ut extorqueant pecuniam à ſequentibus *hundredum* & eorum ſubditis; & de aliis qui cerviſiam non faciunt garbas in autumno colligentibus, & bladum pauperum indebite diſtrahentibus.

De catallis extraneorum de poteſtate Regis *Franciæ* exiſtentium, captis dum Rex fuit in *Waſconia*, quo devenerunt, & quis ea habet.

De his qui levaverint *Warennam* ſi ſufficienti *waranto* domini Regis.

De his qui piſcantur cum *Kidellis* & *Sarkellis*.

De denariis captis pro defaltis non venientium ad ſummonitionem Vicecomitum, & quis eos cepit, & quantum.

De Vicecomitibus & aliis ballivis qui ceperunt denarios ab his qui rectati fuerunt de morte hominis, ut dimitterent eos per *plevinam*, cum nullo modo fuerint *plegiandi*, ſine ſpeciali mandato domini Regis.

De Vicecomitibus & aliis ballivis qui bis aut pluries receperunt denarios ab aliquo pro unico amerciamento, cum ſemel fuerit amerciatus.

De his qui diſtrinxerunt plures habentes unum nomen, per ſummonitionem Scaccarii, ut unuſquiſque per ſe pacaret unicum amerciamentum, cum unus eorum tantum fuerit amerciatus.

De his qui inpriſonaverunt illos qui rectati fuerunt de latrocinio per indictamenta, & illos in priſona detinuerunt quouſque ab eis redemtionem ceperunt, cum per legem *Angliæ* nulla redemtione facta ſint replegiandi.

De his qui diſtrinxerunt aliquem ad pacandum plus quam ad quod fuerit amerciatus, per ſummonitionem Scaccarii.

De his qui manu ceperunt hujuſmodi aliquem coram Juſtitiariis, & illum non habent primo die.

De his qui traxerunt brevia domini Regis, & alteri parti vendunt, per quod dominus Rex amiſit quod ad eum pertinebat.

Iſto anno & anno precedenti fuit frugum fertilitas per Regnum *Angliæ*.

Eodem tempore *Alexander* papa deſtinavit literas Epiſcopis *Angliæ* ſub hac forma:

1234, 5. Henric. R. 3. Alexandri P. Literæ. ‘*Alexander* Epiſcopus ſervus ſervorum *&c.* venerabilibus fratribus Archiepiſcopo *Cantuarienſi* & ejus ſuffraganeis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cathedra præeminentiæ paſtoralis in hac Eccleſia militanti ‘per plurimos pontifices frequenti ſucceſſionis viciſſitudine variatur, pro eo ‘quod illos manere diutius naturæ mortalis conditio non permittit. In ‘Eccleſia ſiquidem triumphanti, quæ ſupernæ patriæ regionem inconcuſſa ‘poſſeſſione jam obtinet, *Salvator* noſter Dei filius ſummus eſt pontifex, qui ‘ſempiterno fungitur ſacerdotio, manens in æternum, & ſubacto mortis ‘imperio ſemper vivens. In hac autem quam in exemplarium inſtar cœleſtium in conſummationem ſanctorum ſuper terram Dei ſapientia fabricavit, pontifices mortalitatis infirmitate circumdati, ut conſtituantur pro ‘hominibus apud Deum, ex hominibus aſſumuntur. Hinc eſt quod illa ‘indeficienti æterni ſponſi gaudio & immortalitate beata luctum viduitatis ignorat. Hæc autem dum peregrinatur in terris, corporum carceribus obligata, frequenter cogitur viduitatis ſuæ lamenta reſumere, ac tædia experiri; his lamentis & tædiis, ſicut Domino placuit, qui aufert ſpiritum Principum, Eccleſiæ ſanctæ nuper concuſſa ſunt viſcera, ejuſque maxillæ perfuſæ amaro profluvio lacrimarum, felicis recordationis *Innocentio* ‘papa prædeceſſore noſtro VII. idus *Decembris* apud *Neapolim* per univerſæ ‘carnis viam de nequitia hujus ſeculi evadente. Qui cum adhuc neceſſarius eſſet & admodum utilis populo Chriſtiano, forſitan ideo vocatus eſt ‘à Domino ante tempus, ut mundus in maligno poſitus, ejus præſentia agnoſceretur indignus, & ipſe iniquitatum medio quæ ejus animam diu cruciaverant, tolleretur. Die itaque ſequenti, juxta morem, exequiarum ſollemnitate præmiſſa, ejuſque corpore in *Neapolitana* Eccleſia tumulato, ‘nos & fratres noſtri ad ſubſtituendum convenimus ſucceſſorem. Et miſſarum ſolemniis in honore Sancti Spiritus devote ac humiliter celebratis, ‘poſt aliquantulum de futuri paſtoris ſubſtitutione tractatum, iidem fratres ‘noſtri oculos ſuos ad imbecillitatem noſtram communiter & concorditer ‘direxerunt, nos ad conſcendendam ſpeculam Apoſtolici culminis, & ſubeundam graviſſimam orbis ſarcinam eligendo. Verum ea re ſupra quam ‘dici valeat ſtupefacti, & quæ ac qualis eſſet illa diſpoſitionis divinæ vocatio, anxiæ cogitationis examine revolventes; intra nos ipſos, quantum in ‘illa potuimus ſupernæ inſtantiæ preſſura, reſedimus, meditando negotii ‘gravitatem, metiendo vires, ponderando prudentiam, comparando merita, & ad perficiendum ſumtus virtutum neceſſarios computando. Denique videntes hæc nobis non abundanter adeſſe, quin potius advertentes quod nihil nobis de noſtris meritis revelabat propriæ conſiderationis ‘attentio, unde conſtituti meremur in mundi vertice ſuper gentes & Regna, & univerſalem in orbe terrarum evellendi atque plantandi accipere ‘poteſtatem, in ſpiritu non contumaciæ vel contemtus, ſed timoris de noſtrorum defectuum conſcientia procedentis, non ſequenda judicavimus ‘vota fratrum, ſed manus ab opere, ac humeros ab onere cohibendos. ‘Conſideratio enim gradus, caſus nobis formidinem ingerebat, quia de ‘tam alto culmine dignitatis terribilis, videlicet loco Apoſtolorum Principis quiſnam animus quantumlibet magnus, inſpecta jacentis deorſum ‘abyſſi facie, non paveret? Quis nempe jugum publicæ ſervitutis, ſub quo ‘probata gigantum virtus, & fortitudo virorum à ſeculo laudatorum hactenus gemuit, audiat prudenter & ſcienter appetere? Quod ſpiritum mœroribus torquet, mentem eviſcerat, dies laboribus obſidet, & noctes producit inſomnes. O quam ſani conſilii & quam conſultæ deliberationis electio, abjectum eſſe in domo Dei, magis quam loci eminentioris celſitudine ‘præminere! in convivio Chriſti locum ponere noviſſimum, quam cum pacatæ quietis diſpendio ſuperius promoveri! Defuit nimirum Spiritus conſiderantibus nobis undique quanta nunc ager mundi hujus malorum denſitate ſilveſcit, & ſpem de viribus circa ejus cultum difficultas operis vix re-

‘linquit

'linquit. Cumque invaleſcens malignitas deſidentium corda populorum 1254, 5.
'duraſſe videatur in lapides, ita ut manum Domini quam pauci ſentiant Alex. 4. P.
'in flagellis, *cui dabitur* [a] *filiis Abrahæ* de lapidibus ſuſcitare, & reddere
'Domino populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum? Propterea
'excuſavimus cum lacrymis, & uſque ad contriſtationis & indignationis
'offenſam, eiſdem fratribus inportabilem nobis ingerentibus Apoſtolatus
'ſarcinam duximus reſiſtendum, orantes eos, & per obteſtationem Divini
'judicii obſecrantes, ut à nobis calicem hunc transferrent, & traderent
'alteri fortiori. Sed ipſi, utinam non ob noſtrorum exigentiam peccatorum, irrevincibilis importunitatis inſtantia noſtram reſiſtentiam evicerunt, cogentes nos invitos ſuis deſideriis conſentire; & ſic cum dolore 'cordis ac tremore quamplurimo, infirmitatis noſtræ colla ſubmiſimus jugo Apoſtolicæ ſervitutis confidentes in Deo, qui dat omnibus affluenter, quod inſufficientiam noſtram, quam humiliter recognoſcimus & libere profitemur, ex ſe ipſo miſericorditer adimplebit. Sollicitudine itaque publicæ adminiſtrationis aſſumta, & plena de nobis concepta fiducia, 'quod ad ſubportandam tanti oneris molem in caritate Dei, qui vos vocavit in partem hujus miniſterii, fideles nobis eritis adjutores, univerſitatem veſtram rogamus totis in Chriſto affectibus & monemus, quatenus infirmitatem noſtram apud Deum devotis orationibus & ſacris placationibus roborantes, ipſius pro nobis miſericordiam imploretis, ut per beneplacita voluntatis ſuæ in viam pacis dirigat greſſus noſtros, & favorem 'nobis cœleſtis pietatis aſpirat, ne qua nos demergat tempeſtas per hanc 'maris altitudinem in quam venimus gradientes. Dare quoque dignetur 'benignitatis ſuæ annum placabilem, in quo laboribus noſtris eo deſuper 'incrementum largiente proveniet quies Regnis, pax Eccleſiis, concordia 'plebibus, & minoribus diſciplina. [b] Nos autem quæſumus, fratres, legationem veſtram attendite, ac ſuperintendite univerſo gregi in quo vos 'Epiſcopos diſpenſatio Divina conſtituit, ut cum Princeps paſtorum commiſſa quæſiturus advenerit, dignam ei poſſitis reddere rationem. Porro 'de nobis indubitatam volumus vos tenere fiduciam, quod ſingulos veſtrum 'tanquam principalia corporis Eccleſiaſtici membra, in quantum Dominus dederit, oportunis curabimus fulcire ſuffragiis, & fraternis ſemper honoribus prævenire. Data *Neapoli* undecimo kal. *Januarii*, Pontificatus 'noſtri anno primo.

M. CC. LV. 1255.

Henricus Rex *Angliæ* in quindena à Paſcha tenuit Parliamentum ſuum apud *Weſtmonaſterium*, convocatis ibidem dominis *Waltero* de *Gray* Archiepiſcopo *Eboracenſi*, *Ricardo* Comite *Cornubiæ*, totius Regni Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, & Baronibus, univerſis ibi præſentibus, paucis tamen valetudinariis excuſatis, dominoque *Bonefacio Cantuarienſi* in partibus tranſmarinis moram faciente, inſtanter & importune exigebat ſibi auxilium exhiberi, & ut quidam qui ibidem affuerunt aſſerebant, diſpoſuit Rex habere *Horngelth*. Magnates autem e contra petebant, ut ſecundum conſuetudinem Regni, tres perſonas poſſent per electionem in Regno habere, videlicet capitalem Juſticiarium, Cancellarium, & Theſaurarium, propter communem Regni utilitatem; & tunc poſſent & vellent de eorum & communi conſilio plenius & planius Regiæ reſpondere exactioni. Et ſic neutro conceſſo, datus eſt dies ad deliberandum ſuper his, uſque in quindenam à feſto ſancti *Michaelis* ejuſdem Anni, & unuſquiſque ad partes ſuas declinavit.

Parliament. Weſtmonaſt.

Eodem tempore in redeundo de Parliamento *Walterus* de *Gray* Archiepiſcopus *Eboracenſis*, anno pontificatus ſui XL. obiit apud **Fulham** juxta *Londonias*, kal. *Maii*, die ſabbati, in ſenectute bona plenus dierum, & ſepultus eſt in vigilia Pentecoſtes in Eccleſia ſancti *Petri Eboraci*.

Walterus Archiep. Eboraci obiit.

Iſto anno ſanctus *Robertus Lincolnienſis* Epiſcopus claruit miraculis.

[a] f. leg. filios. [b] f. Vos.

1255. Eodem tempore circa Aſcenſionem Domini, captus fuit piſcis unus VIII.
Henric. 3. R. pedum, qui vocatur *Sturgum*, in aqua de **Trente**, ſub caſtello de **Donenton**, ſenioribus patriæ dicentibus & affirmantibus quod piſcis conſimilis in eodem loco captus fuit eodem anno antea quo Rex *Johannes* coronatus fuit.

Accidit etiam eo tempore III. idus *Julii* quædam tempeſtas grandinis per vallem de **Trente**, à ponte de **Wychenoſere** uſque ad *Rependonam*, ultra modum admirabilis, cui ſimilem in illis temporibus non extitit qui ſe vidiſſe affirmaret. Sequebatur grandinem vorago quædam mirabilis terram cum arboribus & ædificiis & blada in campis ſubmergens & aſportans. Fuit etiam univerſalis deſtructio fœni per vallem de **Trente** per aquarum inundationes, qualis non contigit longis ante temporibus.

Henricus Rex & Regina fuerunt in die Aſſumſionis beatæ *Mariæ* virginis apud *Eboracum*, & inde profecti ſunt verſus *Scotiam*, ad loquendum cum Rege *Scotiæ* [a] genere ſuo, & Regina eorum filia, & propter quandam diſſenſionem quæ inter eos emerſerat, & *Robertum* de *Ros* qui eos ad eorum voluntatem non tractavit, eo quod non ſuſtinuit eos carnaliter ſimul commiſcere, ob quam cauſam Rex diſſeyſivit eundem. *Robertum* de Caſtello de **Werch** & de quibuſdam ſuis aliis terris.

Eodem tempore Rege exiſtente in partibus *Scotiæ*, miſſi ſunt per Regnum Juſticiarii ad inquiſitionem faciendam ſuper articulis ſubſequentibus. Dominus *Henricus* de *Bathonia* cum ſociis ſuis ſedit apud **Notingham**, qui ibidem ſe bono modo & curialiter habuerunt; ſimiliter & alii per totum Regnum, Domino *Philippo Lovel* apud *Staffordiam* durius & aſperius ſe habente, coram quo etiam ſociiſque ſuis ibi ſecum ſedentibus ſuper iſtis articulis factæ ſunt Inquiſitiones.

Capitula coram Juſticiariis.

De Juribus & libertatibus Domini Regis, ſcilicet qui Archiepiſcopi, Epiſcopi, Comites, & Barones, milites, vel alii libere tenentes ſubtraxerint ſibi de Juribus & libertatibus & hidagiis ad ipſum Dominum Regem ſpectantibus, & quas libertates.

De ſectis debitis ad Comitatum, hundredum, & Curiam de Dominicis maneriis Domini Regis & ad molendina, eorum molendinorum ſcilicet qui ſe ſubtraxerint de ſectis illis, & à quo tempore, & in quantum domiminus Rex damnificatus eſt per annum per ſubtractionem illam.

De extenſionibus Dominicorum Regis, ſcilicet quid omnia illa valere poſſint per annum.

De militibus, libere tenentibus, viris religioſis, vel quibuſcumque aliis, ſcilicet qui infra Dominica domini Regis terras tenent.

De donatione vel venditione *Sokemanorum*, vel permiſſione cuſtodum vel aliorum ballivorum eorundem maneriorum.

De ſtatu foreſtarum, Hayarum, Parcorum, vivariornm, domini Regis, ſcilicet qui fecerunt vaſtum, venditionem, purpreſturam, vel deſtructionem in eiſdem.

De Caſtris Domini Regis, ſcilicet quid pertineat ad caſtra illa, ut in wardis, redditibus, & aliis rebus aſſiſis, & quid cuſtodiæ illorum caſtrorum valere poſſint per annum, & quæ wardæ debeantur tempore pacis, & quæ tempore werræ, & pro quanto per annum poſſint cuſtodiri.

De purpreſturis factis ſuper dominum Regem, ſive in terra, ſive in aqua, ſive in mari, ſive in portu, & per quem.

De hundredis ſingulis in comitatu quolibet, ſcilicet quot hundredæ in

a Forte leg. genero.

manu

manu domini Regis, & quot ad feudi firmam, & quid Vicecomites percipiunt per annum de ſingulis hundredis. 1255. *Alex. 4. P.*

De his qui habent Returnum brevium domini Regis, ſcilicet utrum Returnum illud habeant ex conceſſione Regum, vel ex permiſſione Vicecomitum, vel aliorum Ballivorum.

De *Judæis* & eorum catallis qui catalla eorum receptaverint, & quæ catalla.

De his qui tenent placita de namio vetito, & ſimiliter viſum francplegiorum ſine Vicecomite, & ſine waranto domini Regis.

De Eccleſiis quæ ſunt & eſſe debent de donatione domini Regis.

De viduis & puellis quæ ſunt & eſſe debent in donatione domini Regis, ſi ſint maritatæ, ſive maritandæ. Et ſi ſint maritatæ, quibus, & per quem, & quantum terræ illarum valent per annum.

De ſergantiis vel aliqua parte earundem ſergantiarum alienatarum, per quem, & à quo tempore.

De his qui clamant habere libertates ſine Charta Regis, & quales.

Inquiratur etiam ſi viri Religioſi intraverunt feodum domini Regis, ubi dominus Rex amittit wardum, Relevium, vel taylagium; Qui, & à quo tempore.

De viris Religioſis & aliis qui compellunt laicos placitare coram Judicibus delegatis, vel Ordinariis, de placitis quæ pertinent ad coronam domini Regis.

Item & omnes libere tenentes de ſingulis villis à quolibet Hundredo, ſi quatuor homines & Præpoſitus venerunt ad ſummonitionem, ſicut dominus Rex præcepit in brevi ſuo.

De feodis domini Regis, Quot feoda tenentur de eo in capite, & qui ea tenent, & quid inde ſit eleemoſynatum, & quis illud teneat, & à quo tempore.

De omnibus quæ ſubtracta ſunt domino Regi, ut de Juribus & ſectis debitis, ſi ex permiſſione ballivorum fiat, & cujus ballivi permiſſione.

Item de Vicecomitibus & hundredariis & aliis ballivis, ſi aliquem malefactorem receptaverint, vel conſenſerint, vel aliquid ceperint pro hujuſmodi, ab anno Regni Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* qui nunc eſt, XVIII. hucuſque, & quid ceperint pro hujuſmodi, & quantum, & ſi aliquem gravaverint per injuſtam extortionem.

Innocentius papa quartus poſt mortem *Frederici* Imperatoris Regnum *Ciciliæ* multotiens & non ſemel fratribus Regis *Franciæ* ſingulatim, aliiſque diverſarum terrarum magnatibus quamplurimis, ex dono obtulit; quod quidem univerſi & ſinguli ſingulatim admittere penitus recuſarunt, timentes potentiam *Conradi* filii prædicti *Frederici* Imperatoris, qui prædictum Regnum poſt mortem *Henrici* fratris ſui, nepotis *Henrici* Regis *Angliæ*, obtinuit & poſſedit. Poſtea vero præfatum Regnum *Ricardo* Comiti *Cornubiæ* fratri Regis *Henrici* multotiens fuit oblatum, quod & ipſe ſimiliter refutavit. Tandem vero aſtutiam & potentiam Regis *Henrici Angliæ* ſummus pontifex & Cardinales conſiderantes & agnoſcentes, prænominatum Regnum *Edmundo* præfati Regis filio de communi fratrum conſilio dominus papa dedit & conceſſit, diverſas literas diverſis temporibus ſuper hujuſmodi negotio tranſmittendo, quarum una ab *Alexandro* ſummo Pontifice iſto anno ſub hac forma emanavit:

'*Alexander* Epiſcopus ſervus *&c. H.* illuſtri Regi *Angliæ &c.* Regale ge- *Alexand i P. literæ de Regno Siciliæ.*
'nus *Angliæ* quod ſpeciali quodam affectu & intimæ dilectionis prærogativa
'proſequimur exaltare ſuper cæteros orbis Reges & Principes, cupientes Ma-
'giſtrum ... Notarium noſtrum, Apoſtolicæ ſedis legatum qui illius generis
'honorem & commodum zelatur ut proprium, ad partes illas principaliter
'hac de cauſa tranſmiſimus, ut idem genus locupletans & exaltans ei con-

'ferret

1255. ‘ferret Regnum *Ciciliæ*, quod opulentia & delitiis alia Regna mundi ſu-
Henric. 3. R. ‘perat, ad ſedem Apoſtolicam devolutum. Et licet ſuper hoc fuerit plærumque hinc inde tractatum, quia tamen in eodem Regno adhuc ſuperat unicus nepos tuus, ne videreris ſitire ſanguinem proprium & proximorum tuorum ſpolia concupere, tantum honorem & commodum recipere uſque hæc tempora diſtuliſti. Sed eodem nepote tuo ita pie ut aſſeritur ſublato de medio, tu deſiderans cum ſede Apoſtolica filium habere communem, devoviſti perpetuo ad ejus obſequia cariſſimum in Chriſto filium *Edmundum* natum tuum, faciens ipſum de præfati legati manibus, habentis ſuper hoc plenariam poteſtatem, recipere prædictum Regnum, ad honorem Dei, & Eccleſiæ pacem, & tranquillitatem totius populi Chriſtiani, ſuper quo celſitudini tuæ gratiarum referimus actiones, promti & parati ad omnia quæ placere noverimus cordi tuo. Cum igitur collationem hujuſmodi ab eodem legato factam duxerimus de fratrum noſtrorum conſilio confirmandam, magnificentiam Regiam rogamus & hortamur, quatenus conſiderato diligenter quod cum omnes de Regno illo redemtionem à nobis expetent & exſpectant, negotium ipſum ex ſui natura accelerationem poſtulat & requirit. Quod quia dilatio in talibus maximum conſuevit parere detrimentum, prædictum Regem ad proſequendum negotium aſſumtum ſic in militia, pecunia, & aliis viriliter, celeriter, & potenter accingas, ut ad faſtigium prædicti Regni, ubi recipietur cum deſiderio ut matutinus Lucifer, poſſit prout decet tantum Principem, pervenire, ſcituri quod cum negotium prædictum ſit Dei non hominis, prædicto Regi cuncta proſpera ſuccedent, noſque ſibi curabimus in perſonis & rebus modis omnibus quibuſcumque poterimus opulentiſſime ſubvenire, parati obligare nos & Romanam Eccleſiam fidejuſſoris nomine pro his quæ ſibi ad proſecutionem prædicti negotii fuerint oportuna.

De puero apud Lincolniam *crucifixo à* Judæis.

[a] Eodem tempore convocatis apud *Lincolniam Judæis* Regni majoribus, ſanctum *Hugonem* puerum parvulum IX. annorum cujuſdam pauperculæ mulieris filium unicum, ſcholarem, in vigilia ſancti *Petri* quæ dicitur *ad vincula*, quidam ejuſdem Civitatis *Judæus* nomine *Jopinus*, jam ſole vergente ad occaſum, à ſuorum contribulium & coætaneorum jocis ac choreis tetenſis inſidiis furtive ſuſtulit, ſublatum in conclavi ſecretiori domus propriæ per viginti ſex dies occultavit, & in tantum famis ac ſitis affecit inedia, ut vix vocem in verba formare poſſet. Deinde omnibus tam indigenis quam extraneis qui in eadem civitate erant *Judæis* in unum congregatis, collegerunt conſilium pontifices & ſacerdotum Principes, ut morti traderent innocentem. Adducto ergo illo & in eorum medio conſtituto, tanquam agno in luporum medio, excæcati & inſenſati in ignominiam paſſionis *Jeſu Chriſti*, qui patitur in ſanctos miſericordia pietatis, patris ſui deſiderium adimplere cupientes, de quibus ſcriptum eſt *vos ex* [b] *parte diaboli eſtis*, innocentem puerulum circumdederunt, nudaverunt, flagellis ceciderunt, & in faciem conſpuerunt, naſique cartilaginem cum ſuperiori labio reciderunt, principales dentium confringentes ſuperiores. Deinde ipſum in crucem elevantes, eidem inſultabant vocibus, & frendebant dentibus in eundem. O quam incomprehenſibilia ſunt Judicia tua, domine! Sed omnia in ſapientia feciſti. Arridebat parvulus toto malignitatis ſpiritu in eum debacchantibus, nec murmur reſonat, nec querimonia ab ejus ore. Quippe Spiritus ſancti repletus gratia, alacri vultu quaſi nil patiens permanebat. Et quod dictu mirabile eſt, in ætate tam tenera conſtitutus, nec vocem nec gemitum emittebat. Tandem miniſtri diaboli

[a] v. M. Par. p. 912. [b] Patre diabolo.

ut

ut Regem gloriæ irritarent, noſtrum redemtorem quem patres eorum ante 1254.
faciem *Pilati* negaverunt, dicendo *non habemus Regem niſi Cæſarem*, & ejus *Alex. 4. P.*
membra, id eſt Chriſtianos, deteſtanda & horrenda crudelitate confunderent, dicti pueruli corpus tenerrimum à planta pedis uſque ad verticem minutis aculeis & acutis in tantum pupugerunt, ut toto corpore cruentato vulneribus, vulnera inflicta ipſius corpus pelli heritii ſimilarent. Denique ejus latere lancea perforato, inclinato capite in manus Domini ſpiritum exhalavit. Mulier quidem hujus ſancti mater, ubi eum more ſolito domum minime redire conſpexit, expavit continuo, & feſtinanter eundem per notos vicinos & amicos requirebat. Quo non reperto, aſſertione infantium cum quibus ludere conſuevit, oſtenſis hora diei & loco ubi eum ultimo viderunt & reliquerunt, orta eſt ſuſpitio vehemens inter Chriſtianos, ipſum à *Judæis* ſublatum & interemtum. Ex hoc enim argumentum ſumebat eorum opinio, quod ex cunctis provinciis & civitatibus Regni *Angliæ* diverſi in eadem civitate *Judæi* convenerant, & plus ſolito ſibi invicem applaudebant. Requiſiti etiam callide à quibuſdam Chriſtianis earundem familiaribus cur ſic convenerint, & tamdiu inibi moram fecerint, reſponderunt nuptiarum ſolemnia celebrandi gratia è diverſis provinciis nationis ſuæ Principes & potentiores ſe evocaſſe, evocatos ideo moram feciſſe diutius, quod nexus ſponſalium inter prædivites & nobilitate generis præeminentes ceteris eſſet contrahendus, palliare cupientes quod nequiter commiſerunt. Sed facti veritate jam per dies paulatim clareſcente, prædicta mulier, mater præfati pueri, cum fletu & gemitu in labore & vultus ſui ſudore, in *Scotiam* ad dominum Regem ubi tunc agebat profecta eſt, & ad pedes ejus provoluta, clamans & ejulans ſuam ſuper hoc depoſuit querimoniam. Interim ſcientes *Judæi* ſuper hac re inquiſitionem faciendam, & cum rei veritas innoteſceret, acriori pœna digne pro meritis ſe damnandos, congelati & conſternati, conſcientia ſeſe interius remordente, intempeſtæ noctis ſilentio corpus exanime tulerunt ſecretius, & in quendam puteum projecerunt, clamque diſceſſerunt. Ubi poſtea cum ex mandato Regio ſuper hac re facta foret inquiſitio, repertus eſt, prodente illo cujus veſtigia ſecutus fuerat in paſſione, qui etiam quod in ignominiam nominis ſui & fidei Chriſtianæ irriſionem, contemtum, & improperium à nefandis *Judæis* commiſſum fuerat, & ad ſui ipſius gloriam, & fidei Chriſtianæ exaltationem dignatus eſt immutare. Nam ipſo ſic reperto, & cum ſuis indumentis è puteo jam extracto, concurſus populorum factus eſt undique voce magna clamantium & dicentium, *Gratias tibi domine* Jeſu Chriſte, *qui etiam modernis temporibus tenellos pueros per palmam martyrii dignatus es ad Regna cæleſtia evocare.* Cumque piis fletibus omnes qui aderant pectora irrigarent, & utriuſque ſexus tam majores quam minores ad hoc ſpectaculum properarent, ecce mulier per annos quindecim utrorumque oculorum orbata lumine, quæ prius infantem plurimum dilexerat, ibidem adducta acceſſit propius, & corpus cum fide tetigit ſic exclamans, *Heu, heu!* Hugeline *puer mi dulciſſime, quod ſic contigit,* & retrahens manum quam ſupra corpus poſuerat, ex humore corporis cruentati cæcos linivit oculos, & confeſtim viſum integerrime recuperavit; ſed novitate miraculi ſtupefacta, cunctis aſtantibus, grandiſonis inclamabat vocibus, *Congratulamini mihi omnes qui diligitis Deum, & videte miracula quæ in veſtra præſentia operatus eſt.* Cumque in eam fixiſſent intuitum, & pro certo deprehendiſſent ipſam eſſe fœminam quæ tamdiu cæca exſtitit, attoniti & ſtupefacti univerſi & ſinguli, ingentem ad ſidera tulere clamorem, 'A domino factum 'eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris; Benedictus Deus qui non dere'linquit ſperantes in ſe, & plebem ſuam antiqua miracula renovando, ad 'ſui nominis timorem & amorem excitat, & in fide corroborat & confirmat. Repleta eſt ergo civitas immenſo gaudio, & in ore omnium ejus dulciſſima paſſio reſonabat. Catervatim quidem ruunt populi, cernere cupi-

1255. Henr. 3. R. entes quæ per eum miracula Deus omnipotens operatur. Quicumque enim tunc temporis infirmus vel debilis, ad ejus corpus ſanctiſſimum acceſſiſſet, quacumque moleſtia laboraret, ſanitate recepta gaudens & hilaris ad propria remeabat. Auditis igitur tantis miraculis, & clamore populi vel fama circumquaque divulgatis, Eccleſiæ Cathedralis Decanus & Canonici ejuſdem civitatis una cum vicariis ſuis, aſſociato ſibi clero & populo, ordinata proceſſione ſolemniter ad ſancti martyris corpus perrexerunt. Illud etiam elevantes, præcedentibus Cereis, Crucibus, & thuribulis, reveſtitis etiam quibuſque loco debito diſpoſitis & ordinatis, ad majus Monaſterium beatæ Virginis pſallentes & flentes, & in cordis organo voce dulciſona Deum collandantes, portaverunt, Concanonico quodam ejuſdem collegii, (in cujus parochia idem puerulus ab utero matris uſque ad Martyrium tenere exſtitit educatus) ne corpus extra ſuam parochiam cujuſcumque præſumtione temeraria in ſuæ præbendæ præjudicium portaretur, audacter appellante, & totis viribus reclamante. Prænominati vero Decanus & Canonici hujuſmodi appellationi non deferentes, triumphantis Martyris ſolemniter celebrantes exequias, omnibus rite peractis ſancti corporis glebam juxta tumulum ſanctiſſimi patris *Roberti* ejuſdem loci Epiſcopi ſepulturæ decentiſſimæ tradiderunt.

Advenit itaque ſub eodem tempore *Ricardus* Comes *Cornubiæ*, frater Regis *Henrici*, ad eandem civitatem, peregrinationis cauſa ad ſanctum *Robertum*; In cujus præſentia dignata eſt divina clementia diverſa miracula operari.

Poſthæc autem expletis negotiis pro quibus in *Scotiam* dominus Rex profectus fuerat, ad eandem civitatem, & una cum eo domina Regina aliiſque quam plurimis Epiſcopis Regni & proceribus, circa feſtum ſancti *Michaelis* reverſus eſt. Examinato igitur negotio, & rei veritate diligenter inquiſita ſuper paſſione hujus pueruli, luce clarius cunctis innotuit præſcripto modo & ordine rem geſtam proceſſiſſe. Nam cum ex decreto Regio ballivis & aliis exeuntibus ut *Judæos* caperent, ſcelus ſceleri accumulantes (non à *Juda Jacob* filio, nec *Juda Macabæo Matathiæ* filio, ſed à *Juda* proditore perfido perditionis filio, affectu & opere trahentes nomina) claudentes oſtia ſeris objectis & peſſulis ſe ipſos defendere conati ſunt, exiſtimantes ſe poſſe reſiſtere poteſtati Regiæ & decreto. Sed eorum obſtinantia exacerbati Ballivi & alii domini Regis miniſtri ibidem de præcepto domini Regis deſtinati, & in iracundiam provocati, dirumpentes januas, avulſis ſeris, confractis peſſulis, per poſticos, feneſtras & oſtia ingreſſi ſunt, irruentes in eos, quotquot reperire poterant arctis vinculis vincientes, ignominioſe & turpiter ſecum ad Curiam deduxerunt. Cumque examinarentur diverſimode ſuper proceſſu hujus facti, de præcepto Domini Regis, *Johannes* de **Leſſinton**, ejuſdem Seneſcallus, & à ſecretis, vir providus & diſcretus, & in utroque jure, Canonico ſcilicet & Civili peritus, *Joppinum Judæum*, Principem eorundem & pontificem, de cujus conſilio, ut aſſeritur, ſacrum ſcelus à ſceleratis & perfidis perpetratum eſt, accerſivit, & ſpopondit ſe ei conſilium conferre & juvamen ne morti traderetur, ſi ſibi rei veritatem enarraret. Gaviſus ergo tanti viri ſponſione, & exiſtimans ſe pecuniaria largitione ceteroſque *Judæos* poſſe redimi, univerſa penitus eſt confeſſus. Scripta eſt igitur hujus confeſſio, & in præſentia domini Regis & majorum Regni, qui ibidem interfuerunt, recitata, ipſo *Judæo* referente. Et quia in coronæ Regiæ & majeſtatis videretur infamiam redundare, ſi hujuſmodi homicida pœna debita non plecteretur, tanti ſceleris perpetrator & auctor judiciali ſententia per pedes proprios caudæ unius equi alligatur, ſuper quem confeſtim aſcendens quidam juvenis ſubductis calcaribus eundem in curſum velocius excitavit, & nefandum miſerabiliter ſed digne pro meritis per vicos & plateas ejuſdem Civitatis ſpectante populo detrahebat. Sit laus & exultatio Chriſtianorum, horror *Judæis* & confuſio.

Cumque diutius per platearum diverticula, calculos & ſaxos, ligna & lapides, diſtractus minutatim corpore jam dilacerato in patibulo ſuſpenderetur, miſerandam animam ab execrando corpore violenter ejectam tranſmiſit ad inferos pœna perpetua puniendam. Ceteri autem qui capti fuerant ex mandato Regio ad civitatem *Londoniarum* perducuntur. Qui etiam tunc evaſerant feſtinanter, quæ ſecum portare poterant amplectentes, die noctuque latenter aufugerunt. Deinde mittuntur nuncii cum brevi Regio per diverſas provincias Regni *Angliæ* ad capiendum ſingulos qui huic facto aſſenſum vel conſilium vel præſtitiſſe vel præſentes fuiſſe alicujus aſſertione aut relatu vel indicio perpendebantur; unde factum eſt ut quamplures apud *Londonias* uſque ad Parliamentum poſt Paſcha proximo ſequens incarcerarentur; è quibus octodecim antea poſt natale Domini ad caudas equorum per totam civitatem *Londoniarum* turpiter & ignominioſe tracti, ac deinde in patibulo ſuſpenſi, à præſentis vitæ curriculo deſcenderunt ad inferos, cum auctore ſui ſceleris pœna perpetua cruciandi. 1255. Alex. 4. P.

Interim quod dictu horribile eſt, fratres [a] *prædicatores*, qui propter amorem Crucifixi paupertatem eligentes arctioris vitæ regulam profeſſi ſunt, ut exemplo bonorum operum & verbo vitæ perituras ſalvarent animas, & ab ipſis inferni faucibus liberarent, ceteros qui in carceris claudebantur ergaſtulo meritorum ſuorum exigentia damnandi in perpetuum cum diabolo, utpote qui ad fidem Chriſti nullatenus converti voluerant vel proponebant, totis viribus conati ſunt à morte corporis liberare; ſcriptum quippe eſt, *Qui credidit* &c. *qui vero non credidit* &c. Et propterea mirum quod incredulos niſi ad fidem Chriſti & gratia baptiſmatis converti voluerit, quoquo modo à morte corporis liberare niterentur. Sed quid? Contingit ſæpius quod ab illis fermentum egreditur, qui ſe deberent azymos exhibere; nam proteſtabatur infamia, quod ingenti corrupti pecunia, ſe eos à mortis ſpopondiſſent periculo liberaturos. Quod ſi verum eſt, quod Deus avertat, qualiter *Symoniacum* poſſent declinare vitium, ignoramus. Sed hoc fateri de illis erubeſcimus; nam ipſo habitu & quotidianum victum quæritando per oſtia, cunctis religionibus ſe mundum ſpreviſſe plenius manifeſtant. Sed quocumque ſpiritu eos (ut jam dictum eſt) liberare attemtaſſent, propter illud factum & quoddam aliud quod paulo ante acciderat (quod vobis in ſequentibus exponemus) non ſolum *Londonienſium*, ſed fere omnium totius Regni *Angliæ* ad quos illius facti notitia potuit pervenire, indignationem non modicam incurrerunt. In tantum enim habebantur contemtui, quod in tota civitate *Londonienſi* per dies plurimos cum famis & ſitis inedia laborarent, licet more ſolito per oſtia mendicarent, neminem invenire poterant qui eis miſericordiæ manum porrigeret, vel eorum inopiæ ſubveniret. Quod etiam inſtigante totius boni & juſtitiæ inimico, eiſdem prius acciderat, tale erat. Cum inter univerſitatem *Pariſ.* & fratres *Prædicatores* ſuborta fuiſſet diſſenſio, eo quod iidem fratres inſtitutis aut ceremoniis univerſitatis parere contemſerint, quinetiam quæ Cancellarii ac totius univerſitatis conſilio geri conſueverant, juriſdictionem ſibi incautius ſuper univerſitatem & contra ejuſdem univerſitatis libertatem vendicantes, ſuo potius gerenda arbitrio proponebant, videlicet ut pro voluntate ſua ipſi inciperent de Theologia, abſque licentia Cancellarii vel univerſitatis, & quod nullus magiſtrorum lecturus Theologiam, examinaretur ab aliis quam ab ipſis, vel incipiendi licentiam obtineret: ſuper his igitur & aliis utriſque ad ſedem Apoſtolicam appellantibus, tandem poſt multas altercationes hinc inde factas, auditis utrorumque allegationibus, dicti fratres in præjudicium, obprobrium, & ſcandalum totius univerſitatis obtinuerunt, & ſoluti ab omni lege

[a] Minores, M. Par. p. 922.

1255. Henric. 3. R. univerſitatis, cum privilegio ſuper hoc ſibi à ſede Apoſtolica indulto *Pariſiis* fedierunt. Indignantes igitur magiſtri *Pariſiacenſes* quod eorum libertas, quam ab antiquo per privilegia ſummorum Pontificum habere conſueverant, ſic tanquam pro nihilo deperiret, confeſtim ceſſaverunt legere, & commune ſigillum univerſitatis diſponentes confringere, civitate *Pariſiacenſi* relicta, quidam ad ſuam patriam, quidam ad diverſas provincias diſceſſerunt.

Præfati autem fratres apud *Londonias*, etſi magnam diligentiam ad liberandum corpora perfidorum à debito mortis periculo, ut jam dictum eſt, adhibuiſſent, nihil tamen profecerunt. Tandem vero adveniente domino Rege cum Regni majoribus apud **Rading**, proviſum fuit *Judæos* univerſos totius Regni qui huic facto aſſenſum præſtitiſſent, & præcipue eos qui affuerunt, videlicet LX. & undecim qui apud *Londonias* in vinculis tenebantur, quemadmodum *Joppinus* interiit, interire, ne ſi forte quoquo modo poſſent evadere qui hoc ſcelus commiſerant, ad ſcelus ſimile vel majus committendum fierent proniores. Impunitas enim delinquentium præſtat audaciam delinquendi. Quo audito, *Ricardus* Comes *Cornubiæ* frater Regis, eo quod pro maxima ſumma pecuniæ à fratre ſuo Rege cunctos *Judæos Angliæ* ad terminum pro vadio ſuſcepiſſet, & pro immenſa ſumma pecuniæ quam à *Judæis* receperat ut eos ſalvaret, objecta auctoritate ſua & potentia morti addictos à mortis periculo liberavit. Nec erat qui reſiſteret vel eidem in hoc facto contradiceret. Sic, ſic juſtificati ſunt propter pecuniam, qui fecerunt injuriam, & rei abſque ſatisfactione abſolvuntur.

Sublatus eſt itaque à *Judæis* furtive præfatus ſanctus puerulus, ut jam prædiximus, II. kal. *Auguſti*, videlicet in vigilia ſancti *Petri* quæ dicitur *ad vincula*, & VI. kal. *Septembris*, die Veneris ſcilicet, crucifixus, & IV. kal. ejuſdem, ſcilicet die Dominica, inventus & ex puteo extractus, regnante domino noſtro *Jeſu Chriſto* qui vivit & regnat &c.

Petrus de Egeblanch, Hereford. Eodem tempore *Petrus de Egeblanch*, avunculus Reginæ, Epiſcopus *Herefordenſis*, qui longo tempore antea à domini Regis latere pro ejuſdem negotiis ad *Romanam* Curiam fuerat deſtinatus, rediit in *Angliam*, deferens ſecum *Anglicanæ* Eccleſiæ depreſſionem, prout inferius in literis patebit apertius Apoſtolicis per eum impetratis. Duxit etiam ſecum Epiſcopum *Bononienſem*, à ſummo pontifice deſtinatum, qui filium Regis *Edmundum* de Regno *Ciciliæ* de dono Domini papæ & mandato per quendam annulum inveſtivit. Quod quidem domino Regi & Reginæ, patri & matri ejuſdem, valde complacuit, & ſupra quam dici poteſt gaudentes effecti & hilares, quaſi filio tanti jam Regni in veritate potito regimine, tantæ dignitatis & honoris collatori condigna feſtinavit Dominus Rex munera recompenſari. Miſit igitur Domino Papæ quinquaginta mille marcas ſterlingorum pro expenſis ſuis factis in werra contra *Memfredum*, qui dictum Regnum occupavit & poſſedit, obligando per chartam ſuam CC. millia marcarum ſterlingorum de Regno *Angliæ* eidem papæ in ſubſidium prædictæ terræ perquirendæ, infra certum tempus ſolvendarum; ſeque perſonaliter in pecunia & manu militari copioſa ſtatim poſt feſtum ſancti *Michaelis* proximo ſequentis ſacramento præſtito in præfati Epiſcopi præſentia ibidem profecturum promittendo, & per chartam ſuam ſimiliter obligando, una cum ſigillo ſuo eiſdem chartis quorundam ſignis appenſis Epiſcoporum & etiam plurimorum Regni magnatorum; propter quod cum eſſet ex longo tempore, videlicet à primo coronationis ſuæ Anno, cruce ſignatus occaſione & cauſa in Terram Sanctam Jeruſalem peregrinandi, ab eodem voto à Domino Papa qualem qualem obtinuit abſolutionem. Ad hoc etiam negotium melius proſequendum & celerius conceſſit papa Domino Regi decimam Eccleſiæ *Anglicanæ* per triennium, ut ſupradictum eſt, recipiendam.

Venit etiam cum eodem Epiſcopo *Herfordiæ* quidam clericus nomine Magiſter

Magiſter *Roſtandus*, natione *Burdegalenſis*, à domino papa ſpecialiter deſtinatus ad mandata Apoſtolica per diverſas literas exequenda, ſicut patebit inferius. 1255. *Alex.* 4. *P.*

Venerabilibus in Chriſto patribus Wygornenſi, Herefordenſi, Coventrenſi *Epiſcopis, & viris religioſis Abbatibus, Prioribus, Capitulis, Conventibus, Decanis, Archidiaconis & Archipresbyteris, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & univerſis Chriſti fidelibus per* Wygornenſem, Herefordenſem, Coventrenſem, *Diœceſes conſtitutis, magiſter* Roſtandus *domini papæ Subdiaconus & Capellanus, executor negotii Crucis, ſalutem.* *Ruſtandi literæ.*

Mandatum Domini papæ recepimus in hæc verba:

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, & dilecto filio magiſtro *Roſtando* Subdiacono & Capellano noſtro ſalutem. Volumus & præſentium auctoritate mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum redemtiones virorum cruce ſignatorum qui per deputatos ad hoc præſentium facultatem & legata indiſtincte necnon & obventiones ex quacumque cauſa prod euntes ſubſidio terræ ſanctæ in Regno *Angliæ* & aliis terris cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis *Angliæ*, per vos vel per alios integre colligere, ipſaq; in tutis locis deponere, ac eiſdem poſtmodum Regi ut votum crucis exequi valeat efficacius integre aſſignare curetis; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi perſonis aliquibus à ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas plenam & expreſſam aut de verbo ad verbum non facientes de indulto hujuſmodi mentionem, & conſtitutione de duabus dietis in Concilio generali. Data *Neapoli* tertio kal. *Maii*, Pontificatus noſtri anno primo.

Item noverit univerſitas veſtra nos aliud mandatum domini papæ recepiſſe in hæc verba:

Alexander Epiſcopus *&c. ut ſupra.* Quia de diſcretione, providentia, ſollicitudine, ac circumſpectione veſtra plenam in Domino fiduciam obtinemus, negotium crucis in Regno *Angliæ* & aliis terris cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis *Angliæ*, vobis tenore præſentium duximus committendum, prudentiæ veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus vos, vel aliter veſtrum, juxta datam vobis cœlitus gratiam, in Regno prædicto & terris prædictis juxta formam quarumcumque literarum ad quoſcumque alios prius ſuper hoc à ſede Apoſtolica directarum, per vos vel per alios quos ad hoc idoneos eſſe noveritis, diligenter ac fideliter exequi ſtudeatis; ita quod creſcatis exinde meritis apud Deum, penes nos gratia, & apud homines clara fama; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante, ſi perſonis aliquibus à ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non valeant per literas Apoſtolicas plenam & expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi privilegio mentionem, & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Data xi. kal. *Junii*, pontificatus noſtri anno primo.

'Cum igitur executioni præfatorum mandatorum ad præſens intendere 'non poſſumus, dilectis filiis noſtris magiſtro *Alexandro* Canonico *Herefordenſi*, & magiſtro *Willielmo* de *Ros* Rectori Eccleſiæ de Dodeleſbury 'in *Wygornenſi*, *Herefordenſi*, & *Coventrenſi* civitatibus & diœceſibus, 'conjunctim & diviſim cuilibet per ſe in dicto negotio crucis, & omnibus dictum negotium contingentibus, tam in decima domino Regi conceſſa 'fideliter colligenda & in tuto loco deponenda, quam aliis, vices noſtras 'committimus, donec eas duxerimus revocandas: diſtricte præcipiendo 'mandantes eiſdem, quatenus ad executionem & etiam negotii crucis diligenter & efficaciter procedant; contradictores, ſi qui fuerint & rebelles, juxta præfati mandati tenorem per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo. In cujus rei teſtimonium *&c.*

1255. *Venerabilibus in Chriſto patribus* Wygornenſi, Herefordenſi, Coventrenſi,
Henric. 3. R. *& viris religioſis* &c. ut ſupra, *magiſter* Roſtandus &c. *ſalutem. Mandatum*
Aliæ Ruſtani literæ. *Domini Papæ ſuſcepimus in hæc verba: Alexander* Epiſcopus ſervus *&c.* Venerabili fratri Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, & dilecto filio magiſtro *Roſtando* capellano noſtro ſalutem. Volumus & præſentium auctoritate mandamus, & quatenus vos vel alter veſtrum omnem pecuniam in Regno *Angliæ* & aliis terris cariſſimi filii noſtri illuſtris Regis *Angliæ*, ex quacumque cauſa terræ ſanctæ deputatam, etiamſi ad hoc deputata fuerit priuſquam idem Rex ſignum Crucis ſumeret, ad quorumcumque manus devenerit, detentores illius ad exhibendam eam vobis ammonitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellendo, integre recipere, ac eidem Regi pro executione negotii Regni *Ciciliæ* aſſignare curetis; Contradictores autem, ſi qui fuerint & rebelles, cenſura ſimili compeſcatis. Non obſtante, ſi perſonis aliquibus à ſede Apoſtolica ſit indultum quod interdici *&c.* Data *Neapoli*, Idus *Maii*, pontificatus noſtri anno primo. *Cum igitur executioni præfati mandati ad præſens intendere non poſſumus, dilectis noſtris Magiſtro* Alexandro *&* Willielmo *de* Ros &c. ut ſupra. *Diſtricte præcipientes* &c. *In cujus rei teſtimonium* &c.

Alex. Papa literæ de Regno Siciliæ. '*Alexander* Epiſcopus *&c.* Venerabili Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, & dilecto filio magiſtro *Roſtando* Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam 'benedictionem. Pia matris Eccleſiæ ſtudia circa proſecutionem negotii 'Regni *Ciciliæ*, quod tanquam ſpeciale & præcipuum reſidet cordi noſtro, 'reliquiarum quondam *Jeruſalem* olim *Romanorum* Imperatoris proterva 'temeritas & ſuperba rebellio impie impedire conabatur. Nam *Memfredus*, ipſius *Frederici* filius eidem Eccleſiæ, ad evacuandam ejus in hac parte ſollicitudinem, ſuorumque labores fidelium non veritus cum infidelibus obviare, *Sarracenis Nuchariæ* deteſtabiliter & impudenter adhæſit, eiſque nefando fœdere copulatus, eorum præcipue contra Chriſtianos prælegit & aſſumſit auxilium, propugnatores Eccleſiæ & defenſores libertatis & fidei damnabiliter cum illorum viribus in injuriam Chriſtiani nominis oppugnando, nobiſque in tam boni executione propoſiti ſe cum 'inimicis crucis & fidei Chriſtianæ obicem opponendo. Profecto ſi bene 'à fidelibus & diligenter attenditur, in quantum animarum diſpendium, 'detrimentum catholicæ fidei & Eccleſiæ obprobrium id redundet, non 'juſſi, non rogati, nec moniti, animis deberent promtis inſurgere, ac in 'unum omnes in ipſius *Nuchariæ* ſuorumque habitatorum exterminium 'potenter congerere vires ſuas, ut nullis amplius in nocumentum Eccleſiæ, 'ac ſuorum rebellium refugium eſſe poſſet. Cum igitur Apoſtolica ſedes 'pro ipſius defenſione fidei, eamque impugnantium debellatione ſalubri, 'ad remotiora mundi climata copioſa ſubſidia conſueverit deſtinare, ſuffragantibus ad hoc largas remiſſiones & indulgentias concedendo: nos attendentes quod peſtis hujuſmodi *Romanæ* Eccleſiæ matri fidelium tam vicina, peſtilentior eſſe poſſet, ſi ad eandem radicitus extirpandam, ne 'deterius graviuſque circumpoſita loca corrumpat, proviſionis appoſitione 'oportuna conſilia, ſuæque ulterius ipſa Eccleſia conflare differret molimina poteſtatis, publice apud *Neapolim* in celebrato generali Colloquio 'contra præfatos *Mamfredum* & *Sarracenos*, quamplurimos crucis ſignaculo inſignivimus, poſt propoſitum à nobis congregatis ibidem populis verbum Dei, & tam per fratres noſtros quam per Eccleſiarum Prælatos & viros religioſos jam innumeros alios eodem ſignaculo mandavimus '& fecimus inſigniri. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta 'mandamus, quatenus tam per vos, quam per alios quos ad hoc idoneos 'eſſe noveritis, proponentes juxta datam vobis à Deo prudentiam per Regnum *Angliæ* ac alias terras cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis *Angliæ* fidelibus verbum crucis, eos ut contra *Mamfredum* & *Sarra-*

'racenos; tanquam contra ipſius hoſtes fidei, ſignum crucis aſſumant; 1255.
'& in noſtrum & Eccleſiæ adjutorium viriliter exurgentes, ad converten- Alex. 4. P.
'dam ipſorum inſollertiam, & peſtem tam noxiam de medio fidelium au-'ferendam, abſque tarditate procedant, ſtudeatis ſedulis monitis & ſtudio-'ſis inductionibus exhortari. Nos enim de omnipotentis Dei gratia, & bea-'torum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ejus auctoritate confiſi, ex illa quam 'nobis licet indignis Deus ligandi atque ſolvendi contulit poteſtatem, om-'nibus qui Eccleſiæ in proſecutione inſtantis negotii prædicti Regni *Cici-'liæ*, ac præfato Regi cui hujuſmodi negotium commiſimus fideliter exe-'quendum, efficax in perſonis vel bonis juvamen impenderint, illam ſuo-'rum peccaminum de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint indul-'gemus, ipſoſque illo privilegio eaque volumus immunitate gaudere, quæ 'Terræ ſanctæ ſubvenientibus in generali Concilio ſunt conceſſa. Datum '*ut ſupra*.

Negotium Crucis.

Venerabilibus in Chriſto patribus Wygornenſi, Herefordenſi, Coventrenſi *Epiſcopis, & viris religioſis* &c. ut ſupra. *Magiſter* Roſtandus &c. *Mandatum Domini papæ &c.* *Ruſtandi literæ de negotio Crucis.*

Alexander Epiſcopus &c. Cum negotium crucis dudum diverſis executoribus per diverſas literas in Regno *Angliæ* & aliis terris cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis *Angliæ*, necnon & Regno *Scotiæ*, ab Apoſtolica ſede commiſſum venerabili fratri noſtro *Cantuarienſi* Archiepiſcopo, & dilecto filio magiſtro *Ruſtando* Capellano noſtro, revocatis hujuſmodi literis plenarie duximus committendum, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Archiepiſcopo & Capellano, eorumque Nunciis, & nullis aliis executoribus in omnibus hujuſmodi negotium contingentibus, efficaciter intendatis, dantes ſuper hoc conſilium oportunum; alioquin ſententiam quam idem Archiepiſcopus & Capellanus vel ipſorum alter rite tulerint in rebelles, ratam habebimus, & faciemus Deo auctore uſque ad ſatisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter obſervari. Datum *&c.*

'Cum igitur dominus papa nobis ſuis dederit literis in mandatis, ut ve-'nerabili patri Archiepiſcopo *Cantuarienſi* & nobis, & etiam noſtrum alteri, 'circa negotium crucis in Regno *Angliæ* nobis & noſtrum alteri commiſ-'ſum, quibuſcumque aliis literis revocatis, ut noſtris nunciis intendatis; '& nos non potentes ad præſens dicto negotio in veſtris civitatibus & diœ-'ceſibus ſupereſſe, *Alexandro* Canonico *Herefordenſi*, & magiſtro *Willielmo* 'de *Ros*, conjunctim vel diviſim cuilibet per ſe commiſerimus vices noſtras, 'ſuper collectione decimarum & aliis dictum negotium contingentibus, 'donec eas duxerimus revocandas; caritatem veſtram monemus & horta-'mur, auctoritate nobis in hac parte commiſſa vobis præcipiendo man-'damus quatenus dictis magiſtris *Alexandro* & *Willielmo* de *Ros*, vel eorum 'alteri, ſuper prædictis efficaciter intendatis, ita quod in contradicto-'res & rebelles non habeant materiam procedendi. Datum apud *Londo-'nias &c.*

De laicis feodis.

'Magiſter *Roſtandus* domini papæ Subdiaconus & capellanus univerſis 'Abbatibus & Prioribus, Capitulis & Conventibus in *Wigornenſi*, *Herefor-'denſi*, & *Coventrenſi* Civitatibus & diœceſibus conſtitutis, ſalutem in do-'mino *Jeſu Chriſto*. Cum decima omnium proventuum Eccleſiaſticorum 'totius Regni *Angliæ* uſque ad certum tempus illuſtri Regi *Angliæ* ſit con-'ceſſa, ac interpretatione ſedis Apoſtolicæ, nomine proventuum Eccleſiaſti-'corum intelligantur obventiones provenientes de Baroniis ac maneriis, Ec-'cleſiis

1255. Hentic. R. 3. 'cleſiis & perſonis Eccleſiaſticis deputatæ; vobis & veſtrum ſingulis diſtri-'cte præcipiendo mandamus, quatenus decimam de veſtris maneriis ac eti-'am Baroniis quam pro anno præterito non ſolviſtis, infra feſtum Purifica-'tionis beatæ *Mariæ* proximo futurum nobis vel mandato noſtro plene & 'integre aſſignare curetis, ſcituri quod omnes illos qui in ſubtrahenda ipſa 'decima, vel non ſolvenda, ſcienter fraudem commiſerint, excommunica-'tionis ſententia innodavimus, & adhuc etiam innodamus. Datum *Londo-'niis*, x. kal. *Novembris*, anno Domini M. CC. LV.

Litera ſuper executione mandati Apoſtolici per magiſtrum Roſtandum.

'Viris venerabilibus & diſcretis, Archidiaconis *Coventrenſi*, *Ceſtrenſi*, *Der-'beienſi*, *Staffordenſi*, & eorum Officialibus, ac Decanis univerſis per dictos 'Archidiaconatus conſtitutis, *Willielmus* de *Ros* gerens vices magiſtri *Ro-'ſtandi* domini papæ Subdiaconi & Capellani, Executoris negotii Crucis, 'ſalutem. Auctoritate dicti magiſtri *Roſtandi*, cujus mandata officiali ve-'nerabilis patris Epiſcopi *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* mittimus inſpicienda, '& vobis ſub ſigillo ſuo publicando, vobis & ſingulis veſtrum mandamus, 'in virtute obedientiæ qua ſedi *Romanæ* tenemini, & ſub pœna excom-'municationis ſecundum quod in mandati ejuſdem continetur, firmiter in-'jungimus, quatenus ſinguli veſtrum in ſua juriſdictione juſtas æſtimatio-'nes omnium Eccleſiarum & Capellarum exemtarum & non exemtarum, '& omnium proventuum Eccleſiaſticorum, quocumque nomine cenſe-'antur, ſecundum quod ad firmam poni ſolebant vel poni poſſint commu-'nibus annis, nullo deducto præter expenſas neceſſarias circa fructus colli-'gendos factas, receptis ſuper hoc ſacramentis quatuor fide dignorum de 'quolibet decanatu, nobis ſub ſigillis veſtris & dictorum quatuor Jurato-'rum, ſcriptas ſecundum ordinem diſtincte nomina & loca & juſtum valo-'rem ſingularum poſſeſſionum dilucide deſignando, præſentetis die *Jovis* 'proxima poſt *Epiphaniam* Domini in majori Eccleſia *Lichfeldenſi* de Archi-'diaconatu *Ceſtriæ*, die *Veneris* ſequente de Archidiaconatu *Coventrenſi* & '*Staffordenſi*, die ſabbati ſequente de Archidiaconatu *Derbeienſi* & de 'Decanatu *Lichfeldenſi*. De penſionibus vero & redditibus, & decimis ſepe-'ratis quibuſcumque, Baroniis, Maneriis, & proventibus Eccleſiaſticis omni-'modis ad Eccleſias vel Eccleſiaſticas perſonas, Religioſas vel ſeculares quo-'cumque modo ſpectantibus, hæc eadem faciatis ſub pœna prædicta, ita 'quod de juſto, fideli & legitimo valore ſingularum poſſeſſionum diſtincte 'nobis conſtare poterit, & ne vos de perjurio, quod abſit, redargui poſſitis. 'Citetis etiam peremtorie, vel citari faciatis, omnes viros, videlicet de qua-'libet congregatione duos vel tres, ſpeciale mandatum habentes ad juran-'dum in animas omnium de ipſo conventu, ſuper fideli, legitima & juſta 'æſtimatione facta omnium poſſeſſionum ſuarum temporalium & ſpiritu-'alium, & vos una cum quatuor Juratis à Rectoribus, vicariis, & à quibuſ-'cumque aliis Eccleſiarum prælatis, conſimile recipiatis ſacramentum ſu-'per juſto valore omnium bonorum Eccleſiaſticorum annuatim. Item ci-'tetis peremtorie vel citari faciatis omnes Collectores in ſingulis decanati-'bus exiſtentes, tam decimæ domino Regi conceſſæ, quam etiam pecuniæ 'in terram ſanctam ex quacumque cauſa deputatæ, & alterius cujuſlibet 'negotium crucis quocumque modo contingentis, quod dilectis die & loco 'coram nobis compareant cum tota præfata pecunia, vel ſaltem cum ipſa 'quam penes ſe habent, & quam interim adquirere poterint, cum rationi-'bus & munimentis, & aliis quibuſcumque quæ ſuper hoc habent, ut de ip-'ſorum conſilio provideamus & ordinemus ubi melius & competentius de-'poni poſſit dicta pecunia, & quid de aliis fieri debeat ſecundum mandata 'nobis ſuper his directa. Tantum ſuper his facientes, ut exinde creſcatis a-

'pud

'pud Deum meritis, & penes Eccleſiam *Romanam* & dominum Regem 1255.
'gratia, & apud homines clara fama. Injungentes taxatoribus Eccleſiarum *Alex. 4. P.*
'& Eccleſiaſticorum proventuum, quod ita ſibi proſpiciant & ſe gerant in 'hac parte, ne poſſint de perjurio ſeu falſitate, quod abſit, redargui, nec e'tiam pœnam perjurii formidare, & ne oporteat vos & illos exploratores 'aliquos nobis vigilanti ſtudio ſuper his inſidiantes ulterius pertimeſcere. 'Item pecuniam terræ ſanctæ ex quacumque cauſa deputatam, etiamſi ad 'hoc deputata fuerit priuſquam dominus noſter illuſtris Rex *Angliæ* ſignum 'Crucis aſſumeret, nulli alii quam nobis aſſignetis, niſi etiam de ſpeciali 'mandato magiſtri *Roſtandi* ſupradicti. Et quid ſuper his feceritis, nobis 'ad dictos dies & loca per literas veſtras patentes harum ſeriem continen'tes reſcribatis. Formam etiam quam ſequi debent Decani & Jurati de 'quolibet Decanatu, una cum præſenti mandato vobis tranſmittimus. Si 'quid ultra elici poſſit quam hic teneatur, quam diligenter & efficaciter 'exequantur; ſcituri quod dura & diligens ſuper & præcipue ſuper taxa'toribus, fiet Inquiſitio, & per tales quorum modum timemus, & qui po'teſtatem habebunt puniendi perjuros ſecundum formam Canonum. Va'lete. Datum *Londoniis* anno Domini M. CC. LV.

Articuli ſuper quibus debent dari decimæ.

'In ſingulis Capitulis Decanus & quatuor jurati, Deum timentes, & per'jurium timore & amore ſubire nolentes, inquirant per quos melius vide'rint inquirendum, quæ ſit juſta & vera æſtimatio omnium Eccleſiarum 'infra Decanatum ſuum exiſtentium, & capellarum exemtarum & non 'exemtarum, ſuper hoc recepto juramento Rectores vel procuratores ſuper 'juſto valore.

'Item de vicariis & decimis ſeparatis in parochiis alienis, & in omnibus 'proventibus Eccleſiaſticis tam majoribus quam minoribus, quocumque ti'tulo cenſeantur.

'Item de maneriis & Baroniis & omnibus bonis aliis ad Eccleſias vel Ec'cleſiaſticas perſonas ſpectantibus hoc idem faciant.

'Item caveant ſub pœna perjurii, quod Eccleſiæ nunc aut prius ad fir'mam poſitæ, non minus quam ſit juſta firma æſtimentur vel taxentur, vel 'minus quam ad firmam poni ſolebant, ne evidenter in perjurium incidant, 'quia timendum eſt de pœna quæ ſequitur.

'Item de maneriis, poſſeſſionibus, penſionibus, & bonis aliis temporali'bus, majoribus & minoribus, quæ Collegiati & Religioſi obtinent, nomina '& loca inquirant, & æſtiment, & in ſcriptis redigant diſtincte. Quæ eti'am æſtimari debent per quatuor de congregatione ipſa fide digniores: 'Nec eſt timendum quod ulterius duret quam per triennium domini Re'gis, quia dominus Rex ſuper hoc habet literas ſpeciales, propter quod fiat 'taxatio fidelis & vera ſecundum valorem.

'Item Decanus de parvis Prioratibus Conventum non habentibus, & aliis 'domibus minoribus, puta Hoſpitalibus, Cœnobiis, & hujuſmodi, recipiet 'ſacramentum ab illo qui præeſt domui, & à duobus vel tribus de fratri'bus fide dignioribus, quod diligenter inquirant juſtas & veras æſtimatio'nes omnium bonorum ſuorum temporalium & ſpiritualium, & de quoti'dianis diſtributionibus, nullo deducto præter expenſas neceſſarias circa fru'ctus colligendos factas, de quibus ſimiliter Decani & conjuratores ſui in'quirant, & compareat Major congregationis & unus de fide dignioribus 'ſecum die aſſignata ad jurandum in animis omnium, ſuper æſtimatione 'fideliter facta.

'Item Decanus & quatuor Jurati & alii qui præſunt domibus, omnia præ'dicta fideliter dilucide & diſtincte ſingula nomina & loca in ſcriptis redi'gant, & æſtimationes omnium non fictas ſed veras, & omnia ſic ſcripta

1255. Henric. 3. R. ‘retentis penes ſe tranſcriptis, citra *Epiphaniam* Domini abſque ulteriori ‘dilatione promta habeant, & ſecum deferant ad dies aſſignatos; & hæc ‘omnia injungimus ſub pœna excommunicationis.

‘Item, ſi contingat Rectores, vicarios, aut alium proventus Eccleſiaſti‘cos habentem, in fata decedere, & timeatur de dilapidatione bonorum ‘ipſorum decedentium per executores, vel alios, pro rata decima contin‘gente bona ipſa auctoritate noſtra ſequeſtramus ſub teſtimonio fide di‘gnorum.

‘Item ſi quid ſit ſolvendum de anno præterito, Decanus aut conjurato‘res ſub pœna excommunicationis id ſecum deferant ad dies aſſignatos, ‘ſecundum veram & juſtam æſtimationem, utrum ſit de Eccleſiaſticis, aut ‘de decimis ſeperatis, aut penſionibus, aut Baroniis, aut maneriis, aut ‘quibuſlibet proventibus Eccleſiaſticis, & etiam de perquiſitis Celerário‘rum, & de Eſchaetis Eccleſiaſticis, & de perſonis Eccleſiaſticis ſpectanti‘bus quocumque modo, & circumſpectione & induſtria tali ne in perjuri‘um incidant; Quod ſi fecerint, ſciant quod pœnam non evadent in ca‘none contra perjuros ſtatutam.

‘Item non timeant taxatores præteriti anni quod reprehendantur de ‘perjurio, ſi modo plus ſolito taxaverint, quia tunc multa deducta fuerunt ‘quæ modo non deducuntur, & blada carius venduntur, unde taxent ſe‘cundum veram & juſtam æſtimationem, ſicut pœnam voluerint vitare ‘perjurii.

‘Item Abbatibus, Prioribus, & aliis viris Religioſis, nullis exemtis, de‘nuncient Decani & injungant ſub pœna prædicta, & præcipue Obedien‘tiariis denuncient, quod ad dies & loca aſſignata compareant per ſe vel ‘per alios, ſpeciale mandatum habentes ad jurandum in animas omnium ‘de congregatione, ſuper juſta æſtimatione omnium bonorum ſuorum & ‘proventuum Eccleſiaſticorum facta per quatuor viros de ipſo conventu, ‘& etiam pecuniam nondum ſolutam vel ſtatim ſolvant, vel infra diem ‘aſſignatum in tuto loco deponant, & nobis deferant, cum ad partes illas ‘venerimus, videlicet die aſſignata.

‘Item, recepto ſacramento ab illis qui præſunt Domibus minoribus Co‘ventum non habentibus, & aliquo idoneo, illos tradant articulos aliis ‘Religioſis & perſonis Eccleſiaſticis tradendos, qui ſecundum illos habita ‘deliberatione proventus ſuos Eccleſiaſticos taxent & æſtiment ſub forma ‘tali, quod perjurium non oporteat illos formidare, nec pœnam etiam per‘jurii quæ ſequitur, ut prædictum eſt.

‘Item, nulla ſit portio adeo modica, in quibuſcumque conſiſtat in pon‘dere, numero, & menſura, terris, pratis, paſcuis, pannagiis, auro, argento, ‘grano, liquore, operibus, ſervitiis liberis vel ruſticis conſuetudinibus, in ‘panibus deferendis ad natale Domini gallinis, ovis, & quibuſcumque aliis ‘ad Eccleſias vel Eccleſiaſticas perſonas ſpectantibus, quin taxetur & æſti‘metur, & portetur apud *Lichfeld* die aſſignata una cum pecunia in terram ‘ſanctam deputata ſeu promiſſa ex quacumque cauſa, ſub pœna excommu‘nicationis, non obſtante cujuſquam inhibitione, niſi ſpeciale mandatum ‘ſuper hoc à dicto magiſtro *Roſtando* receperint, vel à nobis. Nec cuiquam ‘in hoc caſu parcere poterimus, ſi præmiſſis non obtemperent, nec cuiquam ‘alii ipſam ſolvant.

‘Item Decanus injungat ſacerdotibus parochialibus ſuæ juriſdictionis, ut ‘inquirant de legatis in ſubſidium terræ ſanctæ à tempore quo dominus no‘ſter venerabilis *Ricardus* Comes *Cornubiæ* à terra ſancta rediit, & de bonis ‘cruce ſignatorum ab inteſtatodecedentium, quæ ſit, & quanta portio eo‘rundem, & ad quos devenerint. Quibus compertis, ſtatim ſequeſtren‘tur.

‘Item Decanus ſingulis presbyteris parochialibus injungat quod plene & ‘fideliter redigant in ſcriptis quæ ſuper dictis legatis & inteſtatorum bonis

‘quæ

'quæ per inquiſitionem invenerint, & nobis præſentent ſub ſigillis ſuis, una 1255.
'cum pecunia quam interim perquirere poterint, die aſſignata, ſub pœna Henric. 3. R.
'ſuperius notata contra deſides & remiſſos.

'Item Abbas vel Prior, vel ſi non ſit Abbas vel Prior, major & tres vel 'quatuor de eodem Collegio vel Capitulo, vel ſaltem duo ſi non ſit 'congregatio magna, Jurati inquirant per ſe ipſos vel alios per quos vide-'rint expedire, quæ ſit juſta & vera æſtimatio omnium poſſeſſionum, 'reddituum ſuorum, & bonorum omnium temporalium & ſpiritualium, 'majorum & minorum, ad Monaſterium ſuum quocumque modo ſpectan-'tium; excepto hoc, ſi Eccleſias habeant, ſuper quibus Decani & ſui Con-'juratores inquirant; & omnium prædictorum æſtimationes fideliter & di-'lucide factas ſecum deferant ad dies aſſignatos, ſcilicet poſt feſtum ſancti '*Hilarii* apud *Lichefeld*, una cum decima prædictorum de anno præterito, 'ſub pœna excommunicationis, quæ ſunt innodati qui fraudem in ipſa ſub-'trahenda vel non ſolvenda commiſerint, quos omnes tales ex tunc denun-'ciabimus.

'Item inquirant de quotidianis diſtributionibus ſimiliter ex quacumque 'cauſa provenientibus alibi vel per alios bona ipſa fuerint æſtimata. Et tunc 'ſic ſcribatur.

'Item Abbas vel Prior, vel major congregationis, & jurati de Domo, 'provideant ſtatim & ordinent unde dicta decima debeat levari, tam de 'bonis exterioribus quam interioribus & quotidianis diſtributionibus; nec 'ob hoc murmurent ſubditi, & inferiores de Collegio nil detrahant ſuis 'ſuperioribus in hoc caſu, ſi in hoc caſu [aliqua ſubtrahantur, præſertim 'cum viderint Prælatorum ſuorum rationabilem excuſationem. Et omnia 'præfata promta habeant, cum fuerint ab eis exacta, ſub pœna prædicta; '& diebus aſſignatis ad minus duo vel tres de quolibet Collegio compareant 'locis aſſignatis, jurati ut dictum eſt, ſuper vera & fideli æſtimatione omni-'um prædictorum per eos tunc facta.

'Item Religioſorum nullum excipimus, niſi privilegium iſtius exemtionis '& indulgentiæ contra *Mamfredum* & *Sarracenos Nuchariæ* commorantes 'oſtendat, vel per literas magiſtri *Roſtandi* immunis ſit, quas ad dies aſſi-'gnatos ſecum deferant.

'Item Decanus, cum prædicatores mittantur ad prædicandum, eiſdem 'aſſiſtat, & eis auxilium & conſilium impendat oportunum.

'Item Decanus in ſingulis Capitulis & Eccleſiis parochialibus exponi fa-'ciat frequenter indulgentias cruce ſignatis à domino papa indultas, videli-'cet idem privilegium & eaſdem immunitates quæ conceſſæ ſunt eis qui in 'terram ſanctam efficax in bonis vel perſonis impenderint auxilium.

Parliamentum apud Weſtmonaſterium.

Promulgatis jam per totum Regnum mandatis Apoſtolicis, & articulis memoratis, reſonabat murmur in clero, & factus eſt tumultus lacrymoſus, propter hujuſmodi gravamina quæ in Regno emerſerant inopinata, & à ſeculo inaudita. Poſt feſtum ſancti *Michaelis* autem tenuit Rex Parliamentum ſuum apud *Weſtmonaſterium*, convocatis ibidem Epiſcopis, Abbatibus, & Prioribus, Comitibus, & Baronibus, & totius Regni majoribus; in quo petebat à clero de laicis feodis ſuis ſibi ſuffragium exhiberi ad negotium ſtulte & incircumſpecte pro Regno inchoatum *Ciciliæ* proſequendum, diſponens de ſuo conſilio iniquo hoc prius à clero, & poſtmodum à populo majori & minori extorquere. Epiſcopi vero, Abbates, Priores, & Procuratores qui ibidem pro univerſitate affuerunt, nolentes hujuſmodi exactioni adquieſcere, ſed potius decernentes fore reſiſtendum & contradicendum, rationibus & *Gravamina Angl.* gravaminibus in ſcriptis redactis & allegatis, per fideles & diſcretos nun-

1255. cios electos eadem gravamina ſummo Pontifici ſub ſigillis deſtinarunt.
Henric. 3. R. Quorum tenor talis eſt.

De Archidiaconatu Lincolniæ *Articuli pro Communitate.*

'Procuratores clericorum beneficiatorum Archidiaconatus *Lincolniæ* pro 'tota communitate proponunt, quod gravati ſunt, eo quod decima be-'neficiorum ſuorum domino Regi fuit conceſſa, ipſis non vocatis; maxi-'me, cum agitur de aliquo obligando, neceſſarius eſt ejus expreſſus con-'ſenſus.

'Item, ſi conceſſa eſſet ab initio dicta decima de communi conſenſu 'Prælatorum & totius cleri, ad certum uſum fuit conceſſa, & ob certam 'cauſam, unde cauſa data, cauſa non ſecuta, competit eis repetitio, nec de 'jure de cetero poterunt compelli ad præſtationem dictæ decimæ, maxime 'cum ad alium uſum proponit dominus Rex convertere dictam decimam, 'quam propoſuit tempore qualis qualis conceſſionis, de quo non fuit a-'ctum nec cogitatum eo tempore.

'Item petitur iſta decima uſque ad certum tempus à domino Rege, ſe-'cundum quod ei conceditur à domino papa, & illud tempus non eſt de-'terminatum; unde timent ſe & beneficia ſua in poſterum enormiter poſſe 'gravari.

'Item gravati ſunt religioſi, eo quod cum omnia ſervitia forinſeca domi-'no Regi faciant pro terris forinſecis & eorum redditibus, & dominis feo-'dorum ſua debita ſervitia faciant ſecundum quod imponuntur, quod ad 'præſtationem dictæ decimæ non debeant compelli.

'Item magiſter *Roſtandus* qui dicit ſe habere auctoritatem papalem, & 'judicialem indaginem in cauſis cruce ſignatorum, ſubditos Ordinario-'rum, ad loca remotiora trahendo gravat, in non modicum præjudicium 'ordinariorum, & contra privilegium cruce ſignatis indultum.

'Item committit vices ſuas Decanis & aliis, cum adhuc non conſtet de ſua 'juriſdictione.

'Item ſunt gravati, quod compelluntur facere novas taxationes per eo-'rum ſacramentum ab anno in annum pro eorum voluntate.

'Item gravati ſunt, quod indiſtincte legata quæ ſecundum voluntatem 'decedentium in uſus pauperum, parentum, & ſervientium, & in alios pios 'uſus dividi deberent & diſtribui, domino Regi ſunt conceſſa in alios uſus, 'contra voluntatem decedentium convertenda.

'Item gravati ſunt Religioſi, per dominum Epiſcopum *Herefordenſem*, 'qui finxit procuratorem quorundam Religioſorum, cum non eſſet, in Cu-'ria *Romana*: Cujus prætextu eorum Monaſteria obligavit ad maximam 'pecuniæ quantitatem, in eorum non modicum præjudicium & grava-'men.

'Item ſpreta taxatione facta per Epiſcopum *Norwicenſem*, ſuper ovis, 'gallinis, & omnibus exiſtentibus in pondere, numero, & menſura, no-'vam facit taxationem, in præjudicium & ſcandalum plurimorum.

'Item gravantur clerici & laici *Angliæ* ex eo quod ad ſuggeſtionem quo-'rundam proditorum circumventa eſt Regia ſimplicitas in quadam obli-'gatione ſuper Regno *Appuliæ* conficta in ſcandalum Eccleſiæ *Romanæ*, & 'ipſius Regis grave præjudicium, & totius cleri & populi *Angliæ* gravamen 'intolerabile ipſius videlicet clero & populo ſuper hoc minime requiſitis.

'Item proteſtamur, nos Eccleſiæ *Romanæ* in caſibus à Jure conceſſis pro-'pter bonum obedientiæ pro viribus facultatum noſtrarum velle ſubve-'nire.

De

De Coventrenſi & Lichfeldenſi *diœceſi articuli pro Communitate.* 1255. *Alex.* 4. P.

'Proponunt procuratores ſubditorum Eccleſiarum *Coventrenſis* & *Lich-feldenſis* diœceſis, in primo, quod multipliciter perturbantur & lædun-'tur libertates Eccleſiæ in partibus ſuis, per laicalem poteſtatem, con-'tra canonicas ſanctiones & conſuetudines Eccleſiaſticas diu approbatas. 'Coguntur enim clerici in criminalibus quæſtionibus & in cauſis civilibus 'paſſim laicis coram ſecularibus Judicibus reſpondere; & eventum Judici-'alem ab eiſdem recipere, & præſentim in actionibus injuriam qualitercum-'que intentatis.

'Item ſeneſcalli foreſtæ domini Regis clericos prænominatos non voca-'tos, non confeſſos, non convictos, puniunt pro eadem & amerciant, licet 'in nullo teneantur obnoxii; & etiam longe gravius quam facerent laicos 'legitime convictos.

'Item officialem Epiſcopi ſive eundem Epiſcopum diſtringunt per Baro-'niam ſuam, quod clericos prædictos faciant comparere coram eis, & ſi ibi 'amercientur, ad amerciamenta eadem ſolvenda compellat eoſdem.

'Item gravantur in eo, quod decima bonorum ſuorum Eccleſiaſticorum 'conceſſa fuit domino Rege in ſubſidium executionis voti ſui in terram 'ſanctam, ipſis penitus irrequiſitis.

'Item gravati ſunt in eo, quod decimam eandem adhuc nituntur extor-'quere ab eiſdem invitis, cum cauſa ſolutionis quæ prima facie pia videba-'tur, jam in non piam, ut eis videtur, ſit mutata.

'Item, etſi forte aliquo caſu dari de jure deberet decima, [a] quam non 'credunt, in propoſito in exactionis modo prægravantur, prout tenore 'mandati exactorum eorundem apparet manifeſte. Ibidem enim inter 'cetera talis clauſula continetur: ' Nulla ſit portio adeo modica, in qui-buſcumque conſiſtat, in pondere, numero, & menſura, terris, pratis, paſ-cuis, pannagiis, auro, argento, grano, liquore, operibus, ſervitiis liberis vel ruſticis conſuetudinibus, in panibus deferendis ad natale domini, de gallinis, ovis, & quibuſcumque aliis ad Eccleſias vel Eccleſiaſticas perſonas ſpectantibus, quin taxetur, æſtimetur, & portetur die aſſignato, ſcilicet die purificationis beatæ *Mariæ*.

'Item ſuper præmiſſis & aliis gravatur Eccleſia acerbius & emormius 'quam ante Chartam libertatum à domino Rege conceſſam gravabatur, 'non obſtante excommunicationis ſententia in omnes venientes contra li-'bertates in eadem contentas ſolemniter lata, nec etiam Juramento de e-'iſdem ſervandis præſtito.

'Item Juriſdictio Ordinariorum quaſi abſorbetur & enervatur occaſione 'executorum negotii crucis, qui paſſim tam cruce ſignatos quam non cruce 'ſignatos, aliquo modico dato ſeu promiſſo pro negotio crucis, ad quere-'las admittunt, & cauſas eorum audiunt, excommunicatos abſolvunt, & 'non ligatos excommunicant, & pœnas judiciales inflictas relaxant.

'Item cum plura beneficia ſint in diœceſi prædicta, quæ nequaquam 'aut vix ſufficiunt ad ſuſtentationem neceſſariam miniſtrorum, executores 'negotii crucis decimam ab eiſdem extorquent in eorundem miniſtrorum 'gravamen, & ſcandalum plurimorum.'

De ſingulis diœceſibus totius Regni conſimiles ibidem confecti ſunt articuli, & ſummo Pontifici pro univerſitate ſimiliter deſtinati, ut ſupradictum eſt.

Magiſter autem *Roſtandus*, auditis frivolis in articulis memoratis, videlicet de pondere, menſura, panibus, ovis, gallinis, & ceteris ibidem conſcriptis, ſic æſtimationem ordinavit:

[a] f. Legendum quod.

1255. ‘Nos magiſter *Roſtandus*, domini papæ ſubdiaconus & Capellanus, ne-
Henric. 3. R. Ruſtandi literæ. ‘gotii Crucis executor à ſede Apoſtolica deputatus, volumus & mandamus,
‘quod Commiſſarii noſtri taxationes factas per venerabilem patrem *Nor-*
‘*wicenſem* Epiſcopum & collegas ſuos obſervare procurent; eo ſalvo, quod
‘ſi in aliquibus addi vel minui oportebit, cum teſtimonio diœceſani il-
‘lud nobis ſtudeant intimare, ut penſata negotii qualitate, addere poſſi-
‘mus vel minuere, prout nobis bonum & æquum videbitur. Item à Do-
‘mibus pauperum, in quibus egeni quotidie recipiuntur & infirmi, de-
‘cima non petatur ad præſens, donec ſuper hoc aliud duxerimus ordi-
‘nandum. Quod intelligimus de illis hoſpitalibus & domibus leproſorum,
‘& etiam monialium, quæ continua egeſtate laborant, nec Eccleſias in uſus
‘proprios, vel decimas, vel alias amplas poſſeſſiones obtinere noſcuntur,
‘ſed de laboribus propriis aut artificio manuum ſuarum & de eleemoſynis
‘quotidianis victum ſibi quærunt quotidie. Item volumus & mandamus
‘quod Commiſſarii noſtri ad ea quæ ad juriſdictionem ordinariorum re-
‘ſpiciunt, officium ſuum nequaquam extendant. Pœnas quoque per or-
‘dinarios in forma Judicii inflictas tollere non præſumant, ſed in foro
‘pœnitentiali injunctas tollere poſſunt & mutare. Item ſciant illi qui de-
‘cimam domino Regi conceſſam plene & ſine diminutione perſolvent,
‘quod illius indulgentiæ participes exiſtunt, quæ datur tranſeuntibus ul-
‘tra mare. Qui vero in ſolvenda decima rebelliam, contradictionem,
‘aut fraudem committunt; præter crimen inobedientiæ quod incurrunt,
‘à prædicta indulgentia penitus ſunt excluſi. Item præcipimus & manda-
‘mus, ut cum Commiſſariis noſtris de expenſis providere velimus, loca re-
‘ligioſa prætextu officii ſibi commiſſi in expenſis nullatenus gravare præ-
‘ſumant, ſeu aliquid extorquere. In teſtimonium præmiſſorum Magiſter
‘*Th.* de *B.* auditor noſter generalis, ſigillum ſuum de conſcientia noſtra præ-
‘ſentibus appoſuit. Datum *Londoniis* IV. kal. *Februarii*, anno Domini
1255, 6. ‘M. CC. LV.

Sub iſta forma decimata eſt univerſalis Eccleſia *Anglicana* iſto anno, ſi-cut in anno proximo præcedenti fuit per Epiſcopum *Norwicenſem*; & ſimi-liter adhuc per unum annum decimabitur.

Exactiones Pap. & Reg. ſub Henr. 3. Quoniam Redemtiones & decimationes bonorum Eccleſiaſticorum & temporalium mobilium & immobilium quæ fiebant & imponebantur in Regno *Angliæ* per ſummos pontifices & Regem *H.* qui nunc eſt, tempore ejuſdem Regis per incuriam omiſſæ fuerunt, nec in ſcriptis redactæ ſeu re-giſtratæ, ut in poſterum memoriæ commendentur, eas hoc in loco duxi-mus inſerendas.

1224. Anno Domini M. CC. XXIV. *Henricus* Rex cœpit quintum decimum pro chartis de libertatibus & de foreſta.

Abbas *Laurentius Burthoniæ* dedit D. CCC. marcas.

1235. Anno Domini M. CC.... [a] Rex cepit ſcutagium vetus & novum ad ſororem ſuam Imperatori *Frederico* maritandam. Et memorandum, quod, ſicut *Stephanus* de *Sagreue*, qui tunc temporis fuit exulatus, in Abbatia de *Scutagium vetus.* *Leyceſtria* latitans & moram faciens, aſſerebat & affirmabat, *vetus ſcutagi-um* ad XXXII. millia ſcuta aſſummabatur & irrotulabatur; & ad tantum-dem plene & plane potuit *novum ſcutagium* de novis terris aſſummari & in-rotulari.

1229. Anno Domini M. CC. XXIX. Decimata eſt univerſalis Eccleſia *Angliæ*, & omnia mobilia & immobilia Clericorum & Religioſorum, de præcepto domini *Gregorii* papæ, ad opus ejuſdem papæ, magiſtro *Stephano* clerico memorati papæ ad hoc exequendam procuratore ſpecialiter deſtinato.

[a] M. CC. XXXV.

Burthonia

Burthonia. 1255. *Alex.* 4. *P.*

Summa decimarum redditus aſſiſi totius Abbatiæ de *Burthonia* IV. l. XIX. s.
Summa decimarum bladi & fœni de dominico de *Burthonia* XXXVI. s. VIII. d.
De pomis, VI. d.
De anſeribus, gallinis, agnis, & porcellis, VI. s. VIII. d.
Summa decimæ bladi & fœni de Streton, XLVI. s. V. d.
Summa decimæ bladi & fœni de Bront, XV. s. ob.
Summa decimæ bladi & fœni de Wineſham, V. s. IV. d.
Summa decimæ bladi & fœni de Stapeh, XXV. s. IX. d.

De literis ultra Donnam.

Summa decimarum bladi & fœni de dominico Abbatibus ultra Donnam, XLIII. s. III. d.
Summa de Aldulneſtr, XXXIV. s. IX. d. ob.
Summa de Appelb.. XVIII. s.
Summa de Bronil... VII. s. IX. d. ob.
Summa ſummarum Abbatis, XVI. l. VIII. s. I. d.

Summa decimationis decimæ fœni parochia de *Burthonia*, IV. s.
De Cantar, VIII. d. ob.
De *Andreſeya*, II. d.
De Sacriſta, I. marca.
De Camera, II. marcæ, VIII. s. IX. d.
De infirmaria, XL. d.
De Eleemoſynaria, IV. s.
De Refectorio, II. d. ob.
De horto, XII. d.
De coopertorio, IV. s.
De anniverſario, V. s.
De coquinaria, V. marcæ, VIII. s. III. d. ob.

Summa obedientiarum, VIII. l. VI. s. I. d.
Summa ſummarum, XXIV. l. XIV. s. II. d.
Sub pœna excommunicationis facta fuit iſta decimatio, & conſimilis per totum Regnum *Angliæ*.

Anno gratiæ M. CC. XL. *Otto* legatus convocavit omnes Abbates, & Priores proprios Abbates non habentes, totius Regni *Angliæ* apud *Londonias*, & ſingulatim ſuper univerſos & ſingulos, ad opus domini papæ contra *Fretherium* imperatorem, tallagium pro voluntate ſua impoſuit & contributionem; nec erat diœceſanus aliquis, ſive alius, qui ſe pro eis murum opponeret contra eum. Abbates etiam qui perſonaliter coram eo comparuerunt, ſupra modum gravati fuerunt; qui vero per procuratores, facilius evaſerunt, redemtione eis impoſita minori & leviori. 1240.

Abbas *Laurentius Burthoniæ*, æſtimans ſibi & Monaſterio ſuo expedire, coram legato perſonaliter comparens, de XXX. marcis finem fecit, aſſidente eidem legato, de domini Regis præcepto & licentia ſpeciali, qui etiam ſuum aſſenſum hujuſmodi contributioni præſtabat & favorem, domino *Radulfo* de *Nevill*, Epiſcopo *Ciceſtriæ*, ejuſdem Cancellario. Tradidit etiam legato, licet invitus, memoratus Abbas, ſicut & ceteri, literas ſuas de tanta pecunia ſolvenda apud *Londonias* in feſto ſancti *Nicholai* proximo ſequentis

1255. quentis ſigillo ſuo ſignatas. Quam quidem pecuniam frater *Michael* ejuſ-
Henric. 3. *R.* dem domus Monachus & præcentor, in dicto feſto domini Papæ camſoribus ad hoſpitium præfati legati, videlicet ad aulam Epiſcopi *Dunelmenſis*, numeravit & pacavit, receptis literis legati de adquietantia.

Taxatio Epiſc. Norwicenſis. Forma taxationis decimæ ad opus domini Regis, quæ fiebat per Epiſcopum *Norwicenſem* anno proximo præcedenti, videlicet anno Domini
1254. M. CC. LIV.

Bona immobilia parochiæ Eccleſiæ de *Burthonia* decimata ad opus domini Regis per juratos de Capitulo, de præcepto domini *Innocentii* papæ quarti exceptis his quæ ſunt in manu Domini Regis tempore vacationis.

Eccleſia de *Burthonia* valet XIV. marcas.
Decima inde deducta, XVIII. s. VIII. d.
Abbas reſpondit pro medietate, IX. s. IV. d.
Sacriſta pro parte ſua, IV. s. IV. d.
Coquinarius pro parte ſua, V. s.

Redditus ſacriſtiæ aſſiſus, V. s.
Decima inde deducta, VI. d.
Bona coquinæ valent V. l. V. s. Decima, X. s. VI. d.
Bona cameræ, V. marcæ, Decima VI. s. VIII. d.
Bona infirmariæ II. marcæ, Decima, XXXII. d.
Bona Refectorii, XXX. d. Decima, III. d.
Bona Cantuariæ, II. s. Decima, II. d. ob.
Bona Eleemoſynariæ, XL. s. Decima, IV. s.
Summa totius, XXI. l. XIV. s. VI. d.
Summa decimæ, XLIII. s. V. d. ob.
Eccleſia Plum capellis valet, X. marcas.
Decima inde deducta, I. marca.
Coquinaria reſpondit pro medietate, ſcilicet dimidiam marcam.
Conventus reſpondit de XL. d.
Camera reſpondit de XL. d.
Item de Eccleſia de *Onfra*, XX. s.
Vicarius de *Onfra* reſpondit pro tertia parte. } In decanatū de *Derbeia*.
De Eccleſia de Sapch. I. marca.
De Eccleſia de Broml. XVI. per Dec. *Blithefeld.*
De *Appelb.* de omnibus bonis XIV. s. VIII. d.
Decima de *Hamton*, XXVIII. d.

Iſta decima domino Regi à domino *Innocentio* quarto ſummo Pontifice primo conceſſa eſt, per tres annos duratura, ſub iſta forma; & poſt ejus deceſſum à domino *Alexandro* IV. papa ſucceſſore ſuo, plenarie confirmato. Fuerunt etiam diverſis temporibus in Regno non ſemel tallagia impoſita gravia, oneroſa, & tanquam importabilia, ſcilicet in paſſagio domini Regis in *Britannia*; & poſtea in primo & ſecundo ejus paſſagio in *Waſconia*; pariter & quando dominus *Edwardus* filius ejus primogenitus & hæres cingulo accinctus eſt militari.

1255. Iſto anno ſcilicet ab incarnatione Domini M. CC. LV. obiit *Luc.* Archiepiſcopus *Dublinenſis.*

1255, 6. Eodem anno poſt natale domini, venerunt nuntii deſtinati à magnatibus terræ ſanctæ *Jeruſalem*, deferentes domino Regi literas ſignatas ſigillis eorum qui literas dirigunt, quorum nomina in literæ continentur, ſub hac forma:

Literæ

Litera magnatum Hieroſolymitanorum. 1254. *Alex. 4. P.*

'Egregio & excellentiſſimo domino *Henrico* Dei gratia illuſtri Regi '*Angliæ*, *Jocelinus Cæſarienſis* Archiepiſcopus, *H. Nazarenus* Archiepi-'ſcopus, & *Tyrenus* electus & conſecratus, *R.* magiſter domus militiæ '*Templi*, *G.* magiſter domus *Hoſpitalis* ſancti *Johannis*, *P.* mareſcal-'lus domus *Teutonicorum*, & vicemagiſter ejuſdem domus, *J.* de *Ibe-*'*lino* Comite *Joppenſi*, dominus *Rametenſis* & bajulus Regni *Hieroſoly-*'*mitani*, *Philippus* de *Monteforti*, dominus *Tyri* & *Thorom*, *J.* de *Ibelino* 'dominus de *Arſuriæ*, & Conſtabularius Regni *Hieroſolymitani*, *Julianus* 'Dominus *Sydonienſis* & *Belli forti*, *Galfridus* de *Sergines* ſeneſcallus Regni '*Hieroſolymitani*, *Johannes Aſa* magnus dominus *Cæſarienſis*, ſuorum nomi-'ne & totius populi Regni *Hieroſolymitani*, ſalutem & proſperis ſucceſ-'ſibus abundare. Celſitudini veſtræ Regiæ ſtatum Regni *Hieroſolymi-*'*tani* præſentibus duximus intimandum. Noverit igitur Regia magnitu-'do, quod ex receſſu piiſſimi & Chriſtianiſſimi Regis *Franciæ* illuſtris, cu-'jus præſentia Regnum antedictum conſolabatur, & defendebatur auxilio 'ejus contra impios *Sarracenos*, & adhuc defenſatur, remanſit terra ſancta 'quamplurimum deſolata, & auxilio & conſilio deſtituta. Quæ deſolatio 'crevit in immenſum ex morte venerabilis patris domini *Roberti* quon-'dam *Hieroſolymitani* Patriarchæ, cujus providentia, diſcretione & conſi-'lio regebamur, necnon & ex receſſu reverendi patris noſtri domini *O. Tuſcu-*'*lani* Epiſcopi, Apoſtolicæ ſedis legati, à quo habebamus magnum conſi-'lium & juvamen; & remanſimus ut pupilli ſine patre, & velut oves in 'medio luporum abſque paſtore & rectore. Soldani etiam *Alapiæ* & *Ba-*'*byloniæ* concordes ſunt & unanimes, & plus quam unquam conſueverunt, 'ut pro certo aſſeritur, contra profeſſores fidei Chriſtianæ, nec curant fa-'cere pactum vel treugam cum Chriſtianitate, & tractatum treugæ cu-'perunt, & omnino dimiſerunt conſilio illorum de *Babylonia*, qui pluries 'rogaverunt, ut dicitur, Soldanum *Alapiæ*, quod aliquem ex fortioribus 'locis Chriſtianorum obſideret, & ipſi parati erant obſidere alium fortio-'rem, quod nos & tota Chriſtianitas mirabiliter formidamus, eo quod li-'cet poſſemus omnes in ſimul congregati uni parti *Sarracenorum* reſiſtere, 'timemus tamen quod diviſi eorum fortitudini & multitudini reſiſtere 'non poſſemus propter paucitatem populi Chriſtiani. Quia vero ad ple-'num literis explicare non poſſumus ea quæ contingunt negotium terræ 'ſanctæ, ad veſtræ celſitudinis præſentiam mittimus fratrem *Robertum de* '*Attrebato*, ordinis fratrum *prædicatorum*, & fratrem *Radulfum* ordinis 'fratrum *Minorum*, viros religioſos, diſcretos, & honeſtos, qui vobis ſtatum 'ipſius terræ ex parte noſtra plenius explicabunt, quorum relatibus indubi-'tanter, ſi placet, fidem dignetur veſtra ſublimitas adhibere. Nos vero devo-'ti veſtri intelligentes vos crucis characterem ad dictæ terræ ſubſidium, jam 'diu eſt, aſſumſiſſe, ad veſtram Regiam majeſtatem, in qua inter ceteros 'mundi Principes poſt Deum nos & ceteri Chriſtiani ciſmarini ſpem habe-'mus, recurrimus, ut ad refugium & aſylum, ſupplicantes ut nobis aperi-'entes viſcera veſtræ clementiæ ſuper prædictis omnibus taliter dignemi-'ni providere, veſtrum felicem adventum accelerantes ad dictæ terræ ne-'ceſſitates multiplices relevandas, ut illum tantillum reſiduum Chriſtia-'nitatis Regni *Hieroſolymitani* veſtro conſilio & auxilio valeat defenſari 'contra impios *Sarracenos*, & ne loca ſancta, conceptione, nativitate, con-'verſatione, & doctrina Salvatoris illuſtrata, necnon & paſſione & reſurre-'ctione ipſius conſecrata. diutius ab impiis conculcetur. Conſervet vos 'altiſſimus Eccleſiæ ſanctæ ſuæ ſanos & incolumes per tempora longiora. 'Datum *Acconiæ* anno Domini M. CC. LIV. die *Mercurii* menſe *Septembris*. 1254.

1255.
Henric. 3. R.

Literæ Principis Antiochiæ.

Eodem tempore venit *Londonias* nuncius à lateribus Principis *Antiochiæ*, deſtinatus domini Regi cum literis, ſub hac forma:

'Excellentiſſimo domino *H.* Dei gratia illuſtri Regi *Angliæ*, *B.* eadem 'gratia Princeps *Antiochiæ* & Comes *Tripolitanus*, ſalutem & reverentiam 'domino debitam & devotam. Illa devotionis ſinceritas quam in zelum 'nominis *Jeſu Chriſti* illuſtriſſimum genus veſtrum habuit ab antiquo, in ma- 'jeſtatem veſtram geminatis virtutibus derivatur, quem eximium Regum 'terræ ſumma proviſio benedixit, & magnificis ſemper actibus profuturum 'ſtatuit in ſublime, ut per vos brachium Regis Regum, nomen ipſius ad 'laudem ejus & gloriam, & confuſionem hoſtium Crucifixi, jugiter exalte- 'tur. Ille quidem athleta Chriſti fortiſſimus, inclytus Rex *Ricardus* pa- 'truus veſter memoriæ recolendæ, cujus nomen reſonat toti mundo, zelum 'ſincerus quem habuit egregiis actibus demonſtravit, dum exponens om- 'nem ſuam ſuorumque potentiam ſeque morti, ad funiculum hæreditatis 'Domini redimendum de faucibus paganorum, perſonaliter provinciam 'ciſmarinam, terram ſanctam, à Crucis hoſtibus occupatam, triumphali 'gladio liberavit. Ceterum ad vos Regem Chriſtianiſſimum, ſuccedentem 'eidem non ſolum jure hæreditario ſed virtute, tanto devotius Chriſtiani 'terræ prædictæ cum anxietate ſuſpirant, quanto decus omne à veſtris an- 'teceſſoribus virtuoſe peractum, in perſonam veſtram cœleſti munere ulte- 'rius eſt effuſum. Verum *Antiochena* terra eo magis ſubſidium veſtri cul- 'minis cum ſuſpiriis præſtolatur, quod plus ceteris provinciis orientalibus 'flagellatur ab hoſtibus crucifixi, quoniam etiam omnis perſecutionis in- 'ſtantia quæ in provincia ciſmarina concuſſerit univerſos, in *Antiochiam* 'infelicem ſpecialiter eſt converſa. Inſurrexerunt etenim contra ipſam à 'longis temporibus *Turcumanii* qui Dei & hominum inimici, ſibi *Antiochi*- '*am* hæreditatem meam miſerabilem elegerunt in prædam, & eam ſic in- 'humaniter afflixerunt quod interemtis civibus, terrarum cultoribus captis, 'cunctis animalibus diſtructis, vineis, arboribus, villis, caſalibus, atque ma- 'neriis boniſque omnibus deſolatis, uſque ad civitatis mænia, per eoſdem 'feraliter undique debacchantes in cædibus, incendiis, & in prædis, illuſtriſ- 'ſimam civitatem, ſpeculum orientis, in ſpectaculum converterunt, & ad 'exinanitionem ultimam deduxerunt. Et utinam ſupernus arbiter flagel- 'lis præteritis contentus exiſtens, ipſam ad expiationis ſufficientiam per- 'duxiſſet. Sed quia humana præſumtio peccare non ceſſat, oculos divinæ 'majeſtatis offendens, eſt conſequens ut ab ipſo vindicta non ceſſet, cum 'ſit judicium & juſtitia præparatio ejus; unde fit quod *Turcumanii* prædicti 'hæreditatem meam inceſſanter affligunt, & obſeſſis per eos itineribus ci- 'vitatis, ne aliqua [a] petentur in ipſam, neve habitatores exeant ab eadem. 'Milites ſuperſtites & burgenſes deſerunt civitatem jam jam quaſi pomærii 'cuſtodiam remanſuram. Ha Deus! quid ſibi vult quod civitas ſupradi- 'cta, ubi Chriſtianum nomen primitus eſt aſſumtum, à Principibus Chri- 'ſtianis ſit penitus derelicta, cum tamen contra loca Chriſtianita- 'tis convaleſcentibus perſecutoribus paganorum, Principum mundi at- 'que fidelium ceterorum devotio ſæpius affuerit in ſuccurſum. Infe- 'lix vero *Antiochia*, quæ caput fuerat Orientis, ſic eſt oblivioni tradita, 'quod relinquitur in ridiculum canibus devoranda. Et quoniam *Angliæ* 'ſublimiſſimum diadema Dominus benedixit, ejus triumphali gloriæ reſer- 'vavit laudabiliter peragendum quicquid à ceteris Principibus eſt omiſſum. 'Eapropter ad vos tanquam refugium ſingulare recurrens, ante oculos Re- 'giæ majeſtatis altiſſimum invoco, qui Regibus imperans per quem regnant 'ſe in operibus pietatis ali reputat & veſtiri, quatenus civitatem meam

a Portentur.

'non

'non derelinquat advocatus fidei Chriſtianæ. Sed quamvis locorum di- 1255.
'ſtantia faciat vos remotos, innata tamen vobis pietas faciat vos præſen- *Alex.* 4. P.
'tes, ac interioribus veſtris oculis urgentem neceſſitatem Civitatis ejuſdem 'innata clementia repræſentet, quam exterioribus non videtis. Itaque 'veſtræ ſanctiſſimæ majeſtati me & meum patrimonium recommendo, to- 'tis affectibus ſupplicans & depoſcens, ut circa me & hæreditatem meam 'tam miſerabiliter laniatam veſtræ pietatis oculos extendatis, omnem vi- 'am gratiæ cogitantes, quæ deceat illuſtriſſimum decus veſtrum, ut civitas 'ſupradicta ad laudem & gloriam Chriſtianæ fidei veſtro ſubſidio protega- 'tur. Mitto autem ad pedes Regiæ majeſtatis nobilem virum *Conradum* 'de *Duce* militem & fidelem noſtrum, & *Guarennum* presbyterum & Capel- 'lanum noſtrum, latores præſentium, quibus veſtra ſerenitas benignam 'audientiam & exauditionis gratiam largiatur. Datum *Tripolis* XIV. die
'menſis *Maii*, anno Domini M. CC. LV. 1255.

His igitur & proximo præſcriptis lectis & intellectis, Rex reſcripſit eiſdem ut videbatur, Tenam vitream verbis veriſimilibus contexendo; perplexus enim circa negotia Regni *Ciciliæ* & *Appuliæ*, ad hoc totis niſibus intendebat, ut [a] filius ſuus *Edmundus*, cui idem Regnum (ut ſuperius manifeſte continetur) per ſummum pontificem collatum fuerat, ejuſdem Regni dominium adquireret, expulſis in manu forti adverſariis, & eorum Principe debellato.

M. CC. LVI. 1256.

Iſto anno poſt paſcha apud Radinges *Judæi* qui apud *Lincolniam* martyrio pueri interfuerunt, pecunia non modica interveniente, per *Ricardum* Comitem *Cornubiæ* à morte quam meruerunt ſunt redemti; licet antea, anno proximo præcedenti, poſt natale Domini, apud *Londonias* octodecim eorundem ſocii qui una cum eis tam pio ſceleri ibidem aderant, pro cauſa eadem tam crudeli judicialiter damnati fuerint & ſuſpenſi. *Judæi à Ricardo Comite Corn ſervati.*

De ſecta de Onfra *facienda pro tota* Soka.

Memorandum quod anno proximo præcedenti, videlicet M. CC. LV. in 1255.
autumno facta eſt inquiſitio per totum Regnum *Angliæ* de his qui in capite tenebant de Rege *Henrico* filio Regis *Johannis*, qualeſcumque poſſeſſiones; & ubi ventum eſt apud Notingham inquirere de poſſeſſionibus Abbatis *Burthoniæ* ultro *Donam*, coram *Henrico* de *Bathonia*, & domino *Henrico* de *Syreburn*, Juſticiariis ibidem præſidentibus, ita inrotulatum eſt in illorum Rotulis:

'Item dicunt quod *Johannes* filius *Ricardi* de *Onfra* facit eandem ſectam 'ad *Wapentakium* ad *Turnum* Vicecomitis & ad comitatum, pro tota *Socha* 'de *Onfra*, quæ eſt de feudo Abbatis de *Burthonia*; & præter hoc omnes li- 'bere tenentes ad turnum Vicecomitis veniunt bis per annum.

De Ponte de Egenton.

Memorandum quod quidam hujus Monaſterii *Burthoniæ* Prior, nomine *Johannes* de Streton, eo quod natus fuit apud Streton, magnæ vir auctoritatis, & literaturæ eminentis, ex Abbatum qui tempore illo eidem præfuerunt Monaſterio licentia ſpeciali, de bonis patris ſui & matris defunctorum, pro eorundem animarum ſalute, pontem de Egenton ſuper aquam de Done per longum tempus & fecit & miſericorditer ſuſtentavit. Poſt cujus autem in fata deceſſum, habitatores de Egenton, quod miſericorditer factum fuerat ſcire nolentes, ſed ſe fingentes ignorare, aſſerebant de *Burthonia* Abbatem pontem illum debere reparare, & in perpetuum

[a] MS. filium ſunt Edmundum.

1255. ſuſtentare, gratiam & eleemoſynam in conſuetudinem convertere cupi-
Henric. R. 3. entes. Quamobrem Abbas *Laurentius*, qui tunc temporis eidem præfuit Monaſterio, per quendam clericum de domini Regis Cancellaria ſibi familiarem, videlicet *Henricum* de **Mertenton** nomine, à domini Regis curia de *Staffordia* & de *Derbeya* Vicecomitibus diverſas literas per eadem verba ſub tenore ſubſequenti impetrav t.

Litera Domini Regis.

'*Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* Vicecomiti *Staffordiæ* ſalutem. 'Quia per fractionem pontis de **Egenton** qui eſt ultra aquam de **Donne** 'inter comitatum *Derbeiæ* & comitatum *Staffordiæ*, magnum ut audivimus 'pervenit periculum & diſpendium tranſeuntibus per pontem illum, & eti-'am toti patriæ; tibi præcipimus, quod una cum Vicecomite noſtro *Der-'beiæ*, cui idem præcipimus, per ſacramentum proborum & legalium ho-'minum tam de comitatu *Derbeiæ* quam de comitatu *Staffordiæ* per quos 'rei veritas melius ſciri poterit, eo quod pons ille eſt in confinio comita-'tuum prædictorum, diligenter inquiras, qui pontem illum totum vel par-'tem reparare debent & conſueverunt; & ſi aliqui ex gratia pontem illum 'aliquo tempore reparaverunt, qui illum reparaverint, & qui illum de jure 'reparare debeant. Et omnes illos qui pontem illum de jure reparare de-'bent, diſtringas ad illum ſine dilatione reparandum. Teſte &c.

Inquiſitio de pontis reparatione.

1256. Eodem anno videlicet incarnationis Dominicæ M. CC. LVI. Regni Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* XL. Domini *Laurentii* Abbatis *Burthoniæ* XXVII. die Sabbati proxima ante feſtum ſancti *Barnabæ* Apoſtoli, facta eſt inquiſitio de reparatione Pontis de *Egentona* per breve domini Regis ſupradictum.

Nomina electorum de comitatu Staffordiæ.

Rogerus Durdent de **Fiſchereſwich**
Petrus de *Scheyla*
Herveus de **Oclee**
Radulfus de *Somervil*
Willielmus filius *Johannis* de **Fiſchereſwich**
Radulfus filius *Hugonis* de **Elleford**
Stephanus Haliday
Nicholaus Pollard.
Ricardus filius *Rogeri* de **Haſelower**
Willielmus de **Tatenhull**
Alanus Ponter
Nicholaus le Bolur de **Wichenoure**
Robertus filius *Walteri* de **Elleford**
Johannes Merveylus.

Veredictum.

Qui dicunt per ſacramentum ſuum, quod nullus de debito debet facere pontem ultra **Donne**, qui eſt in confinio inter comitatum *Derbeiæ* & comitatum *Staffordiæ*, ſed de eleemoſynis, & de legatis totius patriæ idem pons ſolebat ſuſtineri & reparari.

Breve

1256. Alex. 4. P.

Breve Regis Vicecomiti Derbeiæ.

'*Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* Vicecomiti *Derbeiæ* ſalutem. Quia 'per fractionem pontis de *Egentona*, qui eſt ultra aquam de Donne, *ut ſupra.*

Inquiſitio.

Eodem anno & die facta eſt inquiſitio per Vicecomitem *Derbeiæ*, ibidem præſentem perſonaliter, de reparatione ejuſdem pontis de *Egentona*, ex parte comitatus *Derbeiæ* per breve domini Regis, ſicut ſuperius.

Nomina electorum de Derbeiſyra.

Stephanus filius *Burgæ* de Ailwaldeſton
Henricus le Chambreis de Beruerdecote
Willielmus de Schardel
Petrus de Thurleſton
Ricardus de Aſton
Henricus filius *Petri* de Bolton
Ricardus filius *Orm.* de Brunnelneſter
Henricus de la Chambre de Twyford
Robertus de *Henowere*
Willielmus de Lehges
Henricus frater ſuus.
Walterus de Wilne.

Veredictum, ut ſupra.

Qui omnes dicunt per ſacramentum ſuum, quod nullus de debito debet facere pontem ultra Donne, qui eſt in confinio inter comitatum *Derbeiæ &c.* ut ſupra.

Juſticiarii de menſuris corrigendis.

Eodem anno miſſi ſunt Juſticiarii per Regnum *Angliæ* ad omnes civitates & burgos, pro menſuris quibuſcumque mutandis, augendis, vel minuendis, & corrigendis. Qui etiam per loca aſſiſam panis, vini, & cervisiæ ſub forma tradiderunt ſubſequenti:

Quando quarterium frumenti venditur pro XII. d. *tunc panis quadranti de* waſtel *ponderabit ſex libras & ſexdecim ſolidos.*

Panis Coket *de eodem blado & eodem bultello, ponderabit plus* waſtell II. *ſolidos. Et de eodem blado minoris pretii, ponderabit pluſquam* waſtell *per* V. *ſolidos.*

Panis vero ſeminel *ponderabit minus quam* waſtell II. *ſolidos.*

Et panis quadranti de frumento ponderabit Coket & *dimidium.*

Panis vero de Tret *ponderabit duplex* waſtell.

Panis de omni blado, duos Cokettos.

Quando venditur pro XVIII. d. *tunc panis quadranti de* waſtell *albus & bene coctus, ponderabit* III. *libras,* X. *ſolidos,* VIII. *denarios.*

Quando pro II. *ſolidis, tunc ponderabit* LXVIII. *ſolidos.*

Quando pro II. s. & VI. *tunc ponderabit* LIV. s. IV. d. III. q.

Quando pro III. s. *tunc ponderabit* XLVIII. s.

Quando pro III. s. VI. d. *tunc ponderabit* XLII. s.

Quando pro IV. *ſolidis, tunc ponderabit* XXXVI. *ſolidos.*

Quando pro IV. *ſolidis &* VI. d. *tunc ponderabit* XXX. s.

Quando pro V. *ſolidis, tunc ponderabit* XXVII. s. II. d. ob.

Quando pro V. s. & VI. d. *tunc ponderabit* XXIV. s. III. q.

Quando pro VI. s. *tunc ponderabit* XXII. s. *&* VIII. d.

1256. *Quando pro* VI. s. & VI. d. *tunc ponderabit* XX. s. XI. d.
Henric. 3. R. *Quando pro* VII. s. *tunc ponderabit* XIX. s. V. d.
Quando pro VII. s. VI. d. *tunc ponderabit* XVIII. s. III. d. ob.
Quando pro VIII. s. *tunc ponderabit* XVII. s.
Quando pro VIII. s. & VI. d. *tunc ponderabit* XVI.
Quando pro IX. s. *tunc ponderabit* XV. s. & *quadrantem.*
Quando pro IX. s. VI. d. *tunc ponderabit* XIV. s. III. d. q.
Quando pro X. s. *tunc ponderabit* XIII. s. VII. d. q.
Quando pro X. s. VI. d. *tunc ponderabit* XII. s. IX. d. q.
Quando pro XI. s. *tunc ponderabit* XII. s. IV. d. q.
Quando pro XI. s. VI. d. *tunc ponderabit.* XI. s. & X. d.
Quando pro XII. s. *tunc ponderabit* XI. s. & IV. d.

Sciendum eſt autem, quod quando quarterium frumenti venditur pro XII. s. & aliud quarterium pro XII. s. VI. d. minoratur numerus ponderis pro prædictis ſex denariis creſcentibus de quadraginta quinque ſolidis & duobus Tenariis.

Quando venditur pro XI. s. & aliud quarterium pro XI. s. & VI. d. tunc minoratur numerus ponderis pro prædictis ſex denariis creſcentibus.

Et ſciendum, quod piſtor poteſt lucrari in quolibet quarterio, & probatum eſt per piſtorem domini Regis, duos denarios, & furfur, & duos panes ad furnagium, & tribus ſervientibus tres obulos, & duobus garcionibus duos obolos. In ſale, ob. in *geſta,* ob. In *ſurdon*, q. In boſco III. d. In *bultello* locato, ob.

Quando quarterium frumenti venditur pro III. s. vel xl. d. & hordeum pro XX. d. vel II. s. & avena pro XVI. d. tunc debent & bene poſſunt *broculatrices* vendere in civitatibus duas lagenas ad denarium, & tres extra. Et quando in burgo venduntur tres, extra debent vendi quatuor, & bene poſſunt. Iſta aſſiſa generalis eſt per totam *Angliam.*

Iſto anno obiit *Willielmus* de *Kylk*: Epiſcopus *Elyenſis.*

Iſto anno obiit ...... Epiſcopus *Carliolenſis.*

Eodem anno obiit *Phi.* Abbas *Rouceſtrenſis*:

Succeſſit *Ricardus* Abbas ejuſdem loci.

Eodem anno obiit dominus *Johannes* de *Leſſinton.*

Rogerus Epiſc. Lichf. Eodem anno dominus *Rogerus* de *Weſeham Coventrenſis* & *Lichefeldenſis* Epiſcopus, paralyſi diſſolutus, languorem ſentiens indies accreſcere, omni jam ſpe ſanitatis recuperandæ ablata, ac etiam & gregi ſuo non modicum perpendens imminere periculum, dum grex expoſitus lupi morſibus quaſi tutore caret, & ipſe nihilominus ſibi injunctum paſtorale officium more debito non adimpleret, utriſque volens conſulere, domino *Alexandro* ſummo pontifici miſſis nuntiis inſtanter ſupplicavit, ut cum ſua benedictione & gratia ſibi cedere liceret oneri præſulatus. Cujus petitioni licet invitus Dominus papa annuens, domino *Henrico* de *Leſſinton Lincolnienſi* ſcripſit Epiſcopo, ut dicti Præſulis, vice ſua & auctoritate, intereſſet ceſſioni; Proviſo tamen prius eidem, ut decebat, de domini Regis aſſenſu & licentia ſpeciali, beneficio competenti. Quibus itaque die apud Brewode ad hoc aſſignato, videlicet die *Lunæ* infra octavas ſancti *Andreæ* Apoſtoli, ſcilicet II. nonarum *Decembris,* in præſentia prædicti Domini *Lincolnienſis* & ejuſdem familiæ, non ſine lamentatione & mœrore immenſo peractis, Prior & Conventus de *Coventria*, & Decanus Capitulum *Lichefeldenſis* Eccleſiæ, in Capitulo Monachorum de *Coventria*, die Martis proxi-
1256, 7. ma ante purificationem beatæ Virginis, videlicet II. kalendarum *Februarii,* dominum *Rogerum* de *Meuleng, Lichefeldenſis* Eccleſiæ Canonicum, & domini Regis nepotem, petita prius, ut moris eſt, à domino Rege eligendi licentia & obtenta, invocataque Spiritus Sancti gratia, unanimiter ſibi in *Coventriæ* & *Lichefeldii* Eccleſiarum Epiſcopum elegerunt, ſub hac forma:

Forma

Forma electionis apud Coventriam. *Literæ Capitulorum* Coventriæ & Lichefeldii *Archiepiſcopo* Cantuarienſi, *pro confirmatione Electi ſui.* 1255. Alex. 4. 1.

'Venerabili patri in Chriſto *B.* Dei gratia *Cantuarienſi* Archiepiſcopo, 'totius *Angliæ* Primati, devoti ſui *Coventriæ* & *Lychefeldii* Eccleſiarum Capitula, ſalutem, & quam debitam tam devotam cum omni reverentia & 'honore obedientiam. Cum Eccleſiis noſtris nuper vacantibus per ceſſionem Domini *R.* Dei gratia quondam Epiſcopi noſtri, petita & obtenta 'à Domino Rege licentia eligendi, vocatis omnibus, & die communiter 'ad hoc præfixo in Eccleſia *Coventrenſi* Cathedrali convenientibus, qui voluerunt & potuerunt commode intereſſe, virum providum & honeſtum, 'Dominum *Rogerum* de *Menleng*, Subdiaconum, Canonicum *Lychefeldenſem* ut domini papæ Capellanum, per quem firmiter in Domino ſperamus 'ſtatum Eccleſiarum noſtrarum poſſe in melius reformari, in Epiſcopum 'noſtrum *Coventriæ* & *Lichefeldii* Eccleſiarum concorditer & canonice elegerimus; paternitati veſtræ ſupplicamus humiliter & devote, quatenus 'deſolationi dictarum Eccleſiarum noſtrarum, & noſtræ, pio ac paterno 'affectu compati volentes, dictam electionem noſtram dignemini confirmare. Ad quod obtinendum à veſtræ paternitatis reverentia felicius, 'mittimus ad vos dilectos noſtros dominum Priorem *Coventrenſem*, Theſaurarium *Lichefeldenſem*, & quoſdam alios tam Monachos quam Canonicos Eccleſiarum noſtrarum, per quos ſi veſtræ ſederit pietati, electio eadem examinari poterit competenter. Conſervet *&c.* Data apud *Coventriam &c.*

Litera Prioris & Capituli de Coventria *& Capituli* Lichefeldenſis.

'Venerabili patri in Chriſto & domino reverendo *B.* Dei gratia *Cantuarienſi* 'Archiepiſcopo, totius *Angliæ* Primati, devoti filii ſui frater *W.* Prior & Capitulum *Coventriæ*, *R.* Decanus & Capitulum *Lichefeldenſe*, ſalutem, & quam debitam tam devotam obedientiam & reverentiam cum honore. Ad petendam à vobis confirmationem Electionis nuper per nos communiter celebratæ de diſcreto viro domino *Rogero* de *Menleng*, Canonico *Lichefeldenſi*, ac 'domini papæ Capellano, in Epiſcopum Eccleſiarum *Coventriæ* & *Lichefeldii* 'præficiendo, & ad eandem confirmationem coram vobis in forma juris cum 'effectu proſequendam, dilectos confratres noſtros in Chriſto fratrem *N.* 'Monachum ac præſentorem *Coventriæ*, & magiſtrum *H.* de Wiſchawe Canonicum *Lichefeldenſem*, procuratores noſtros conſtituimus, ratum habituri '& gratum quicquid iidem, ſeu eorum alter qui pro tempore coram vobis 'præſens fuerit, fecerit, ſeu fecerint in præmiſſis. In cujus rei teſtimonium 'præſentes literas ſigillis Capitulorum noſtrorum fecimus ſigillari. Data 'apud *Coventriam* kal. *Februarii*, anno Domini M. CC. LVI. 1256, 7.

Decretum Electionis, per ſcrutinium.

'In nomine Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, anno incarnationis Dominicæ 'M. CC. LVI. menſe *Januarii*, regnante domino *Henrico* Dei gratia illuſtri 'Rege *Angliæ*, Eccleſiis *Coventriæ* & *Lichefeldii* paſtoris ſolatio deſtitutis 'per ceſſionem venerabilis patris *R.* Dei gratia Epiſcopi quondam Eccleſiarum noſtrarum, petita & obtenta à domino Rege licentia eligendi, die '*Lunæ* proxima poſt feſtum converſionis ſancti *Pauli*, à *Coventriæ* & *Lichefeldii* capitulis in Eccleſia Cathedrali *Coventrenſi* ad eligendum præfixo, '& continuato uſque in diem *Martis* ſequentem, ad id faciendum vocatis '& convenientibus omnibus qui debuerunt, voluerunt & potuerunt commode intereſſe, poſt miſſarum ſolemnia, Spiritus Sancti gratia invocata, 'debito tractatu præhabito, placuit omnibus ut per viam ſcrutinii de pa-

'ſtore

1255. 'ſtore provideretur antedictis Eccleſiis viduatis. Unde à Priore & Con-
Henric. 3. R. 'ventu electi erant viri fide digni, fratres *Johannes* de *Oxonia* & *Willielmus* 'de ſancto *Nicholao*, Monachi *Coventrenſes*, & à Decano & Capitulo *Lichefeldii*, magiſtri *Petrus* de **Radenowere**, & *David* de ſancta *Fretheſwitha*, *Salopiæ* & *Derbeiæ* Archidiaconi, Canonici *Lichefeldenſes*, ut ipſi ſecreto & ſigillatim vota cunctorum, & ſua, in forma juris exquirerent ac 'ſcrutarentur, & ea fideliter in ſcriptis redigerent, & ſic redacta publicarent poſtea in communi. Qui quatuor ſecreto & ſigillatim vota cunctorum ac propria perſcrutantes, & in ſcriptis fideliter redigentes, ipſum ſcrutinium mox publicarunt in communi, & apparuit evidenter Priorem *Coventriæ* cum triginta Monachis ſuis, Præſentorem, Theſaurarium, & Cancellarium Canonicorum *Lichefeldii*, & præfatos *Archidiaconos* cum quindecim aliis canonicis *Lichefeldii*, conſenſiſſe in dominum *R.* de *Menleng*, Subdiaconum, Canonicum *Lichefeldii*, domini papæ capellanum, virum providum & honeſtum, in ſuum Epiſcopum eligendum, per quem 'ſperatur firmiter dictas Eccleſias in ſpiritualibus & temporalibus poſſe in melius reformari. Apparuit etiam Decanum *Lichefeldii* & ſex Canonicos ejuſdem Eccleſiæ, in magiſtrum *Radulfum* Cancellarium *Saresbirienſem*, & duos alios Canonicos in Theſaurarium *Lichefeldii*, & unum in dictum Archidiaconum *Salopiæ* vota ſua direxiſſe. Qui quidem Cancellarius, Theſaurarius, & Archidiaconus, & nominantes eoſdem, protinus audita publicatione prædicta, ab hujuſmodi ſua nominatione penitus recedentes, omnes unanimiter in dictum dominum *Rogerum* una cum aliis 'conſenſerunt in ſuum Epiſcopum eligendum. Collatione igitur canonica habita, & expeditis de jure expediendis, placuit omnibus & ſingulis tam 'Monachis quam canonicis, quod dominus Prior *Coventriæ*, vice omnium, '& ſua, dictum dominum *R.* ſibi eligeret in Epiſcopum & paſtorem, & ſic 'idem Prior ipſum dominum *R.* in nomine Domini noſtri *Jeſu Chriſti* ſolemniter elegit in Epiſcopum & paſtorem Eccleſiarum *Coventriæ* & *Lichefeldii*. Cui electioni idem dominus *R.* inſtantia eligentium inductus aſſenſit; & tandem eo ad Eccleſiam deportato, & aliis ſolemnitatibus ut 'moris eſt expeditis, idem Prior vice omnium eligentium dictam electionem coram clero & populo ibidem congregatis, ſolemniter publicavit. 'Ut autem huic decreto fides plenior habeatur, ipſum dicti Prior & Capitulum *Coventriæ*, Decanus & Capitulum *Lichefeldii*, ſigillis ſuis authenticis 'roborarunt. Data apud *Coventriam*, die *Martis* proxima poſt feſtum 'Converſionis ſancti *Pauli*, anno Domini *ſupradicto*.

Litera Regis Archiepiſcopo.

'*H.* Dei gratia Rex *Angliæ* &c. Venerabili patri *B.* Dei gratia *Cantuarienſi* Archiepiſcopo, totius *Angliæ* Primati, *ſalutem*. Electioni factæ per 'dilectos nobis in Chriſto Priorem & Conventum de *Coventria*, & Decanum '& Capitulum *Lichefeldii*, de dilecto nepote noſtro *Rogero* de *Menleng*, 'Canonico *Lichefeldenſi*, domini papæ capellano, in Epiſcopum *Coventrenſem* & *Lichfeldenſem*, aſſenſum præbuimus Regium & favorem, paternitati 'veſtræ id ſignificantes, ut quod veſtrum eſt, exequamini in hac parte. 'In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte 'meipſo &c.

Reſcriptio Archiepiſcopi domino Regi.

'Excellentiſſimo domino ſuo *H.* Dei gratia &c. *B.* Dei gratia *Cantuarienſis* Archiepiſcopus &c. cum omni reverentia debita & honore. Præſentatam nobis electionem nuper celebratam à *Coventrenſi* & *Lichefeldenſi* 'Capitulo, de viro provido & diſcreto domino *R.* de *Menleng*, Canonico

'*Liche-*

'*Lichefeldenſi*, ac domini papæ Capellano, examinavimus diligenter, & 1256, 7.
'invenimus ipſam canonice eſſe factam, & perſonam electam idoneam; *Alex.* 4. P.
'unde electionem eandem auctoritate metropolitana confirmavimus; 'Quod ſerenitati Regiæ tenore præſentium intimamus, & quod veſtrum 'eſt, exequamini in hac parte. Valeat excellentia veſtra ſemper in Do-'mino.

Litera Archiepiſcopi Priori & Conventui de Coventria, *& Decano & Capitulo* Lichefeldenſi, *pro electo, Electione confirmata.*

'*B.* Dei gratia *Cantuarienſis* Archiepiſcopus *&c.* Diſcretis viris Priori & 'Conventui de *Coventria*, & Decano & Capitulo *Lichefeldenſi*, totique clero '& populo earundem civitatum & diœceſum ſalutem, gratiam, & benedi-'ctionem. Quia electionem nuper celebratam à *Coventriæ* & *Lichefeldii* 'Capitulis de viro provido & diſcreto domino *R.* de *Menleng*, Canonico '*Lichefeldenſi*, ac domini papæ Capellano, nobis præſentatam, & per nos 'diligenter examinatam, invenientes ipſam canonicam & concordem 'de perſona idonea eſſe factam, auctoritate metropolitana confirmavi-'mus; vobis mandamus firmiter injungentes, quod electo veſtro in mo-'nitis ſuis ſalubribus & canonicis mandatis cum devotione ſitis obe-'dientes, ac cum reverentia debita intendentes. Valete in Domino 'ſemper.

Litera Archiepiſcopi Officiali ſuo, ſede vacante.

'*B.* Dei gratia *Cantuarienſis* Archiepiſcopus *&c.* diſcreto viro magiſtro '*Ricardo* de Witton Officiali *Coventrenſi* & *Lichefeldenſi*, ſede vacante, ſa-'lutem & benedictionem. Quia electionem nuper celebratam à *Coven-'triæ* & *Lichefeldii* Capitulis de viro provido & diſcreto domino *R.* de '*Menleng* Canonico, *ut ſupra*, tanquam canonicam & de perſona idonea 'factam auctoritate metropolitana duximus confirmandam; vobis man-'damus quatenus à dicto officio [a] nobis commiſſo penitus deſiſtentes, [b] ro-'tulus dictæ officialitatis & etiam ſigillum, ſi quod inde receperitis, dicto 'electo vel ejus officiali ſeu vices ejus gerenti ſine difficultate reſtituatis, 'literas patentes ſuper hujuſmodi reſtitutione per vos facta, à dicto electo, 'vel ab eo cui nomine ſuo dictam feceritis reſtitutionem, recipientes, 'ipſum electum ac Officialem ſuum ſeu ejus vices gerentes liberum exer-'citium juriſdictionis Epiſcopalis in civitate & diœceſi prædictis habere 'permittentes. Data *&c.*

De gravaminibus factis in eadem diœceſi per Officialem eundem tempore vacationis.

Idem igitur magiſter *R.* de Wytton, à domini *Cantuarienſis* Archiepi-ſcopi miſſus lateribus, ut in *Coventrenſi* & *Lichefeldenſi* diœceſi, ſede va-cante, in ſpiritualibus vices gereret Epiſcopales, cui namque talis inſita erat iniquitas ut ejus verba mellitis dealbata dulcoribus, minus cautis toxica-tam fraudulenter aſperitatem ferrent actionis. Quoniam Religioſorum privilegia à tempore cujus non extabat memoria poſſeſſa, probatiſſimas conſuetudines, uſuſque longævos, quorum ſecundum canones non eſt vilis auctoritas, pro viribus ſuis nitebatur penitus infirmare, niſi ejus amica in-ſatiabiliter ſibi dilecta veniæ remedium poſtularet pecunia, quia pro tri-bunali juſtitia ſibi aſſidebat voluntaria, & qualiſcumque cauſæ coram ipſo ventilatæ ſola leges allegabat ſumma pecuniaria.

[a] f. vobis. [b] f. rotulos.

1256, 7. Henr. 3. R. 'Inquiratur per Decanos *Coventrenſis* & *Lichefeldenſis* diœceſis, de Eccleſiis & Eccleſiaſticis beneficiis aliquo modo vacantibus, ante ceſſionem Epiſcopi, ad quem nondum aliquis præſentatus eſt & inſtitutus; & de vacantibus in ceſſione vel poſt, & per quantum tempus vacaverunt. Et hoc de beneficiis vacantibus de facto.

'De beneficiis vacantibus de jure, utpote quia ille qui poſſidet beneficium habens curam animarum annexam, adeptus eſt aliud beneficium cum ſimili cura; vel quia inhabilis eſt ætate, vel ordinum defectu, ad inſtitutionem admittendum beneficium Eccleſiaſticum, utpote uxoratus, homicida, vel aliter irregularis effectus.

'Item quæ ſint beneficia in quibus non ſunt Rectores inſtituti per Epiſcopum, & ex quibus cauſis impediebatur eorum inſtitutio, utpote quia fuit contentio inter præſentantes vel præſentatos, jus ſe habere dicentes ad beneficia, vel quia nimis tarde fuit aliquis præſentatus ad ea, vel quia præſentatus patiebatur defectum in ætate, in ordinibus, vel literatura, vel quia alias beneficiatus noluit inſtitutionem cum cura animarum recipere, ſed nudam cuſtodiam vel commendationem.

'De ſequeſtris factis tempore Epiſcopi, & non relaxatis per eundem ex quacumque cauſa, & ad quem bona ſequeſtrata pervenerunt; & utrum ſequeſtrum factum fuerit vel propter contentiones, vel propter abſentiam reſidentiæ, vel propter incontinentiam contra præceptum, vel defectum ordinum, vel inſufficientiam literaturæ, & propter alias cauſas diverſas.

'Item ſi quis in beneficiis vacantibus fuerit per Archidiaconum vel ejus Officialem, ſede vacante, inſtitutus, vel ad ea aliquo modo admiſſus.

'De Eccleſiis appropriatis Religioſis nuper, & præſertim ſine conſenſu Capituli.

'De Eccleſiis appropriatis Religioſis, ubi non fuit vicarius, & in quibus Eccleſiis vicarii ſunt, & in quibus non ſunt, & æſtimationem beneficiorum & vicariarum, ubi ſunt vicarii, ſi vicariæ ſint legitime taxatæ.

'Si vicariæ ſint minus ſufficienter taxatæ, in quo, & in quibus portionibus.

'Qui vicarii ſunt reſidentes, & qui non.

'De cauſis matrimonialibus & aliis cauſis & negotiis motis coram Epiſcopo deſtituto, vel ejus Officiali vel Commiſſario, & non terminatis. Et quis hujuſmodi audivit & tractavit poſt ſedis vacationem.

'Quæ cauſæ ſpectant ſpecialiter & ſpectabunt ad juriſdictionem Epiſcopalem.

'De Eccleſiis & parochiis exemtis à dicta juriſdictione, & quæ & qualia Epiſcopus conſuevit habere in illis.

'De criminibus, exceſſibus manifeſtis & notoriis, per Ordinarium non correctis.

'De Eccleſiis dedicandis, & de cuſtodiis & tutelis.

'Item quot & quæ Abbatiæ & Prioratus, ſeu aliæ domus religioſæ, ſint in diœceſi, & cujus ordinis.

'Item quot & quæ Eccleſiæ parochiales in quolibet Decanatu, & nomina earum, & quis Rector, quis vicarius.

'Si Rector vel vicarius habeat plura beneficia ſine diſpenſatione, quot, & quæ, & in quibus diœceſibus.

'Iſtis articulis reſpondebunt in ſcriptis Decani *talis* Archidiaconatus *tali* die & *tali* loco.

Citati ſunt etiam peremtorie ad dictos diem & locum omnes Abbates, Priores, Rectores, vicarii & capellani, ut compareant ibidem coram Officiali Archiepiſcopi *Cantuarienſis*, audituri mandata ipſius Archiepiſcopi; facturi & recepturi quod poſtulaverit ordo juris.

De Electione Comitis Ricardi.

Iſto anno fuit *Ricardus* Comes *Cornubiæ*, frater Regis *Henrici*, electus in Regem *Alemanniæ*.

Litera de convocatione Prælatorum.

'*H.* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* dilecto ſibi in Chriſto Abbati de *Burthonia* ſuper *Trentam* ſalutem. Cum dilectus frater & fidelis noſter *R.* Comes *Cornubiæ* in Regem *Alemanniæ*, benedictus Deus, ſit electus, & citra 'transfretationem ipſius ad partes prædictas, quæ ſtatim poſt mediam quadrageſimam erit Domino concedente, neceſſe habeamus vobiſcum & cum 'aliis Prælatis & magnatibus noſtris ſuper magnis & arduis negotiis noſtri 'ad communem utilitatem quam noſtram quam veſtram & totius Regni 'ejuſdem diligentem habere tractatum, devotionem veſtram attente rogamus, in fide qua nobis tenemini firmiter injungentes, quatenus ſicut 'nos & honorem noſtrum diligitis ſitis, ad nos *Londoniis* die *Veneris* proxima ante mediam quadrageſimam prædictam ad ultimum, ut tractatus & 'conſilia quæ vobiſcum & cum aliis Prælatis & magnatibus noſtris Deo volente tunc habituri ſumus, citra craſtinum ejuſdem mediæ quadrageſimæ, quo idem Comes iter ſuum verſus mare arripiet, valeant expleri. 'Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* XII. die *Februarii*, anno Regni noſtri XLI.

De Archiepiſcopo Meſſenenſi, *& magiſtro* Roſtando.

Venerunt etiam tunc temporis Archiepiſcopus *Meſſenenſis* & magiſter *Roſtandus* à ſummo Pontifice deſtinati pro negotio Regni *Ciciliæ* & *Apuliæ*, diverſas literas deferentes papæ, ad confuſionem magis cleri & populi & deprædationem, quam profectum, & etiam totius Regni, prout manifeſte ex earundem tenore in ſequenti apparebit.

Litera Coventrenſis & Lichfeldenſis *Electi.*

'[a] *B.* Dei gratia *Coventriæ* & *Lichfeldii* [b] Electi diſcreto viro Archidiacono *Staffordenſi* ſalutem in Domino. Mandatum venerabilis patris, fratris *J. Meſſenenſis* Archiepiſcopi ſuſcepimus in hæc verba: Venerabili in 'Chriſto fratri domino . . . Dei gratia *Coventrenſi* & *Lichfeldenſi* Electo, frater *Johannes* miſeratione Divina Archiepiſcopus *Meſſenenſis*, ſalutem in 'Domino. Noveritis nos ſanctiſſimi patris & domini ſummi pontificis habere literas in hæc verba. Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, ac aliis Eccleſiarum Prælatis, necnon Capitulis & Conventibus, ac ceteris perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus & regularibus cujuſcumque ſint ordinis, tam exemtis quam non exemtis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum *Meſſenenſem*, virum utique religione conſpicuum, genere nobilem, conſilio providum, & morum gravitate maturum, nobiſque ac fratribus noſtris ſuæ merito probitatis acceptum, confidentes de ipſius circumſpectione laudabili & providentia circumſpecta, in Regnum *Angliæ* pro quibuſdam arduis Eccleſiæ *Romanæ* negotiis deſtinemus, univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attente, per Apoſtolica ſcripta vobis mandantes, quatenus eundem Archiepiſcopum, cum ad vos declinare contigerit, ob reverentiam Apoſtolicæ ſedis & noſtram, benigne recipientes,

[a] R. [b] f. leg. electus.

1256, 7. & condigna honorificentia pertractantes, ſibi pro ſe ſuaque familia in e-
Henr. 3. R. undo, morando & redeundo de neceſſariis & ſecuro conductu liberaliter providere curetis; ita quod cum ad nos redierit, grata de vobis referre valeat, noſque devotionem veſtram dignis exinde in Domino laudibus merito commendemus. Alioquin ſententiam quam idem tulerit in rebelles, faciemus, auctore Deo, uſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter obſervari. Data *Anagniæ* III. idus *Novembris*, pontificatus noſtri anno 2. 'Cum igitur pro prædictis *Romanæ* Eccleſiæ negotiis pertractandis in Regno *Angliæ* nos oporteat commorari, fraternitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attente, vobis cum omni reverentia qua fungimur auctoritate mandantes, quatenus procurationes integras videlicet pro qualibet procuratione quadraginta ſolidos ſterlingorum, licet propter cariſtiam temporis nos amplius expendere ſit neceſſe, ab Eccleſiis veſtræ juriſdictioni ſubjectis quæ legatis & ſolemnibus nunciis Apoſtolicæ ſedis alias procurationes ſolverint, infra menſem poſt repræſentationem præſentium auctoritate noſtra exigere & colligere procuretis, ipſam pecuniam in hoſpitio Decani *Londonenſis* nobis vel certo noſtro nuncio aſſignantes. Contradictores & rebelles ad id, ſi opus fuerit, auctoritate prædicta per cenſuram Eccleſiaſticam compellendo. Nomina vero Eccleſiarum quæ hujuſmodi procurationes perſolverint, nobis nihilominus reſcribatis; tantum exinde facientes, quod plus dilectionis intuitu quam mandati per vos benignius iſtud fiat, noſque vobis proinde ad gratiarum merita fortius aſtringamur. Data *Londoniarum* XVII. die *Februarii*, anno Domini M. CC. LVI. Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus firmiter injungentes, quatenus procurationes prædictas ab Eccleſiis veſtri Archidiaconatus, quæ legatis & ſolemnibus nunciis Apoſtolicæ ſedis alias procurationes ſolverint, auctoritate prædicta exigere & colligere procuretis; ipſam pecuniam *tali* die in Parliamento *Londonienſi* nobis aſſignantes, prædicto Archiepiſcopo ſolvendam, ſi de conſilio venerabilium patrum Epiſcoporum Regni *Angliæ* ſibi fuerit perſolvenda: contradictores autem & rebelles ſi opus fuerit, ad id auctoritate prædicta per cenſuram Eccleſiaſticam compellentes; nomina Eccleſiarum quæ hujuſmodi procurationes perſolverint, & earum quæ ſolvere contumaciter recuſaverint, nobis reſcribentes. Tantum ſuper his faciatis quod veſtram in hac parte diligentiam debeamus in Domino commendare. Data apud **Walingford** VIII. kal. *Martii* anno gratiæ M. CC. LVI.

Recitatio mandati domini papæ.

Die dominica poſt Dominicam qua cantatur *lætare Jeruſalem*, in capitulo *Weſtmonaſterii* coram Prælatis, clero, & populo in magna multitudine congregatis, expoſuit Archiepiſcopus *Meſſenenſis* negotium *Ciciliæ* pro quo venit, ſermone, verbo, literis Apoſtolicis ſatagens ipſos inducere ad aſſumendum ipſum negotium cum domino Rege finaliter proſequendum. Super quo habita deliberatione per dies aliquot, communiter tam à clero quam populo fuerat contradictum per rationes infra ſcriptas, tam domino Regi quam dicto Archiepiſcopo traditas, *Gallice* & *Latine*.

§. *Subſcripta de negotio* Apuliæ *nos reddunt deſperatos.*

Rationes magnatum contra Regem.

'Inprimis Regni illius diſtantia.

'Item, tranſitus diſtrictus potentum domino Regi adverſantium, & forſitan faventium adverſanti.

'Item, occupatio *Laboris* & aliorum locorum per quæ patebat aditus ad alias Regni partes.

'Item

'Item, Roboratio Principis in Regno. 1256, 7.
'Item, Confœderatio ejuſdem cum indigenis, & habitatoribus viciniis. Alex. 4. P.
'Item, Detentio & occupatio fere omnium Civitatum, caſtrorum, & a-
'liarum munitionum.
'Item, Abundantia divitiarum quas quotidie percipit Princeps de
'Regno.
'Item, Jactura ſumtuum immenſorum ex parte Domini Regis jam fa-
'ctorum, cum nihil aut parum ſit inde adquiſitum, ſed magis deperditum.
'Item, ſumtus inæſtimabiles & neceſſarii; Primo, ad debita adquietan-
'da; ſecundo, ad ſumtus itineris; tertio, circa adquiſitionem Regni præ-
'fati; ad quos tota *Anglia* non ſufficit.
'Item, Deſtructio & depauperatio Regni *Angliæ* per diverſa itinera Ju-
'ſtitiariorum & frequentia, & per extorſiones & priſas multimodas & alias
'oppreſſiones.
'Item, Modicitas theſauri domini Regis & filii ſui, & paupertas omnium
'indigenarum, tam clericorum quam laicorum.
'Item, Turbatio *Waſconiæ, Hyberniæ,* & *Scotiæ.*
'Item, Hoſtilis invaſio *Walenſium* in manu valida ad expulſionem indi-
'genarum nunc exiſtentium.
'Item, Minoratio poteſtatis Regni *Angliæ,* in conſilio, pecunia, & per-
'ſonis, per receſſum *R.* Comitis *Cornubiæ.*
'Item, Animarentur Magnates circumadjacentium terrarum, videlicet
'Rex *Franciæ,* & alii, maxime qui olim terras in *Anglia* habuerunt, ad ex-
'pugnandum eam, ſi pro negotio *Ciciliæ* eſſet perſonis, armis, conſilio, &
'pecunia deſolata.
'Item, Quod onus hujus negotii aſſumat dominus Rex nolumus nec
'conſentimus, ne ex noſtro conſenſu in manus inimicorum ſuorum ſe tra-
'dere videatur. Nec dicti negotii onus cum domino Rege aſſumere poſ-
'ſumus nec volumus, propter rationes prædictas, & propter immoderatum
'onus & incertum expenſarum in ipſo negotio faciendarum, ad quod nos
'ſufficere non ſperamus.
'Item, propter difficiles & graves conditiones appoſitas in aſſumtione
'dicti negotii, propter quas poſt ſumtus infinitos & labores, poſſet Rex
'cadere à Regni jure de facili.

Auctoritas & poteſtas Roſtandi.

Tandem die Dominica de paſſione, publicavit magiſter *Roſtandus* coram Archidiaconis de ſingulis Epiſcopatibus ibi convenientibus, plures literas Apoſtolicas quas obtinuit ad multa gravia committenda. Et inter cetera hæc habuit: quod poſſet jure ordinario omnes cauſas Cruce-ſignatorum, & ſuper omnibus legatis in ſubſidium terræ ſanctæ certis, ſimiliter & de indiſtincte legatis decidere, ſublata cujuſlibet appellatione objecta in hac parte.

Item habuit poteſtatem inquirendi de cunctis beneficiis quæ tanto tempore vacaverunt quod collatio eorundem ad dominum papam fuerat devoluta.

Item, Quod de non reſidentibus in ſuis beneficiis ut tenentur, habere vult integros fructus eorundem quatenus non reſideant in eiſdem; exceptis illorum beneficiis qui in ſcholis ſunt ſecundum ſuorum licentiam prælatorum, aut cum quibus ſuper hoc à ſede Apoſtolica fuerit diſpenſatum, aut qui in peregrinatione exiſtunt, aut qui in obſequiis Eccleſiarum immorantur ubi habere beneficia talia dinoſcuntur.

Item, quod papa vult habere per quinquennium fructus primi anni omnium beneficiorum interim vacantium, ſive in dignitatibus, ſeu in per-

1256, 7. ſonatibus, ſeu aliis quibuſcumque exiſtant; exceptis duntaxat Epiſcopis, &
Henric. 3. *R.* Regularium prælaturis.

Habet inſuper literam de inquirendo de clericis plura beneficia habentibus contra concilium, & de meritis diſpenſationum obtentarum in hac parte. Super quibus quod invenerit, Domino papæ referet, ut ipſe ſuper his faciat, quod ſibi ſalubre fore viſum fuerit faciendum.

Item oſtendit literas Apoſtolicas per quas adhuc Dominus papa vult continuare decimam per biennium, ſecundum verum valorem cujuſlibet beneficii perſolvendam, & de jam elapſo triennio ut creditur iterandam. Super quarum quidem exactione & collectione per Regni Archidiaconos faciendis, alias literas oſtendit eis directas: & ſibi alias, ipſos ad hoc ſi neceſſe fuerit compellendos.

Alias etiam literas oſtendit, per quas dicti Archidiaconi & alii qui in hoc facto laboraverint, reputantur reſidentes in omnibus beneficiis ſuis ubicumque, & non compellantur ad ulteriorem ordinum ſuſceptionem quam quos habent. Tandem oſtendit literam directam *Norwicenſi* Epiſcopo, & electo *Sarisbirienſi*, & Magiſtro *Roſtando*, ut ſuper dicta decima componant cum clero. Super quo commune concilium ſuper hoc reſedit, quod Decani, Prælati, Regulares, ac Archidiaconi tractabunt cum ſuis Capitulis & Clericis ſuper his, ita quod ad menſem poſt paſcha redeant *Londonias* per procuratores inſtructos ad plene reſpondendum ſeu componendum: alioquin idem *R.* procedet in ſuis gravaminibus comminatis.

Monitio Archiepiſcopi Meſſenenſis.

'In nomine Domini Amen. Nos frater *Johannes* miſeratione Divina 'Archiepiſcopus *Meſſenenſis*, auctoritate Domini papæ monemus vos Ar-'chidiaconos, & in virtute obedientiæ monendo vobis & cuilibet veſtrum 'præcipimus, quatenus infra octavas *Paſchæ* proximas, reſiduas procurati-'ones Eccleſiarum exiſtentium in Archidiaconatibus veſtris quæ conſue-'runt ſolvere, colligere procuretis, ipſam pecuniam nobis vel procuratori 'noſtro infra prædictum terminum perſolvendo. Illis exceptis dumtaxat 'Eccleſiis, quæ in literis ſolutionis nobis factæ ſigillis noſtris munitis ex-'preſſim & nominatim plenius continentur. Ceterum ſi aliqui fuerint in 'hac parte rebelles, ipſos in ipſum terminum teneamini excommunicare, '& excommunicatos publice & ſolemniter nunciare. Quorum excom-'municatorum nomina & excommunicationis formam nobis ſub eodem 'termino ſub ſigillis veſtris mittatis. Alioquin vos & quemlibet veſtrum 'auctoritate Domini papæ qua fungimur, ex nunc excommunicamus in 'ſcriptis, & denunciamus publice excommunicatos. Data *Londoniis*, die '*Martis* poſt Dominicam de paſſione.

Debitum Regis pro obligatione.

Debitum Domini Regis domino papæ c. xxxv. millia marcarum ſterlingorum, propter impenſas jam per ſummum pontificem factas circa Regnum *Ciciliæ*.

Exactio Domini Regis.

Petit dominus Rex quod cum ipſe, ex communi conſilio totius *Anglicanæ* Eccleſiæ, ſe obligaverit Domino papæ, propter Regnum *Ciciliæ Edmundo* filio ſuo conceſſum, ad expenſas circa idem Regnum perquirendum jam factas & faciendas, univerſus clerus & populus in totum, vel jam ad uſuras & pœnas ad quas ſe aſtrinxerit in totum ſe obliget. Item petit decimas à clero continuandas uſque ad quinquennium, omnium beneficiorum ſuorum ſecundum novas taxationes, nullis deductis expenſis præterquam

neceſſario

neceſſario faciendis. Item petit fructus omnium beneficiorum proximo vacaturorum primi anni, uſque ad quinquennium. Item petit dimidietatem fructuum non reſidentium in beneficiis ſuis. Item petit de privilegiatis, fructus omnium beneficiorum ſuorum, reſervatis duntaxat unius beneficii fructibus privilegiato quod duxerit eligendum. Item petit indiſtincte legata. 1256, 7. *Alex.* 4. P.

Rationes Epiſcoporum & cleri contra petitionem Domini Regis.

'Inprimis, Quod petitio Domini Regis nullum poteſt ſortiri effectum; 'eo quod tanta ſumma pecuniæ inutiliter eſt expenſa, & expreſſe perdita; 'ſicut apparet evidenter & notorium eſt.

'Item, Cum ad ſolutionem iſtius pecuniæ ab initio non eſſemus requiſiti, 'nec aliquo modo obligati, nec contraxit Dominus Rex conſentientibus 'tacite nec expreſſe, immo penitus nobis ignorantibus; ad conſummatio'nem propoſiti negotii nullatenus urgeri volumus nec debemus.

'Item, Cum nihil habeamus niſi de patrimonio Crucifixi, cujus ſumus 'diſpenſatores, illud quod erogare tenemur pauperibus divina lege 'conſtricti, illud dare Regibus non poſſumus, niſi Deum oſtendamus, & 'bona Eccleſiaſtica in uſus prohibitos convertamus, quod nulla ratione vo'lumus vel debemus.

'Item, Ad tantum onus non ſufficit totum Regnum *Angliæ*, etiamſi de 'luto fabricaretur aurum, præcipue cum illud Regnum *Ciciliæ* ſit inex'pugnabile, & cum exercitu de noſtris quaſi inacceſſibile. Et ſi milites 'haberemus ſtipendiarios & conductitios de terra illa, de fide ipſorum 'poſſet merito dubitari, propter familiaritatem cum *Frederico* & ſuis diu 'contractam.

'Item, ſi militia *Anglicana* ad partes illas duceretur, cum tanta pecu'nia quanta eis foret neceſſaria, poſſemus timere quod Regna finitima '& vicina Regnum noſtrum invaderent, & nos gladio exponerent, & ſic 'poſſet utrumque Regnum amitti, Regnum ſcilicet poſſeſſum, & Regnum 'appetitum & deſideratum; præcipue cum Dominus Rex *Romanorum* [a] affuturus, ſit ſecum magnam partem militiæ noſtræ ducturus.

'Item, Oculata fide videmus, *Walenſes* terminos ſuos egreſſos, & termi'nos noſtros per multa milliaria ingreſſos, nec rebus nec perſonis parcen'tes; & eſſet perneceſſarium ut eiſdem fortiter reſiſteretur, priuſquam ocu'los noſtros in aliena Regna dirigeremus.

'Item, dicitur, quod compoſitione interceſſit inter Eccleſiam & *Mem'fredum*, ſuper Regno *Ciciliæ*, & omnibus ejus adjacentiis, prout fama pub'lica refert & teſtatur.

Litera Ricardi *Comitis* Cornubiæ Romanorum *in Regem electi, ad Archiepiſcopum* Meſſenenſem.

'Venerabili patri in Chriſto, & amico cariſſimo fratri, *Johanni* Dei gra'tia *Meſſenenſi* Archiepiſcopo, *Ricardus* ejuſdem gratia *Romanorum* in Re'gem electus, ſemper *Auguſtus*, ſalutem & intimæ directionis affectum. *Sci'atis* quod hac die *Martis* poſt prandium, accepimus rumores per nuncios '*Alemannicos*, quod de novo venerunt nuncii ſolemnes à Rege *Bohemiæ* 'tranſmiſſi, uſque *Conum* cum literis ſuis patentibus, & ibidem ex parte ſua 'publicaverunt, quod in electionem noſtram totaliter conſentit, & cum ve'nerimus in *Alemanniam*, ad mandatum noſtrum veniet, fidelitatem & 'homagium nobis præſtiturus, cum ſexdecim milibus ſcutis ad ſervitium 'noſtrum præparatis. Et hoc communicetis cum fratre *Johanne* de *Dya*, ut

[a] Futurus.

'ibi

1256, 7. Henric. 3. R. 'ibi talia exponat quo eſt iturus; quia ſi talia ſciviſſemus, quando ab eo receſſimus, ſibi expoſuiſſemus. Data apud Walingford 11. kal. *Februarii.*

1257. M. CC. LVII.

Magiſter *Ægidius* conſecratur Epiſcopus *Sarisbyrienſis* in Dominica *Annunciatione* quæ tunc in Dominica paſſione accidit.

Iſto anno Rex tenuit Parliamentum ſuum in quindenam à Paſcha apud *Weſtmonaſterium.* In hoc fuit tractatum de negotiis *Apuliæ*, pro quibus Archiepiſcopus *Meſſenenſis* ibidem interfuit; & reſponſum fuit tam à clero quam à populo, ſicut anno præcedenti.

Dominus *Ricardus* Comes *Cornubiæ Romanorum* in Regem electus, verſus *Alemanniam* ab eodem receſſit Parliamento.

Litera Ricardi *Regis* Romanorum *de transfretatione ſua, & proſperis eventibus & coronatione ſua.*

'*Ricardus* Dei gratia *Romanorum* Rex ſemper Auguſtus, *Edwardo* illuſtris Regis *Angliæ* primogenito, Cariſſimo nepoti ſuo, ſalutem & felices 'ad vota ſucceſſus. Libenter votivos & celebres noſtræ felicitatis eventus 'ad noſtrorum ſpecialium amicorum corda transferimus; & ad aures præ'cipue veſtræ dilectionis, cui ſic nos identitas ſanguinis counivit, ut ipſas 'ex zelo naturalis affectus circa ea quæ augmentum ſtatus noſtri reſpiciunt, 'non immerito confidimus eſſe ſollicitas & attentas, per nuncios noſtros & 'literas libentiſſimi tripudii noſtri derivamus, arbitrantes in nobis tunc 'augmenta congaudii geminari, cum vos, quem reputamus precioſam cor'poris noſtri partem, ſenſerimus à gaudiorum noſtrorum participio non 'excluſos: quæ proculdubio delectaſſet nos potius vobiſcum præſentialiter 'celebraſſe, quam interpretis ſcripturæ miniſterio nunciare, ut præſentiæ 'veſtræ vicinitas jocundius patrui deſiderium refeciſſet, & noſtræ ſublima'tionis diffuſius generaſſet tripudium in nepote. Verum cum ea læta & 'proſpera quæ circa nos acta ſunt ab eo tempore quo de partibus *Angliæ* 'receſſimus, non ſit poſſibile niſi vobis fuerint intimata, dilectionem ve'ſtram ſcire, præſentem paginam omnium eventuum noſtrorum oſtenſi'vam vobis duximus deſtinandam, ut ad vos plena eorundem eventuum '& certa notitia perferatur. Dominica enim proxima poſt feſtum ſancti '*Marci* Evangeliſtæ, nobis navem cum tota noſtra conſcendentibus comi'tiva, & extra portum de Gernemuth venientibus, occurrit ventus con'trarius, qui ad figendum anchoram in vicinia littoris *Anglicani* ſui im'petus violentia nos artavit. Sed in ſequenti die proſpero vento noſtris 'proceſſibus aſpirante, iter navigationis aſſumſimus, & continuo navigan'tes die *Martis* proximo ſubſequenti, in feſto videlicet beatorum Apoſto'lorum *Philippi* & *Jacobi*, circa nonam, ſalvis omnibus & noſtris & totius 'noſtræ familiæ ac etiam comitivæ perſonis & rebus, ſani & hilares appli'cuimus apud *Durdrech*, in oppido videlicet ad comitatum *Hoylandiæ* 'pertinente, ubi poſt tot laborum & turbationum moleſtias quas in mari 'pertulimus, requiem capeſſentes, moram protraximus biduanam. Inde 'die tertio recedentes, aliiſque diebus ſequentibus per *Hoylandiæ* & *Gelriæ* 'comitatus greſſus noſtros feliciter dirigentes, die *Veneris* proxima ante 'feſtum *Aſcenſionis* Dominicæ venimus *Aquiſgranum*, occurrentibus nobis 'in dictæ civitatis introitu clericis & laicis, nobilibus & ignobilibus, mi'litibus & aliis univerſis civibus ejuſdem, qui nos cum honore magno & 'amplo tripudio læti & hilares ſine cujuſlibet difficultatis obſtaculo ſuſce'perunt. Nec credimus, quemadmodum vulgaris & communis famæ te'ſtatur præconium, quod à ducentis annis & citra, aliquis prædeceſſo'rum noſtrorum Imperatorum vel Regum videlicet *Romanorum*, in ſuæ 'novitatis principio, nobis duntaxat exceptis, dictam civitatem *Aquienſem* 'ſine gravis offenſionis ſeu contradictionis obice ſit ingreſſus.

'Cumque

'Cumque noſtra ſerenitas moram in ea contraheret, ecce læta nova no- 1257.
'ſtris affectata deſideriis occurrerunt, videlicet quod venerabilis Archie- *Alex. 4. P.*
'piſcopus *Maguntinenſis*, dilectus Princeps noſter, egregius fidei noſtræ 'cultor, & noſtrorum rebellium ſerius impugnator, adhibita ſibi ex noſtris 'fidelibus ingenti copia bellatorum, die *Mercurii* proxima poſt feſtum 'ſancti *Johannis ante portam Latinam*, cum Archiepiſcopo *Treverenſi*, no- 'ſtri culminis inimico, qui in noſtri nominis & honoris diſpendium cum 'magna multitudine armatorum caſtrum noſtrum & palatium *Bopard* 'vallaverat, & ad expugnationem ipſius multas machinas inſtaurarat, glo- 'rioſe congreſſus in prælium contra eum, obtinuit victoriam & triumphum, '& ipſo Archiepiſcopo *Treverenſi* cum quibuſdam ex ſuis vix per dedeco- 'roſæ fugæ præſidium evadente, ac nonnullis occiſis, multos ex ſuis mili- 'tibus & famulis & aliis ſuis complicibus captivavit. Ecce quam animo- 'ſos & bellicoſos Archiepiſcopos & Epiſcopos habemus in *Alemannia*; non 'multum vobis inutile reputantes, ſi tales in *Anglia* crearentur; quorum 'miniſterio uti poſſetis ſecure contra importunos rebellium veſtrorum in- 'curſus.' Denique ipſo caſtro per auxilium dictorum noſtrorum fidelium 'ab obſidentium & impugnantium inſultibus liberato, ipſoque à dicto Ar- 'chiepiſcopo *Maguntinenſi* victualibus aliiſque omnibus neceſſariis, ac ſtre- 'nuis defenſoribus, prout ad ſecuram defenſionem ipſius oportunum exti- 'tit, communito, idem Archiepiſcopus *Maguntinus* apud *Aquiſgranum* ad 'præſentiam noſtram venit, ubi in feſto *Aſcenſionis* Dominicæ, ipſo & Ar- 'chiepiſcopo *Colonienſi* præſentibus, & aliis multis Comitibus, Baronibus, 'Magnatibus, & nobilibus noſtris fidelibus, in ſede magni *Caroli* cum ſo- 'lemnitate qua decuit, in illius nomine qui ſuperbos dejicit & ponit humi- 'les in ſublimi, ſacri *Romani* Regni ſceptrum recepimus & Coronam, ca- 'riſſima conſorte noſtra ſimiliter eo die nobiſcum ſolemniter coronata. 'Dilectionem veſtram rogantes attentius quatenus nobis piis affectibus con- 'gaudentes, attentius altiſſimo ſuper hiis gratias exſolvatis, ipſum ſupplici- 'ter exorantes, ut qui ex ſuæ abundantia pietatis, merita ſupplicum ex- 'cedent & vota, ætatem veſtram tanta felicitate beavit, quod ad pa- 'truum veſtrum *Romani* Regni ſceptrum perduxit, ad honorem ſui nomi- 'nis feliciter dirigat greſſus noſtros.

Epiſcopi Aleman. bellicoſi.

Sedes Caroli Magni.

'Feſto itaque coronationis noſtræ ſolemniter prout decuit celebrato, 'ecce Principum & aliorum fidelium noſtrorum ſuper agendis noſtris com- 'municato conſilio, viribus noſtris è diverſis partibus inſtauratis, ad humi- 'liationem noſtrorum rebellium potenter & patenter intendimus dirigere 'caſtra noſtra, & præcipue ad confringenda elati Archiepiſcopi cornua '*Treverenſis*; ut ſicut ſe primum in noſtris negotiis non tam juſtum quam 'voluntarium poſuit turbatorem; ita primo experiatur & diſcat, quid & 'quantum contra eum poſſit & valeat manus noſtra. De hoc autem præ- 'cipue certos eſſe vos volumus, quod tantum jam ex auxilio fidelium no- 'ſtrorum & fautorum in *Alemannia* habere confidimus poteſtatem, quod 'eis in fidei noſtræ cultu & in devotionis noſtræ zelo durantibus, nullius 'viventis ſit nobis potentia formidanda. Data *Aquiſgrani* XVIII. die *Maii* 'anno Regni noſtri primo.

De Aſſiſinis.

Eodem tempore à curia *Romana* domino Regi *H.* fuit literatorie inti- matum, ut ſibi caveret, quoniam *Aſſiſini* fuerunt in *Angliam* tranſmiſſi, ut eum & duos filios ſuos, videlicet dominum *Edwardum* & dominum *Ed- mundum* interficerent.

Eodem etiam tempore in quadam litera quam *Ricardus* Rex *Alemanniæ* domino *Edwardo* tranſmiſit, ſic mandavit: *Noveritis etiam quod* Memfre- dus *miſit in* Angliam Aſſiſinos, *ut te & fratrem tuum interficiant, & in par-*

1257. *tes* Alemanniæ, *ut interficiant me & filium* Conradi, *æſtimans firmiter, quod*
Henric. 3. R. *ſi nos interemti fuerimus & de medio ſublati, nullus ſit in mundo quem neceſſe habeat ulterius formidare.*

Juramentum Domini Regis Conſiliariorum.

Electi fuerunt Conſiliarii Domini Regis, videlicet *Londonienſis* & *Wigornenſis* Epiſcopi, & quidam alii: Qui quidem, & Barones de Scaccario, & Juſticiarii, ad iſta ſubſequentia fideliter obſervanda præſtiterunt Juramentum.

Primo juraverunt quod fidele conſilium præſtabunt Domino Regi, quoties viderint profuturum.

Item, quod nemini revelabunt conſilium Domini Regis, cui non fuerit revelandum, & unde credant damnum poſſe venire.

Item, quod nihil conſentient alienari de his quæ ad antiquum dominum coronæ pertinet.

Item, quod procurabunt quod juſtitia fiat omnibus tam divitibus quam pauperibus, magnis & parvis, ſecundum rectas conſuetudines & leges Regni.

Item, quod libere permittent de ſeipſis, amicis, & conſanguineis, juſtitiam fieri cuicumque petenti. Neque per eos impedietur juſtitia fieri prece vel pretio, favore vel odio, ſed bona fide procurabunt, quod magnus ſicut parvus judicetur, ſecundum legem & conſuetudinem Regni. Nec ſuſtentabunt vel defendent injuriantes in injuriis ſuis, opere vel ſermone.

Item, quod à nullo quem ſciverint habere facere in Curia Regis vel ballivorum ſuorum, aliquod donum vel ſervitium recipient, per ſe vel per alium, quocumque modo, vel quacumque arte, occaſione hujuſmodi.

Item, ſi alicui de conſilio pro certo innotuerit, vel à fide dignus audierit, aliquem alium Conſiliarium munus vel donum aliquod recepiſſe, exceptis eſculento vel poculento, hoc deferet in publicam notionem totius Conſilii. Et inſuper hoc convictus fuerit, imperpetuum excludatur à conſilio, & perdat terras & redditus ſuos, vel proventus bonorum ſuorum per unum annum. Et ſi tales proventus non habuerit, alias puniantur ſecundum arbitrium conſiliariorum.

Hoc idem juramentum quoad illum articulum facient Barones de Scaccario, juſtitiarii, & omnes alii ballivi Regis, exceptis Vicecomitibus; & idem obſervabitur quoad ipſos, quod de Conſiliariis munus accipientibus dictum eſt, ita quod amoveantur à ſervitio Regis, & alias puniantur ſecundum arbitrium Conſiliariorum.

Item, de Vicecomitibus providebitur per Conſiliarios.

Item, quod malos Officiales vel inutiles ballivos *** deinceps tantum procurabunt poni in Officiis vel ballivis Regis. Et ſi qui tales poſiti fuerint, per Dominum Regem removeantur ſine mora, & alii boni & fideles ſubrogentur eiſdem.

Item, quod nullam perſonam ſuſpectam de illegalitate, procurabunt admitti in familia Regis, & maxime ad officia.

Item, quod nullus de Conſilio, vel de illis qui Regi aſſiſtunt, procurabit ſibi dari à Rege quod ipſe ſibi poſſit retinere. Et ſi Rex proprio motu dare vellet, non recipiet ſine conſenſu totius Conſilii, vel majoris ſeu ſanioris partis. Et ſi quis contra fecerit, à Conſilio & à domo Regis excludatur, & rem ſic receptam reſtituat, & in centum libris argenti puniatur vel alias ſecundum arbitrium Conſiliariorum.

Item quod nullæ literæ, libertates, privilegia, vel quæcumque alia, per quæ præjudicium vel injuria Regi vel alteri fiat, non ſigillabuntur ſine conſenſu vel conſcientia Regis, & majorum de Conſilio qui præſentes fuerint.

Item,

Item, ſi de Rege humanitus contigerit, erunt fideles Domino *Edwardo* 1257.
filio ſuo, & jura ſua ſervabunt illæſa. *Alex. 4. P.*

Item, erunt fideles Dominæ Reginæ, & jura ſua & perſonam ſuam ſervabunt bona fide, tam de dote quam de aliis, quantum in ipſis fuerit.

De nuncio Ciciliæ.

Iſto anno venit *Londonias* quidam nuntius nobilis & magnæ auctoritatis vir, ex parte quorundam magnatum de Regno *Ciciliæ* deſtinatus, Domino *H.* Regi *Angliæ* deferens literas in hæc verba:

Litera Magnatum Ciciliæ.

Excellentiſſimo Regi Angliæ, *Domino* Hyberniæ, *Duci* Normanniæ, Aquitanniæ, *& Comiti* Andegaviæ, *eorum domino ſpeciali,* Petrus Rufus *de* Caliba, *Dei & ſanctæ* Romanæ Eccleſiæ *gratia Comes* Cantanzar, G. *de* Meſſana, Clunenſis, T. Squillacenſis, J. Arranenſis, B. Neocaſtrenſis, *Epiſcopi; Abbas Sanctæ* Euphemiæ, *Abbas* Neretenſis, *Magiſter* Rogerus *de* Trana, *Magiſter* Johannes *de* Paſcha, *procurator Sancti* Nicholai *de* Baro, Jordanus Ruphus *Canonicus* Treponenſis, Jordanus *Canonicus* Squillacenſis, Paganus *de* Publiti *Canonicus* Clunenſis, Reginaldus *de* Giraſto, Gaucerus *de* Siſaul, Cataldus *de* Tarant; Johannes *de* Taſſano, Johannes *de* Cratona, Bartholomæus *de* Corna, Leo Fezal, Petrus *de* Baro, Garganus *de* Catich; Angelus *de* Riſa, & Nicholaus Feragutus, 'cum recommendatione ſeipſos. Quoniam ineffabili gaudio noſtra præcordia & totius fere populi Regni *Ciciliæ* ſint repleta, ex eo quod Divina clementia diſponente, ſancta mater *Romana* Eccleſia ad quam Regnum ipſum juſte & rationabiliter noſcitur perveniſſe, in ipſius Regem & Dominum præfecit illuſtriſſimum natum veſtrum, promere lingua nequit, nec manus ſcribentis ſufficit exarare. Nec mirum ſi in præfectione tanti Regis & Domini gratulemur, cum Divina providentia, quæ in ſui diſpoſitione non fallitur, tam nobiliſſimum virum juſtitiæque amatorem, & ſanctæ fidei fervidum zelatorem, ſecundum quod à ſuo illuſtriſſimo didicit genitore, ſermonibus videlicet & exemplis, nobis in Regem & Dominum concedere ſit dignata. Habemus igitur unde lætemur; ſi tamen deſideratus ipſius adventus non diutius prorogetur.

'Verum cum deſideremus Regiam celſitudinem per nos fideles & novos vaſſallos ejuſdem de ſtatu & [a] conductione Regni præfati plenius informari, & omnia in ſcriptis ponere tædioſum exiſtit, per nobilem virum Dominum *Johannem* de *Monte Fuſculo*, compatriotam noſtrum, virum namque fidelem & diſcretione conſpicuum, cujus fidem puram & devotionem ſinceram *Romana* ſancta mater Eccleſia eſt experta, qui ad pedes veſtri culminis lætanter accedit, ſerenitatem veſtram ſuper præmiſſis duximus informandam. Cujus dictis fidem adhibere non dubitet Regia celſitudo. Et quamvis hæc ſibi ſpecialiter auribus veſtræ clementiæ commiſerimus intimanda, ſpecialius illi tamen committemus, ut prælibatum adventum noſtri Regis & Domini accelerari faciat quantum poteſt, cum mora præſertim periculum valeat generare. Ut autem ipſius Domini *Johannis* affatibus, quos ex parte noſtra ſuper ſtatu & conditione Regni prædicti in conſpectu celſitudinis Regiæ duxerit referendos, fides valeat adhiberi, præſentes inde patentes literas Regio culmini præſentandas, ſibi fieri fecimus quorundam noſtrum ſigillis & quorundam ſubſcriptionibus roboratas. Supplicamus præterea Regiæ ſerenitati ut præfatum compatriotam noſtrum habere dignetur circa pedes Regios propenſius commendatum. Scripta in *Urb.* XVIII. die menſis *Martii*, pontificatus Domini noſtri *Alexandri* papæ IV. anno ſecundo.

a Conditione.

1257.
Henric. 3. R.

Litera Regis quibuſdam civibus de Ciciliæ.

'*Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* dilectis & fidelibus ſuis & amicis cariſſimis, univerſis hominibus *Theani* ſalutem. Ad neceſſarium regimen populorum & gentium diverſorum conſtituta ſunt in orbe terrarum diſpenſatione cœleſti, regnantium ſolia, & pontificum dignitates. Nec enim exquiri extrinſecus decuit aliam ſpeciem creaturæ, cum ſe repræſentata per hominem cœleſtis imago ſubjiceret, ſed homo prælatus eſt homini, ut gratiorem prælaturam efficeret identitas ſpeciei. Potiſſime namque divina clementia prætendit hæc ſolia, dum oſtenſa ſibi figura nummiſmatis, in redditione cenſus, utrorumque faſtigia deſignavit, quibus diverſimodis ſubdidit nationes, non ob hoc ſolum ut eis imperando præeſſent, ſed ut ipſis pacis & juſtitiæ copiam miniſtrando prodeſſent. Inter multas igitur occupationum curas quibus noſter ſpiritus fatigatur, ad inducta ſummi pontificis medietatione ſolicita animo revolventes, quod Regnum *Ciciliæ*, provinciarum *Italiæ* decus, [a] ortus Eccleſiæ, per inteſtinas clades & bella *Sarracenorum* ac quorundam ſuorum complicum ſeu fautorum, enormiter immo crudeliter laceratur; & ne talentum nobis in ipſo per ſummum pontificem creditum abſcondere negligen ia videamur, ad hoc direximus aciem mentis noſtræ, ut ad reformationem & ſtatum pacificum Regionis ipſius, regalis proviſionis inſtantia intendamus. Quia tamen ad præſens pro munitione quam tale tantumque requirat negotium, decentius ordinanda, ad partes iſtas detinemur, ne terra tantis prædicta defectu careat providentiæ, cui potentiæ noſtræ nolumus deeſſe præſentiam, ecce quod ad ordinandum qualiter barbaræ nationi ſuiſque complicibus neceſſarium obſtaculum opponatur, necnon ad elidendum eorum aditus & conatus, nobiles & induſtrios viros conſcientiæ noſtræ conſcios .... *tales* ad ſacram Apoſtolicam ſedem de latere noſtro ſpeciales dirigimus nuntios & legatos, qui ad conſervationem veſtram, & aliarum civitatum & caſtrorum quæ hucuſque fidem & devotionem Eccleſiæ ſervavere, procedent celeriter prout viderint expedire, donec nos in manu potenti & extento brachio veniamus, ad conterendum, manu coadjutrice Divina, barbaras nationes. Ideoque fidelitatem veſtram attentius confortamus, quatenus ad cœptæ fidelitatis perſeverantiam induſtria veſtra ſe potenter & prudenter exerceat, de noſtris viribus & ſuccurſu æſtate futura infallibiliter ſperaturi. Nos enim paratis rebus, & copia gentium aggregata, felices greſſus & potentiam noſtram in *Appuliam* dirigemus, hoſtes barbaricos, exercituum Domino favente, de Chriſtianorum finibus ad ultimum eorum exterminium excluſuri: vobis autem adeſſe curabimus ad reformationem optati regiminis & honoris.

Litera Regis cuidam nobili.

'Rex *Angliæ &c.* dilecti & fideli ſuo *Johanni* de *Ebulo* ſalutem. Si literas noſtras hucuſque veſtræ devotioni deſtinare diſtulimus, cauſa fuit quod nondum temporis aptitudo ſe nobis obtulerat, ut mentis noſtræ conſcia litera eductis forinſecis quæ premebantur interius, veſtrum de beneplacitis noſtris animum informaret. Nunc autem, ubi temporis congruentia qualitati rerum ſeſe congruentius copulavit, in actum velle produximus, rati quod in agro devotionis veſtræ apte literarum noſtrarum ſemina locabuntur. Noſcat igitur veſtra nobilitas per præſentes, quod Divino favente conſilio cujus diriguntur potentia viæ Regum, ad deſtructionem & ultimum *Sarracenorum Lucheriæ* de Chriſtianorum fini-

[a] Hortus.

'bus

'bus exterminium, eorumque complicum & fautorum, qui univerſalis Ec- 1257. 'cleſiæ fidem nefanda credulitate deducti erroris conantur fœdare con- *Alex.* 4. P. 'tagio, necnon ad reformationem Regni *Ciciliæ* paratis rebus, & copia 'virium aggregata, felices greſſus & potentiam noſtram æſtate futura, 'tempore quod Reges & Principes ad prælia proceſſuri aptum ſudoribus 'bellicis eligerunt, infallibiliter in *Apuliam* dirigemus. Quia tamen in-'terim veſtram & aliorum ejuſdem Eccleſiæ & *Edmundi* cariſſimi nati 'noſtri *Ciciliæ* Regis fidelium conſtantiam & ſubſidium ad hæc cerni-'mus oportunum, induſtriam veſtram de qua fidem gerimus plenio-'rem, requirimus & hortamur attente, quatenus ob dictæ Eccleſiæ ac 'ejuſdem filii noſtri reverentiam & amorem ad regendum, tuendum, & 'confortandum civitates & caſtra tam noſtra quam convicina ſervantia 'fidem noſtram, donec nos in manu potenti & extento brachio venia-'mus, ſic conſtanter, prudenter, & viriliter exerceatis vires veſtras, ut 'fides & devotio veſtra, quam probabiliter laudat Eccleſia, & eidem ca-'riſſimo nato noſtro per nobilem virum *Johannem* de *Monte Fuſculo* verbis '& literis polliciti eſtis, ſervare pateat operis per effectum. Nos enim ex-'penſis & damnis quæ ſuſtinueritis integraliter de noſtro ærario emendatis, 'vobis pro conſervatione noſtræ fidei & veſtris laboribus providere magni-'fice ſub fide Regia pollicemur. Valete.

Litera Regis cuidam nobili Comiti de partibus Apuliæ, *qui non plene Eccleſiæ adhærebat.*

'*H.* Dei gratia Rex *Angliæ &c.* Nobili viro Domino *Thomatio* de *Aquino* 'Comiti *Acherrarum* illuſtri ſalutem. Inter meditationes & curas multi-'modas quibus noſtra ſollicitatur intentio, illud votis noſtris ſub noſtri tu-'tela regiminis tranquillitatis & pacis vigeat plenitudo. Ad quod & ſi 'ſint affectibus noſtris diſcorda corda *Sarracenorum Lucheriæ* ac aliorum 'forte quam plurium qui ſectam eorum ad Chriſtianorum opprobrium toto 'tuentur conamine, ſic eos favente Domino exercituum qui per ſuæ juſti-'tiæ gladios aperit vias Regum, æſtate futura noſtris & noſtrorum fidelium 'greſſibus in *Apuliam* directis, mole noſtrarum virium opprimemus, ut 'merito confidentes in dolis dolorum laqueis implicentur. Ad quod pro 'voto regaliter exequendum, quoniam per vos, in quo nobilitas generis, 'potentia, induſtria, & alia plura digna laude concurrunt, honor, com-'modum, & exaltatio Eccleſiæ, ac præfati nati noſtri, in ipſo Regno pote-'runt efficaciter procurari, vobis præſentes utiliter vidimus dirigen-'das, ut dum præiſtis præſitis, & nocumenta, ſi non ſuffragia, non fe-'ratis. Quocirca nobilitatem veſtram requirimus, monemus, & hortamur 'attente, quatenus ob Eccleſiæ reverentiam & ejuſdem nati noſtri ac no-'ſtrum amorem ad ipſius Eccleſiæ & communem præfati Regni gloriam & 'ſalutem, animum ſtrenue convertentes, ne domus diſſidii, alumna ſcan-'dali, filia pravitatis *Lucheria* in veræ fidei verecundia ulterius excandeſcat. '[a] Nos vos delectet offendere Chriſtianos, ſed ad conſervationem Civita-'tum & caſtrorum eorum hucuſque fidelitatem Eccleſiæ ſervarunt, ſic 'prudenter ſicque nobiliter procedatis, ſi placet, ut adventu noſtro quem 'vobis in dicto termino proculdubio pollicemur, æquis imo magnificis te-'neamur vos gratiis adaugere.

Literæ officialis Staffordiæ *de Convocatione apud* Londonias.

[b] Adæ Eyton *Officiali Archidiaconi* Staffordiæ, *dilecto ſibi in Chriſto Decano de* Thamworth & Tothesbiri *ſalutem in Domino. Mandatum venerabi-lis patris Domini* Coventrenſis & Lichefeldenſis *Epiſcopi ſuſcepi in hæc verba:* Viro venerabili Archidiacono *Staffordiæ* vel ejus officiali, magiſter *J.*

a Non. *b* f. Adam Eyton officialis.

1257. de Atteberg officialis venerabilis patris *Coventrenſis* & *Lichefeldenſis* Epi-
Henric. 3. *R.* ſcopi ſalutem. Mandatum Domini *Cantuarienſis* Archiepiſcopi ſuſcepimus in hæc verba. ‘ *B.* miſeratione Divina *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, ‘ totius *Angliæ* Primas, dilecto ſibi in Chriſto officiali *Coventrenſis* & *Lichefeldenſis* diœceſis ſalutem, gratiam, & benedictionem. Cum neceſſitas ‘ immineat & utilitas perſuadeat, quod nos & venerabiles patres ſuffra-‘ ganei noſtri, una cum aliis prælatis *Cantuarienſis* provinciæ de commu-‘ nibus negotiis *Anglicanæ* Eccleſiæ tractaturi convenire debeamus, diſcre-‘ tioni veſtræ mandamus, in virtute obedientiæ firmiter injungentes qua-‘ tenus in octavis aſſumtionis beatæ *Mariæ*, omni occaſione & dilatione ‘ poſtpoſitis, *Londoniis* perſonaliter interſitis; ad tractandum nobiſcum ‘ una cum coepiſcopis noſtris, de negotiis ſupradictis. Nihilominus cite-‘ tis Decanum *Lichefeldenſis* & Priorem *Coventrenſis* Cathedralium Eccleſia-‘ rum, necnon Abbates & alios Priores qui non ſubſunt Abbatibus, Archi-‘ diaconos *Lichefeldenſis* & *Coventrenſis* diœceſis, in virtute obedientiæ præ-‘ cipiendo, ut prædicti Decanus & Prior dictarum cathedralium Eccleſia-‘ rum, Abbates & alii Priores cum literis procuratoriis nomine congregati-‘ onum ſuarum confectis, ac dicti Archidiaconi cum literis ſimilibus factis ‘ ex parte clericorum qui ſubſunt eiſdem ſuper ratificatione eorum quæ ‘ opitulante Domino ad honorem Dei prædictæ Eccleſiæ inter nos com-‘ muniter tractabuntur, omnibus aliis prætermiſſis, dictis die & loco per-‘ ſonaliter debeant intereſſe. Data apud Otteford &c. Exemtos vero ad ‘ dictos diem & locum ſimiliter convocetis.’ Hujus igitur auctoritate ‘ mandati vobis mandamus quatenus prædictum mandatum Domini *Cantuarienſis* Archiepiſcopi in Archidiaconatu veſtro diligenter & efficaciter exequamini. Data die Dominica proxima ante feſtum beati *Jacobi* Apoſtoli Anno ſupradicto.

Cauſæ expoſitæ per Dominum Bonefacium Cantuarienſem *Archiepiſcopum, de convocatione facta ſuper ſtatu Eccleſiæ* Anglicanæ *in melius reformanda.*

‘Cum in ultima Convocatione, de communi conſenſu & voluntate ‘Prælatorum & cleri [a] *Londonienſis* præſentium, & procuratorum abſen-‘ tium, oblata eſſet Domino Regi quædam certa ſumma pecuniæ, ſcilicet ‘ LII. M. l. argenti, ſub certis conditionibus, ut omnes exactiones, quas gra-‘ tias vocant, à Domino papa domino Regi conceſſæ, & per magiſtrum ‘ *Roſtandum* publicatæ omnino ceſſent, & talia in futurum, & Eccleſia *An-*‘ *glicana* per Dominum Regem ſuis penitus relevetur; ut Prælati abſentes ‘ oblationem prædictam duxerint acceptandam; & Rex reſpondiſſet ſuper ‘ his, ſe velle deliberare uſque in reditu nunciorum ſuorum quos ad *Fran-*‘ *ciam* dixerat, qui jam noviter redierunt: deliberandum eſt à clero, an ‘ expediat mittere ad Dominum Regem ad audiendum reſponſum ſuum, ‘ an velit accipere dictam oblationem vel non.

‘ § Item, an expediat ut confeſtim mittatur ad curiam ſedis Apoſtolicæ, ‘ ſuper compoſitione prælocuta, per oblationem dictæ pecuniæ confirman-‘ da, vel alia ineunda ad utilitatem Eccleſiæ *Anglicanæ*; vel talis miſſio ‘ nunciorum ſit differenda uſque in adventum reſponſionis Domini Regis ‘ ſuper præmiſſis.

‘ § Item, qualiter poſſet provideri libertatibus Eccleſiæ, & perſonis Ec-‘ cleſiaſticis, ſuper oppreſſionibus indebitis quibus per ſeculares judices ‘ multipliciter aggravatur, ſicut in articulis talium gravaminum plenius ‘ continetur.

a. Londoniis.

‘ § Item,

'§ Item, cum dominus Rex prohibuerit Prælatis Eccleſiæ, ſub foriſfa- 1257.
'ctura omnium terrarum ſuarum quas de eo tenent, ne venirent ad hujuſ- *Alex.* 4. *P.*
'modi convocationem auctoritate Domini Archiepiſcopi factam, an liceat
'& deceat & expediat tractare in hujuſmodi convocationem de negotiis
'Eccleſiæ à prælatis; vel potius, quod abſit, prohibitioni Regiæ parere;
'præſertim cum Dominus Archiepiſcopus ſe offerat ad proſequendum cau-
'ſam Eccleſiæ in præmiſſis & in aliis omnibus in propria perſona, ſi ne-
'ceſſe fuerit, nulliſcumque damnis vel expenſis volens parcere, dum ta-
'men ſuffraganei & clerus provinciæ ſuæ aſſiſtere velit ſibi concorditer in
'defenſione injurium prædictorum in conſiliis & auxiliis impendendis.

§ *Iſti articuli ſunt conceſſi in Conſilio Archiepiſcopi.*

§ Quod in Eccleſiis non intrudantur clerici per laicos, ſed per ſuos ordinarios inſtituantur, vel deſtituantur.

§ Item, quod non trahantur in foro ſeculari, ut reſpondeant quare excommunicaverint.

§ Item, quare dedicaverint Eccleſiam vel capellam.

§ Item, quod non reſpondeatur brevi quod dicitur *Quare non admiſit clericum.*

§ Item, quod illis qui fugerint ad Eccleſiam pro immunitate, non denegentur alimenta; nec poſtquam Regnum abjuraverint, extrahantur à via, nec interficiantur; cum hoc ſit tam contra Regiam dignitatem, quam contra Eccleſiaſticam libertatem.

§ Item, quod clerici degradati pro crimine, non priventur poſtea bonis mobilibus vel immobilibus temporalibus, ne bis puniantur in idem, cum non ſint damnati in foro ſeculari, nec damnari poſſint, & nullus debeat privari mundanis, niſi prius damnatus fuerit in foro ſeculari.

§ Item, ſi clerici irretiti de crimine, liberentur Eccleſiæ, quod eorum bonis mobilibus ſeu immobilibus non priventur.

§ Item, quod dominus Rex non impediat teſtamenta Epiſcoporum, nec extendat manum ad bladum quod ſeminaverint, vel ad alia bona Epiſcoporum defunctorum.

§ Item, quod mortuo aliquo laico ſine teſtamento, non capiantur bona ipſius in manus Dominorum, ſed inde ſolvantur debita ipſius, & reſidua in uſus filiorum ſuorum & proximorum indigentium, pro ſalute animæ defuncti, in pios uſus per ordinarios convertantur, niſi quatenus fuerit Domino ſuo obligatus. Idem de ſervis, ſalvis ſervitiis & conſuetudinibus dominorum ſuorum.

§ Item, quod damnentur brevia facta ſine conſilio, & quod de cetero non fiant.

§ Item, quod non capiantur hoſpitia clericorum ſeu prælatorum violenter, quod ſit multoties fractis hoſtiis & verberatis cuſtodibus, contra libertatem. Nec carectæ vel equitaturæ Eccleſiaſticarum perſonarum ad cariandum res ſuas vel commercia capiantur.

§ Item, quod Eccleſiarum Prælati habeant pacifice libertates antiquas, quibus uſa eſt Eccleſia ante memoriam hominum. Nec cogantur oſtendere quo jure vel waranto utantur eiſdem, nec impediantur uti eis.

§ Item, quod Epiſcopi qui habent amerciamenta hominum ſuorum, ex antiqua conſuetudine, ſeu per chartam Regum conceſſa, petunt ipſa amerciamenta eis ipſis allocari in *Scaccario*, ita quod de cetero non veniant in ſummonitionem.

§ Item, cum dominus Rex mittit per diverſos comitatus, inquiſitores ſuper certis articulis qui de levi poſſunt inquiri, ſummoneantur omnes villatæ & liberi de comitatu, & illi qui non venerint amercientur, ac ſi eſſent Juſticiarii ad omnia placita.

§ Item,

1257. § Item gravatur tam clerus quam populus in hoc, quod cum aliquis
Heric. 3. R. ſummonitus ſit ad Curiam Domini Regis, ad reſpondendum de aliquo placito per quod debeat attachiari, ſi fecerit defaltam, ponetur per vadium ſalvos plegios, & poſtmodum per meliores plegios. Ad primam vel ad ſecundam defaltam amerciatur, attachiatur, priuſquam comparuerit in curia, & hoc contra legem terræ, cum primam ſummonitionem poſſet defendere, & primam & ſecundam defaltam dediſcere & ſalvare in alijs caſibus.

'Quantum ad primum articulum, communiter ſentimus in caſu primo 'procedendum. Cum dominus Rex diſtulerit Reſponſum ſuum ſuper ob'latione ſibi dudum facta, uſque ad reditum nunciorum ſuorum de *Fran'cia*, qui jam redierunt, videtur honeſtum quod mittatur ad ipſum ad au'diendum reſponſum ſuum.

'Ad ſecundum, de neceſſitate oportet quod mittantur confeſtim ad 'Curiam Romanam ſimplices nuntii, ad renitendum impetrationibus con'tra Eccleſiam *Anglicanam*. Et poſt reſponſum Domini Regis, mittantur 'nuntii celebres & ſolemnes.

'Ad tertium articulum, cum Eccleſia *Anglicana* jam triennio elapſo 'gravibus exactionibus & concuſſionibus ſit oppreſſa, quod per bonorum 'ſuorum direptionem ac indebitam ſubtractionem Eccleſiaſticæ perſonæ 'nimium ſint depreſſæ, ita quod nec paſtoralis officii ſollicitudo debite va'leat adimpleri, ſic ſentimus, eſſe reſiſtendum. Quod ſi contingat cleri'cum vel laicum per poteſtatem ſecularem de cetero bona Eccleſiarum di'ripere, diminuere, vel aliter expilare, ſanguinem teſtamenti pollutum du'cendo, Principes Eccleſiæ, ſucceſſores videlicet Apoſtolorum, hujuſmodi 'ſacrilegos invaſores publice excommunicent, & faciant per diœceſes ſuas 'in ſingulis Eccleſiis publice & ſolemniter excommunicari, & excommu'nicatos denunciari. Inſuper loca & terræ hujuſmodi invaſorum, inter'dicto Eccleſiaſtico ſupponantur; in quos ſtatuantur aliæ pœnæ ſacrile'gii, antequam abſolutionis beneficium mereantur. Inſuper fautores & 'cooperatores re & facto aut conſilio pœnis ſimilibus ſubjiciantur: hoc ad'dito, quod ſi clerici fuerint, ab officio Eccleſiaſtico & beneficio ipſo facto 'ſint ſuſpenſi. Et ſi contingat viros Eccleſiaſticos reſiſtentes, ob iſtam 'cauſam capi aut incarcerari, captoribus & detentoribus pœnæ ſuperiores 'ſint inflictæ. Et loca ubi hujuſmodi perſonæ detinentur, interdicto Ec'cleſiaſtico ſupponantur.

'Item, Quia credimus quod præter certam ſcientiam ſedis Apoſtolicæ 'multa gravamina ſunt impetrata in præjudicium & ruinam Eccleſiæ An'glicanæ, dominum papam Apoſtolum *** verumtamen poſtpoſita appel'latione nos prælati cum clero nos & bona noſtra protectioni ſedis Apoſto'licæ ſubmittentes. Nequaquam vero ambigimus nos & vos de diuturno 'dicti temporis ſilentio graviter deliquiſſe, eo quod credimus efficacius 'poſſe reſiſtere in præmiſſis.

'Item, magiſter *Roſtandus* in receſſu ſuo voluit & decrevit quod ab exe'cutionibus gravaminum inchoandis omnino maxime ſuperſedeatur, do'nec nuncii domini Regis à curia revertantur *Romana*.

'Quantum vero ad reſiſtentiam aliarum oppreſſionum contra liberta'tem Eccleſiaſticam, ſentimus diſcuſſionem fieri articulorum & gravami'num, & ſeparationem, de eiſdem uſque in his in quibus diſſimulari non 'poteſt ſine periculo animarum. Licet vero abſque rerum diſcrimine, 'ut in primo caſu, contra hujuſmodi ſacrilegos procedatur in forma præ'miſſa: in ſecundo caſu via procedendi provideatur ſecundum ordinati'onem patrum venerabilium Epiſcoporum.

Concilium

Concilium Archiepiſcopi & omnium Epiſcoporum ſuper Articulis præpoſitis apud Londonias. *1257. Alex. 4. P.*

Petit perſona Eccleſiaſtica decimas coram judice Eccleſiaſtico. Judicanti & petenti porrigitur Regia prohibitio, nomine patroni Eccleſiæ cujus Rector convenitur, ne ſuper advocatione ſeu patronatu Eccleſiæ judex ille cognoſcat. Si actor proſequatur, & judex judicantis officium aſſumat, uterque attachiatur, & attachiati veniunt. Conſilium tale eſt: quod ſi juſtitiarii cauſam decimarum ſub colore querelæ advocationis Eccleſiarum ad ſe trahere velint, & de non proſequendo ulterius cauſam decimarum in foro Eccleſiaſtico, à judice ſive à parte ſecuritatem exigunt, in nullo eis caveatur. Et ſi propter hoc arreſtentur, per loci diœceſanum requirantur, ſive per Epiſcopum proprium. Et ſi libere non tradantur Eccleſiæ, competenti monitione præmiſſa, excommunicentur judicantes & detentores. Et ſi quæratur à judice, quota pars vel quanta petatur, non reſpondeatur.

§ Epiſcopo Eccleſia appropriata vacante Epiſcopatu ſi Rex ratione cuſtodiæ Baroniæ per ſuos ballivos ad Eccleſias appropriatas ſeu ad quæcumque alia ſpiritualia manus extendat, per ipſum, ad quem vacante ſede devolvitur juriſdictio & ſpiritualis cuſtodia, ballivi monitione præmiſſa excommunicentur.

§ Hoc idem fiat per Epiſcopum in vacantibus Abbatiis ſeu Prioratibus, ſi laici patroni ad Eccleſias appropriatas ſeu alia ſpiritualia occupanda ſe convertant. Et ſententias quas ſucceſſor invenerit, inviolabiliter obſervet.

§ Ordinarii judices ad querelam laici de laico feodo, vel catallis, non cognoſcant; ſi tamen hujuſmodi fide data vel ſacramento adhibito, de fidei tranſgreſſione ſeu ſacramenti violatione, per inquiſitionem, ſive per facti evidentiam, ſeu alio modo legitime conſtiterit, mortaliter ſic peccans legitime commonitus, ad condignam pœnitentiam agendam compellatur.

§ Clericus ſuper actione perſonali trahitur ad forum ſeculare; non veniet, niſi de conſcientia & conſenſu Epiſcopi, & ſuum alleget privilegium, ſed non reſpondeat. Si arreſtetur, per ſuum requiratur Epiſcopum: & ſi non tradatur eidem, judicantes & detentores, ſi ſint de juriſdictione Epiſcopi qui eum requirit, monitione præmiſſa excommunicentur: & ſi non ſint de juriſdictione ſua, ad ejus denunciationem per proprium Epiſcopum, poſt canonicam ammonitionem, excommunicationis ſententia innodentur.

§ Vocantur laici ut compareant coram ſuis Ordinariis, ad inquirendum ſuper exceſſibus ſubditorum. Si non compareant, eorum contumacia per excommunicationis & interdicti ſententias puniatur. Hoc idem fiat de eorum dominis, ſi per eos impediantur.

§ Attachiatur prælatus ut compareat in foro Regio, oſtenſurus quare tenuit placitum contra prohibitionem Regiam. Comparet & negat; per teſtimonium duorum ribaldorum indicitur ei purgatio. Conſilium Dei eſt, & omnium Prælatorum, ut nullo modo juret coram judice ſeculari, cum ratione dignitatis & officii major ſit eo. Quid ergo? Arreſtabitur? Patienter ſuſtineat. Et ſi Princeps vel judex ille aliquam terram habeat in ſua diœceſi, illam interdicat. Quod ſi ſic non fuerit liberatus, Archiepiſcopus & omnes Epiſcopi celeriter ac fortiter inſurgentes, gladium ſpiritualem aſſumentes, hujuſmodi detentores unanimiter feriant, & per interdicti & excommunicationis ſententias tam in terris quam in perſonis coerceant.

1257. Henric. 3. R. § Clericus in actione perſonali ad mandatum Regis foro ſiſtitur ſeculari; requiritur, & liberatur; & poſtea amerciatur. Scribitur Ordinario ut compellat eum ad ſatisfaciendum de amerciamento. Non compellet eum ordinarius, quoniam clericus jam ſic non eſſet Eccleſiæ libere traditus. Quod ſi diſtringatur Epiſcopus ad ipſum compellendum ut ſatisfaciat, per interdicti & excommunicationis ſententias ſe defendit, ut in caſibus ſupradictis.

§ Hoc idem faciat Epiſcopus, quandocumque clericus amerciatur in cauſa de qua non poteſt ſecularis judicare. Si autem pro illo amerciamento ad opus Regis ſervando, ſcribatur eidem; quod ſi cauſa cognita, vel facti evidentia, vel alio modo legitime de ſua injuria coram Ordinariis legitime conſtiterit, per ipſum ordinarium, ſive Domino Regi, ſive alii querelanti injuriam paſſo, ſatisfactionem condignam impendat.

§ Hoc autem ab omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis ſumma ſollicitudine obſervandum eſt. Quod ſi aliquis Epiſcopus ob quamcumque cauſam, ſive ſeipſum ſolummodo contingentem pro aliqua tranſgreſſione libertatis Eccleſiæ in ſuo Epiſcopatu facta, vel pro perſonali injuria vel reali, ſuum Epiſcopatum Eccleſiaſtico interdicto ſupponat, ceteri Epiſcopi univerſi injuriam unius propriam reputantes, ac quod injuriatum exiſtit in uno Epiſcopatu, in ſuo Epiſcopatu latam injuriam exiſtimabunt: ſimile etiam interdictum in ſuis Epiſcopatibus ſinguli ex condicto faciant. Idem de excommunicatis & interdicti ſententiis obſervetur ſub iſta forma:

De

Et ſuper iſtis articulis prænotatis fecit *Bonefacius Cantuarienſis* Archiepiſcopus ſuorum ſuffraganeorum ſibi ſubditorum univerſorum, Prælatorum pariter, & cleri procuratorum, convocationem iſto anno apud *Londonias* ſemel & ſecundo propter gravamina & oppreſſiones de die in diem per ſummum Pontificem, & dominum *Henricum* Regem Eccleſiæ *Anglicanæ* irrogatas.

Iſto anno *Rogerus de Weſeham Coventrenſis* & *Lichefeldenſis* Epiſcopus, die Dominica infra octavas Aſcenſionis, apud **Brewode** obiit, videlicet XII. kal. *Junii* & ſequenti die *Martis* apud *Lichfeldium* cum honore & reverentia qua decuit, eſt ſepultus, domino *Fulcone Dublinenſi* Archiepiſcopo ibi præſente, & officium pro eodem celebrante.

Iſto anno *Walenſes* tranſgreſſi ſunt fines ſuos, & *Lewelinus* filius *Griffini* qui fractis dudum cervicibus de turri *Londoniarum* cecidit, captis duobus fratribus ſuis, ſeniore & juniore, qui domino Regi æqualiter adhæſerunt, & incarceratis, totam *Walliam* occupavit, maximam partem *Marchiæ* depopulans & comburens, militeſque Regis & ſervientes baliſtarios quamplurimos, quos Rex ibi deſtinavit, interfecit.

Dominus *Henricus* Rex hoc audiens, non immerito motus, & dominus *Edwardus* filius ejus, cum exercitu copioſo apud *Gannocum* profecti ſunt, & ibi per totum autumnum commorantes, nihil omnino ibidem proficiendo, ad feſtum ſancti *Michaelis* inde receſſerunt.

Dominus *Sewollus Eboracenſis* Archiepiſcopus, & magiſter *Godefridus* de *Lodeham* ejuſdem Eccleſiæ Decanus, à ſummo Pontifice ſententia excommunicationis innodantur, ex hoc, quod papa non potuit conferre Decanatum ejuſdem Eccleſiæ poſt ejuſdem Archiepiſcopi conſecrationem.

Eodem anno magiſter *Simon de Walton Norwicenſis*, & dominus *Rogerus de Menleng*, domini Regis nepos, *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis*, & magiſter [a] .... *Exonienſis*, apud *Cantuariam* die Dominica in paſſione Domini, vi-

[a] Walterus.

delicet

deliĉet VI. idus *Martii*, à domino *Boneſacio Cantuarienſi* Archiepiſcopo Epiſcopi conſecrantur. 1257,8. Alex. 4. P.

Obiit *Radulfus* filii *Nicholai*, domini Regis Conſiliarius.

Obiit *Ricardus* Abbas *Rouceſtrenſis*.

De nuntiis papæ.

Iſto anno venerunt in *Angliam* duo magiſtri *Arlotus* & *Roſtandus* nuntii Domini papæ ſecum deferentes totius Eccleſiæ *Anglicanæ* depreſſionem & confuſionem, ſicut patet in litera proxima ſequenti, aliis literis Apoſtolicis quamplurimis, quas idem *Arlotus*, ſecum detulit, propter metum cleri & populi nondum promulgatis. Prout plenius patebit in anno ſequenti, in ordinatione ſtatus Regni apud *Oxoniam* per Barones Regni facta & reformatione.

M. CC. LVIII. 1258.

§ *Litera Epiſcopi* Coventrenſis *continens mandatum papæ*, & magiſtri *Arloti procurationem.*

'*Rogerus* Dei gratia *Covintrenſis* & *Lichfeldenſis* Epiſcopus dilecto filio 'Archidiacono *Staffordenſi* ſalutem, gratiam, & benedictionem. Manda'tum magiſtri *Arloti*, domini papæ ſubdiaconi & Notarii, ſuſcepimus in 'hæc verba.' Venerabili patri in Chriſto, Dei gratia *Covintrenſi* & *Lichfeldenſi* Epiſcopo, ſeu ejus officiali, ſalutem in Domino. In *Angliam* pro arduis Eccleſiæ *Romanæ* negotiis deſtinati, dolemus plurimum, & vos debitis in patientia ſupportare, quod tum propter rerum omnium cariſtiam, quæ ultra duplum ſoliti ſumtum multiplicat, tum propter cotidianam neceſſariorum exigentiam, non poſſumus ſicut vellemus à gravaminibus Eccleſiarum, quas alias gravatas accepimus, abſtinere. Noveritis itaque nos habere literas Apoſtolicas in hac forma; '*Alexander* Epiſcopus ſervus '*&c.* venerabilibus fratribus, univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis, & di'lectis filiis, Electis, Abbatibus, Prioribus, Conventibus ſancti *Benedicti* '*Cyſtercienſis*, vel cujuſlibet alterius Ordinis, Decanis, Archidiaconis, præ'poſitis, & aliis Eccleſiarum prælatis, & Rectoribus, necnon & præceptori'bus ſeu adminiſtratoribus domorum *Hoſpitalis* & *Templi Hieroſolymitani*, 'tam exemtis quam non exemtis, & quorum notitiam vel audientiam li'teræ præſentes pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum 'dilectum filium magiſtrum *Arlotum*, ſubdiaconum & Notarium noſtrum, '[a] ob quædam negotia Eccleſiæ *Romanæ* in *Angliam* deſtinemus, univerſi'tatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apoſtolica 'ſcripta mandantes quatenus ipſum in eundo, morando, & redeundo, 'imo nos in ipſo, ſuſcipientes honore condigno ſibique præſenti vel ab'ſenti in ſuis & ſuorum neceſſariis, necnon in ſecuro ducatu prout idem 'petierit, providere curetis liberaliter & decenter; ita quod idem, (in 'quo tanquam nobis & fratribus noſtris merito ſuæ probitatis caro, pluri'mum & accepto, nos reputabimus honorari,) cum ad præſentiam no'ſtram Deo dante redierit, laudabile poſſit veſtræ promtitudini teſtimo'nium perhibere, ac nos exinde reddere in veſtris utilitatibus promtiores. 'Alioquin, ſententias quas ipſe per ſe vel per alios tulerit in rebelles, ſu'per quo ei plenam concedimus auctoritate præſentium poteſtatem, præ'ter indignationem noſtram & Apoſtolicæ ſedis, quam qui nos & eandem 'ſedem in ipſo contemſerint, ſe noverint incurſuros, ratas & gratas habe'bimus, eaſque faciemus dante Domino uſque ad ſatisfactionem condig'nam, appellatione remota, inviolabiliter obſervari; non obſtantibus a'liquibus privilegiis ſeu indulgentiis ſub quavis verborum forma conceſſis

[a] MS. Quibuſdam negotiis.

 'qui-

1258. ‘quibuſcumque Eccleſiis, ordinibus, Collegiis, univerſitatibus, vel perſo-
Henr. 3. R. ‘nis, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici nequeant, ſeu ad præ‘ſtandas procurationes vel ſubſidia nunciis ſedis Apoſtolicæ ullo modo, vel ‘niſi ad eorum Eccleſias vel loca perſonaliter acceſſerint, coartari, ſive ‘quibuſlibet aliis cujuſcumque tenoris exiſtant, quæ nullis ſuffragari volu‘mus in hac parte, etiamſi de ipſis privilegiis vel indulgentiis & eorum to‘tis tenoribus oporteat per annotationem ipſorum de verbo ad verbum, ‘ſive de quibuſlibet Eccleſiis, perſonis, vel locis, aut eorum nominibus vel ‘ordinibus ſpecialem & plenam fieri mentionem, aut ſi decernatur in ipſis ‘quod ſententiæ vel proceſſus ferendi vel habendi quomodolibet contra ea ‘nullam obtineant firmitatem, ſeu quibuſlibet indultus conſtitutionibus vel ‘mandatis noſtris vel prædeceſſorum noſtrorum, ſeu conſuetudinbus quibuſli‘bet de procurationibus vel neceſſariis nuntiis Apoſtolicæ ſedis ſub certis fi‘nibus, modis, vel conditionibus exhibendis. Data *Viterbii* IV. kal. *Jan.* pon‘tificatus noſtri anno IV. ‘Quocirca diſcretionem veſtram, qua fungimur in hac parte Domini papæ auctoritate, requirimus, præſentium vobis tenore mandantes, quatenus à ſingulis Monaſteriis, Eccleſiis, domibus, & locis Eccleſiaſticis, veſtræ Civitatis & diœceſis Cathedrali, & aliis vobis ſubjectis, cujuſcumque ſint ordinis, ſingulas tres marcas ſterlingorum, ſervata proportionalis contributionis temperantia circa illas Eccleſias quæ integras non ſolent procurationes ſolvere vel non poſſunt, procurationibus & aliis neceſſariis noſtris ad præſens curetis vice noſtra exigere, recipere, ac nobis ſine moræ diſpendio deſtinare, per quem, ſicut & quando, dilectus ſocius noſter magiſter *Reignaldus* de *ponte corvo*, quem ad hoc mittimus, duxerit ordinandum; contradictores & rebelles per excommunicationem in perſonas & interdictum in Eccleſias vice noſtra corrigendo. Alioquin cum neceſſitas cauſæ & anguſtia temporis non patiantur vobis in differenda coercione deferri, in perſonas veſtras ſuſpenſionis & in Eccleſiam *Coventrenſem* & *Lichfeldenſem* interdicti ſententias ſcriptis præſentibus promulgamus. ‘Data *Londoniarum* kal. *Aprilis*. Hoc igitur mandatum nobis directum ‘diligenter exequi ſtudeatis, ac pecuniam quam nos à Religioſis prædictis ‘recipere contigerit, per vos aut officialem veſtrum nobis aut officiali no‘ſtro *Lich.* infra quindenam poſt feſtum ſanctæ *Trinitatis* aſſignare curetis, ‘abſque ulteriore moræ diſpendio. Data apud *Londonias* VI. kal. *Maii*, pon‘tificatus noſtri anno primo.

Idem magiſter *Arlotus* literas conſimiles Archiepiſcopis & totius Regni ſuffraganeis deſtinavit. Propter quod dominus Archiepiſcopus *Cantuarienſis* apud *Mertonam* certo die aſſignato, ſicut anno præcedenti, ſuffraganeorum ſuorum & Prælatorum fecit Convocationem.

Litera de Convocatione apud Merton.

‘*Rogerus* Dei gratia *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* Epiſcopus dilecto filio ‘Archidiacono *Staffordiæ* ſalutem, gratiam, & benedictionem. Mandatum ‘venerabilis patris *B.* Dei gratia *Cantuarienſis* Archiepiſcopi, totius *Angliæ* ‘Primatis, recepimus in hæc verba: *B.* permiſſione Divina *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, venerabili in Chriſto fratri Dei gratia *Coventrenſi* & *Lichfeldenſi* Epiſcopo, ſalutem, & fraternæ dilectionis in Domino ſemper augmentum. Cum propter Eccleſiæ *Anglicanæ* eventus & cauſas, quas fraternitatem veſtram ignorare non convenit, fratrum noſtrorum congregationem videamus oportunam; devotionem veſtram rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, ſub obedientiæ debito firmiter injungentes quatenus die *Jovis* proxima ante inſtans feſtum S. *Barnabæ* Apoſtoli apud *Mertonam* curetis veſtram præſentiam exhibere, qualibet occaſione ceſſante; ut in hac urgenti neceſſitate, Eccleſia noſtro regimini commiſſa, per vos & alios fratres noſtros gratum habeat providi conſilii fulcimentum. Vocetis etiam decanos Cathedralium ac aliarum Eccleſiarum,

necnon

necnon etiam Abbates, Priores, majores, inſuper & Archidiaconos veſtræ dioeceſis univerſos, ut cum literis ſuorum ſubditorum procuratoriis loco & die antedictis compareant, ut quod communi deliberatione proviſum fuerit, ex membrorum cohærentia firmius roboretur. Data apud *Lambhedam* XIII. kal. *Maii* anno Domini M. CC. LVIII. 'Hoc igitur mandatum vice noſtra diligentius exequamini, ac nihilominus vos ipſi comparеatis dictis die & loco cum literis procuratoriis cleri totius Archidiaconatus veſtri, ut veſtri præſentia firmius roboretur, quod ad utilitatem Eccleſiæ *Anglicanæ* de conſilio & aſſenſu veſtro contigerit provideri. Data 'VI. kal. *Maii*, pontificatus noſtri anno primo.

1258. *Alex. 4. P.*

Congregatis igitur prædicto die apud Merton in præſentia Domini *B. Cantuarienſis* Archiepiſcopi ſuis ſuffraganeis & Prælatis Regni clero, ſuper reformatione ſtatus *Anglicanæ* Eccleſiæ & emendatione proviſi ſunt iſti articuli ſubſequentes.

[a] *Articuli proviſi apud* Merton.

'Tria ſunt genera articulorum de quibus agitur in præſenti. Sunt enim 'quidam articuli, in quibus Prælati nullo modo diſſimulare poſſunt. Sunt 'alii, in quibus poſſunt indicio caritatis, non perturbatione infirmitatis, 'diſſimulare. Sunt & alii, in quibus diſſimulare poſſunt, ſine diſcrimine 'ſalutis æternæ, & periculo animarum.'

'Articuli qui diſſimulari non poſſunt, abſque interitu ſalutis æternæ, a'nimarumque periculo, & ſubverſione Eccleſiaſticæ libertatis, ac Eccleſia'ſticarum perſonarum præjudicio manifeſto.

'Cum Eccleſia *Anglicana* non ſolum contra jura Divina & ſtatuta Ca'nonica, ſed etiam contra libertates à Regibus, Principibus, & aliis Regni 'magnatibus ſibi conceſſas, auſibus ſacrilegis, novis irruptionibus, diris 'concuſſionibus, & oppreſſionibus nefariis multipliciter attrita ſit; & hoc 'abſque perpetuo animarum periculo Prælatorum, Domini Regis, & ali'orum Regni magnatum, ſub diſſimulationis ſilentio nequaquam valeat 'ulterius pertranſiri: de unanimi aſſenſu & conſilio Prælatorum, Religio'ſorum, & totius Cleri Eccleſiæ memoratæ ſalubriter eſt proviſum, ut ma'chinis ſecularium poteſtatum, ſalutis moenia laborantis Eccleſiæ di'lapſa, inflexibili reparentur inſtantia per ſtatutorum remedia quæ ſe'quuntur.

'Quia igitur ſæpe contingit Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios prælatos 'inferiores, per literas Domini Regis ad ſeculare judicium evocari, ut ibi 'reſpondeant ſuper his quæ mere ad ipſorum officia & forum Eccleſiaſti'cum pertinere noſcuntur; ut ſi forte clericos ad Eccleſias & capellas va'cantes ſeu non vacantes admiſerint vel non admiſerint, rectores inſtitue'rint in eiſdem, ſuos ſubditos excommunicaverint, excommunicatos de'nunciaverint, interdixerint, Eccleſias dedicaverint, ordines celebrave'rint, de cauſis mere ſpiritualibus cognoverint, ut puta de decimis, obla'tionibus, limitibus parochiarum, & ſimilibus, quæ non poſſunt ad ſeculare 'forum aliquatenus pertinere: ſeu etiam cognoverint de peccatis & ex'ceſſibus ſubditorum, ſicut de perjurio, fidei tranſgreſſione, ſacrilegio, vio'latione ac perturbatione Eccleſiaſticæ libertatis, præſertim cum ipſius vi'olatores, necnon & libertatum per chartas domini Regis Eccleſiæ con'ceſſarum, in ſententiam excommunicationis [b] incidanter ipſo facto: & 'ſi inter clericos ſuos cognoſcant, vel inter laicos conquerentes & clericos 'defendentes, in perſonalibus actionibus ſuper contractibus vel debitis: ſi 'perſonas Eccleſiaſticas ad mandatum domini Regis in foro ſeculari a'merciatos non compulerint ad amerciamenta hujuſmodi exſolvenda, ſeu

Epiſcop. Juriſdictio imped.

a v. M. Par. Addit. p. 204. *b* Incidant.

1258. Henr. 3. R.

‘ipſa non ſolverint pro eiſdem: ſi juriſdictionem ſuam in Eccleſiis & ca-
‘pellis Epiſcopatibus ſeu Monaſteriis annexis, per mortem prælatorum aut
‘ceſſionem vacantibus, exercuerint canonicam & conſuetam; & ſi qua alia
‘his ſimilia fecerint, vel non fecerint, pertinentia ad officia ordinario-
‘rum: Providemus quod dicti Archiepiſcopi, Epiſcopi, & ceteri prælati
‘non veniant taliter evocati, * ſed cum honore deferatur; & majores Prælati
‘domino Regi ſcribant, quod hujuſmodi mandatis Regiis parere non poſ-
‘ſunt, abſque ſubverſione Eccleſiaſticæ libertatis, & ad hoc ideo non te-
‘nentur: eidem nihilominus literas exhortatorias dirigendo, ut animæ
‘ſuæ ſaluti conſulendo, ab hujuſmodi mandatis ulterius deſiſtat. Et ſi do-
‘minus Rex, hujuſmodi ſpretis exhortationibus, ad attachiationes vel di-
‘ſtrictiones proceſſerit eorundem; tunc Vicecomites & alii quicumque bal-
‘livi ipſos attachiantes & diſtringentes, per eoſdem attachiatos & diſtri-
‘ctos in forma juris excommunicentur, & loca in quibus commorantur, &
‘terræ eorum quas habent in Regno *Angliæ*, per locorum Diœceſanos, ad
‘denunciationem attachiati & diſtricti, [a] judicio Eccleſiaſtico ſupponan-
‘tur. Et ſi clerici fuerint beneficiati, ſuis beneficiis priventur: non bene-
‘ficiati, per quinquennium ad beneficium Eccleſiaſticum, ſi forte præſen-
‘tati fuerint, minime admittantur. Clerici autem qui hujuſmodi brevia
‘attachiationum ſeu diſtrictionum dictaverint, ſcripſerint, ſignaverint,
‘conſilium & auxilium adhibuerint, ſolemniter excommunicentur, & ex-
‘communicati denuncientur; nec aliqui de præmiſſis certa ratione ſuſpe-
‘cti, ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, donec ſe ſuper his canonice
‘purgaverint, admittantur. Et ſi dominus Rex monitus hujuſmodi di-
‘ſtrictiones non revocaverit; Epiſcopus qui diſtrictus fuerit, terras, villas
‘dominicas, & caſtra quæ Rex habet in ſuo Epiſcopatu, Eccleſiaſtico ſup-
‘ponat interdicto. Et ſi Rex in ſua duritia perſeverat, ceteri Coepiſcopi
‘diſtrictiones unius quaſi communem omnium, & etiam communem in-
‘juriam Eccleſiæ reputantes, civitates, terras dominicas, burgos, caſtra &
‘villas ipſius Regis in ſuis Epiſcopatibus conſiſtentes ſimili ſupponant in-
‘terdicto. [b] Si vero ſic infra xx. dies poſtmodum, attachiationes & di-
‘ſtrictiones hujuſmodi [c] non revocaverit, aut ab hoc manum contra Ec-
‘cleſiam aggravaverit; ſinguli [d] Archidiaconi & Epiſcopi ſuas diœceſes
‘Eccleſiaſtico ſupponant interdicto. Et ſi aliquis Epiſcoporum in hac
‘parte inventus fuerit negligens & remiſſus, per ſuum metropolitanum
‘graviter arguatur; & ſi perſeveraverit in negligentia, canonice punia-
‘tur per eundem; & nihilominus ſua diœceſis [e] omnium Prælatorum & ſua
‘auctoritate & conſenſu in præſenti ordinatione adhibitis Eccleſiaſtico ſub-
‘jaceat Interdicto.

Clerici intruſi.

‘Ad hæc, quia frequenter accidat quod nonnulli clerici per laicam po-
‘teſtatem Eccleſias occupant parochiales & præbendales, etiam curam
‘animarum habentes, & in eis abſque auctoritate Eccleſiaſtica intrudan-
‘tur: Providemus quod clericus per ſe ſic intruſus forma juris ſervata ana-
‘themate feriatur, & talis per loci diœceſanum publice denuncietur, &
‘illo beneficio careat imperpetuum ipſo facto. Et ſi ſic in ſua pertinacia
‘per duos menſes perſtiterit, per locorum diœceſanos, ubi habet alia be-
‘neficia Eccleſiaſtica, ad denunciationem Epiſcopi illius in cujus diœceſi
‘ſe intruſit, cujuſque monitionem per dictum tempus contemſit, proven-
‘tus illorum beneficiorum quouſque congrue ſatisfecerit, eidem ſubtra-
‘hantur. Et ſi per annum idem intruſus in hujuſmodi excommunicatio-
‘nis ſententia perſeveraverit, ex tunc ad aliquod beneficium in Regno
‘*Angliæ* minime admittatur. Si vero per procuratorem clericum fuerit
‘intruſus, contra eundem procuratorem modo ſimili procedatur, & pœnis
‘ſubjaceat ſupradictis. Si vero procurator talis laicus fuerit, in forma juris

* Ut cum. *a* Interdicto. *b* Et ſi nec ſic, M. P. *c* Deeſt non in MS. ut & in M. Par. *d* Archiepiſcopi. *e* Omni.

‘excom-

‘excommunicetur, & talis publice nuncietur. Dominus autem abſens ci- 1256, 7.
‘tetur, qui ſi comparens ratificaverit factum cujuſcumque procuratoris *Alex.* 4. *P.*
‘ſui in hac parte, pœnis ſubjaceat ſupradictis. Si vero per contumaciam
‘abſentat ſe, poſt ſpatium trium menſium exſpectatus, ſi ſit in Regno,
‘majoris excommunicationis ſententiam innodetur, & inſuper pœnas in-
‘currat prætaxatas: maxime cum ſacrilegio adjecerit contemtum. Si
‘vero fuerit extra Regnum, contra ipſum vocatum poſt dilationes tranſ-
‘marinas, ſimili forma procedatur. Eccleſiæ etiam vel præbendæ [a] in
‘quibus ſit intruſus, interdicto Eccleſiaſtico ſupponantur. Auctores au-
‘tem & coadjutores hujuſmodi intruſionis, ſi clerici fuerint, præfatas pœ-
‘nas clericis impoſitas incurrant: ſi laici, pœnas perferant contra laicos
‘ſuperius annotatas. Loca vero & terræ hujuſmodi intrudentium, ſi in-
‘fra unum menſem non ſatisfecerint, Eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto.
‘Si vero hujuſmodi intruſiones factæ fuerint ex Regia poteſtate, monea-
‘tur dominus Rex per loci diœceſanum, quod eas faciat infra competens
‘tempus revocari: Alioquin terra & loca quæ idem Rex habuerit in illa
‘diœceſi in qua fuerit intruſio, Eccleſiaſtico interdicto ſupponantur. Si
‘vero per alium Magnatem vel potentem fiat talis intruſio, per ſuſpenſi-
‘onis & excommunicationis ſententias, ut ſuperius, arceatur. Et ſi infra
‘duos menſes factum hujuſmodi non correxerit, terræ & loca quæ obti-
‘net in illa diœceſi, per diœceſanum loci interdicto Eccleſiaſtico ſup-
‘ponantur.

‘Præterea, cum excommunicati, & de mandato prælatorum ſecundum *Excommuni-*
‘conſuetudinem capti, & carceri mancipati, aliquando per Regem, & *cati liberati.*
‘quandoque per Vicecomitem, alioſque ballivos, ſine conſenſu Prælato-
‘rum, & ſatisfactione congrua, liberentur; plerumque etiam hujuſmodi
‘excommunicati non capiantur, neque de ipſis capiendis literæ Regiæ
‘concedantur: nonnunquam etiam dicti Rex & ballivi ſui cum hujuſ-
‘modi excommunicatis & denunciatis publice communicent, claves Ec-
‘cleſiæ contemnendo, in ſubverſionem Eccleſiaſticæ libertatis: provide-
‘mus, quod excommunicati & ſic capti, & taliter exeuntes, ad majorem
‘ſui deteſtationem publice & ſolemniter, pulſatis campanis, accenſis can-
‘delis, excommunicentur, & denuncientur excommunicati, in locis ubi
‘ordinariis locorum eorum videbitur expedire. Vicecomites autem &
‘alii ballivi qui eos liberaverint, non prælati præſtita ſatisfactione Eccle-
‘ſiæ vel emenda, publice excommunicentur anathemate, & excommu-
‘nicati ſolemniter denuncientur. Si tamen de mandato Regio ad hoc
‘proceſſerint, mitius cum eis arbitrio ordinarii agatur. Clerici qui hu-
‘juſmodi brevia dictaverint, ſcripſerint, ſignaverint, conſilium & auxi-
‘lium adhibuerint, puniantur ſicut ſuperius in primo remedio plenius
‘continetur. Moneatur Dominus Rex, quod hujuſmodi exceſſus corri-
‘gat, & à talibus deſiſtat mandatis. Et ſi Dominus Rex monitionibus
‘non paruerit, locus in quo captus detinebatur, interdicto Eccleſiaſtico
‘ſupponatur. Et ſi denegetur litera conſueta de excommunicato capien-
‘do, moneatur Rex per prælatum qui ſuper hoc deſcripſit, quod eam con-
‘cedat & faciat pertranſire. Quod ſi non fecerit; civitates, caſtra, burgi
‘& villæ quas habet in diœceſi ſic ſcribentis, per ipſum ſcribentem in-
‘terdicto Eccleſiaſtico ſupponentur. Contra communicantes quoque
‘cum excommunicatis procedatur ſecundum cenſuram Eccleſiaſticam.

‘Clerici quoque, ſine [b] delicto perſonarum, quamquam in furto depre- *Clerici falſò*
‘henſi non fuerint, tanquam facinoroſi, vel ſuſpecti de crimine, ſeu fo- *accuſati.*
‘reſta, capiuntur & in carcere detinentur, nec redduntur ordinario ſe-
‘cundum canones libere judicandi. Et ſi clerici quibus crimina impo-
‘nuntur, coram judicibus ſecularibus vocati non comparuerint, [c] forbani-

[a] In qua ſit intruſio. [b] Delectu. [c] Fornabiuntur, M. Par.

‘untur

1258. 'untur à Regno. Quare providemus, quod ſi clerici ſic capti, noti fue-
Henric. 3. R. 'rint & honeſti, capientes ipſos, & etiam detinentes, in forma juris ſo-'lemniter excommunicentur per locorum ordinarios, & excommunicati 'denuncientur. Loca etiam in quibus fuerint detenti, & terræ capienti-'um eos, & detinentium, Eccleſiaſtico interdicto ſupponantur, donec eoſ-'dem dimiſerint & libere abire permiſerint, ac alias ſuper hoc ſatisfece-'rint competenter. Illi etiam qui eis talia falſa crimina impoſuerint, 'ſeu malitioſe, propter quæ capti fuerint & detenti, excommunicen-'tur & excommunicati publice denuncientur, uſque ad ſatisfactionem 'condignam.

Clerici vagi. 'Clerici quoque vagi & ignoti, capti & detenti, ſi in poſſeſſione clerica-'tus fuerint inventi, per locorum ordinarios requirentur libere per Eccle-'ſiam judicandi; & ſi denegentur, punientur ut ſuperius detentores; & ſi 'tradentur, non expectatis juſticiariis quibuſcumque. Et ſi juſtitiarii, eiſ-'dem clericis coram eis non exhibitis, Epiſcopum contemnent in pœna '[a] peculiari, pœnæ ſuperiores in ipſos Juſtitiarios, prout clerici fuerint ſive 'laici, proferantur. Clerici autem Domino Regis, vel quicumque alii 'qui excommunicationem hujuſmodi proſequuntur, dictando, ſcribendo, 'ſigillando, Vicecomiti vel aliis ballivis hujuſmodi mandata dirigendo, 'pœnis ſubjaceant in clericos ſuperius promulgatis.

'Clericus tamen ſuper tranſgreſſione foreſtæ coram ſuo ordinario cano-'nice convictus, domino Regi, vel alio damnum & injuriam paſſo, per 'eundem Ordinarium ſatisfacere compellatur; & alias arbitrio ordinarii 'ſui canonica pœna puniatur.

'Si vero clerici canonice ſe purgaverint ſuper ſibi impoſitis ac objectis, '& laica poteſtas nihilominus bona detineat eorundem; [b] Imponentes, & 'detentes bona hujuſmodi clericorum, per ſæpedictam cenſuram Eccleſia-'ſticam compeſcantur. Quod ſi ſic capti, malitioſe tempore intermedio 'abraſi fuerint ſeu ſuſpenſi, abradentes ſeu etiam ſuſpendentes, conſilium '& auxilium impendentes, pœnis ſubjaceant ſupradictis. Forbaniantes 'quoque pœnis ſimilibus percellantur.

'Sane cum nulli clerici ad invicem & plerumque cum clericis contra-'hentes, ipſos contractus fidei datione vallent, aut corporaliter præſtito 'ſacramento; qui ſuper fidei aut ſacramenti præſtiti religione contemta, 'coram judice Eccleſiaſtico conventi, Regiam prohibitionem impetrave-
Prohibitiones. 'rint, ut ſuper perjurio & fidei læſione examen Eccleſiaſtici judicis ſic de-'clinent: Providemus, quod ſi laicus fuerit impetrator, per excommuni-'cationis ſententiam ut ſuperius arceatur. Quod ſi nec ſic deſtiterit, & 'poſſeſſor immobilium exiſtat, terra ſua ſupponatur Eccleſiaſtico interdi-'cto: ſi autem immobilia non habeat, mercenarii ſui & non neceſſariæ 'perſonæ moneantur, quod infra VIII. dies ab eo recedant: alioquin con-'ſimilis feratur excommunicationis ſententia in eoſdem.

'Si autem reus clericus fuerit vel Religioſus, [b] exercentur pœnæ cano-'nicæ contra eos; & ſi clericus reus in ſua pertinacia perduraverit, pro-'cedatur contra eum ſecundum pœnas ſuperius contra pertinaces clericos 'annotatas.

'Si autem actor laicus ſit, trahens laicum feodum, [c] per corpus vel per 'laicum feodum ſuum diſtringatur: contra diſtringentes omnes proceda-'tur, prout clerici fuerint vel laici, per pœnas quæ contra eos ſuperius ſta-tuuntur.

'Et ſi actor timore Regiæ prohibitionis ſe ſubtraxerit, ne peccata mane-'ant impunita, judex ex officio ſuo procedat, prout viderit expedire. Si au-'dem judex habens laicum feodum diſtringatur, contra diſtringentes proce-'datur, & dominum Regem, ut ſuperius annotatur. Et ſi non habet laicum

a Pecuniaria. *b* Occupantes & detin. *c* Exerceantur. *d* Et per corpus & feodum.

'feodum,

'feodum, Epiſcopus non exhibeat eum. Et ſi diſtringatur Epiſcopus, pro- 1258.
'cedatur contra dominum Regem, & diſtringatur ut ſuperius expreſ- *Alex. 4. P.*
'ſum eſt.

'Et hoc idem in conſimilibus prohibitionibus obſervetur. Idem fiat & 'ſi [a] tertius veniat ex tranſverſo, & porrigat ſeu porrigi faciat prohibitio-'nem talem, dum tamen ille eam verbo vel facto ratificat, pro quo apparu-'erit impetrata.

Prælati. 'Cum inſuper Prælati Eccleſiaſtici ex officii ſui debito inquirant de mo-'rum diſciplina, peccatis & exceſſibus ſubditorum; quia Rex, magnates, '& alii potentes ſeculares, ipſorum officia impediunt in præmiſſis laicis 'ſibi ſubditis inhibendo ne ad mandatum ipſorum Prælatorum de veritate 'dicenda ſubeant juramentum: & quia iidem non permittunt dictos præ-'latos, ſubjectos ſuos in cauſis ſeu negotiis Eccleſiaſticis corporaliter, ſeu 'pecunialiter, ſeu alias canonice punire, ſecundum perſonarum & deli-'ctorum qualitatem: providemus, quod laici ad præſtandum hujuſmodi 'juramenta, & ad ſolvendum quaſlibet pœnas per prælatos ſuos canonice 'inflictas, nihilominus præciſe per excommunicationis ſententiam compel-'lantur. Impedientes vero ne hujuſmodi juramenta præſtentur, aut pœnæ 'exſolvantur, per interdicti & excommunicationis ſententias prædictas ar-'tius compeſcantur. Et ſi per hoc ad diſtrictionem proceſſum fuerit præ-'latorum, contra diſtringentes, ſicut dictum eſt ſuperius, procedatur.

Judæi. 'Et quia modo conſimili prælatorum officium impeditur, cum contin-'gat quod *Judæus* delinquens in rebus Eccleſiaſticis & perſonis, ſuper his 'conventus fuerit coram ipſis, & ſuper aliis quæ ad forum Eccleſiaſticum 'pertinent: providemus quod *Judæus* per interdictum commercii, contra-'ctuum, & communionis fidelium, ad reſpondendum in his caſibus nihi-'lominus compellatur. Inhibentes quoque, impeditores, & diſtringentes, 'pœnas interdicti & excommunicationis incurrant.

Ad Eccleſiæ immunitatem confugientes. 'Porro quoniam ad immunitatem Eccleſiæ confugientibus tam arta 'ibi imponitur cuſtodia laicorum, quod vix eis in alimentis poterit ſubve-'niri; aliquando iidem confugientes, ab Eccleſiis, cœmiteriis, viis publi-'cis, poſt terræ abjurationem ſecundum Regni conſuetudinem, violenter 'extrahuntur, & ſic extracti ſcelerate in præjudicium immunitatis Eccle-'ſiaſticæ occiduntur: providemus, quod qui hujuſmodi alimenta impe-'diunt miniſtrari, per diſcretionem ordinarii pœna excommunicationis 'diſtrictius arceantur. Extrahentes autem eos ab Eccleſia, vel cœmiterio, 'ſeu via publica per inſidias poſt abjurationem terræ, vel taliter extractas 'occidentes cum ſub Eccleſiæ protectione conſiſtant, omnibus pœnis ſa-'crilegii percellantur. In Eccleſia autem vel cœmiterio non fiat cuſtodia 'confugientium ad Eccleſiam. Et ſi fiat, cuſtodes in forma juris, diſtrictio-'ris excommunicationis ſententia compeſcantur.

Eccleſ. Bona & Libertates. 'Rurſus, Multotiens invadunt aliqui bona Eccleſiaſtica, & perturbant 'ac infringunt Eccleſiaſticas libertates unde providemus, quod malefa-'ctores hujuſmodi ac ſacrilegi, excommunicati per locorum ordinarios 'nuncientur. Et ſi in ſua pertinacia per unum menſem perſeveraverint, 'tunc terræ ſuæ & loca in quibus morantur, Eccleſiaſtico ſupponantur in-'terdicto; & neutra relaxetur ſententia, donec de damnis aut injuriis 'ſatisfecerint competenter. Et ſi quis Eccleſiam poſſeſſionibus aut liber-'tatibus ſuis ſpoliaverit, pœnis ſubjaceat ſupradictis, & in ipſum uſque ad 'plenam reſtitutionem & ſatisfactionem condignam, in forma juris ex-'communicationis ſententia ſolemniter proferatur. Et ſi iidem ſacrilegi 'faciant judices aut Prælatos propter hoc attachiari aut diſtringi, tam 'ipſi quam diſtringentes, pœnas in attachiatores & diſtrictores editas per-'ferant ſæpedictas.

[a] Tertius nuncius.

1258. ‘Ad hæc, Cum contingat quod domicilia & hoſpitia cleſicorum ſuis
Henric. 3. R. ‘ſervientibus occupentur, bonaque ipſorum clericorum ibidem inventa
Clericorum Bona. ‘per ſacrilegos hujuſmodi conſumentur, reclamantes & renitentes con-
‘vitiis afficiantur, verberibus affligantur, & alias viliter pertractentur.
‘Et [a] quæcunque etiam carectæ & equitaturæ dominicæ prælatorum,
‘Religioſorum, aut clericorum, in itinere publico, in mercatis, & alibi
‘etiam in ſanctuariis, capiantur, & abducantur violenter, ad dictorum
‘magnatum recommercia & victualia tranſvehenda: Providemus, quod
‘hujuſmodi violenti & ſacrilegi, in forma juris excommunicentur, & ſo-
‘lemniter excommunicati denuncientur, donec ablata & abducta reſti-
‘tuerunt, & de illatis injuriis ſatisfecerint competenter.

‘Compelluntur etiam clerici & Religioſi, res ſuas quas habent licite
‘venales, ad pretium Domini Regis ſibi & ſuis miniſtris vendere, & in-
‘viti tradere pretio non ſoluto: unde providemus, quod taliter compe-
‘tentes, cogantur per ſententiam excommunicationis, juſtum pretium
‘ſupplere, vel rem reſtituere ſic extortam, & nihilominus de commiſſo ſa-
‘crilegio ſatisfacere prout decet.

Eccleſiæ vacantes. ‘Domino inſuper Rege Eccleſiarum Cathedralium vel Conventualium
‘vacantium cuſtodiam obtinente, bona earundem Eccleſiarum per balli-
‘vos ſuos diſſipat & conſumit non ſolum contra libertates Eccleſiæ, ſed
‘contra jura Eccleſiaſtica & chartam ſuam communium libertatum: pro-
‘pter quod providemus, quod Eccleſiaſticus judex loci, dictos ſacrilegos
‘per excommunicationis ſententiam coerceat, uſque ad ſatisfactionem
‘condignam: & ſi Rex prohibuerit, non parcatur eidem. Et ſi attachi-
‘ationes & diſtrictiones intervenerint, ad remedia contra attachiatores
‘& diſtringentes ſuperius præmiſſa, habeatur recurſus.

Epiſcoporum Procuratores. ‘Archiepiſcopi utique & Epiſcopi, ratione patrimonii Eccleſiaſtici, per
‘commmunem ſummonitionem coram juſticiariis itinerantibus evocati,
‘per attornatos ſeu procuratores ſuos literatorie conſtitutos, contra liber-
‘tatem & conſuetudinem Eccleſiæ, minime admittuntur: ſupplicandum
‘eſt ergo domino Regi, ut ſuſtineat, quod per literas procuratorias ad-
‘mittantur procuratores ſeu attornati eorundem; & juſticiarii monean-
‘tur quod tales cum literis competentibus admittant attornatos. Si vero
‘ſic non admittantur, & quia perſonaliter non venerit Prælatus, con-
‘demnetur, & poſtmodum diſtringatur: Providemus, quod, procedatur
‘contra attachiantes & diſtringentes prout ſuperius eſt expreſſum.

Quo waranto. ‘Prælati etiam & clerici venire coram magiſtratibus ſecularibus diſtrin-
‘guntur, oſtenſuri quo jure aut quo waranto utuntur libertatibus, quibus
‘à longe retro temporibus ipſi ſeu prædeceſſores ſui uſi ſunt pacifice, no-
‘mine Eccleſiarum ſuarum; alioquin impediuntur uti libertatibus prædi-
‘ctis: providemus, quod ſic vocati, de jure aut waranto ſuo non reſpon-
‘deant; & ſi ſuper hoc diſtringantur, vel alias condemnentur, proceda-
‘tur contra condemnantes & diſtringentes ut ſuperius annotatur. Et ſi
‘retineatur Prælatus, Archiepiſcopus cum Epiſcopis requirat eum, & pu-
‘niat detentores. Et ſi libere non dimittatur, ad interdicta, ut ſuperius,
‘procedatur.

Poſſeſſiones & Libertates per Chartas conceſſ. ‘Aliquando quidem Eccleſiis & Prælatis Principes & alii *Chriſti* fideles
‘poſſeſſiones & libertates dant & concedunt per ſuas chartas, in quibus hu-
‘juſmodi clauſula vel ſimilis continetur. *Omnia quæ ad me vel hæredes meos*
de tali *feodo vel poſſeſſione pertinent, vel poterunt pertinere,* tali *eidem* [b] *vel*
Monaſterio, ac eorum Prælatis & miniſtris, ſine aliquo retinemento do, con-
cedo & præſenti charta confirmo. ‘Si poſtmodum ſuper aliquo articulo
‘de pertinentiis, qui in charta ipſa non fuerit ſpecialiter expreſſus, in in-

a Quandoque. *b* [Eccleſiæ vel] Monaſterio.

‘dicio

'dicio ſeculari contentio moveatur, dicunt judices ſeculares; chartam 1258.
'illam eſſe vacuam & inanem, eo quod nominatim articulus ille non ex- *Alex.* 4. P.
'primitur in eadem: & ſic hoc verbum *Omnia*, ſecundum eos, nihil con-
'tinet niſi quod fuerit ſpecialiter expreſſum: & ſi articulus libertatum contentioſus in charta ſpecialiter exprimatur, dicunt iidem judices, Chartam ipſam eſſe vacuam & invalidam, ſi Eccleſia vel Monaſterium uſa non fuerit hujuſmodi libertate. Providemus, quod juſtitiarii & alii judices ſeculares, Eccleſiaſticos vel loca religioſa, perverſa interpretatione hujuſmodi, ſuis poſſeſſionibus ſeu libertatibus defraudantes, moneantur per locorum ordinarios in quibus talia judicia exercentur, quod ſub talis interpretationis velamento, poſſeſſiones, libertates, & jura Eccleſiaſtica perturbare ſeu intervertere non præſumant; quod ſi monitionibus non adquieverint eorundem, per excommunicationis & interdicti ſententias, dictorum juſtitiariorum & judicum, prout clerici fuerint vel laici, iniquitas per formam ſuperius annotatam [a] exprimatur.

'Licet etiam [b] dominus Rex, magnates, aliique Chriſti fideles, terras, poſſeſſiones, in liberam puram & perpetuam eleemoſynam, Eccleſiis & viris Eccleſiaſticis pie duxerint conferandas; nihilominus [c] tamen ipſi ac ſui ballivi compellunt hujuſmodi perſonas Eccleſiaſticas pro dictis terris [d] de poſſeſſionibus ſectam facere ad ſuam curiam laicalem, contra donationis formam, & officium pietatis, & jura Eccleſiarum, & poſſeſſiones quibus uſi ſunt à longis & antiquis temporibus retroactis perturbantes, niſi de conceſſionibus originalibus, & chartis ſuis, forte vetuſtate vel alio modo deperditis vel conſumtis, fidem fecerint coram eis: providemus, quod ſi diſtrictio fiat pro hujuſmodi ſectis, à donatoribus & fundatoribus, ſive eorum hæredibus, vel aliis eorum ſucceſſoribus ſuccedentibus qualitercumque; per cenſuras præmiſſas Eccleſiaſticas penitus reprimentur: Si vero à capitalibus Dominis fiat diſtrictio pro dicta ſecta, quam Eccleſia vel Monaſterium ante facere non ſolebat; compellentes & diſtringentes modo ſimili arceantur.

'Quandoque etiam laicis indeteſtatis decedentibus, domini feodorum *Indeteſtatorum bona.* non permittunt ipſorum debita ſolvi de bonis mobilibus eorundem, nec in uſus liberorum ſuorum & parentum, vel alias per diſpoſitionem ordinariorum pie diſtribui pro defunctis: providemus, quod Domini & eorum ballivi ut à talibus impedimentis deſiſtant, moneantur, & monitionibus non parentes, ſaltem pro illa portione quæ defunctum contingit, per excommunicationis ſententiam compeſcantur. Eodem modo procedatur contra eos, qui adſcriptorum, & aliorum ſervilis conditionis teſtamenta impediunt, contra conſuetudinem *Anglicanæ* Eccleſiæ hactenus approbatam.

'Prædicta denique remedia tam ad præſentia quam ad futura gravamina ſe extendunt; præſertim à tempore excommunicationis, de conſenſu Regis & magnatum Regni, *Londini* per Prælatos ſolemniter promulgatæ in tranſgreſſores chartæ communium libertatum.

'Archiepiſcopi & Epiſcopi, de conſenſu & approbatione inferiorum prælatorum, Capitulorum Cathedralium & Conventualium, necnon univerſitatis totius cleri *Angliæ*, pro reformatione ſtatus Eccleſiæ *Anglicanæ*, & reparatione Eccleſiaſticæ libertatis, hæc prædicta communiter & concorditer providerunt.

a Reprimatur. *b* Clemens. *c* Cum Vicecomites ac ſui. *d* [&] poſſ.

1258.
Henric. 3. R.

Iſti articuli per dominum Robertum *quondam* Lincolnienſem *Epiſcopum fuerunt confecti ſuper gravaminibus prænotatis contra libertates Eccleſiæ per dominum Regem in Regno* Angliæ *factis.*

'Cum ſecundum ſcripturam ſanctam, & canonicas ſanctiones, ſacerdo-'tium ſit majus & dignius Regno, & poteſtas ſacerdotalis & Eccleſiaſtica 'omni poteſtate ſeculari; nec poſſit inferior judicare ſuperiorem, ſed è 'converſo: dominus tamen Rex vocat ad ſuum forum Eccleſiaſticas per-'ſonas ſuper actionibus earum perſonalibus reſponſuras, judicium ſuſce-'pturas, & in ſuo foro abſolvit vel condemnat; ſic contra legem Divinam '& naturalem, caput convertens in caudam.

'Item, Compellit Epiſcopos per ſuas Baronias, ut ipſi compellant Ec-'cleſiaſticas perſonas comparere in ſuo foro, ſuper perſonalibus actionibus 'reſponſuras, & judicium ibidem ſuſcepturas.

'Item, Ipſos Epiſcopos vocat plerumque ut compareant in ſuo foro, re-'ſponſuri & judicium ſuſcepturi ſuper actionibus eorum perſonalibus ſpi-'ritualibus, & ad officium Epiſcopale ſolum pertinentibus.

'Item, Compellit Epiſcopos per ſuas Baronias, compellere perſonas 'Eccleſiaſticas ſolvere ei amerciamenta adjudicata in curia ſua pro tranſ-'greſſionibus perſonalibus. Quæ omnia, cum poteſtas Eccleſiaſtica in-'comparabiliter ſit dignior poteſtate ſeculari, & per hoc à ſeculari judicio 'exemta, in Eccleſiaſticæ libertatis & dignitatis vergunt præjudicium & 'detrimentum.

'Item, Dum à Regia dignitate & libera voluntate conceſſa ſit Epi-'ſcopis libera teſtamentorum conditio, & ſacrilegium ſit, quod ſemel 'Eccleſiæ conceſſum, illud in poſterum perturbare; ultimaque volun-'tate nihil debet eſſe liberius, quietius, imperturbatius; dominus tamen 'Rex plerumque non permittit executores teſtamentorum Epiſcoporum 'habere liberam adminiſtrationem bonorum ipſorum.

'Item, Cum nomen cuſtodiæ ſonet in conſervationem à detrimento & 'omni læſione, Dominus tamen Rex cum ſedes Epiſcopales & domus re-'ligioſæ vacantes ſint in ſua cuſtodia, bona eorum enormiter minuit, & 'pauperes tenentes importabilibus gravat tallagiis.

'Item, ſub colore prohibitionis placiti in curia Chriſtianitatis, de pe-'cunia, niſi ſit de teſtamento, vel matrimonio, impedit & perturbat pro-'ceſſum in foro Eccleſiaſtico ſuper fidei læſione, perjurio, decimis, & pecu-'nia expetita tanquam debita à perſona Eccleſiaſtica, in magnum anima-'rum detrimentum.

'Item, Cum Epiſcopi, Archidiaconi curam habeant paſtoralem, non 'ſolum cleri ſed & populi, & propter hoc, ex officio paſtorali teneantur 'viſitare, non ſolum clerum ſed & populum; nec poſſit viſitationis offici-'um rite compleri, ſine exactiſſimis Inquiſitionibus, in quibus ſæpe re-'quiritur ſacramentum eorum per quos Inquiſitio eſt facienda: dominus 'tamen Rex prohibet laicos jurare ad aliquod mandatum Epiſcoporum 'vel Archidiaconorum, & etiam Epiſcopis ipſis inhibet, ne laicos ſuos 'jurare faciant, in officii paſtoralis ſubverſionem & animarum æternam 'damnationem.

'Item, Licet præſentatio ad curas animarum, & collatio curæ paſto-'ralis, ſecundum ſacram ſcripturam & canones, debeat eſſe libera & 'nullo modo coacta, ſed ſola intentio ſalutis animarum operandæ facta: 'Dominus tamen Rex preces ſuas, quæ quantumcumque molliter ſunt 'conceptæ, ad omnes tamen habitantes infra terminos ſuæ poteſtatis ſunt 'terrificæ, & vim obtinentes precum armatarum, quia ſecundum *Augu-'ſtinum*, *Poteſtas cum petit, premit*; cogit ſæpe & multum tam præſenta-'tores,

'tatores, quam collatores, ad præſentandum & conferendum curas pa- 1258.
'ſtorales talibus, de quibus certum eſt, quod ſunt aut impotentes, aut *Alex.* 4. P
'ignorantes, aut negligentes, curam paſtoralem ſecundum Divinam or-
'dinationem peragere: in hoc, eam quæ Divina ordinatione eſt libera,
'coactam faciens & ancillam, & evidenter exiſtens animæ propriæ primo,
'& animarum pro quibus rogat ſecundo, & animarum curiæ paſtorali ſub-
'jectarum tertio truculentiſſimus occiſor.

'Item, Cum ſolius poteſtatis Epiſcopalis ſit, rectores Eccleſiarum inſti-'tuere & deſtituere, dominus Rex ad imitationem Regis *Oziæ* volentis 'vice ſacerdotis in Templo thurificare, vicem ſacerdotalem perſonas in Ec-cleſiis inſtituendo & deſtituendo ſibi aſſumit.

'Item, Licet ſicut ſcriptum eſt, Rex ſi quidem bonus eſt, non intendit 'ſibi ipſi ſed ſubditis utilia, & eos affectu paterno complectitur, & bene-'facit, & curam eorum agit ut pater filiorum: Dominus etiam Rex 'frequenter circumiens per domos religioſas, & hoſpitatur in eis earum 'ſumtibus, eas quamplurimum gravando: nec excuſat, quod ab earum 'Prælatis quandoque rogatur, quia non amor ſed timor hujuſmodi roga-'tus eſt ſtimulus.

'Item, Licet contra canonicas ſanctiones ſit, quod in foro ſeculari de-'ſcinduntur & terminantur cauſæ ſuper jure patronatus, non eſt tamen con-'tentus dominus Rex hac antiqua uſurpatione, ſed inſuper Eccleſias in 'poſſeſſione hujuſmodi cauſarum ab antiquo exiſtentes, hac ſua poſſeſſione '& libertate nititur privare.

'Item, poſſeſſiones Eccleſiæ, quibus ſecundum canones pacifice debet 'gaudere, ex ſola pacificæ poſſeſſionis longitudine, contra canonicas ſancti-'ones perturbat dominus Rex, & nititur defalcare.

'Item, Cum clerici per Regiam poteſtatem capiuntur pro crimine, vel 'ſuſpicione criminis, non liberantur Eccleſiæ, ut in foro Eccleſiaſtico ju-'dicentur, niſi per juſtitiarios itinerantes, aut per Dominum Regem 'ſpecialiter deputatos: unde cum rara ſit talium itineratio, accidit, quod 'aut clerici ſic capti diutina crucientur incarceratione ſub laicæ pote-'ſtatis cuſtodia, aut ſi ab inferiore laica poteſtate tradantur Eccleſiæ, 'cum à tali poteſtate non tradantur ſimpliciter judicandi, ſed perducen-'di ſub pœna centum librarum coram Juſticiariis proximo itineraturis, 'quod ſimiliter diutina crucientur incarceratione ſub Eccleſiaſticæ poteſta-'tis cuſtodia, vel Epiſcopus pro quolibet ſibi ttadito ſit in periculo jacturæ 'centum librarum.

'Item, Cum ad invocationem Epiſcoporum dominus Rex ſcribit Vice-'comitibus pro *excommunicatis capiendis*, ipſi Vicecomites plures explere 'hujuſmodi mandatum diſſimulant, in gravem læſionem regiminis Eccle-'ſiaſtici.

'Item, Quidam ballivi laici quorundam magnatum laicorum, com-'pellunt ſacerdotes & clericos ſuper adulteriis, & fornicationibus, & aliis 'perſonalibus actionibus, coram ipſis in curia laicali reſpondere, miſericor-'dias ab eis extorquentes.

'Item, Licet Regiæ ſit proprium dignitatis, clementia & lenitate gu-'bernare ſubjectos, ut abſque ullo terrore vitam ſilentio tranſigentes, optata 'cunctis mortalibus pace fruantur; dominus tamen Rex Chartas ſuas, pro 'Regni tranquillitate & pace Regno conceſſas, in nullo aut vix in aliquo 'articulo obſervat.

Propter hujuſmodi gravamina & oppreſſiones quamplurimas, quæ de die in diem indefeſſe per Regnum in clero contra libertates Eccleſiæ emergebant, facta fuit cleri congregatio coram Archiepiſcopo apud **Merton**, & articuli ſtatuti prænotati.

1258.
Henric. 3. R.

Privilegium clericorum a Canone excerptum per magiſtrum Robertum *de* Mariſcho, *de præcepto & ad inſtantiam* Roberti Lincolnienſis *Epiſcopi.*

Nullus injicere debet manus violentas in clericum; & qui injicit, poteſtate Canonis incidit in Canonem *latæ ſententiæ*, à qua non poterit abſolvi niſi per ſedem Apoſtolicam, extra caſus exceptos.

Nullus laicus debet clericum in cuſtodia publica vel privata, etiam ſine violentia & læſione, detinere, nec in publicam ſive privatam cuſtodiam aut carcerem detrudere; quod ſi quis facere præſumſerit, in canonem incidit *latæ ſententiæ*. Niſi clericus in graviori, puta furto, homicidio, incendio, & ſimilibus deprehenſus fuerit: deprehenſi enim in delictis gravioribus, comprehendi poſſunt & detineri in cuſtodia, dummodo interveniat mandatum prælatorum quorum juriſdictioni ſunt ſubjecti. Conſuetudo tamen Regni *Angliæ* eſt, quæ revera corruptela eſt, quod ſuſpecti de gravioribus criminibus, comprehendi poſſunt per ballivos Regios, & cuſtodia publica detineri, donec Epiſcopis fuerint liberati; nec requiritur ſpeciale mandatum prælatorum, ſed generale. Sed tamen non aliter intelligitur clericus ſuſpectus, quantum ad injuriam carceris pertinet, niſi per depoſitionem fide dignorum auctoritate Regia juratorum, ſi nota ſuſpicionis fuerit reſperſus. Idem eſt, ſi contra clericum inſtituatur accuſatio criminalis de graviori crimine coram judice ſeculari, aut ſi clericus in ſocietate latronum manifeſtorum, quibus adhuc inſpirat affectus latrocinandi, fuerit inventus & interceptus. Secus, ſi is qui latro eſt, habitum habeat clericalem, & exercitiis ſe immiſceat clericorum, & cum clericis ſocietatem menſæ & habitationis publice contraxerit; tunc enim, neque ſecundum conſuetudinem Regni, poterit clericus propter alterius clerici criminoſi convitium, affici injuria publicæ cuſtodiæ ſive carceris, abſque offenſa Canonis.

Hæc præmiſſa ſunt in Regno non conceſſa, & ideo, cum Eccleſia tempus acceperit, reformanda.

In crimine falſi, & quibuſdam criminibus in quibus habent Principes ſeculares poteſtatem, intra Eccleſiam locus eſt canonibus.

Et quidem quoties publica poteſtas de mandato Eccleſiæ clericum nititur comprehendere, ſi clericus violenter ſe defendat, violentia cum moderamine inculpatæ tutelæ poterit poteſtas adhibere.

Ex levioribus delictis clericus etiamſi ſuſpectus fuerit, non eſt in cuſtodia publica per ballivos Regios detinendus, niſi de mandato Eccleſiæ ſpeciali; alioquin tenetur ex illo Canone *Si quis ſuadente*. Hæc vera ſunt in clericis obſcuris & vagabundis.

Ballivi ſeculares ſi clericum comprehendant ſine mandato Eccleſiæ, licet ipſi dicant eum de crimine eſſe ſuſpectum, niſi vel deprehenſus fuerit in delicto, vel judicium Juratorum publicorum ſicut prædictum eſt præceſſerit, incidunt in canonem *latæ ſententiæ*.

Pro levioribus delictis, quæ non reſpiciunt ad coronam & pacem publicam Regni *Angliæ* & Eccleſiæ, non important pœnam ſanguinis in laico, nec depoſitionem in clerico, non debet clericus per publicas poteſtates publicæ cuſtodiæ mancipari, niſi forte in aliquibus talibus delictis fuerit interceptus.

Clericus non eſt trahendus ad judicia ſecularia, ſcilicet ad Judices ſeculares, & qui trahi ad judicium dicitur, ſive manu militari violenter ducatur, ſive captis pignoribus, ſive quibuſcumque oppreſſionibus ad judicium compellatur. Et hæc vera ſunt, niſi cauſa feodi, & munerum patrimonialium, & ſimilium: pœna hujuſmodi delicti eſt excommunicatio.

Clericus non debet jurare in judicio coram Judicibus ſecularibus.

Clerici coram judicibus ſecularibus ſuper exactionibus perſonalibus aut delictis *ſive quaſi* conveniri non debent. 1258. *Alex.* 4. *P.*

De feodis tamen, & tributis, & muneribus patrimonialibus, coram judicibus ſecularibus recte conveniuntur.

Quare laici non ſunt clericorum judices, eſt ratio: Epiſcopus eſt ordinarius judex clericorum, & ejus ſententiam judex ſecularis demandat executioni; & cauſa cauſæ eſt in propatulo. Quia cum Eccleſia fideles in Chriſto generet per ſacramentorum ſanctificationem, & mores informet per verbi diffinitionem, pater eſt filiorum & magiſtra populorum: *Et ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres; nam in Chriſto* Jeſu *per Evangelium ſuum ego vos genui.* Si ergo nec pater filio, nec populus magiſtro ſubjicitur, ſic nec clericus laico ſubjugatur.

Si laicus pecora clerici propter depaſtionem agri vel prati ſui incluſerit, & dominus feodi vel ejus ballivus prohibeat incluſori pecorum, ne liberet eo clerico de damno ſatisfacere parato, priuſquam in foro domini clericus reſponderit de injuria domino feodi; uterque ſacrilegus eſt, & qui prohibuit, & qui prohibenti paruit, quia uterque trahit clericum ad forum ſeculare ex *quaſi* delicto vel ex delicto; quod fieri non debet, ut ſupradictum eſt.

Nihil enim intereſt, utrum laicus trahat clericum ad forum ſeculare, captis pignoribus ab initio, an ex poſt facto cauſam incluſionis convertat in cauſam pignoris.

Laicus ſive quilibet de potentatibus qui ſpoliat Eccleſias rebus ſuis, clericos, zenones vel Religioſos, ſacrilegium committit.

Qui in rebus Eccleſiæ graſſatur, res ſcilicet Eccleſiæ defraudando, rapiendo, vel auferendo, ſacrilegus eſt. Et pertinet ad res mobiles & immobiles hoc ſacrilegium.

Quicquid conſecratur Domino, ſanctum ſanctorum erit. Ideo qui ſervum Eccleſiæ, Jumentum, vel rem quamlibet invaſerit, aut in eis damnum aliquod Eccleſiæ intulerit, ſacrilegio tenetur; & ideo qui carectas clericorum abducit, ſacrilegium committit.

Res clericorum ſunt res Eccleſiæ, & ideo qui eas pervadit, ſacrilegii reus eſt.

Qui in libera eleemoſyna data Eccleſiæ, & ſic conſecrata Deo, aliquid injuriæ intulerit, ſacrilegium committit; quia res ſacra intelligitur, Deo ſcilicet data, & à ſeculari poteſtate exemta, foro Eccleſiaſtico ſubjecta, & ideo legibus Eccleſiæ tuenda.

Laici non debent novis theloneorum exactionibus aut pedagiis mercatores aut clericos, maxime rectores ſcholarum, prægravare.

Eccleſiæ de prædiis tributariis quibus ſervitia ſecularia in donatione fuerint excepta reſpondet, laicus de non exceptis & libere donatis Eccleſiæ non ſubjaceat legibus humanis. Et idem qui de libera eleemoſyna Eccleſiæ novas exigit ſervitutes, puta ſequelam, Thelonem novum, vel ſimilia, ſacrilegio afficitur.

Servi Eccleſiæ non debent angariis aut novis oneribus fatigari, & qui eos fatigaverint, reatum ſacrilegii incurrunt.

Qui ſpoliat & opprimit ſervos Eccleſiæ, efficitur de foro Eccleſiæ, & excommunicandus eſt.

Qui Eccleſiam rebus ſuis ſpoliat, excommunicandus eſt. Et quia ſub nomine *rerum*, ſervitutes contineantur, qui Eccleſiam ſpoliat ſervientibus quibus uſa eſt, puta paſturis, piſcariis, & ſimilibus tenetur pœna ſacrilegii, ſalva quæſtione proprietatis in foro ſeculari juxta Regni *Angliæ* conſuetudinem nuncupativam.

Ballivi ſeculares qui clericos namiis aut pignoribus ſuis quocumque genere oppreſſionum ad ſequelas novas vel alia nova onera diſtringunt, ſacrilegium committunt.

Miniſtri

1258. Miniſtri clericorum angariis & proangariis non debent prægravari. Si-
Henric. 3. R. cut autem ſacrilegus eſt, qui non ſolum Eccleſiam in rebus invadit, ſed qui clericos pervadit: ſic qui clerici familiam in perſonis inſequitur, licet eam non opprimat muneribus aut angariis.

Qui vexat Eccleſiam novis oneribus, puta ſequelis, aut tributis, aut ſimilibus, ſacrilegii infamia notatur.

Qui aliquid injuriæ infert domibus clericorum, in dotibus Eccleſiarum, vel liberis eleemoſynis conſiſtentium, ſacrilegus eſt.

Qui domos ruſticorum ſitas in liberis eleemoſynis Eccleſiarum, confringunt, & inde res aliquas auferunt, ſacrilegium committunt.

Qui hominem ad Eccleſiam fugientem extrahit ab Eccleſia, ſacrilegus eſt, & tenetur extractum reſtituere; alioquin uſque ad reſtitutionem eſt excommunicandus.

Ballivus laicus qui clericum ad Eccleſiam confugientem indicto ſacramento deportaverit, ſacrilegus eſt, & tenetur pœna ſacrilegii.

Si quis confugerit ad Eccleſiam, quantumcumque gravia crimina commiſerit, defendere eum Eccleſia debet, fores claudendo, & excommunicando extrahentes, niſi fuerit publicus latro, vel nocturnus populator agrorum.

Cœmiterium ſeu atrium Eccleſiæ habet privilegia ne quis inde extrahatur, & qui in eo exiſtentem extrahit, uſque ad reſtitutionem eſt excommunicandus.

Si quis de domo hoſpitali habente capellam, extrahit eum qui ad domum confugerit, ſacrilegii pœna tenetur.

Qui pugnat in Eccleſia vel Cœmiterio, vel alias delinquit, efficitur de foro Eccleſiæ quia Eccleſiam violavit, & pecunialiter puniri poteſt.

Qui dies feſtos ſervilibus operibus contaminat & ſolvit, efficitur de foro Eccleſiæ, multo magis ſi cædibus & pugnis eos commaculat.

Si ſacrilegus eſt qui prædia Eccleſiaſtica invadit, multo magis qui decimas aut obligationes aufert & rapit.

Crimen ſacrilegii eſt gravius fornicatione.

Sacrilegium genus eſt, & tribus modis committatur, in rebus corporalibus, & eſt pœna triplex.

Intruſores ſunt excommunicandi tanquam ſacrilegi.

Item, Qui ejecto clerico per Epiſcopum inſtituto, per laicos Eccleſiam occupat, intruſor eſt, & excommunicandus.

Patroni habentes Eccleſiarum cuſtodiam, vacantibus ſedibus debent eis providere, & eas interim non gravare. Si quid tamen conſueverint temporibus vacationum percipere, id percipiant, moderate tamen, & ſine gravamine.

Hæc omnia ſupradicta ſunt Eccleſiæ libertates ab omnibus fidelibus & Deo devotis obſervanda.

Quia permixta ſunt zizania frumentis in agro, corvus recipitur in arca cum columba, *Cain* habitat in domo cum *Abel*, impios tolerat Eccleſia cum juſtis quamdiu hic peregrinatur à Domino. Sed ut hic roboretur prærogativa libertatum contra incurſus impiorum, diſcrimina ſubſidiorum, & injuriæ ſacrorum, munivit eam Dominus teſtamento ſcripturæ tanquam inſtrumento per ſe primo, ut tuta perſiſteret contra jacula perſequentium, munita præſidiis temporalibus ad conſolationem puſillorum, & pollere jugi religione in devoto miniſterio ſacrorum conſequenter per Canonicas ſanctiones, & Principes ſeculi ad ipſius defenſionem divinitus inſtitutos.

Habet itaque Eccleſia immunitatem [a] à prærogativam, primo qua con-

[a] ac.

tra

tra violentiam ſævientium poteſtatum ſe muniat in miniſtris, tanquam in membris ſuis peculiaribus, per quos fidem & doctrinam religionis diſſeminat, ſacramenta ſalutis miniſtrat, & pabulum vitæ populis diſpertit. 1258. Alex. 4. P

Habet ſecundo privilegia, quibus inſtrumenta ſuæ ſollicitudinis ne diripiantur in vigorem ſollicitudinis, & obſidium filiorum jure peculiari tueatur.

Habet tertio proprias leges & privata jura, in adquirendis temporalibus & adventitiis rebus ad refrigerium pauperum, ut quemadmodum ipſa pietate ſingulari ſubvenit miſeris, ita jure quodam ſingulari adquirit ſubſidia miſerorum, pro quibus ponitur murus defenſionis & pater conſolationis.

Quarto habet privilegia in locis in quibus ſacra exercentur & Divina celebrantur, puta Cœmiteriis, Divinis obſequiis deputata, & ab operibus ſervilibus exemta.

Quinto habet privilegium in temporalibus, quæ ſunt Divinis obſequiis & ab operibus ſervilibus exemta.

Sexto, in ſervis & mancipiis ſuis, quibus quaſi fulcitur & quaſi ſubportatur in miſeria præſentis peregrinationis.

Cum diſſenſio aliquando fuiſſet tempore Innocentii *papæ* IV. *inter Univerſitatem* Pariſiaſenſem *& fratres* prædicatores, *tandem lata fuit ſententia contra Univerſitatem pro Prædicatoribus ſub hac forma:*

Univerſis præſentes literas inſpecturis R. *miſeratione Divina* Pariſienſis *Eccleſiæ miniſter indignus ſalutem in Domino. Literas Domini papæ ſuſcepimus in hæc verba: Alexander* Epiſcopus *&c.* venerabili fratri *Pariſienſi* Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cunctis proceſſibus & ordinationibus vel ſtatutis quæ malitia plena ſunt tribulis, & ordine carentia rationis, vel quæ ſedis Apoſtolicæ auctoritati derogant, & multos Chriſti fideles enormiter ſcandalizant, ac in Divinæ legis vergunt præjudicium, & evidens continent periculum animarum, promto ſpiritu debemus obſiſtere, ut nulla prorſus gaudeant firmitate, ſed redigantur ad nihilum, ne tranſeant aliis in exemplum, inflicta nihilominus tali pœna temerariis auctoribus eorundem, quod ſit omnino eis neceſſitas de ſua præſumtione damnabili humiliter & propere pœnitendum. Sane pro dilectiſſimo nobis *Pariſienſi* ſtudio in ſtatu debito conſervando, quædam olim de fratrum noſtrorum conſilio circa ipſum diligenti examinatione præmiſſa, provide duximus ſtatuenda, ſicut in ſpecialibus literis noſtris inde confectis, quarum principium eſt *Quaſi lignum vitæ*, plenius continetur, certis ſuper hoc executoribus deputatis, dilectis Magiſtris Theologiæ *Pariſienſis* per literas noſtras dedimus in mandatis, ut dilectos filios fratres *Prædicatores* regentes *Pariſiis* in Theologica facultate, qui per felicis recordationis *Innocentium* papam prædeceſſorem noſtrum, & ſubſequenter per nos reſtituti fuerunt ad conſortium magiſtrorum, infra quindecim dies poſt receptionem literarum ipſarum ad conſortium jam dictum admitterent, alioquin ab officiis & beneficiis eſſent ipſo facto ſuſpenſi. Dicti vero & quamplures alii magiſtri & ſcholares *Pariſienſes*, reſtitutionis, ordinationis, & literarum noſtrarum ac ſententiarum executorum ipſorum temerarii tranſgreſſores, in deluſionem eorum ab Univerſitate nequiter receſſerunt, & præter ipſam Univerſitatem ut dicebant in quadam ſocietate ſeu aggregatione morantes *Pariſiis*, actumque legendi poſtmodum ex ſola malitia ſuſpendentes, licet nos nomine Univerſitatis in dicta ordinatione noſtra ſæpius iterato, intelligimus & velimus intelligi, omnes magiſtros & ſcholares *Pariſiis* exiſtentes, aſſerebant ſe, cum de Univerſitate non eſſent, ad reſtitutionis, ordinationis, & literarum ipſarum ac ſententiarum obſervantiam 1256.

1256. Henr. 3. R. non teneri, fruſtatorie, ne ſuper hoc aliquid in præjudicium ipſorum fieret, appellando, prout in literis ipſorum nobis tranſmiſſis & fratribus noſtris, perſpeximus contineri. Juraverunt etiam quod fratres *Prædicatores* & ſcholares fratrum regentium, in ſcholis ſuis & ad ſcholaſticam ſocietatem nunquam reciperent, niſi quod poſſent prius ad hoc recipi, eſſet per Eccleſiam diffinitum. Et ſic hujuſmodi & aliis malitioſis exceptionibus & appellationibus interjectis, quas frivolas reputamus, præfatas reſtitutionem, ordinationem, literas & ſententias obſtinato animo non obſervantes, noſtræ intentioni circa officium ordinationis ipſius præſumunt calumnioſis adinventionibus obviare, ad tantam nihilominus prærumpendo veſaniam, quod in propriæ ſalutis diſpendium, & in ſcandalum plurimorum, conati ſunt per damnabilem aſtutiam impedire, ne aliquis dictis fratribus eleemoſynas largiretur, vel ab eis aut in domo ipſorum ſermones ſeu lectiones aut diſputationes audirent, vel confiterentur ipſis propria peccata etiamſi licentia à nobis, vel à te loci diœceſano ſuper hæc, aut ſacerdote proprio haberetur. Præterea in Divinam & noſtram offenſionem non modicam, ipſi ſacræ Religionis æmuli, ac turbatores quietis, & laudabilium operum quibus dicti fratres ferventer invigilant, nefarii detractores, claram & celebrem eorum famam obfuſcare falſis obloquiis molientes, literas per quas ipſos virtutum odore perfuſos, ac pium & ſanctum eorum ordinem quaſi quoddam ſidus in Dei Eccleſia refulgentem, qui à longe retro temporibus per ſedem Apoſtolicam ſolemniter approbatus, fructus deſiderabiles & felices in eadem Eccleſia continua fœcunditate producit, odibiles redderent & deſpectos, Prælatis partium diverſarum, & nobis etiam ac fratribus noſtris dirigere præſumſerunt. Illa ducti crudelitate nequiſſima, quod doctrina Catholica ac ſalubris, & prædicatio ipſorum Deo gratiſſima & delectabilis eum timentibus contemnatur, ac invaleſcat hæreticorum perfidia, pro qua impugnanda viriliter, & omnimode confutanda, dicti fratres velut ſtrenui pugiles orthodoxæ fidei, ſunt ita vigiles & intenti, quod ducunt pro delitiis ſi aliquando hac de cauſa bibant calicem paſſionis. In quoſdam etiam de fratribus eiſdem quidam de ſcholaribus ſupradictis maligno ſpiritu concitati, vel quaſi frenetico furore poſſeſſi, violentas manus, ut dicitur, injecerunt, & ipſos aliis tot affecerunt injuriis, ut vix de clauſtro auderent egredi [a] quo quotidianis eleemoſynis in ſuæ paupertatis vitæ remedium adquirendis. Demum vero iidem fratres tam duris afflicti moleſtiis, obprobriis laceſſiti, ad quandam compoſitionem cum dictis magiſtris & Scholaribus, ſine conniventia ſedis Apoſtolicæ, minus provide devenerunt, per quam inter alia reprobatione digniſſima, dicti fratres & ſcholares eorum à ſcholis & ſcholaſtica ſocietate magiſtrorum Univerſitatis contemtabiliter excluduntur. Quod eſt apertiſſime in contumeliam creatoris, & animarum jacturam, ac fidei diſcrimen, & in favorem hæreticæ pravitatis; maxime, cum non ſolum virtuoſi & Religioſi viri, ſed etiam *Judæi*, vel quicumque alii Chriſtiani nominis inimici, libere in ſcholis Divinæ legis recipi deberent, & etiam ad hoc precibus invitari, ut ibi lumen fidei & morum ſuſciperent diſciplinam. Quid plura? Prædicti magiſtri & ſcholares hujuſmodi concordiam ſtimulis diſcordiæ circumſeptam obſervare, ſicut accepimus, non curarunt illis qui volunt fratrum ipſorum lectiones ac diſputationes & prædicationes audire necnon & illis qui dilecti filii fratris *Th.* de *Aquinia* voluerunt intereſſe principio ſe nequiter opponendo. Licet igitur ex parte prædictorum fratrum, qui pacem cum omnibus habere cupiunt, & perſecutores etiam pro Divina reverentia diligere delectantur, nobis fuerit humiliter ſupplicatum, ut ſententias occaſione ipſorum in eoſdem Magiſtros & ſcholares prolatas, & expreſſum ſuperius Juramentum, cum pax eſſet inter eos

Thomas de Aquinia.

[a] f. leg. pro.

adinvicem

adinvicem reformata, miſericorditer relaxare dignaremur: quia tamen ipſam nobis irrequiſitis initam ſeu præſumtam, quod nullo modo provenire debuit, omnino duximus reprobandam, cum ſit iniqua & attemtata contra ordinationem, quam illibatam & firmam ſemper volumus obſervari, preces fratrum ipſorum ſuper hoc decernimus nullatenus admittendas. Quinimo ne tantæ rebellionis vitium contra *Romanam* Eccleſiam auſu deteſtabili attemtatum (quod diu apud nos ſub nimia diſſimulatione præteriit) poſſit aliis occaſio ſchiſmatis eſſe & contumaciæ pernicioſæ fomentum, *Willielmum* de *ſancto amore* & *Odonem* de *Duaco* Doctores Theologiæ, ac Magiſtros *Nicholaum* Decanum de *Barro* ſuper *Albam*, & *Chriſtianum* Canonicum *Beluacenſem*, tanquam principales hujuſmodi rebellionis & contumaciæ incentores, omnibus dignitatibus ſuis & beneficiis Eccleſiſticis ac officio magiſtrali, dictumque *Willielmum* Capellania noſtra privamus, ſub pœna ſimili diſtrictius inhibentes, ne aliquem ipſorum quis audiat, ſi forte contra Inhibitionem hujuſmodi docere præſumſerit, aut Cathedralem aſcendere magiſtralem. Ipſos etiam Doctores ac Magiſtros jam dictis beneficiis & aliis indignos reddimus, ac de toto Regno *Franciæ* præcipimus amoveri. Alios autem hujus rebellionis conſortes pari vel acriori pœna prout nobis videbitur puniemus, niſi reverenter & humiliter, infra quindecim dies poſtquam præſentes literæ fuerint *Pariſiis* publicæ, reſtitutioni, ordinationi, literis ac ſententiis memoratis parere ſtuduerint, ac de præſtanda nobis ſuper his juxta placitum veſtrum ſatisfactione plenaria & condigna, ſe tibi ſufficienter duxerint obligandos. Juramenta quidem ac obligationes quaſcumque à dictis doctoribus ac magiſtris & ſcholaribus, ſive de non recipiendo ad ſcholas vel ad ſcholaſticam ſocietatem dictos fratres & ſcholares fratrum regentium, ſive alias contra præfatam ordinationem noſtram facta, decernentes penitus non tenere, prædictorum executorum ſententias in Doctores ac Magiſtros & ſcholares eoſdem aut ipſos aliquos promulgatas, appellationibus nullis obſtantibus, auctoritate Apoſtolica confirmamus. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ, ac etiam ſub excommunicationis pœna, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus tenore præſentium, omni dilatione & occaſione poſtpoſita, per te vel per alios ſtudeas publicare *Pariſiis*, ſi præfati Doctores & Magiſtri quæ præmiſimus non duxerint omnimode adimplenda, ipſos tunc excommunicatos denuncies, & denunciari facias ubicumque videris expedire, ac illis ad quos dignitatum & beneficiorum ipſorum collatio dinoſcitur pertinere, per literas tuas ſine mora demandes, ut infra quindecim dies poſt receptionem earum, omni occaſione ceſſante, dignitates & beneficia ipſa conferant perſonis idoneis, & Eccleſiæ *Romanæ* devotis; quod ſi facere forte neglexerint, tu illa conferre auctoritate noſtra infra totidem dies non poſtponas. Cariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Regem *Franciæ*, cui ſuper hæc ſcripta noſtra dirigimus, diligenter moneas & inducas, ut dictos doctores ac Magiſtros tanquam Eccleſiæ *Romanæ* rebelles, & *Pariſienſis* ſtudii turbatores, de toto Regno ſuo poſtpoſita tarditate propellat, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus appellationibus, aut exceptionibus, aut actionibus ſupradictis, vel aliis quibuſcumque, ſive literis vel indulgentiis ab Apoſtolica ſede conceſſis, per quas præcepti noſtri executio in hac parte impediri valeat aut differri, aut de quibus plenam & expreſſam ſeu de verbo ad verbum oporteat in præſentibus fieri mentionem, ſeu etiam quod dicti fratres omnibus literis Apoſtolicis impetratis & impetrandis renunciaſſe dicuntur, quando in hujuſmodi compoſitionem conſenſerunt, præſertim cum ipſam nullam eſſe, ac jam dictas literas Apoſtolicas in ſuo robore remanere velimus, & ipſas tibi ac eiſdem fratribus ab earum detentoribus exhiberi. Quos ad id ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eandem, appellatione remota, compellas; præceptum

1258. *Alex.* 4. *P.*

Will. de ſancto Amore. v. M. Par. p. 939.

1258. ceptum noſtrum quod ex toto cordis affectu tibi dirigimus taliter impletu-
Henr. 3. R. rus, ut efficacis obedientiæ gaudeamus in te promtitudinem inveniſſe. Alias pro firmo teneas, quod indignationem noſtram ſub incurſu dictæ pœnæ contra perſonam tuam, licet ipſam ſinceriſſime diligamus, graviſſime provocabis. Quod autem ſuper hoc inveneris & feceris, nobis fideliter ſcribere non omittas. Data *Anagniæ* xv. kal. *Julii*, pontificatus noſtri anno ſecundo. *In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum duximus apponendum.* Data anno Domini M. CC. LVI. Menſe *Auguſto*.

Litera Prioris Majoris de Ordine fratrum Prædicatorum *ſuper correctione quorundam articulorum.*

'Cariſſimis in Chriſto fratribus, *Prædicatoribus* univerſis, frater *Hybertus*, ſervus eorum inutilis, ſalutem in omnium ſalvatore. Noveritis 'quod dominus papa *Alexander* nos caritative monuit diligenter & præcepit, ut ſuper querimoniis quas multi Prælati de diverſis mundi partibus 'contra ordinem noſtrum movebant, tale conſilium apponeremus, ne '*Romana* Eccleſia cogeretur aliquid grave contra nos ſuper hoc ordinare. 'Nos ergo auditis queremoniis prædictis & memoriæ commendatis, habita ſuper hoc collatione cum diffinitoribus Capituli noſtri generalis *Mediolanis* celebrati, de conſilio eorum & omnium conſenſu, prout inferius 'continetur, duximus ordinandum.

'Prima querela eſt, quod quidam fratrum dant & miniſtrant ſacramentum interdictum Euchariſtiæ, Baptiſmi, vel extremæ unctionis. Super quo ſic ordinamus, quod hoc non fiat niſi in caſu neceſſitatis, vel de 'licentia Epiſcoporum, vel ſacerdotum parochialium. Nec eſt utendum 'talibus licentiis, niſi valde rationabilis cauſa hoc exigat.

'Alia eſt, quod fratres diebus Dominicis & feſtivis recipiunt parochianos 'alienos ad divina officia, quare non veniunt ad parochiales Eccleſias ſicut tenentur. Super quo ſic ordinamus; quod fratres prædicent, doceant, & conſulant, tam publice quam private, quod diebus prædictis parochiani debent ad parochias ſuas convenire, & ibidem audire Divina 'officia, & mandata Eccleſiæ devote ſuſcipere, & oblationes debitas reddere. Nec debent fratres aliquid ſcienter facere vel dicere ad hoc, ut 'prædicti parochiani retrahantur à ſuis Eccleſiis.

'Alia eſt, Quod fratres faciunt ſermones in diebus Dominicis, quibus debent parochiani convenire ad Eccleſiam ſuam, & tali hora qua debent 'convenire, & ſic ſubtrahuntur à parochiis ſuis. Super quo ſic ordinamus; 'quod in locis in quibus domos habemus, fratres non faciant ſermones in 'domibus noſtris, vel in plateis, vel locis communibus, horis prædictis; niſi 'hoc fieret in caſibus aliquibus, ſcilicet de licentia Epiſcopi, vel beneplacito ſacerdotis, vel in feſtis noſtris, vel Eccleſiarum parochialium.

'Alia eſt, Quod fratres ordinant fere de omnibus teſtamentis, & defraudant Eccleſias bonis ſuis, quæ ſolebant eis de teſtamentis plurimis evenire. 'Super quo ſic ordinamus, quod hoc non fiat; maxime, quod fratres ſe 'non ingerant de cetero ad teſtamenta. Si tamen contigerit eos intereſſe, debent inducere teſtatores benefacere Eccleſiis plurimis, cum ad hoc 'de cauſis teneantur.

'Alia eſt, Quod occaſione fratrum amittunt Eccleſiæ ſecularium ſepulturas, quia relictis ſecularibus Eccleſiis, apud nos ſepulturam eligunt, & 'non redditur eis à fratribus portio quæ ſecundum jura debetur, de bonis, 'occaſione ſepulturæ quæ fratribus eveniunt. Super quo ſic ordinamus, 'quod nullus fratrum avertat aliquem quin eligat ſepulturam in Eccleſia 'ſua. Si aliquis fuerit ſepultus apud nos, reddant fratres ſine omni difficultate Eccleſiis à quibus aſſumuntur corpora, quicquid ſecundum varias 'conſuetudines in caſu conſimili conſuevit fieri.

'Alia

'Alia eſt, Quod fratres audiunt confeſſiones ſine licentia Epiſcoporum 1258.
'& ſacerdotum parochialium Eccleſiarum. Super quo ſic ordinamus; *Alex.* 4. *P.*
'quod fratres propter indulgentias ordini factas non omittant quin petant
'licentiam audiendi confeſſiones ab Epiſcopis & ſacerdotibus parochia-
'libus.

'Hanc autem ordinationem volumus in ſcriptis deferri ad quemlibet
'conventum totius ordinis noſtri, & diligenter obſervari.

'Actum *Mediolani* in Capitulo generali, anno Domini M. CC. LV.

Dominus papa conceſſit quod de canonica portione uſque ad tempora iſta ſint liberati & abſoluti omnes fratres, ubi fuerit petita, & quod ſint liberati quoad conſcientias ſuas, ut antea, ſi non petitur ab eis. Si vero petatur, ſufficit eis ſtare juri. Hæc autem conceſſit papa feria quarta ante caput jejunii.

De Oxonia.

'Memorandum quod anno Domini M. CC. LVIII. IV. non. *Junii*, in Ec-'cleſia beatæ *Mariæ Oxoniæ*, pro bono pacis ordinatum fuit per Cancella-'rium & Univerſitatem Magiſtrorum *Oxoniæ* in hac forma: Quod qui-'cumque Magiſter regens tranſgreſſor ſtatutorum Univerſitatis inveniatur, 'à ſuis lectionibus per tres dies amodo ſit ſuſpenſus jure & auctoritate ſta-'tuti in quo prius continebatur, ſuſpendatur. Et ſi venerit congregatione 'adhuc extante, tam in inceptionibus Magiſtrorum, quam in funerationibus 'Magiſtrorum & ſcholarium defunctorum, denuncient procuratores ita, *Nos procuratores denuntiamus te Magiſtrum ſuſpenſum auctoritate ſtatuti, niſi in fide qua teneris Univerſitati, dicas te credere habere rationabilem excuſationem.* 'Et ſi non venerit in ipſa congregatione, tunc idem fiat in 'proxima ſequente, denunciato ei prius ſpecialiter quod interſit. Et ſi in 'proximo non fuerit congregatio, ad id ipſum faciendum faciant procura-'tores fieri congregationem quæ ultra triduum non differatur.

'Proteſtatus eſt tunc ibi *David* Archidiaconus *Derbiæ*, Canonicus *Lin-'colnienſis*, coram dictis Cancellario & Univerſitate, pro juriſdictione, au-'ctoritate, & officio Domini ſui Epiſcopi *Lincolnienſis*, ne quoad hæc eis 'per dictam ordinationem aut alia ſtatuta Univerſitatis in aliquo præ-'judicetur: Cancellario & Magiſtris prædictis proteſtantibus, quod in 'his per ſua ſtatuta vel ordinationem in nullo volunt nec intendunt 'præjudicare dicto Epiſcopo, aut ſuis ſucceſſoribus, ſeu Eccleſiæ *Lincolni-'enſi*. In cujus teſtimonium &c.

Hæc eſt pax reformata inter Magiſtros *Oxoniæ*.

Litera papalis Deo odibilis & hominibus.

Litera papalis anno Domini M. CC. LIII. tranſmiſſa Archidiacono *Cantuariæ* magiſtro *Innocentio*, ſuper proviſione facienda cuidam *Romano* in Eccleſia *Lincolniæ*, propter quod dominus *Robertus Lincolnienſis* Epiſcopus eiſdem reſcripſit, ſicut ſuperius eodem anno continetur.

Intelleximus vos mandata Apoſtolica ſub hac forma ſuſcepiſſe: Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Archidiacono *Cantuarienſi* & magiſtro *Innocentio* ſcriptori noſtro in *Anglia* commoranti, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum dilectus filius noſter *G.* ſancti *Euſtachii* diaconus Cardinalis dilecto filio *Frederico* de *Lavania* ſcriptori noſtro, clerico, nepoti noſtro, de ſpeciali mandato noſtro Canonicatum *Lincolniæ* cum plenitudine juris canonice duxerit conferendum, ipſum per ſuum annulum corporaliter & præſentialiter inveſtiens de eodem, ut ex tunc Canonicus *Lincolniæ* exiſtat, plenum nomen & jus Canonici conſequatur ibidem;

1258. Henric. 3. R. dem, & præbendam ſi qua vacaverit in Eccleſia *Lincolniæ* à tempore quo dudum literæ noſtræ ſuper receptione ac proviſione facienda ſibi in eadem Eccleſia de præmiſſis venerabili fratri noſtro *Lincolnienſi* Epiſcopo præſentatæ fuerint, alioquin primo vacaturam conferendam ſibi donationi Apoſtolicæ reſervaverit; decernendo irritum & inane, ſi quid de præbenda hujuſmodi à quoquam fuerit attentatum, necnon & in contradictores & rebelles excommunicationis ſententiam nihilominus promulgando, prout in literis ejuſdem Cardinalis exinde confectis plenius continetur: nos ipſius *F.* devotis precibus inclinati, quod ab eodem Cardinale ſuper hoc factum eſt, ratum & gratum habentes, illud auctoritate Apoſtolica duximus confirmandum. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem *F.* vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem prædictorum Canonicatus & præbendæ auctoritate noſtra inducatis & defendatis inductum, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus aliquibus conſuetudinibus vel ſtatutis, juramentis vel confirmationibus ſedis Apoſtolicæ, ſeu quacumque firmitate alia roboratis, vel quod dictus *F.* præſens non fuerit ad præſtandum juramentum de obſervandis conſuetudinibus ejuſdem Eccleſiæ conſuetum, ſive ſi Epiſcopo præfato vel Capitulo ipſius Eccleſiæ communiter vel ſigillatim, ſeu aliis quibuſcumque perſonis à dicta ſede indultum exiſtat, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus compelli, ſive cum quivis alius in Eccleſia eorum nemini providere valeat, vel quod interdici, ſuſpendi, aut excommunicari non poſſit per literas Apoſtolicas ſub quacumque forma verborum obtentas, vel etiam obtinendas, etiamſi totus tenor Indulgentiarum hujuſmodi de verbo ad verbum in eiſdem literis ſit inſertus; ſive quibuſlibet aliis indulgentiis quibuſcumque perſonis, dignitati vel loco ſub quacumque forma conceſſis à ſede Apoſtolica, vel etiam concedendis per quas affectus proviſionis hujuſmodi poſſet impediri aliquatenus vel differri, cum velimus eas de certa ſcientia, quantum ad proviſionem factam & faciendam *F.* prædicto in Eccleſia *Lincolnienſi,* viribus omnino carere. Ceterum ſi aliqui prædicto *F.* vel procuratori ſuo ſuper præmiſſis vel aliquo præmiſſorum ſe aliquatenus duxerint opponendos, illos ex parte noſtra citare curetis peremtorie, ut infra duorum menſium ſpatium poſt citationem veſtram, perſonaliter compareant coram nobis, eidem *F.* ſuper præmiſſis legitime reſponſuri, non obſtantibus privilegiis ſive quibuſlibet indulgentiis perſonis Regni *Angliæ* generaliter, vel cuivis alii perſonæ, dignitati, vel loco ſpecialiter à prædicta ſede ſub quacumque forma verborum conceſſis, quod non poſſint citra mare ſeu extra civitatem vel diœceſim ſuam in judicio evocari, per literas Apoſtolicas ſub quacumque forma obtentas, quæ privilegium & indulgentias eiſdem perſonis de certo facto nolumus ſuffragari, & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Diem autem citationis & formam nobis veſtris literis, tenorem præſentium continentibus, fideliter intimetis. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Data &c.

'[a] Noverit diſcretio veſtra, quod mandatis Apoſtolicis affectione filiali 'omnino devote & reverenter obedio. His quoque quæ mandatis Apoſto-'licis *&c. ut ſupra.*

Facta digreſſione ad quædam quæ tempore præcedenti in Regno *Angliæ* emerſerunt, nec memoriæ commendata, & idcirco inter iſtius anni accidentia hic ſunt inſerta; redeamus ad ea quæ iſto anno in Regno facta ſunt.

Parliamentum Oxon. Domino Rege *Henrico* apud **Wodeſtok** exiſtente, convocatis & conve-

[a] v. M. Par. p. 870. & ſupr. Ann. 1253.

nientibus

nientibus apud [b] *Oxoniam* totius Regni magnatibus, cum equis & armis majoribus & minoribus, una cum clero, ad proviſionem & Regni in melius reformationem & ordinationem faciendam, ſub fidei ſacramento prolati ſunt ibidem articuli qui indigent in Regno correctione ſubſequentes. 1258. *Alex.* 4. P.

'Petunt Comites & Barones de ſucceſſionibus, quod filius natus & primogenitus, vel filia, poſt patrem libere ingrediatur poſſeſſionem patris, 'ita quod capitalis dominus debet habere ſimplicem ſeiſinam per unum 'ex ballivis ſuis, ita quod nihil capiatur per prædictum ballivum de exitibus terræ, vel redditibus. Quando vero hæres fuerit plenæ ætatis, & 'proſecutus jus ſuum fuerit, ad faciendum domino ſuo quod facere de'bet. Et ita fiat de fratre, vel ſorore, & de avunculo ſeiſito ſi obie'rit ſine hærede, ad nepotem ſuum filium primogeniti: & ſi frater 'non habeatur, ad liberos fratris vel ſororis. Et ſic deinceps per rati'onabile relevium & homagium & relevia domino feodi facienda; 'ita quod dominus feodi medio tempore nullum faciat vaſtum vel ex'ilium, venditionem vel alienationem, de domibus, vel boſchis, vi'variis, parcis, ſive hominibus vellenagium tenentibus. Quod ſi hoc fe'cerit, & inde convictus fuerit, ſecundum quantitatem delicti puniatur. 'Et omnia damna quæ prædictus hæres ea occaſione habuerit, ſine dila'tione reſtituet. Et cum hæres fecerit domini Regi rationabile rele'vium cum fuerit plenæ ætatis, domina Regina inde petit aurum ſe'cundum æſtimationem decimæ partis, & videtur quod non debet habere 'niſi de fine. *Baronum Petitiones.* *De ſucceſſion. Hæred.* *Aurum Reginæ.*

'Item petunt remedium, quod ubi aliquis infra ætatem exiſtens tenet 'plures terras de pluribus & diverſis dominis, & idem teneat aliquam quan'titatem terræ de domino Rege in capite, per ſervitium militare, vel ſer'gantiam, occaſione cujus ſervitii dominus Rex habet cuſtodiam omni'um terrarum & tenementorum prædictorum hæredis, de quocumque 'tenuerit; ſi dominus Rex eat in exercitu, licet teneat in manu ſua plura 'feoda militum de feodis aliorum, ſicut prædictum eſt, nihilominus petit 'totum ſervitium à prædictis Dominis feodi qui de eo tenent in capite, nec 'eis vult quicquam allocare ex hoc quod tenet cuſtodiam prædictorum feo'dorum in manu ſua.

'Item, Petunt Barones habere cuſtodiam terrarum & tenementorum 'ſuorum qui ſunt de feodis ſuis & hæredum uſque ad legitimam ætatem 'ipſorum. Ita quod dominus Rex habeat maritagium & cuſtodiam corpo'ris penes ſe. Et hoc petunt de jure communi.

'Item petunt quod caſtra Regis committantur cuſtodienda ad fideles 'ſuos, & de Regno *Angliæ* natos, ob plures caſus qui poterunt in Regno '*Angliæ* evenire vel emergere. *Cuſtodia Caſtrorum.*

'Item petunt quod caſtra Regis quæ ſunt ſupra portus maris ubi navigia 'evenire poſſunt, committantur fidelibus hominibus de Regno *Angliæ* 'natis, propter pericula plurima evidentia quæ emergere poſſunt ſi aliis 'committerentur.

'Item petunt de maritagiis domino Regi pertinentibus, quod non ma'ritentur ubi diſparagentur, videlicet hominibus qui non ſunt de natione 'Regni *Angliæ*.

'Item petunt remedium quod boſci & terræ infra metas foreſtæ non 'exiſtentes, qui per ambulationem proborum hominum, & per quindeci'mam partem omnium bonorum hominum *Angliæ* domino Regi datam 'deafforeſtati fuerunt, per voluntatem ſuam reafforeſtavit. *Foreſtæ.*

'Item petunt de aſſartis factis infra metas foreſtæ de terris ſuis pro'priis, & tenementorum ſuorum de novo arentatis, unde dominus Rex

b M. Par. p. 970.

'vendicat

1257. Henric. 3. R. ‘vendicat ſibi cuſtodiam hæredum talium, & nihilominus vendicat ſervi‘tium omne inde debitum.

‘Item petunt remedium quod Foreſtæ deafforeſtatæ per chartam Regis, ‘& per fidem eidem per communitatem totius Regni factam, ita quod ‘quiſque ubique poſſit libere fugare, dominus Rex de voluntate ſua pluri‘bus dedit de prædicta libertate warennas, quæ ſunt ad nocumentum ‘prædictæ libertatis conceſſæ.

Religioſi. ‘Item petunt remedium, quod Religioſi non intrent in feodum Co‘mitum & Baronum & aliorum, ſine voluntate eorum, per quod amit‘tunt in perpetuum cuſtodias, maritagia, relevia, & eſchaetas.

‘Item petunt remedium de Abbatiis & Prioratibus fundatis de feodis ‘Comitum & Baronum, unde dominus Rex ad vacationem dictarum do‘morum inde petit cuſtodiam, ita quod non poſſunt eligere ſine voluntate ‘Domino Regis; & hoc eſt in præjudicium Comitum & Baronum, cum ‘ſervitia inde debita domino Regi ſuſtineant ut medii.

Eſchaeta. ‘Item petunt remedium de hoc, quod dominus Rex aliquando pluri‘bus dat per chartam ſuam aliena jura, dicens illa eſſe eſchaeta ſua, unde ‘tales dicunt quod non debent nec poſſunt reſpondere ſine domino Rege. ‘Et cum juſtitiarii hoc oſtendunt domino Regi, nihil juſtitiæ in hac parte ‘factum eſt.

‘Item petunt remedium, quod cum ipſi Comites & Barones habeant ‘terras ſuas in pluribus comitatibus, Juſtitiarii Domini Regis ſint itine‘rantes uno tempore in omnibus comitatibus prædictis, ad placitandum ‘de omnibus placitis, & de Foreſta ſimul & ſemel, & niſi ipſi Comites ‘& Barones compareant coram illis primo die communis ſummonitionis, ‘amerciabuntur ad voluntatem Domini Regis pro ſua abſentia, niſi habe‘ant breve domini Regis de acquietantia.

‘Item prædicti juſtitiarii capiunt finem gravem pro pulchro placitando ‘de quolibet comitatu, ne occaſionentur, & non debent emere jura, & de ‘aliis pluribus occaſionibus de placitis Coronæ. Et ſi villatæ quatuor ‘propinquiores ad mortem hominis interfecti vel ſubmerſi non acceſſerint, ‘omnes de ætate XII. annorum prædictarum IV. villatarum graviter ‘amerciabuntur.

‘Item petunt quod nullus poſſit firmare caſtrum ſupra portum maris, ‘vel ſupra inſulam infra incluſam, niſi ſit de conſenſu conſilii totius Regni *Angliæ*, quia plura pericula poſſent inde evenire.

Vicecomitum Firmæ. ‘Item de Vicecomitum firmis, & aliorum ballivorum liberorum, qui ‘capiunt comitatus & alias ballivas ad firmam, qui etiam habent comi‘tatus ſuos ad tam altam firmam, quod non poſſunt dictam firmam inde ‘levare; nec amerciant homines ſecundum quantitatem delicti, ſed ad ‘redemtionem ultra vires eos artant. *Amerciamenta.*

‘Inſuper dicunt quod Vicecomites ad duos turnos ſuos per annum de‘mandant perſonalem adventum Comitum & Baronum tenentium baro‘nias ſuas in diverſis locis & comitatibus; & ſi non venerint ibi perſona‘liter, amerciant ipſos ſine conſideratione & judicio; & hoc, quia qui‘libet Vicecomes dicit, quod in dictis turnis eſt juſticiarius quoad ‘diem.

‘Item, ubi aliquis habet aliquam partem terræ, ſcilicet duas acras ter‘ræ, vel plus vel minus, ſine manſione eidem adjacente, niſi ratione il‘lius terræ ad turnos ſuos veniat, tunc pro voluntate ſua amerciabitur.

‘Item, ſi aliqua juſticiaria mandata fuerit ſpecialiter coram aliquo ju‘ſticiario aſſignato, vel de nova diſſeiſina, vel de morte anteceſſoris, Vice‘comites clamare faciunt in mercatis, quod omnes milites & libere te‘nentes patriæ, veneant ad certum diem & locum audituri & facturi præ‘ceptum Regis & cum ibi non venerint, eos amercient pro voluntate ‘ſua.

‘Item

'Item petunt remedium de hoc, quod ſi aliquis Comes, vel Baro, vel Bal- 1258.
'livus, vel aliquis alius qui libertatem habeat vel in civitate vel in vil- *Alex.* 4. P
'lata, ceperit aliquem malefactorem & illum obtulerit Vicecomiti, vel
'ſuo ballivo, ad incarcerandum vel cuſtodiendum quouſque de eo fiat ju-
'dicium, Vicecomes recuſat admittere priſonæ illum niſi is qui ipſum ce-
'perit, finem faciat per ſic quod ipſum recipiat.

'Item de eo quod multi homines de diverſis partibus Regni propter
'cariſtiam temporis venientes, & per diverſas provincias tranſitum faci-
'entes, fame & inedia moriuntur, & tunc per legem terræ viſum factum
'eſt per Coronatores, & quatuor villatas vicinas, & cum prædictæ villatæ
'de ita mortuis nihil ſciunt nec dicunt, niſi quod caſu prædicto. Mori-
'untur, & quia nihil de *Huthesia Engleſcheria* aſſignatur, amerciatur patria
'coram juſticiariis tanquam de murdro.

'Item, de priſis domini Regis in nundinis & mercatis & civitatibus, *Priſæ Regis.*
'videlicet quod hi qui aſſignati fuerint ad prædictas priſas capiendas,
'eas rationabiliter capiant, ſcilicet quantum pertinet ad prædictos uſus
'domini Regis, unde conqueruntur, quod dicti captores capiunt in du-
'plo vel in triplo pluſquam cedit ad uſus Domini Regis: & etiam totum il-
'lud ſuperfluum ad opus ſuum, vel ad opus amicorum ſuorum retinent, &
'partem inde aliquam vendunt.

'Item conqueruntur, quod dominus Rex de priſis nullam fere facit pa-
'cationem, ita quod plures mercatores de Regno *Angliæ* ultra modum
'depauperentur, & alii mercatores extranei ea occaſione ſubtrahunt ſe de
'veniendo in terram iſtam cum ſuis mercibus, unde terra magnam incur-
'rit jacturam.

'Item petunt remedium de ſectis de novo levatis in Regno, tam ad co- *Sectæ.*
'mitatus & hundreda, quam ad curias libertatis, quæ nunquam aliquo tem-
'pore fieri conſueverunt.

'Item, petunt remedium de hoc, quod *Judæi* aliquando debita ſua & *Judæi.*
'terras eis invadiatas magnatibus & potentioribus Regni, cum terras mi-
'norum ingrediuntur ea occaſione: & licet ipſi qui debitum debent, pa-
'rati ſint ad ſolvendum prædictum debitum cum uſuris, præfati magna-
'tes negotium prorogant, ut prædictæ terræ & tenementa aliquo modo
'ſibi remanere poſſint, dicentes quod ſine *Judæo* cui debebatur debitum,
'nihil poſſunt nec ſciunt facere, & ſemper differunt ſolutionem dictæ pe-
'cuniæ, ita quod occaſione mortis vel alicujus alterius caſus, evidens peri-
'culum & manifeſta patet imminere exhæredatio his quorum prædicta te-
'nementa fuerunt.

'Item, petunt remedium de Chriſtianis uſurariis, ut de Caurſinis qui de- *Uſurarii &*
'gunt *Londini*, cum Chriſtianæ religioni contrarium videatur, manu te- *Caurſini.*
'nere vel fovere aliquos hujuſmodi, ſaltem ex quo nomen *Chriſtiani* indu-
'erunt. Et præterea, per eorum uſuras plures depauperentur & deſtruuntur,
'& etiam plures mercandias venientes verſus *Londinum*, tam per aquam
'quam per terram, occupant & emunt, ad magnum detrimentum mer-
'catorum & omnium prædictæ Civitatis, & ad magnum damnum Domi-
'ni Regis, quia cum dominus Rex talliat prædictam civitatem, in nullo par-
'ticipant nec participare volunt cum prædictis civibus in tallagiis & aliis
'domino Regi faciendis.

'Item, petunt remedium de maritagiis alienatis, videlicet in tali caſu, *Maritagia.*
'ſi aliquis dederit alicui unam carucatam terræ in maritagio cum filia vel
'ſorore, habendam & tenendam eis & hæredibus de prædictis filia vel ſo-
'rore exeuntibus, ita videlicet quod ſi prædicta filia vel ſoror obierit ſine
'hærede de corpore ſuo, terra cum pertinentiis integre revertatur ad ipſum
'qui terram dederit in maritagium, vel ad hæredes ſuos; & cum prædictum
'donum non ſit abſolutum ſed conditionale; tamen mulieres poſt mor-
'tem virorum ſuorum in viduitate ſua dant vel vendant prædicta marita-

1258. Henric. 3. R. 'gia & infeodant pro voluntate ſua, licet hæredes de corpore ſuo non 'nec hujuſmodi feofamenta hucuſque aliquatenus fuerunt revocata. Unde 'petunt, quod ex æquitate juris, ratione prædictæ conditionis, ſive per 'breve de ingreſſu, vel aliquo alio modo competenti, provideatur reme- 'dium ad revocandum hujuſmodi feofamenta, & quod in tali caſu pro- 'cedatur ad judicium pro ipſo petente.

Milites. 'Item petunt remedium de hoc, quod dominus Rex large facit militi- 'bus de Regno ſuo acquietantiam, ne in juratis ponantur juramentis vel 'recognitionibus, propter quod in pluribus comitatibus pro defectu mili- 'tum non poteſt capi aliqua magna aſſiſa, & ita remanent hujuſmodi lo- 'quelæ, ita quod petentes nunquam juſtitiam conſequuntur.

Breve de Recto. 'Item, in pluribus comitatibus uſitatum eſt, quod ſi aliquis defert bre- 've de recto directum proximo capitali domino feodi, & petens probave- 'rit defaltam Curiæ ipſius Capitalis Domini pro conſuetudine Regni, & 'poſt eat ad Comitatum, & petat quod adverſarius ſuus ſummoneatur 'quod ſit ad proximum Comitatum, veniet ſuperior Capitalis dominus 'feodi, & petit ſuam curiam inde, & habebit: & probata defalta curiæ, 'veniet adhuc alter ſuperior dominus feodi illius, & petit ſimiliter curiam 'ſuam, & habebit: & ſic de ſingulis capitalibus dominis quotquot fuerint 'ſuperiores. Quod eſt aperte contra juſtitiam, cum in brevi contineatur, 'quod Capitalis dominus feodi cui breve dirigitur, plenum rectum teneat 'quod Vicecomes faciat &c.

Litera cujuſdam de curia Regis de Parliamento Oxoniæ.

Hugo Bigod juſtitiarius. 'Salutem. Sciatis quod in Parliamento *Oxoniæ* factus fuit juſticiarius '*Angliæ* dominus *Hugo le Bigot*, qui juravit ſe exhibiturum juſtitiam omni- 'bus querelantibus, & quod hoc non dimitteret pro domino Rege vel Re- 'gina, ſeu pro filiis eorum, ſive pro aliquo vivente, vel re aliqua, nec 'odio vel amore; nec prece nec pretio, nec quicquam ab aliquo reci- 'piet, niſi eſculenta & poculenta quæ ad menſam divitis deferri ſolent. 'Poſtea ibidem commiſſa fuerunt omnia caſtra domini Regis certis per- 'ſonis *Anglicis*, quæ fere omnia prius erant in manibus alienigenarum. 'Poſtea autem expoſitis articulis prænotatis inter XXIV. Juratos [a] conten- 'tum erat, quod quia dominus Rex pauper erat, ita quod ſi eſſet perſe- 'cutus ipſe vel Regnum ſuum per aliquem principem vicinum, immi- 'neret ei & Regno ſuo grave periculum, & forſitan ſubverſio totius Re- 'gni; unde proviſum fuit ut reſtituerentur ei omnes terræ, & omnia te- 'nementa & caſtra per ipſum de corona alienata. Cui articulo fratres ſui '*Pictavenſes* & quidam *Anglici* eorum fautores, videlicet *Henricus* filius 'Regis *Alemanniæ*, & *Johannes* de *Warenna* contradixerunt, & verſus *Win-* '*toniam* receſſerunt omnes, excepto filio Regis *Alemanniæ*, licentia non 'petita. Sed ipſe, cum Barones ſuum requirerent juramentum de ſtando 'proviſionibus eorum, reſpondit quod terram non habuit niſi ad volun- 'tatem patris ſui, & ideo eo inconſulto noluit, ſicut nec debuit aliquod 'præſtare juramentum, deſicut eorum par non fuit. Et habuit tunc diem 'deliberandi ad conſulendum patrem ſuum, videlicet XL. dies.

'Poſtea autem acceſſerunt omnes Barones cum equis & armis una cum 'domino Rege apud *Wintoniam*, parati obſidere caſtrum Electi *Wintonien-* '*ſis*, de Wlveſham, & poſtea alia caſtra ſua, & caſtra *W.* de *Valentia*, & 'proſequi eos uſque ad ultimum exterminium, niſi reſilirent ab errore 'incepto contra communitatem Regni ſuper proviſionibus Baronum. Po- 'ſtea reconciliatus fuit *Johannes* de *Warenna* cum difficultate, & præſtitit 'juramentum pro voluntate ipſorum. Poſtea vero fratres Reges apud 'Wlveſham exiſtentes miſerunt ad Barones nuncios ſuos, volentes recon-

[a] f. conventum.

'ciliari,

'ciliari, dicentes quod parati erant in omnibus ſtare ipſorum proviſioni- 1258.
'bus. Quibus fuit reſponſum, quod cum juraſſent à principio providere *Alex. 4. P.*
'una cum eis reformationi & utilitati Domini Regis & Regni, & ſic de
'*Oxonia* receſſiſſent tanquam domini Regis & Communitatis ſeductores,
'tanquam fide mentiti, articulis & proviſionibus ipſorum contradicendo,
'de eis minime poterat aliqua haberi confidentia, propter quod neceſſe
'fuit quod omnes exirent à Regno cum tota ſequela ſua, uſque dum ſta-
'tus Regni reformaretur; & poſtea dominus Rex ſecundum quod habe-
'ret conſilium, pro eis mandaret. Et cum dominus Rex offerret dare
'cautionem ſecuritatis pro eis, quod nullum pararent Baronibus impedi-
'mentum vel gravamen, nec quod venirent contra proviſionem ipſorum;
'conceſſum fuit & proviſum quod unum è duobus eligerent & facerent;
'vel quod exirent à Regno ſicut prædictum eſt, vel quod duo ex ipſis, *Guido*
'videlicet & *Galfridus* de *Lyſingan*, exirent à Regno finaliter, & electus
'*Wintonienſis* & *Willielmus* de *Valentia*, qui terras habent in *Anglia*, mo-
'rarentur in *Anglia* ſub ſalva & decenti cuſtodia per Barones providenda;
'donec ſtatus Regni reformaretur. Tandem elegerunt omnes exire à
'Regno dum tamen poſſent habere exitus terrarum ſuarum: quod uti-
'que non fuit eis de plano conceſſum; ſed ut congruam ſuam haberent
'ſuſtentationem de terrarum ſuarum exitibus, per proviſionem Baronum, &
'reſiduum in terra moraretur ad opus ipſorum cuſtodiendum, & proceſſu
'temporis, ſi videretur expedire, eis liberandum; quod non creditur eve-
'nire. Et cum poſtea peterent ut poſſent habere theſaurum ſuum ſecum;
'conceſſa fuerunt eis tantum ſex millia marcarum, & reſiduum morabi-
'tur in terra, ad ſatisfaciendum inde omnibus de eis conquerentibus &
'ballivis ſuis; & quod ſuperfuerit cuſtodietur ad opus ipſorum. Poſtea
'autem petito & obtento ſalvo conductu, receſſerunt omnes cum prædictis
'ſex millibus marcis tantum, & die Dominica proxima poſt tranſlatio- *Pictavienſes*
'nem beati *Thomæ* Martyris apud *Doroberniam* transfretaverunt. Et miſſi *recedunt.*
'ſunt milites ad arreſtandum & conſignandum theſauros ſuos in locis di-
'verſis religioſis.

'Poſtea autem dominus *Edwardus* cum maxima difficultate ad hoc indu- *Edwardi*
'ctus, ſe ſuppoſuit Baronum ordinationi & proviſioni: qui etiam commi- *Principis Con-*
'ſerunt ei certos quatuor conſiliarios, ſcilicet dominos *Johannem* de *Bailol*, *ſiliarii.*
'*Johannem* de *Gray*, *Stephanum Lungeſpye*, & *Rogerum* de *Monte alto*. In brevi
'vero providebunt de ſtatu hoſpitii ipſius & hoſpitii domini Regis. Sæpius
'autem rogavit eos dominus Rex, quod nullus moraretur cum eo niſi *An-*
'*glicus*; & ita erit. Magna & ardua habent ipſi Barones providenda, quæ
'non poſſunt cito vel de facili conſummari & effectui mancipari. Pro-
'videbunt etiam in brevi una cum domino Rege apud *Londinum* plura
'tangentia alienigenas, tam *Romanos*, quam mercatores, camſores, &
'alios. Ad depoſitionem etiam & privationem Electi *Wintonienſis* inniti
'proponunt Barones præciſe, & jam confœderati ſunt cum Monachis ſan- *Baronum fe-*
'cti *Swithuni*. Ferociter procedunt Barones in agendis ſuis; utinam bo- *rocia.*
'num finem ſortiantur.

Fuerunt etiam in eodem Parliamento apud *Oxoniam* XXIV. electi, videlicet XII. ex parte domini Regis, & totidem ex parte Communitatis, quorum ordinationibus & proviſionibus dominus Rex & dominus *Edwardus* filius ejus, ſicut ſuperius prænotatur, ſe ſuppoſuerunt, ſuper ſtatus eorundem & totius Regni *Angliæ* correctione, & in melius reformatione. Plura etiam fuerunt ibidem & alibi percuſa, quæ inferius continentur.

1258.
Henric. 3. R.

Proviſio facta apud Oxoniam.

'Proviſum eſt; quod de quolibet comitatu eligantur quatuor diſcreti '& legales milites, qui quolibet die ubi tenetur Comitatus, conveniant 'ad audiendum omnes querelas de quibuſcumque tranſgreſſionibus & in'juriis, quibuſcumque perſonis illatis per Vicecomites, ballivos, ſeu quoſ'cumque [ad] alios, & ad faciendum tachiamenta quæ ad dictas que'relas pertinent, uſque ad primum adventum capitalis juſtitiarii in partes 'illas. Ita quod ſufficientes capiant plegios à conquerente de proſequen'do, & ſimiliter ab eo de quo queritur, veniendo & juri parendo coram 'præfato juſtitiario in primo adventu ſuo. Et quod prædicti quatuor mi'lites inrotulari faciant omnes prædictas querelas cum ſuis attachiamentis 'ordinate & ſerie, ſcilicet de quolibet hundredo ſeparatim & per ſe. Ita 'quod præfatus juſtitiarius in primo adventu ſuo poſſit audire & terminare 'præfatas querelas ſigillatim de quolibet hundredo. Et ſcire faciant 'Vicecomiti quod venire faciant coram præfato juſtitiario in proximo 'adventu ſuo, ad dies & loca quæ eis ſcire faciat, omnes hundredarios & 'ballivos ſuos. Ita quod quilibet hundredarius venire faciat omnes con'querentes & defendentes de balliva ſua, ſucceſſive ſecundum quod præ'fatus juſtitiarius duxerit de prædicto hundredo placitare. Et tot & tales 'tam milites quam alios liberos & legales homines de balliva ſua per quos 'rei veritas melius convinci poterit; ita quod omnes ſimul & ſemel non 'vexentur, ſed tot veniant quod poſſunt una die placitari & terminari.

'Idem proviſum eſt quod [a] nullus miles de prædictis comitatibus, oc'caſione acquietantiæ quod non ponatur in juratis vel aſſiſis per chartam 'domini Regis deferatur, nec quietus ſit quoad proviſionem iſtam ſic factam 'pro communi utilitate totius Regni.

Electi ex parte domini Regis.	*Electi ex parte Comitum & Baronum.*
Dominus *Londonienſis* Epiſcopus	Dominus *Wigornenſis* Epiſcopus
Dominus *Wintonienſis* Electus	Dominus *Symon* Comes *Leyceſtrenſis*
Dominus *H.* filius Regis *Alemaniæ*	Dominus *Ricardus* Comes *Gloverniæ*
Dominus *J.* Comes *Warennæ*	Dominus *Humfridus* Comes *Herefordiæ*
Dominus *Guido* de *Lyſinan*	Dominus *Rogerus* Mareſcallus
Dominus *W.* de *Valentia*	Dominus *Rogerus* de *Mortuo mari*
Dominus *J.* Comes *Warewici*	Dominus *J.* filius *Galfridi*
Dominus *Johannes Manſel*	Dominus *Hugo le Bigot*
Fr. *J.* de **Derlington**	Dominus *Ricardus* de *Gray*
Abbas *Weſtmonaſterii*	Dominus *W. Bardulf*
Dominus *H.* de **Wengham**	Dominus *P.* de *Monte forti*
	Dominus *Hugo diſpenſarius.*

Et ſi contingat aliquem iſtorum neceſſitate intereſſe non poſſe, reliqui iſtorum eligant quem voluerint, ſcilicet alium neceſſarium loco abſentis ad iſtud negotium proſequendum.

a Lege nulli militi.

Ceo

1258. Alex. 4. P.

Ceo jura le Commun de *Engletere* a *Oxenford*.

Nus tels & tels *feſum a ſaver a tute genz, ke nus avum jure ſur ſeintes Evuangeles, e ſumus tenuz enſemble par tel ſerment, e premettuns en bone fei, ke cheſcun de nus e tuz enſemble nus entre eiderums, e nus e les nos cuntre tute genz, dreit feſant e rens pernant, ke nus ne purrum ſanz mef fere, ſalve la fei le Rei e de la corune. E premettuns ſur meime le ſerment ke nus de nus ren ne prendra de tere ne de moeble par que ceſt ſerment purra eſtre deſturbe, u en nule ren empeyre. E ſi nul fet encontre ceo, nus le tendrums a Enemi mortel.*

Ceo eſt le ſerment à vint e quatre.

Cheſcun jura ſur ſeintes Euuangeles, ke il al honur de Deu, e a la fei le Rei, e al profit del Reaume, ordenera e tretera ovekes les avant dit jures ſur le reſurmement e le amendement del eſtat del Reaume. E ke ne lerra pur dun, ne pur premeſſe, pur amur, ne pur hange, ne pur pour de nulli, ne pur gain, ne pur perte, ke leaument ne face ſolum la tenur de la lettre ke le Rei ad ſur ceo done & ſun fez enſement.

Ceo jura le haute Juſtice de *Engletere*.

Il jure ke ben & leaument a ſun poer fra ceo ke apeut a la juſticerie de dreiture tenir a tute genz al prou le Rei e del Reaume, ſolum la purveance fete & a fere par les vint & quatre, & par le cunſeil le Rei e les hauz humes de la tere ki li jurrunt en ceſtes choſes a aider & a mentenir.

Ceo jura le Chanceler de *Engletere*.

Ke il ne enſelera nul bref fors bref de curs ſanz le commandement le Rei & de ſun Cunſeil ke ſerra preſent. Ne enſelera dun de grant garde ne de grant ..... ne de Eſchaetes ſanz le aſſentement del grant Cunſeil u de la greinure partie. Ne ke il ne enſelera ren ke ſeit encontre le ordinement ke eſt fet & ſerra a fere par les vint & quatre, u par la greinure partie. Ne ke il ne prendra nul loer autrement ke il neſt diviſe as autres. E lem li bandra un companiun en la furme ke le Cunſeil purverra.

Ceo eſt le ſerment ke les gardens des [a] Chaſtes firent.

Ke il les Chaſtels le Rei leaument e en bone fei garderunt al oes le Rei et de ſes heyrs. E ke eus les rendrunt al Rei u a ſes heyrs et a nul autre, et par ſun cunſeil et en nule autre manere; Ceo eſt a ſauer par prodes homes de la tere eſluz a ſun Cunſeil, u par la greinure partie. E ceſte furme par eſcrit dure deske a duze ans. E de ilokes en avant per ceſt eſtablement et ceſt ſerment ne ſeint conſtreint ke franchement ne les puſſent rendre al Rei u a ſes heirs.

Ceo ſunt ceus ke ſunt jurez del conſeil le Rei.

Archiepiſcopus *Cantuarienſis*
Epiſcopus *Wigornenſis*
Comes *Leyceſtrenſis*
Comes *Glovernenſis*
Comes *Marſcallus*
Petrus de *Sabaudia*
Comes *Albemarlie*
Comes Warewik
Comes *Herefordenſis*.
Johannes Manſel
Johannes filius *Galfridi*
Petrus de *Monteforti*
Ricardus de *Gray*
Rogerus de *Mortuo mari*
Jacobus de Aldithelege

[a] Lege chaſtels.

 Les

1258. Henric. 3. R. *Les duze de par le Rei unt eſlu des duze de par le commun.* { *le Cunte* Roger *le Marſcall.* Hugo *de* Bigot.

E la partie ver le commun ad eſlu des XII. *ke ſunt de part le Rei.* { *le Cunte de* Warewik *Johannes Manſell.*

E ces quatre vint poer a eſlire le cunſeil le Rei, et quant il unt eſlu, il les muſtrunt as vint et quatre et la u la greinure partie de ces aſent, e ſeit tenu.

Ces ſunt les duze ke ſunt eſlu par les Baruns a treter a treis parlemenz per an oveke le cunſeil le Rei pur tut le commun de la tere de commun boſoine.

Epiſcopus *Londonienſis*	*Johannes* de *Gray*
Comes *Wintonienſis*	*Rogerus* de *Sumery*
Comes *Herefordenſis*	*Rogerus* de *Monte alto*
Philippus Baſſet	*Hugo Diſpenſarius*
Johannes de *Bailol*	*Thomas* de *Greſley*
Johannes de *Verdun*	*Ægidius* de *Argenten.*

Ces ſunt les vint et quatre ke ſunt mis per le commun a treter de aide le Rei.

Epiſcopus *Wigornenſis*	*Johannes* de *Gray*
Epiſcopus *Londonienſis*	*Johannes* de *Bailol*
Epiſcopus *Sarum*	*Rogerus* de *Mortuo mari*
Comes *Leyceſtrenſis*	*Rogerus* de *Monte alto*
Comes *Glovernenſis*	*Rogerus* de *Sumery*
Comes *Mareſcallus*	*Petrus* de *Monte forti*
Petrus de *Sabaudia*	*Thomas* de *Greley*
Comes *Herefordenſis*	*Fulco* de *Kerdiſton*
Comes *Aubemarliæ*	*Ægidius* de *Argenton*
Comes *Wintonienſis*	*Johannes Kyriel*
Comes *Oxonienſis*	*Philippus Baſſet*
Johannes filius *Galfridi*	*Ægidius* de *Erdinton.*

E ſi aukun de ces ne i puſſe eſtre u ne voile, a ces kel i ſerrunt apeut poer de autre eſlire en ſun liv.

Del eſtat de ſeint Egliſe.

A remembrer fet ke le eſtat le ſeint Egliſe ſeit amende par les vint & quatre eſluz a refurmer le eſtat del Reaume de Engletere *kant il verrunt liu et tens ſolum le poer ke il en vnt par la lettre le Rei de* Engletere.

De la haute Juſtice.

Derichef ke Juſtice ſeit mis un u deus et quel poer il auera, et ke il ne ſeit fors un an. Iſſi ke al chef del an roſpoine devant le Rei et ſun Cunſeil de ſun tens et denant celui ke ſerra aprés lui.

Del Treſorer, e de le Eſchecker.

Autel del Treſorer. Mes ke il rende acunte al chef del an. E bone genz autres ſeient mis al Eſcheker ſolum le ordenement les avant dit. vint et quatre. E la vengent totes les iſſues de la tere et en nule part ailurs. E ceo ke lem verra a amender, ſeit amende.

Del

1258.
Alex. 4. P.

Del Chanceler.

Autel del Chanceler. Iſſi ke al chef del an reſpoine de ſun tens. E ke il ne enſele hors de curs par la ſule volunte del Rei. Mes le face par le Cunſeil ke ſerra entur le Rei.

Del poer la Juſtice et de Bailivis.

La haute Juſtice a poer de amender les tors fez de tutes autres Juſtices, et de Ballifs, e de Cuntes, et de Baruns, et de tutes autres genz, ſolum lei et dreit de la tere e en leus deues. E ke la Juſtice ne prenge ren ſi ne ſeit preſent de pain et de vin et de teles choſes, ceo eſt a ſauer, viandes et beyfres ſicum lem ad eſte acuſtume a porter as tables de prodes homes a la Jornee. E ceſte meime choſe ſeit enteudue de tuz les Cunſeleirs le Rei et de tuz ſes ballifs. E ke nul ballif par acheſun de plai u de ſun office ne prenge nul loer par ſa main, ne par autru en nule manere. E ſi il eſt ateint, ke il ſeit reint, & cil ke done autre ſi. E ſi covent ke le Rei done a ſa Juſtice et a ſa gent ke le ſeruent, ke il ne eient meſter ke il ren prengent de autrui.

De Veſcuntes.

Les veſcuntes ſeient purveus, leus genz et prodes homes et tere tenauz. Iſſi ke en cheſcun Cunte ſeit un vaua ſur del Cunte memes veſcunte, ke ben et leuement trete la gent del Cunte et dreitement. E ke il ne prenge loer, e ke il ne ſeit veſcunte fors vn an enſemble. E ke en le an rende ſes acuntes al Echeker e reſpoine de ſun tens. E ke le Rei luy face del ſoen ſolum ſun afferant coment il puſſe garder le Cunte dreitement. E ke il ne prenge nul loer ne li ne ſes ballifs. E ſi il ſeint ateint, ſcient reinz.

A remembrer fet ke lem mette tel amendement a la Gynerie et as gardeins de la Gynerie ke lem i ſaune le ſerement.

De Eſchaeturs.

Bons Eſchaeturs ſeient mis. E ke il ne prengent rens des bens as morz, de queles teres deinent eſtre en la main le Rei. Mes ke les Eſchaeturs eient franche adminiſtraciun des bens des ke il auerunt fet le gre le Rei ſi dette lui deiuent. E ceo ſolum la furme de la Chartre de franchiſe. E ke lem enquerge des tors fez ke Eſchaeturs unt fet ta enarere, et ſeit amende de ſel et de lel. Ne tailage ne autre choſe ne prenge fors ſi come il deuera ſolum la Chartre de franchiſe.

La Chartre de franchiſe de ſeit garde fermement.

Del Eſchange de *Lundres*.

A remembrer fet del Eſchange de Lundres *amender, et de la Cite de* Lundres, *et de totes les autres Citez le Rei ke a hunte et a deſtrucciuns ſunt alez par tailages et autres oppreſſions.*

De hoſpitio Regis & Reginæ.

A remembrer fet del hoſtel le Rei et la Regine amender.

Des parlemenz, quanz ſerrunt tenuz per an. et coment.

Il fet a remembrer ke les XXIV. *unt ordene ke treis parlemenz ſeint par an. Le premerem as utanes de ſein* Michel. *Le ſecund le demein de la* Chandelur. *Le terz le premer Jor de* June, *Ceo eſt a ſauer, treis ſemeines deuant le ſeint* John. *A ces treis parlemenz vendrunt les Cunſeilers le Rei eſluz tut ne ſcient il pas mandez pur ver le eſtat del Reaume, & pur treter les communs boſoingnes del Reaume quant meſter ſerra per le mandement le Rei.*

Si

1258. Henr. 3. R. *Si fet a remembrer ke le Commun eſliſe* XII. *prodes homes ke vendrunt as parlemenz et autre fez quant meſter ſerra quant Rei u ſun Cunſeil les mandera pur treter de boſoingnes le Rei et del Reaume. E ke le Commun tendra pur eſtable cer ke ces* XII. *frunt. E ceo ſerra fet pur eſparnier le cuſt del Commun.*

Quinze ſerrunt nomez par ces quatre, ceo eſt a ſauer, per le Cunt le Marechall, *le Cunte de* Warewik, Hugo le Bigot, *et* John Manſel *ki ſunt eſluz par les* XXIV. *pur nomer les deuant dit quinze, les queus ſerrunt de Cunſeil le Rei. E ſerrunt cunfermez par les avant dit* XXIV. *u par la greinure partie de els. E auerunt poer del Rei conſeiler en bone fei del gouernement del Reaume, & de totes choſes ke al Rei u al Reaume pertinent. E pur amender et adreſcer totes les choſes ke il verrunt ke facent a adreſcer et amender. E ſur le haute Juſtice, et ſur totes autres genz. E ſi il ne poeut tuz eſtre, ceo ke la greinure partie fra, ſerra ferm et eſtable.*

Ces ſunt les nuns des Cheveteins Chaſteans le Rei, et de ceus ke les vnt en garde.

Robertus de *Nevil*	Bamburg; *Novum caſtrum* ſuper Tyne
Gilbertus de *Gant*	Scardeburg
Willielmus Bardulf	Notingham
Radulfus Baſſet de Sapercot	Norhamton
Hugo Bigot	Turris *Londoniarum*
Ricardus de *Gray*	*Doveria*
Nicholaus de *Monles*	*Roueceſtria* & *Cantuaria*
	Wintonia
Rogerus de *Samford*	*Porceſtria*
Stephanus Longe Eſpee	Cork
Matheus de *Beſill*	*Glouceſtria*
Henricus de *Tracy*	*Exonia*
Ricardus de *Rochele*	Haldeſham
Johannes de *Gray*	*Herefordia*
Robertus Walrant	Sarum
Hugo Diſpenſarius	Horeſtan
Petrus de *Monte forti*	Brugewalter
Comes Warewik	*Diviſes*
Johannes filius *Bernardi*	*Oxonia.*

Eodem tempore de communi Domini Regis & communitatis conſilio factæ ſunt Chartæ Domini Regis ſubſequentes, & ſcriptæ *Latine, Gallice* & *Anglice*, & per totum Regnum *Angliæ* ad omnes Comitatus tranſmiſſæ, ut ibidem per Vicecomites lectæ, & intellectæ, firmiter ab omnibus in poſterum obſervarentur illæſæ.

Charta Regis.

Henry par la grace de Deu Rei de Engletere, *Duc de* Normandii, *de* Aquitanæ, *et Cunte de* Angou, *a tuz ſes feus et leus ſaluz. Pur coe ke nus deſirrums et volums ke haſtiue dreiture ſeit fete par tote noſtre Reaume autre ſi ben as poures cum a riches, nus volums et commanduns ke tuz les torz ke unt eſte fet de noſtre tens en voſtre Cunte ki unkes le avera fet, ſeint muſtre as quatre chevalers ke nus avum a coe aturne, ſi enavant ne lur eit eſte muſtre. E nus al plus haſtivement ke nus purrums les frum amender & adreſcer. Mes ſinus ne purrums ſi haſtivement ceſte choſe fere cume nus vodrums et cume meſter*

ſter ſerreit a vous et a nus ne [a] vus ne vous denez pas amerueiler ke la choſe 1258.
ke eſt ſi longement malement ale a noſtre damage & al voſtre, ke eles ne poent ſi Alex. 4. P.
toſt eſtre mendez. Mes par les premer amendemenz ke ſerrunt fet al Cunte u nus averum noſtre Juſtice et de nos autres prodes homes, pur coe poez aver certeyn eſperance ke auſi fra lem avous al plus toſt ke lem purra. Sachez ke nus avum fet Jurer cheſcun de nos veſcuntes cel ſerment, ke il nus ſervira [b] lewement et lewement tendra a ſon poer ceo ke eſt deſuz eſcrit ceo eſt a ſauer ke il fra dreiture communement a tute gent ſolum le poer ke il a de ſun office. E ceo ne lerra pur amur ne pur hayne ne pur pour de nul, ne pur nule coueytiſe ke il auſi ben et auſi toſt ne face haſtiue dreiture al pouere home cume al riche ne de nuly ren prendra par li ne par autre en nule manere, par art ne par engyn par acheſun de ſa baylie, fors ſolement mangers & beyfres ke lem eſt acuſtume et porter as tables auſicume a une Jornee al plus ne ke il ne auere eyne cheuaus en lyn ou il herberge ouekes autre par acheſun de ſa bayllie, ne oueke nul ne herbergeza ke eit meius quarante liuere de tere. Ne en nule meſun de religion ke eit meius de value de cent mars cheſun an de teres ou de rentes. Ne ouekes les lyns dites ne herbergera ke vne fiez par an ou deus al plus. E ceo ne fra fors par lur preere et par lur bone volunte, E ke ceo a cuſtume ne trerra. E ſi il couent ke il herberge, ke plus ne prendra de preſenz ne de autre choſe ke plus vaile ke duze deners. E ke de ſerganz ne auera fors tant cum li comendra des comenablement tenir pur garder ſa bailie e teus ſerganz prendra des queus il ſeit ſi ſeur ke il puſſe reſpondre de lur fet. E ke le pais ne ſeit trop greue pur lur manger ne pur lur beyfres. E ceul tant cume il ſunt en baillie nul home clerc ne lay, franc ne vilein, de meſun de religion ne de vilee ne demanderunt ne prendrunt ayguel, garbe, blee, ne leine, ne nul autre manere de moble ne deners ne ke le vaille, ſi come pluſurs unt acuſtume ca en arere. E co lur face Jurer le viſcunte kant il les mettra en bailie, E ke Cuntez hundredes wapetakes ne nul autre manere de baillies de noſtre Reaume ne baudra a ferme a nulli. E ſeient certeins veſcuntes et tote maneres de autres baillis, ke ſi nul eſt ateint de nule manere de autre priſe ke ſuz eſt eſcrit par acheſun de ſa baillie, ke il ſerra reint auſi ben le donur come le recevur kar nus avum purveu par le Cunſeil de nos hauz homes ke tuz Jurs mes ſeit fete plenere et haſtiue dreiture a tuz ſanz nule manere de luer. E pur co nus comandums et defenduns a tuz et a totes ke a nul de nos baillis rens ne offrent ne promettent ne donent ſur peine de eſtre reint, kar quant le veſcunt vendra al chef del an ſur ſun acunte, lem li livera ſes covenables deſpenſes ke auera fet pur ſa baillie garder et pur le luer de ſes ſerganz. E pur co le donums nus de noſtre ke nus ne volums ke il eient acheſuu de rens prendre de autru. E nus volums ke nul de nos baillis ke nus metums en noſtre tere viſcunt ne autre demorge en ſa baillie plus de un an. E pur co le vous feſums a ſauer ke ſi dureſces on torz ſeient fetes par les avant dites baillis ke nous meius les dotez et plus ſeurement lurs torz moſtrez. Teſtemoigne memes a Weſtmoſtre *le vintime Jur de.* October, *le an de noſtre Regne* XLII.

Charta Domini Regis.

Henry *par la grace &c. a tuz ſes feus Clers et lais ſaluz. Sachez ke nous voluns et otriums ke co ke noſtre Cunſeil ou la greinure partie de eus ke eſt eſlu par nous ou par la commune de noſtre Reaume a fet et fra al honur de Deu et de noſtre fei et pur profit de noſtre Reaume, ſi come il le ordenera ſeit ferm et eſtable en tutes choſes a tuz Jurs. E comandums et amoneſtums a tuz et leaus en la fei ke nous deiuent ke il fermement tengent et Jurgent a tenir et meintenir les eſtabliſſemenz ke ſunt fet ou ſunt a fere pur le avant dit Cunſeil ou par la greinure partie de eus en la manere ke eſt dit de ſus. E ke il ſe entremettent a co fere par memes ceſt ferment encuntre totes genz dunfeſant et pernant. E ke nul ne prenge de tere ne de moble par quei ceſte purveance puſſe*

a Lege nus. *b* MS. lenement. *c* MS. retenur.

1258. *eſtre deſturbe ou empeire en nule manere. E ſi nul ou nuls vengent encontre*
Henric. 3. R. *ceſte choſe, nous volums & comandums nos feus et leus kes tengent noſtre enemi mortel. E pur co ke nus volums ke ceſte choſe ſeit ferm et eſtable nus envieuns nos lettres overtes aſelez de noſtre ſel en cheſcun Conte a demorer la en treſor. Teſmoigne memes apud* Londonias XVIII. *die* Octobris *anno Regni noſtri* XLII.

E ceſte choſe fu fite devant Boneface *Archiepiſcopo* Cantuarienſi, Waltero *de* Cantelupo *Epiſcopo* Wigornenſi, Simone *de* Munfort *Comite* Leyceſtriæ, Ricardo *de* Clare *Comite* Glouceſtriæ, Petro *de* Sanne, Willielmo *de* Fort *Comite* Albemarliæ, Johanne Pleſiz *Comite* Warewik, Rogero *de* Quenci *Comite* Wintoniæ, Johanne *filio* Galfridi, Petro *de* Munfort, Ricardo *de* Gray, Rogero *de* Mortemer, James *de* Aldithel, Hugone Diſpenſario.

Litera Domini Regis Vicecomitibus omnibus Regni directa.

'*Henricus* Dei gratia [a] *&c.* dilectis & fidelibus *tali* Vicecomiti *&c.* 'Cum nuper in Parliamento noſtro *Oxonienſi* communiter fuerit ordina-'tum, quod omnes exceſſus, tranſgreſſiones, & injuriæ factæ in Regno 'noſtro, inquirantur per quatuor milites ſingulorum comitatuum ut co-'gnita inde veritate facilius corrigantur, qui quidem quatuor milites ad 'prædictam Inquiſitionem fideliter faciendam corporale [b] præſtiterunt 'ſacramentum in pleno comitatu, vel coram Vicecomitibus & Corona-'toribus, ſi comitatus ille in proximo non teneatur, ſicut ſingulis Vice-'comitibus noſtris injunximus: mandamus vobis in fide qua nobis tene-'mini, quod præſtito hujuſmodi ſacramento ſicut prædictum eſt, per ſa-'cramentum proborum & legalium hominum de comitatu prædicto, per 'quos rei veritas inde melius ſciri poterit, diligenter inquiratis per prædi-'ctum comitatum de omnimodis exceſſibus, tranſgreſſionibus, & injuriis 'in eodem comitatu à temporibus retroactis, per quaſcumque perſonas, 'quibuſcumque illatis, & hoc tam de juſtitiariis, Vicecomitibus, quam de 'aliis ballivis noſtris, & ceteris quibuſcumque perſonis: & inquiſitionem 'inde factam ſub ſigillis veſtris & ſigillis eorum per quos facta fuerit, defe-'ratis apud *Weſtmonaſterium* in octavis ſancti *Michaelis*, in propriis perſonis 'veſtris liberandam conſilio noſtro ibidem. Mandamus etiam Viceco-'miti noſtro Comitatus prædicti quod accepto à vobis corporali ſacramen-'to in forma prædicta, tot [c] & milites & alios ejuſdem comitatus, per quos 'dicta inquiſitio melius fieri poterit, venire faciat coram vobis ad dies & 'loca quæ ei aſſignaveritis. Nolumus tamen Vicecomitem noſtrum ejuſ-'dem comitatus nunc præſentem, ſub hujuſmodi inquiſitione comprehen-'di; niſi ipſe forſan prius Vicecomes extiterit in comitatu prædicto; quia 'de ipſo tempore volumus quod de illo ſicut de aliis inquiratur. Nec etiam 'volumus in prædicta inquiſitione revolvi tranſgreſſiones aut injurias quæ 'alias coram juſtitiariis noſtris per juſtum judicium curiæ noſtræ & ſecun-'dum legem terræ noſtræ terminatæ ſunt, aut per brevia noſtra attachiatæ. 'In cujus rei teſtimonium has literas noſtras patentes vobis mitttimus, Teſte 'meipſo apud *Weſtmonaſterium* XXVIII. die *Julii* anno Regni noſtri XLII.

Iſto anno miſſi ſunt nuntii ex parte domini Regis & communitatis ad ſummum pontificem pro ſtatu Regni & Eccleſiæ, literas ſigillis Magnatum ſignatas quorum nomina in eiſdem inſeruntur, deferentes in hæc verba:

'Sanctiſſimo patri [d] ac domino, *A.* Dei gratia ſanctæ univerſalis Eccle-'ſiæ ſummo pontifici, Communitas Comitum, Procerum, & magnatum, ali-'orumque Regni *Angliæ*, cum ſubjectione debita pedum oſcula beatorum. 'Nuper veſtra ſanctitas, tam per literas quam venerabilem virum magi-'ſtrum *Arlotum*, ſubdiaconum & notarium veſtrum, nos multipliciter mo-

a M. Par. Addit. p. 215. *b* Præſtent. *c* Et tales milites. *d* Vid. M. Par. Addit p. 215.

'nuit

‘nuit & induxit; ut dominum noſtrum illuſtrem Regem *Angliæ* in proſe- 1258.
‘cutione Regni *Ciciliæ* juvaremus, ſibi commune ſubſidium ſuper hoc fa- *Alex. 4. P.*
‘ciendo. Licet autem idem Dominus Rex abſque noſtro conſilio & ‘conſenſu, quinimo nobis reclamantibus & invitis, hujuſmodi nego‘tium aſſumſiſſet, quod ſibi impoſſibile propter difficultatem conditio‘num, & alia quæ ſtatum noſtrum reſpiciebant, penitus credebamus; ob ‘reverentiam tamen Apoſtolicæ ſedis & veſtram, eidem domino Regi duxi‘mus reſpondendum, quod ſi de procerum & magnatum ſuorum conſilio ‘Regnum ſuum, in multis multipliciter deformatum, vellet in melius ‘reformare, & vos conditiones in privilegio veſtro contentas, vires ipſius ‘Regis excedentes omnino, ad hoc mitigare velletis, quod juxta refor‘mationem & mitigationem hujuſmodi, optatus eventus negotii ſperare‘tur, opem præberemus & operam efficacem, ut Rex negotium quod ſine ‘nobis aſſumſerat, per noſtrum auxilium poſſet perducere ad effectum. Ce‘terum memoratus Rex attendens importabile pondus negotii memorati, ‘& ſtatum Regni ſui imbecillem, voluit & expreſſe conſenſit, ut de pro‘cerum & magnatum ſuorum conſilio, ſine quibus Regnum ſuum guber‘nare non poterat, nec negotium proſequi memoratum, dicta reformatio ‘proveniret; hoc videlicet modo, ut XII ex parte ſua electi, & alii toti‘dem ex parte communitatis nominati, diſponerent, ſtatuerent, ac etiam ‘ordinarent ſuper reformatione ac melioratione ſtatus Regni *Angliæ*, & ‘ipſum Regnum contingentibus, prout eis melius expediens videretur; pro‘mittens tam ipſe quam dominus *Edwardus* primogenitus ſuus, ac firman‘tes propriis juramentis ſuis, quod per dictos viginti quatuor vel majorem ‘partem ipſorum ordinatum exiſteret, inviolabiliter obſervari; facturi & ‘procuraturi ſecuritatem omnimodam quam ipſi viginti quatuor vel ma‘jor pars ipſorum ſuper hoc fieri providerent.

‘Verum cum inter duodecim ex parte Regis electos, Electus *Wintonienſis* ‘& fratres ſui nominati fuiſſent; idem Electus quaſi ſalutis ſuæ immemor, ‘& invigilans turbationi Regni & diſpendiis, potius quam reformationi, ‘Regem ipſum ſollicitavit, & toto poſſe induxit, eidem immenſam pro‘mittens pecuniam etiam uſque ad exinanitionem propriæ ſubſtantiæ, & ‘facultatis *Wintonienſis* Eccleſiæ; ut ſpreto juramento proprio, à promiſſio- *Ethelmarus*
‘nibus hujuſmodi reſiliret, in Regni ſui grave diſpendium & irreparabile *Elect. Wint.*
‘detrimentum. Cumque per hanc viam intentionis ſuæ deſiderium ſuum ‘explere non poſſet, ad alia ſe convertens, dominum *Edwardum* & quoſ‘dam alios de nobilioribus totius Regni animavit, & quantum in ſe fuit, ‘ſtimulavit ad ſubverſionem totius negotii, quaſi in necem totius Regni ‘& lapſum irreparabilem conjuraſſet, ut de illo vere poſſet dici, *Iſte eſt vir* ‘*qui turbavit terram, & concuſſit Regnum.* Nam cum ad reformationem ‘prædictam qui ad hoc nominati fuerant, ſtudio vigilanti intenderent, ‘prædictus Electus & fratres ſui, nunc per ſubterfugia, nunc per alias ca‘villationes varias, eventum reformationis hujuſmodi retardabant. Sed ‘mentita eſt iniquitas ſibi, quia quanto plus conabatur negotium impedire, ‘tanto ferventius & conſtantius alii zelo reipublicæ inflammati, inſtan‘tiori vigilia & propenſiori cautela illud promovere ſtudebant, atten‘dentes quod firma cohærentia fidelis eſſe non poteſt, ubi non tenax unio ‘voluntatum fuerit, & ipſorum conglutinatio animorum. Sed quid ultra? ‘Prædictorum Electi & fratrum ſuorum tam graves erant exceſſus & gran‘des, quod [clam] clamor pauperum ad cœlum aſcenderat contra ipſos. ‘Ipſorum enim miniſtri & officiales, quin potius ſatellites & prædones, de‘prædabantur pauperes, inſidiabantur ſimplicibus, fovebant impios, opprime‘bant innocentes, exultabant in rebus peſſimis, lætabantur cum male feciſ‘ſent, peccata populi comedentes, luxuriabantur in lacrimis viduarum [a] &

[a] In nuditate pupill. in oppr. ſubd. gaudentes.

1258. Henric. 3. R. ‘nuditatem pupillorum gaudentes, in oppreſſionibus ſubditorum. Et ‘in tantum ipſorum effrænata rabies invaluerat, quod nec ſub ipſis mino‘res vivere poterant, nec cum ipſis converſari pares, nec ſupra ipſos im‘perare majores.

‘Nos igitur attendentes quod reſpublica corpus quoddam eſt, quod ‘Divini muneris beneficio vegetatur, & ſummæ æquitatis nutu agitur, & ‘regitur quodam moderamine rationis; nec expedit quod in uno corpore ‘[a] diſtantia ſit membrorum, dictos Electum & fratres ſuos, tanquam tur‘batores quietis & tranquillitatis Regni totius, poſt multas inſtantias & ‘frequentes monitiones, vocavimus & vocari per dominum Regem feci‘mus, ut judicio ſiſterent, ſuis querelantibus reſponſuri juxta conſuetudi‘nes Regni & leges; ita quod duo ex ipſis quos mallent Regnum exirent ‘reliquis duobus remanentibus, qui pro ſe & aliis reſponderent; aut ſi ſibi ‘magis expediens viderent, Regnum omnes exirent. Qui ſuis culpis exi‘gentibus ſubire judicium formidantes, maluerunt exire, quam rigorem ‘judicii expectare.

‘Sed nec adhuc nobis & Regno plene ſuper hoc cautum exiſteret, ſi ‘Electus cui totius turbationis materiam merito imputamus, rediret in ‘*Angliam*, cujus præſentia ſubito poſſet intervertere quicquid noſtra ſoli‘citudo multis vigiliis & infinitis laboribus ſtuduit ordinare. Unde fixum ‘eſt propoſitum omnium, & accenſum deſiderium ſingulorum, quod ille ‘auctor ſchiſmatis, homo diſſenſionis & ſcandali, inter nos deinceps nul‘latenus converſetur. Quia igitur præfatus Electus & fratres, Regem & ‘dominum *Edwardum* infatuerant adeo, quod [b] non ſolum inſolentiæ ſuæ ‘remanebant penitus impunitæ; ſed quod pejus eſt, & verecundum dicere, ‘terribileque audire, ſi quis contra ipſos vel eorum aliquem deferret in ju‘dicio quæſtionem, Rex, qui delinquentem punire & delictum corrigere ‘tenebatur, ipſos in ſuis facinoribus nutriens, contra conquerentem mi‘rabiliter tenebatur, & qui debebat eſſe judex propitius, ad eorum ſug‘geſtionem, fiebat adverſarius, & nonnunquam terribilis inimicus. Ita ‘quod fulciti Regis potentia & favore, quos volebant opprimebant; im‘munitates & libertates Eccleſiarum damnabiliter violando, clericos vul‘nerando, homines incarcerando, in præjudicium coronæ, cui ſoli com‘petit hujuſmodi incarceratio, laxatis habenis nequitiæ [c] dilatando per ‘Regnum pro ſuæ libito voluntatis. Unde ſi, quod abſit, Electus rediret ‘in *Angliam*, pejora prioribus probabiliter formidamus. Propter quod ‘ſanctitati veſtræ omni affectione qua poſſumus, ſupplicamus, quatenus ſi‘cut unitatem & pacem Regni *Angliæ*, quod ſemper devotum vobis exti‘tit, & exiſtit, diligitis, ſæpedictum Electum ab adminiſtratione *Wintoni‘enſis* Eccleſiæ, quæ & munificentia ſedis Apoſtolicæ ſibi conceſſa fuerat, ‘amoveatis omnino. Et magis expedit quod iſtud fiat ſine ſcandalo, de ‘veſtræ plenitudine [d] dignitatis, quam, quod Deus avertat, occaſione ipſius ‘pejora contingant, & nos veſtri devotiſſimi, aliud facere compellamur. ‘Sciturі pro certo, quod etiamſi Dominus Rex & Regni majores hoc vel‘lent, communitas tamen ipſius ingreſſum in *Angliam* nullatenus ſuſtine‘ret; potius enim ſævirent in ipſum, quam illius intolerabilem ſævitiam ‘exſpectarent. Quinimo omnibus regnicolis oneroſum, & toti Regno di‘ſpendioſum exiſteret, ſi proventus, de quibus Regnum infeſtare diſpoſuit, ‘perciperet; quod & omnes qui qualitatem negotii noverant, aſſeverant. ‘Et certe, clementiſſime pater & domine, hoc ſatis credimus ſine ſcandalo ‘faciendum, cum non ſit in Epiſcopum conſecratus, ſed tantum ſibi admini‘ſtratio ſit conceſſa. Super his autem & aliis quæ nuncii noſtri, latores præ‘ſentium, ſanctitati veſtræ exponent, fidem indubitatam adhibere vale-

a Diſſonantia. *b* Deeſt in MS. *c* Debacchando. *d* Poteſtatis.

'tis, petitiones noſtras quas per ipſos vobis offerimus, ſi placet, ad exau- 1258.
'ditionis gratiam admittendo. Et nos *Ricardus* de *Clare*, Comes *Glover-* Alex. 4. P.
'*niæ* & *Hertfordiæ*, *Simon* de *Monteforti* Comes *Leyceſtriæ*, *R. Bigot* Ma-
'reſcallus *Angliæ*, *H.* de *Boun Herefordiæ*, *W.* de *Fortibus Albemarliæ*, *J.* de
'*Pleſſetis* Warewik Comites, *Hugo le Bigot* Juſticiarius *Angliæ*, *Petrus* de
'*Sabaudia*, *Johannes* filius *Galfridi*, *Jacobus* de *Aldithelega*, *Petrus* de
'*Monteforti*, vice totius Communitatis, præſentibus literis ſigilla noſtra
'appoſuimus in teſtimonium prædictorum. Conſervet incolumitatem ve-
'ſtram altiſſimus per tempora longiora. Data &c.

Poſt receſſum Domini Regis & Baronum *Angliæ* à Parliamento *Oxoniæ*, apud *Wintoniam* fuerunt cum domino *Edwardo* plerique *Angliæ* magnates in prælibatione; inter quos quidam perditionis filius venenum ibidem porrectum guſtari procuravit, quo etiam hauſto à quibuſdam & ſumto, aliquibus eodem die non ſine planctu & dolore exſpirantibus, Abbas *Weſtmonaſterii* & quidam alii ſpiritum ultimum exhalarunt. *Ricardus* etiam *Clare* tonſis capillis & ungulis cadentibus ſemivivus evaſit, *Willielmo* de *Clare* fratre ſuo per prædictum letiferum hauſtum jam defuncto.

Eodem anno fuit parliamentum apud *Cambrey*, inter Reges *Franciæ*, *Angliæ*, & *Alemaniæ*, ſuper certa pacis forma inter eos & eorum hæredes facienda & per ſcripta roboranda in perpetuum duratura, de *Normandia* & quibuſdam aliis terris domini Regis *Angliæ* tranſmarinis. Ita quidem quod penes Regem *Franciæ* pars melior remaneat, quæ non auferetur ab eo vel ſuis in ſempiternum.

Ricardus Rex *Alemaniæ* circa feſtum ſancti *Michaelis* venit in *Angliam*, & occurrentibus eidem apud *Cantuariam* Baronibus ſuper eorum ordinationibus factis & faciendis, una cum communitate Regni per eum fideliter obſervandis, in eorum præſentia præſtitit ſacramentum.

De pace inter Regis Romanorum, Francorum & Anglorum.

Imperfectum metum ſentiens, onus mihi impoſitum libentiſſime declinarem, niſi rei neceſſitas me urgeret: ſed quia his interfui quæ dicentur, ſociis meis & dominis, quibus reverenter & humiliter me obedire oportet, placet ut ego proponam. Nuncii pacis ſumus & pacis gaudia nunciamus. Quoniam *ecce, Regis terræ congregati ſunt*, convenerunt in unum *Romanorum*, *Francorum* & *Anglorum* Reges, dici poſſunt antonomaice *Reges terræ*, nam ipſi judicant terram, & eos metunt fines terræ; ipſorum namque juriſdictio, dominium, & poteſtas, protenditur *a mari uſque ad mare*, & *a flumine uſque ad terminos orbis terrarum.* Ceteri quoque Reges eis conjuncti ſunt vel ſubjecti, & idcirco Reges terræ merito poſſunt dici. Iſti Reges licet conjuncti ſanguine, & vinculo parentelæ, tamen hactenus diviſi fuerunt loco & voto. Sed nunc congregati ſunt, quia convenerunt in unum. Non ſicut illi de quibus alibi in Pſalmo legitur, *Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum &c.* quin potius ut dicatur, *in conveniendo Reges in unum ut ſerviant Domino.* Convenerunt enim in unum fœdus pacis, concordiæ, & amoris, & per illum qui utraquaque facit unum. Princeps enim pacis noſtris Principibus pacem dedit. Nam ille apud quem eſt poteſtas, & terræ fecit concordiam in ſublimibus ſuis, id eſt, in Regibus Chriſtianiſſimis & ſibi devotis. Unde *gloria in excelſis*, *Deo*, & tibi gratiarum actio, pater ſancte, quia in terra pax eſt Regibus benevolæ voluntatis. Gratiarum actio recte vobis, quia cœlitus inſpirati, religioſum virum fratrem, *Manſuetum* pro pace hujuſmodi facienda mittere voluiſtis, per cujus induſtriam & gratiam Divinitus ſibi datam, deſperatum negotium ad optatum pervenit effectum. Nam ita magnificavit eum Dominus in conſpectu Regum, ut omni ſuſpicione ſubmota, ſibi tanquam pacis angelo credebatur omnino, & ſic per ipſius miniſterium dicti Reges

Script. ad Curiam Romanam.

1258. convenerunt in unum. Item convenerunt, id eſt, convenire diſpoſuerunt
Henric. 3. R in unum locum pro pace hujuſmodi publicanda, ubi *exurget Deus*, nam in pace factus eſt locus ejus, & *diſſipabuntur inimici ipſius*, homicidæ ſcilicet, raptores, hæretici, ſchiſmatici, & alii peſtilentes, qui de Regum diſcordia colligebant ſeminarium ſuæ nequitiæ & erroris. Ibi juſti epulabuntur & præ gaudio exultabunt, nam in pace principum quies eſt & exultatio populorum. Et ſicut dicit ſapiens *qui pacis ineunt conſilia, ſequitur eos gaudium*, hæ ſunt enim reliquiæ homini pacifico: ibi concurrent Principes & Prælati conjuncti pſallentibus in medio juvencularum, nam ibidem Reginæ aderunt ſicut credo. Ibi tres Reges offerant aurum, thus & mirrham, id eſt munera devotionis, caritatis, & pacis. Felix illa dies, multis temporibus affectata! Beati oculi qui diem illum videbunt! In illa die *ſtillabunt montes dulcedinem*, quia ſuſceperunt pacem, & *colles juſtitiam*, quia ſupervenit eis plenitudo temporis, i.e. abundantia pacis perpetuis temporibus duratura. Item, quia in tractatu pacis quædam capitula continentur, quæ nondum diffinitionem receperunt finalem, convenerunt ſcilicet dicti Reges in unum de fratribus veſtris, in cujus præſentia deſiderant dicta capitula expediri, pacem firmari, & etiam publicari; petentes unanimiter & inſtanter, ut pro tanto bono veniat ſcilicet frater ille legatus, & nullatenus ſe excuſet. Nam ſi venerit, *diſſipabit gentes quæ bella volunt*, arcum conteret, & confrenget. Hujuſmodi rei namque tenemus initium.

Nam cum nuper inſtaret finis & terminus Treugarum, nonnullæ provinciæ erant ad arma paratæ, *Scotiam*, *Hiberniam*, *Waſconiam*, & *Walliam* hoſtilitatis turbo erumpens, nam graviter conturbarat, ſed ille qui ſtatuit procellam in auram, convertit nubilum in ſerenum; & ad ſonitum hujus pacis omnis turbationis materia conquievit. Propter quod *apud Inſulas divulgatum eſt nomen tuum*, & dilectus eſt in pace tua; vere tua, quia per te feliciter inchoata, & tua auctoritate felicius conſummanda. Item tua, quia Divino munere facta. Multi enim ſummi pontifices ſuper hoc totis viribus laboraverunt, non potentes multis laboribus obtinere, quod ad nutum tuum eſt Divina favente gratia expeditum. Item tua, quia ad honorem Dei, & exaltationem fidei Chriſtianæ, & ſempiternam memoriam tui nominis, celebrata, hujus rei memoria non relinquetur in ſecula, quomodo tempore *Alexandri* papæ IV. facta eſt Regum concordia; ecce enim, quod omnes iſti tres Reges congregati ſunt, convenerunt ut tibi ſerviant in timore, & obediant ex amore. Nam deinceps ſicut alter *Salomon*, in diebus pacis Regibus poteris imperare & Regnis. Confirma ergo quod operatus es in eis, Cardinalem quem petimus deſtinando, ut ſint Reges nutritii tui, & Reginæ nutriciæ tuæ, totuſque mundum dicat & prædicet, per providentiam ſedis Apoſtolicæ pacem hujuſmodi proveniſſe. Cardinalem ſiquidem tres Reges petunt pro communi pace firmanda.

Rex *Angliæ* petit ſibi dari legatum in *Anglia* pro ſtatu Regni ſui in melius reformando. Et hoc eſt ſecundum capitulum mandati nobis commiſſi. Sed audio quod nonnullis vertitur in ſtuporem, quod pro ſtatu & contra caſum Regni *Angliæ* quædam remedia ſunt inventa. Qui ergo non audivit audiat, & qui miratur gaudeat; nam hæc eſt mutatio dexteræ excelſi; & quia ſcimus hoc à Domino eſſe factum, non tam mirandum eſt quam laudibus attollendum. Certe pudor eſt dicere, dolorque & ignominia ſuſtinere. Nam cum teſte philoſopho Princeps totum ſe Deo, plurimum ſuæ patriæ, multum parentibus debeat & propinquis, mimis extraneis nonnullum, Principem noſtrum ſapientibus & inſipientibus, puſillis & majoribus debitorem; quidam Regis fratres, privatum commo-
Regis fratres. dum utilitati publicæ præferentes, ita ſibi ſingulariter vendicarunt, quod ipſum uſibus reipublicæ totaliter ſubtraxerunt, licet Princeps non ſuus eſſe debeat, ſed potius ſubditorum; nam cum ſecundum leges & jura Re-

gni

gni ſui deberet gubernacula moderari, ſibi damnabiliter ſuſurrabant, legibus Principem non eſſe ſubjectum, quantum in ſe fuit, ipſum Regem facientes exlegem; & ſic, libello recepto repudii, ipſa juſtitia extra ipſius Regni terminos exulabat; nam juſtum impius devorabat, ruſticum curiaſter, innocentem exactor, ſimplicem fraudulentus; & tamen hæc omnia remanebant penitus impunita. Rurſus, cum procuraſſe deberent Regem in divitiis copioſum, & locupletes habere ſubjectos; ipſi tanquam filii ſanguiſſugæ clamabant continue, *affer, affer*; & ad modum locuſtarum, iſtis recedentibus, alii ſuccedebant, quod ex parte fuerat devoratum, exitialiter conſumentes, ut impleretur in eis illud propheticum, *Reſiduum Erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit Brucus, reſiduum Bruſci comedit ærugo.* Subditos quoque multipliciter opprimentes, divitias congregabant de paupertate aliorum, ſibi delitias ſtatuentes in calamitate multorum. Et quid ultra? Quaſi in necem Principis conjuraſſent, ſolium ſubverterant Regiæ majeſtatis, juſtitiam denegando ſubditis, divitias Principi ſubtrahendo, Principi devotionem populi auferendo, quem ipſi magis debuerant facere amari à ſubditis quam timeri. Et in tantum invaluerat iſta peſtis, ut jam viderentur tempora *Roboam* eveniſſe, cujus Regnum diviſum fuit, quia ſpretis ſenioribus juniorum conſilium præelegit. 1258. Henric. 3. R. Regni Prædones.

Sed ille in cujus manu corda ſunt Regum, & quocumque vult illa inclinat, domino Regi miſericorditer inſpiravit ſpiritum conſilii ſanioris. Unde attendens quod tunc ſalubriter diſponitur Regnum, dum regitur conſilio ſapientum, majores & prudentiores Regni ſui elegit, volens, & tam ſcripto quam juramento promittens, quod ordinationi quam ipſi vel major pars eorum circa reformationem Regni *Angliæ*, quod jam in præcipitium trahebatur, facerent, inviolabiliter obſervaret, & à ſuis ſubditis faceret inviolabiliter obſervari. Iſti vero, ſcilicet majores, diligenter penſantes, quod ubi multa conſilia ibi ſalus, duodecim nominarunt, qui ſciunt, volunt, & poſſunt paci terræ & populorum ſaluti proſpicere, erudire Regem ad juſtitiam faciendam, imminentibus obviare periculis, & præſumtionem malignam omnium cohibere. Ad iſtos ingreditur clamor pauperum, viduarum lachrimæ, gemitus orphanorum; nam qui antea gravabantur, nec poterant invenire ſolatium, nunc in ſuis juſtis petitionibus audiuntur. Per ipſos Regalis dignitas erigitur, nam nunc poteſt ſcilicet Rex imperare ad votum his à quibus habebatur antea in contemtum. Speratur etiam firmiter, quod Eccleſiaſtica dignitas à quibuſdam redacta in obprobrium ſervitutis, nunc reſurget in gratiam priſtinæ libertatis. Pax ſubditis miniſtratur. Nam ut aliis quietem præparent, voluntarios labores appetunt, noctesque ducunt inſomnes. Juſtitia libere exercetur. Prius enim aſpectio, non electio judicem faciebat; nunc vero de communi conſilio creatus eſt juſtitiarius, qui non juſtificabit impium pro muneribus, ſed judicabit magnum ut parvum, debilem ut potentem. Sunt & alia quædam proviſa, per quæ Rex in divitiis abundabit. Et ſic contra duo vulnerum genera quæ alii inflixerant, per iſtos ſcilicet XII. duo remedia ſunt inventa. Volentes igitur Rex & Conſiliarii ſui, ut hæc felici inchoata principio, meliori exitu peragantur, petunt & ſupplicant quod legatum quem nomine ipſorum petimus, nobis liberaliter concedatis, ut per ipſius prudentiam, quæ jam ſtatuta ſunt, & in poſterum ſtatuentur, ad laudem Dei, & honorem Eccleſiæ *Romanæ* & veſtrum, ſine aliqua ſuſpicione procedant. Duodecemviri.

Memini ſcriptum eſſe, *eſt tempus tacendi & tempus loquendi.* Diu autem obmutui, & *ſilui a bonis*; ſed dolor meus renovatus eſt, quia contra matrem meam Eccleſiam dolores novi inſurgunt. Licet enim ſubjecto-

1258. rum mores totiuſque mundi ſtatum utrumque noveritis, quia tamen hu-
Henr. 3. R. manum tranſcendit ingenium omnium habere notitiam, non eſt veſtræ negligentiæ aut incuriæ aſcribendum, ſi in tam ſpatioſis & diffuſis regionibus quibus Dominus vos præfecit, ſingula non noviſtis ad plenum. Multa ſiquidem quandoque dominum latent quæ ſubditis innoteſcunt. Unde audite pauca, ſi placet, quæ nec ego abſque indevotionis nota valeo pertranſire, nec vos ſine periculo ignorare. Ecce quod devoti veſtri illuſtris Rex *Angliæ*, & ſui proceres & magnates, legatum Cardinalem inſtanter à ſede Apoſtolica petierunt; nec ipſos ita credatis improvidos aut ſupinos, quin ſciant legati præſentiam fore pluribus oneroſam, maxime his diebus cariſtia temporis gravati, & multis exactionibus & expenſis. Sed zelo devotionis accenſi, fidei ſuæ teſtimonium perhibentes, malunt iſta ſubire onera,quam quod ſcandalum oriatur. Nec tam inſtanter huic petitioni inſiſterent, oportune & importune legatum petentes, niſi magna cauſa ſubeſſet. Noſtis enim quod illuſtrium Regum *Franciæ* & *Angliæ* diſcordia infinitos traxit populos in exterminium & ruinam; unde cum Divina inſpirante gratia inter dictos Reges jam multa concordia reformata, affectant & ipſi per legatum ſedis Apoſtolicæ pacem hujuſmodi reformari, & finaliter conſummari. Et dico proprie, *conſummari*; quia revera multa reſtant agenda, ſine quibus non poterit pax compleri. Item, in quo ſtatu ſit Regnum *Angliæ*, bene noſtis; nam repentinam & novam mutationem recepit. Et quia repentinæ mutationes frequenter morbos inducunt, & plerumque, ſicut ſcitis, diſcordia perimit novitates, opus eſt concordante. Et quia etiam nova, multos fortaſſe perturbatores habebit, unde Conſervatore indiget. Item, quia ubi multa capita ibi multæ ſententiæ, & hodie peccatis noſtris exigentibus, ad malum proniores ſunt homines quam ad bonum, directore opus eſt, qui inordinatos aliquorum motus compeſcat & ſtare faciat infra limites æquitatis. Quæ ergo ratio excuſandi ſubeſſe poterit ſi in tantis neceſſitatibus ipſis petentibus & indigentibus negetur legatus? Certe nec minus veſtra intereſt quam ipſorum; quia melius eſt ante tempus occurrere, quam poſt cauſam vulneratam remedium invenire. Sunt etenim inter tantos nonnulli qui cauſas quærunt, imo potius occaſiones, ut poſſint recedere ab amico. Unde quia tam vos quam dicta congregatio multos labores [a] æmulos quis veſtris & ſuis profectibus intabeſcunt, paci veſtræ & quieti eorum vigilantius provideri oportet. Quid ultrà? Si detur mihi loquendi licentia, in ſpiritu libertatis audeo dicere, quod niſi legatus venerit, dicetur publice, malitiam, cupiditatem, vel invidiam fuiſſe in cauſam. *Malitiam*, ne pax proveniat inter Principes proloquuta: dicunt enim qui male ſentiunt, quod Eccleſiæ pax iſta non placet, eo quod in aqua turbida plenius quam in liquida piſcabatur. Nec à nota *cupiditatis* erit dominus papa exemtus omnino; nam dicent populi, noluit dominus papa mittere legatum, ne in proventibus & obventionibus *Anglicanis* participem habeat, ne etiam curia ſua litigantium & impetrantium multitudine vacuetur, ut magis gaudeat dicere, *meum* eſſe, quam *noſtrum*. Sed abſit quod hæc lepræ macula hujuſmodi glorioſæ ſedis faciem decoloret. Rurſus, ſi denegetur legatus, nec domini Cardinales à labe *Invidiæ* dicentur prorſus immunes: nam qui male judicant, cito dicent, eo quod certa perſona fuerat petita, alii indignantur, ſibi ex hoc injuriam fieri reputantes. Sed abſit quod uſque ad congregationem iſtam ſanctiſſimam auſa ſit dirumpere peſtiferæ tranſgreſſionis mater, nocendi magiſtra. Nec homines ſuper paucitate Cardinalium executionem admittent, qua dicent vobis fore defectum hujuſmodi imputandum, qui cum vultis, Cardinales creare poteſtis. Imo ex hoc ipſo dabitur hominibus materia & occaſio obloquendi. Dura ſiquidem retuli,

a f. æmulos [habetis,] qui veſtris.

pater

pater ſanctiſſime, & Domini Cardinales, & forte hoc aliquis temeritati aſcriberet, quod non blandior, quod non palpo, quod caput univerſis populis reverendum peccatoris oleo non inpinquo; ſed ſpero, quod penſabitis, me ex abundantia doloris cordis præmiſſa dixiſſe, inconſulto calori & linguæ lubrico miſericorditer indulgentes. 1258. *Alex.* 4. *P.*

'*Ricardus* Dei gratia *Romanorum* Rex ſemper auguſtus petit juſtitiam, '& ſacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ, matris ſuæ implorat gratiam & favorem. 'Canonica electio quæ præceſſit, ſequens coronatio debita & ſolemnis, ſacramenta præſtita homagiaque recepta à fidelibus imperii & vaſſallis, juſta & plena poſſeſſio civitatum & caſtrorum ad coronam imperii ſpectantium, veritatem hujus ſatis probant; utilitas vero commendatione non indiget, nam ſe ipſam ſatis oſtendit. Princeps enim noſter utilis eſt omnibus, & nemini oneroſus, ut magis amari ſtudeat quam timeri. Et ſic paucorum ſtipatus obſequio, adverſus innumerabiles prævalebit. Zelatur inſuper commodum ſingulorum, incolumitatem reipublicæ & augmentum. Dicitur enim *Auguſtus* non quia ſemper augeat, ſed quia ſemper *augere* affectat. Quod ſcripſi, ſcripſi. Hic enim glorioſus titulus digito Dei ſcriptus eſt in matricula Imperialium nominum, à qua non delebitur in æternum, cum jam ſit per diverſa mundi climata divulgatus. Unde qui de ipſius integritate aliquid imminuit vel immutat, aut ipſum ſibi calumnioſe imponit, anathema ſit; Dei enim & Principis noſtri majeſtatem offendit. Certe audio quod vix credo, nam communis uſus abhorret, & ratio credere contradicit; videlicet, quod ſereniſſimus Rex *Caſtellæ* gloriam hujus tituli ſuis multis ſuperſcriptionibus ſuperaddit, vocans ſe Regem *Romanorum*; *Caſtellæ*, *Legionis*, & cetera nomina ruris. Quæ vero poteſt eſſe ratio excuſandi? Nam priuſquam de ipſo ad imperium nominando aliqua mentio haberetur, ſcivit, vel ſcire potuit, dominum Regem *Ricardum* in *Romanorum* Regem fuiſſe electum & ſolemniter coronatum. Abſit ergo ut talis Princeps & tantus in honorem conſanguineo ſuo debitum, quem rogatus etiam debet reſpuere, & refugere invitatus, per ambitionem obrepat. *Herenes* enim *Anatholei* filius cum pater ejus ageret in extremis, & à populo poſtularetur in Regem, reſpondit ſe nolle Regni officium præſumere quamdiu pater ejus vivere ſperaretur; vel alius inveniri poſſet, cujus prudentia eſſet in adminiſtratione reipublicæ comprobata. *Decius* Imperator cum *Decium* filium ſuum Imperiali diademate proponeret inſignire, renuit *Decius* minor, dicens, *Vereor ne ſi fiam Imperator, dediſcam eſſe filius; imperet igitur alius, meum ſit imperium parere humiliter imperanti.* Refert *Valerianus maximus* quod cum ſerico cuidam approbatæ virtutis veſtis imperialis fuiſſet oblata, ille veſtem reſpuens ait, *O pannum nobilem potius quam felicem; quem ſi quis attendat, quantis ſollicitudinibus, periculis & miſeriis ſit refertus, etiam in luto jacentem non tolleret.* Rex Regum etiam & dominus dominantium, cum turbæ quas paverat, vellent ipſum in Regem eligere, affugit in montem. *Gedeon* etiam à filiis *Iſrael* invitatus, reſpuit dominatum. Iſti norunt onera quæ incumbunt honori domini, & officio dominandi, Mihi ipſi moveo quæſtionem unde temtatio iſto proceſſit. Suppono enim ſæpedictum dominum Regem *Caſtellæ* juſtum, magnificum & diſcretum. Si juſtus, ubi eſt lex naturæ qua Regi *Alemaniæ* eſt aſtrictus? Ubi ſacramenta quæ præſtitit domino Regi *Angliæ*, *quod nec ipſum vel ſuos nequaquam offendat*? Quæ eſt juſtitia, ambire non ſuum, ſed invadere alienum? Si magnificus, ubi eſt iſta magnificentia, quod ſolo nomine glorietur? Laborat in æquivoco, Rex *Romanorum* vocatus, ſicut leo mortuus, vel depictus. Si prudens, ubi eſt prudentia iſta, altiora ſcilicet quærere, & in id contendere, quod habere non poteſt? Cum ſapientis ſit, metiri vires, nec *Richardi Rom. R. nomine, ad Curiam. Rom.*

1258. 'quicquam ulterius proficiſci. Audet tamen ab aliquibus murmurari,
Henric. 3. R. 'ſibi eſſe revelatum in ſomnis quod eſt futurus Monarcha. Fateor ſiquidem, quod *Gaius Cæſar* in juvenili ætate conſiſtens, in ſomno uſus eſt 'matris ſuæ cubicula inceſtare. Unde turpitudine corporis attonitus, 'cum rem ad mathematicos detuliſſet, univerſam terram ſubjiciendam 'ditioni ejus unanimiter reſponderunt; & ſic magnanimi viri ſpes ad occupandum imperium eſt erecta. *Getro* etiam proficiſcens ad bellum, aquila reſedit in clipeo, ipſum ſignificans victorem & Regem futurum. 'Sed procul recedant ſomnia & noctium phantaſmata. Nam in ſomnis legimus multis fuiſſe illuſum. Et ſcimus oraculo *Apollinis Alexandrum* fuiſſe deceptum. Sed cur tempus detineo ſuper iſtis? De inclyto Rege *Caſtellæ* non habemus materiam conquerendi. Nam literis & procuratoriis, non armis & militibus nos impugnat. Nec exinde indignari debemus, ſicut *Antonius* reſpondit *Tiberio, M. Tiberi, noli turbari ſi quiſquam de te mala loquatur; ſatis enim eſt, ſi tibi nocere non poſſit.* Et *Socrates* quærenti quomodo famam bonam haberet, reſpondit, *Optime te geras, & pauca loquaris.* Nunc quidem ergo finem habebunt verba iſta 'ventoſa, imo, habebunt. Nam petit Rex *Ricardus* Juſtitiam, & ſacro-
1259. 'ſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ implorat gratiam & favorem.

M. CC. LIX.

Litera domini papæ Ricardo *Regi* Romanorum *directa.*

'*Alexander* Epiſcopus, ſervus *&c.* cariſſimo in Chriſto filio *Ricardo* in '*Romanorum* Regem Electo & coronato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Grande noſtri provenit gaudium ex filii bonitate, vixque aliquid eſt quod parentes ita lætificet, ſicut ſapientia & probitas filiorum, 'in qua velut in theſauris optimis delectatur. Unde quia *Romana* Eccleſia in te conſpicua devotionis inſignia, evidentia prudentiæ, & quicquid in perfecto & amabili filio exigitur, plenarie reperit, vehementi 'profecto exultat lætitia. Et inter cetera quæ animum ejus exhilarant, 'hoc jocunditatem maximam affert ei, quod tam carum & tam placidum 'habet filium, ſinceritatis quidem puritate præfulgidum & virtutum gratia præpollentem. Propter quod ad perſonam tuam tota mentis affectione dirigitur, & aſſiduis te brachiis materni amoris amplectens, in 'tuis præclaris operibus tanquam in ſuavi odore aromatum recreatur, 'cogitans ſemper & in cordis ſecreto revolvens, quid gratiæ, quid favoris 'filio poſſit impendere tam præcelſo, & quibus honorificentiis ſuum ſtatum magnificum valeat inſignire. Sane dilectos filios magiſtrum *Arnoldum* Capellanum, noſtrum prothonotarium, & fratrem *Willielmum* ordinis ſanctæ *Trinitatis & captivorum* familiarem, & nuncios tuos, viros 'utique induſtrios & prudentes & in commiſſo eis negotio ſollicitos & fideles, quos ad ſedem Apoſtolicam deſtinaſti, conſueta benignitate recepimus, & ea quæ iidem nuncii, ac venerabilis frater noſter Epiſcopus '& dilecti filii Archidiaconus *Roſenſis*, ac *Robertus* de *Baro*, tui honoris 'tuæque exaltationis fervidi zelatores, nobis ex parte tua ſecrete ac publice retulerunt, intelleximus diligenter verum quia eximia caritatis & 'pietatis opera, quibus ſemper perſona tua inter alios catholicos Reges & 'Principes orbis terræ refulſit, pro te apud nos & *Romanam* Eccleſiam 'matrem tuam ſedulo ac efficaciter interpellant; nos hoc non indigne 'penſantes, Conſiderantes etiam quod ſemper fuiſti Eccleſiarum amator 'præcipuus, & defenſor libertatis Eccleſiaſticæ ſingularis, fortiſſimus catholicæ athleta fidei, ac pervigil juſtitiæ gubernator; attendentes inſuper quod circa perſonam tuam inclytam & illuſtrem electam utique dudum ad *Romani* culmen Imperii, eſt ad unctionem & coronationem etiam jam proceſſum, noſtrum ad te totaliter direximus animum, firmo 'intendentes propoſito, & intentione ſtabili proponentes, ad tui honoris cumulum

'cumulum libenter aſſurgere, tuæque promotioni frequenter intendere; 1259.
'atque ad omne bonum tuum impendere opem & operam efficacem. *Alex. 4. P.*
'Et ecce dilectum filium fratrem *Walterum* de *Rogat.* familiarem & pœ-
'nitentiarium noſtrum, virum utique religione conſpicuum, moribus &
'ſcientia præditum, nobiſque ſuæ meritis probitatis acceptum, tibique
'valde devotum, ad regimen *Alemanniæ* in favorem tuum duximus ſpeci-
'aliter deſtinandum, univerſis prædicti imperii Principibus ceteriſque ma-
'gnatibus tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus tibi adhærentibus & non
'adhærentibus mandantes per noſtras favorabiles literas & per ipſum, ut
'adhærentes conſtanter in tua fidelitate perſiſtant, & non adhærentes tibi
'ſtudeant adhærere firmiter, ac præbeant omne quodcumque poſſunt per
'ſe, ſubditos, & conſanguineos, & amicos ſuos, conſilium, auxilium &
'favorem. Super eo autem quod dicti nuncii moram magnam in curia
'noſtra protraxiſſe videntur, tua ſerenitas non miretur; quia tam ardua
'tamque ſolemnia negotia nec poſſunt nec debent cum feſtinantia, ſicut
'à multis forte creditur, expediri; præſertim cum expediat, ſicut noſti, in
'talibus cum multa providentia, deliberatione, gravitate ac maturitate
'procedi. Ideoque celſitudinem tuam rogandam duximus attentius &
'hortandam, quatenus prædictum pœnitentiarium noſtrum, qui ad hoc
'de mandato noſtro ad tuam accedit præſentiam, ut in commiſſo ſibi ne-
'gotio cum tuo conſilio dirigatur, & cui in his quæ tibi dixerit ex parte
'noſtra adhibeas firmam fidem, benigne recipiens, ac illa quæ pro te feci-
'mus diligenter attendens, habenſque prædictos nuncios ſuper mora hu-
'juſmodi, cum fructuoſa valde & utilis fuerit, excuſatos, conforteris in Do-
'mino, ſtudiumque tuum circa magnifica & eximia probatæ conſtantiæ
'tuæ opera more ſolito de Divino & Apoſtolico favore confiſus, ad lau-
'dem Dei & exaltationem ſedis Apoſtolicæ exercere non ceſſes, ac illa quæ
'pro te per nos in hac parte facta & ordinata conſiſtunt. Ad hoc, ut cau-
'tius & melius ad optatum perducantur effectum, ſecreta apud te nemini
'revelando teneas illa; quia ſi ſecus fieret, plurimum negotio deperiret.
'Nos autem qui ad perſonam tuam præcipuum & intimum habemus affe-
'ctum, quique vehementi deſiderio cupimus ut ſtatus tuus continuis, Deo
'auctore, amplificetur commodis, concreſcat augmentis, apud Regem Re-
'gum devotis pro te ac ſedulis ſupplicationibus ferventer inſiſtimus, ut per
'ſuam clementiam tuos proceſſus regat & dirigat, detque tibi ex alto vir-
'tutem proſequendi laudabiliter inchoatum negotium, illudque feliciter
'confirmandum. Data *Agnaniæ* 11. kal. *Maii*, pontificatus noſtri anno
'quinto.

Obiit *Fulco Baſſet Londonienſis* Epiſcopus.

Henricus de *Hengham*, Cancellarius *Londonienſis* electus eſt.

Feſtivitate ſancti *Edwardi* Regis & Confeſſoris in quindenam ſancti *Michaelis* apud *Weſtmonaſterium* per dominum Regem regaliter celebrata, communitas Bacheleriæ *Angliæ* ſignificavit domino *Edwardo* filio Regis, Comiti *Gloverniæ*, & aliis juratis de Conſilio apud *Oxoniam*, quod dominus Rex totaliter fecerat & adimplevit omnia & ſingula quæ providerant Barones & ſibi impoſuerant facienda; & quod ipſi Barones nihil ad utilitatem reipublicæ, ſicut promiſerant, fecerunt, niſi commodum proprium, & damnum Regis ubique; & quod niſi inde fieret emendatio, alia ratio pactum reformaret. Dominus *Edwardus* ſtatim pro ſe reſpondit, quod juramentum quoddam fecerat apud *Oxoniam* etiam invitus, ſed non propter hoc quin foret paratus ad præſtandum ſponte dictum juramentum, & ad exponendum ſe morti pro communitate *Angliæ*, & pro utilitate reipublicæ, ſecundum quod juratum extitit apud *Oxoniam*. Et mandavit præciſe Baronibus de Conſilio juratis, quod niſi juramentum ſuum prædictum adimplerent, ipſe uſque ad mortem ſtaret cum communitate, & promiſſa faceret adimpleri. Tandem videntes Barones magis expedire pro-

1259. miſſa ſua per ſeipſos adimpleri quam per alios, publice fecerunt proviſio-
Henric. 3. R. nes ſuas promulgari ſubſequentes.

Proviſiones Baronum.

I.

De ſuites de Curt as ſeignurs eſt einſi purveu, ke nul ne ſeit deſtreint deſhore mes a ſyutes fere a la Curt ſun ſeignur, ſi eſpeciaument ne ſeit contenu en ſa chartre, ke il deiue ſa tere tenir par certein ſerviſe et feſant ſyute a la Curt ſun ſeignur, ſi li ou ſes anceſtres ke le eient fet dedevant le premer paſſage le Rei en Bretain, *co eſt a ſaver veint et nof anz. ſi nul deſtreint ſun tenant cuntre ceſte purveance, haſtiue dreiture en ſeittenu en la Curt le Rei ſicome il eſt purveu puis enapres.*

II.

Se il avent ke heritage ſeit partie entre pluſurs parceners, come heretage ke ſurd cume de vn heir, al eine des parceners les autres parceners eident al cuſt a la ſyute fere reſonablement. E ſi tenanz ſeient feſſe de meimes le heretage, ja le plus ne puſſe le ſeignur demander forske vnt ſyute, ſi come devant dit eſt.

III.

Si nuls ſeignurages lur tenanz cuntre ceſte purveance deſtreinent, dun kes a la pleinte del tenant ſeient atachez, ke il vengent a vn bref jur a la Curt le Rei a reſpondre a eus; al quel jur il averunt un eſſoyne ſi il ſunt el Reaume. E meintenant ſeient les avers al pleintif deliveres ke par cel acheſun ſunt pris. E delifres remainent deske le plai entre eus ſeit cheue.

IV.

E ces ke averunt la deſtreſce fete al jure ke done lur eſt par eſſoine on al premer jur ſi il ne ſeient eſſoinez facent defaute, dunc mande lem al veſcunte del pais ke il les face venir a vn autre jur: e ſi dunc ne vengent, ſeit mande al veſcunte ke il les deſtreine par kant ke il vnt en ſa baillie. E ke il reſpoine al Rei des iſſues, e ke il eit lur cors a vn autre jour. E pus a tel jur ſi il ne vengent voiſt le pleintif ſanz jur; e les avers remainent delifres. Eiſſi ke les ſeignurages mes ne puſſent deſtreindre les partel acheſun deske tant ke il eient dereſne par plai en la Cur le Rei, ſalve as ſeignurages lur dreitures des ſyutes quel oure ke il en oſent parler. E les ſeignurages vengent en la Curt le Rei a reſpondre. E les pleintifs puſſent lur quereles aver, dunc par jugement de la Curt recouerent lur damages ke il averunt eu par acheſun de cele deſtreſce.

V.

E de autre part les tenanz ke ſuſtreent a lur ſeignurages ſyutes ke il deivent et ke il vnt fet devant dit terme, par memes la haſtive dreiture deſtreinent lur ſyute et recoverent lur damages enſement come lur tenanz de eus.

VI.

Des ſyutes ke ſuſtretes ſunt devant le devant dit terme, curge a la commune lei communalment.

1258. Alex. 4. P.

VII.

Derechef purveu eſt ke as turns de veſcunte ne venge Erceveske ne Eveske, abbe ne priur, Cunte ne Barun, ne nule gent de religiun, ne enſement femmes ſi il ne eient eſpeciaument a fere. Mes ſeient tenuz les Turns en la manere ke furent tenuz al tens as anceſtres noſtre ſeignur le Rei ke ore eſt. E ſi nuls eient teres en pluſurs hundrez, ne ſeint deſtreint, ne ne vengent as Turns fors la ou il vnt manſiun. E ſeient tenuz ſolum la chartre de franchiſes ſolum ceo ke il furent tenuz al tens le Rei Ricard *et le Rei* Johan.

VIII.

Purveu eſt enſement ke en eire de Juſtices, ne en Cunte ne en Curt de Barun ou franc home, ne en franchiſe ne ailurs ne prenge lem mes fins pur bel pleider, ne par iſſi ke la gent ſeient acheſonez.

IX.

Derichef purveu eſt ke en plai de doaire ke eſt al Banc, doinſt lem quatre jurs par an al meins, Ceo eſt a ſaver, a cheſun terme vn jor. E ſi plus puſt lem doner, plus doinſt lem.

X.

Enſement en eſſoines del derein preſentment et de quare Impedit *des Egliſes ke ſunt voides, doinſt lem jur de quinzeine en quinzeine, ou de treis ſemaines en tres ſemaines ſolum le pais ke eſt loinz ou pres. E ſi celu ki eſt implede par* quare Impedit, *ne vent al premer jor, ne ne ſe face eſſonier, al autre jur, ſi il ne vent, ſeit deſtreint par totes ſes teres et ſes chateus par la grant deſtreſce, ſicome deſus eſt dit.*

XI.

Des chartres ke lem ad purchaſce de eſtre quites de aſſiſes et de jurees eſt iſſi purveu, ke ſi juſtices veient ke dreiture ne puſſe eſtre tenue ſanz ſerment de ceus ki les Chartres averunt, come en grant aſſiſe ou en purales, ou la ou il ſunt teſtimoines, nomeement ou en Chartres en eſcrit, ou en ateintes, ou en autre cas ke ne puet eſtre terminez ſanz ſerement de chevalers, en tel cas les face lem jurer, ſalve a eus lur franchiſes aillurs.

XII.

Nul deſhoremes face deſtreſce fors en ſun fee, ne en Real chemin, ou tote gent paſſent et poent aler, ſanz le Rei.

XIII.

De autre part ſi il avent ke le ſeignur apres la mort ſun tenant ſeiſiſt en ſa main ſes teres par la reſun ke ſun Eir ſeit dedenz age, et pus kant le Eir vendra a ſun age, ne ſi voille ſa terre rendre ſanz plee, ke le Eir recovere par bref de mort de anceſtre *ſa tere en ſa main ove les damages ke il avera eu par le acheſun de la detenue pus ſun age. E enſement ſi le heir ſeit de age quant ſun anceſtre mort, et le heir apparant ke tenu eſt e certein ſeit euz, ke le chef ſeignur ne le bute hors; ne rens ne prenge, ne rens ne hoſte, fors ſolement face une ſimple ſeiſine. E ſi le chef ſeignur le teuge hors par quei il eit cunge ke il puſſe purchaſcer bref de* mort de anceſtre, *ou* de coſinage, *recovere ſa tere et ſes damages auſicum per bref de* novele deſeiſine.

1259.
Henr. 3. R.

XIV.

De garde de ſocage eſt iſſi purveu, ke ſi tere ke ſeit tenue en ſocage ſeit tenu en garde par ſes parenz par la reſun del heir ke ſeit dedenz age ke le gardein ne puſſe waſt fere ne vente, ne nule manere de deſtruction de terre ke ſeit en ſa garde, mes ſalvement le garde al oes le heir, ke quant il vendra a ſun aage, le gardein le reſpoine lewement des iſſues et des pruz de la choſe, ſalve a lui ſes renables miſes. Ne il ne puſſe le mariage vendre ne doner ſi al pru del emfant.

XV.

De autre part purveu eſt ke Eſchaeturs, Enquerurs, Juſtices aſſignez a aſſiſes prendre, ne Juſtices aſſignez a plai de treſpas oir, ne determiner, ne nul autre baillif ne eit poer de amercier pur defalte de commune ſomunſe; forspris la chef Juſtice e les Juſtices erranz de tuz pleez.

XVI.

Purveu eſt enſement ke nul home de Religion ne puſſe nule tere achater ſanz le gre le ſeignur, ceo eſt a ſaver celui ſeignur ke eſt plus precein ſanz le mein.

XVII.

Purveu eſt enſement de Eſſoynes ke nul deſhoremes ſeit deſtreint pur ferment fere a la garantie de la eſſoine ne en Cunte ne aillurs.

XVIII.

Nul deſhoremes horſpris le Rei tenge plai en ſa Curt de faus Jugement fet en la Curt ſun tenant, kar tel maner de play partent al Rei e a ſa corone.

XIX.

Purveu eſt ke ſi nul eſt deſtreint et ſes avers retenuz cuntre gage et cuntre plege, le veſcunte quant la pleinte ſerra fete, franchement puiſſe le avers deliverer ſolum lei de tere, ſi il ſunt pris hors de franchiſe ſanz contredire et ſanz deſturber de celui ke les avera pris. E ſi il ſunt dedenz la franchiſe et le baillife ne les voile deliverer, par defaute de baillif de la franchiſe.

Purveu eſt ke nul haut home deſhoremes puſſe deſtreindre ſes tenanz a reſpondre de lur franc tenement, ne de choſe ke a lur franc tenement apent, ſanz bref le Rei, ne ne face ſes frans tenanz jurer ſanz lur gre, deſicum nul home ne le poet fere ſanz eſpeciaument ke ſi le Rei le eit comande.

Purveu eſt ke nul baillif ke acunte deive rendre ſe ſuſtree de ſun ſeignur. E ſi il ne voille ſun acunte rendre, ne ne eit tere ne tenement dunt il puſſe eſtre deſtreint, ſeit atache par ſun cors, iſſint ke le veſcunte en ki baillie il ſerra trove le face venir pur rendre acunte ſil ſeit en arerages.

Purveu eſt ke nul fermer en le tens de lur ferme ne facent vente ne exil de boys, meſuns, homes, ne de autre choſe ke la tenement ke il vnt a ferme apende, ſi il ne eient eſpecial eſcrit ke mention face ke il puſſent cele vente fere. E ſi il le facent et ſeient ateinz, de ceo rendent les damages.

Juſtices erranz deſhoremes ne amercient les vilees en lur eire pur ceo ke cheſcun home de XII. *anz ne venge as eſqueſtes fetes devant coruner de mort de home ou de autre choſe ke apende a la corone, pur quei ke de memes les viles vengent ſuffiſaument gent par quei lem puſſe covenablement les enqueſtes fere.*

Nul

Nul Coruner ne veſcunte ne autre baillif deſhoremes amercie les vilees pur 1259.
co ke il ne vengent as enqueſtes. Mes la ou il trovent la defaute ſeit mis en Alex. 4. P.
Roule des coruners et preſente devant Juſtices erranz ki unt poer a amercier les vilees et nul autre.

En eire de Juſtices ne ſeit murdre deſhoremes agarde des homes ke ſunt morz par meſaventure, fors ſolement de ceus ke ſunt oſcis par felonie.

Nul Juſtice ne veſcunte ne autre bailif deſhoreme ne amercie les vilees pur buthes leve et neut ſiwi, ſi il ne ſeit leve pur reſnable acheſun, cume pur mort de home, Roberie, Plaie, ou autre ſemblable cas ke apende ſpecialment a la Corune.

Derichef ſi nul ſeit voche a garant en play de tere en Eyre de Juſtice ne ſeit deſhoremes amercie pur ceo ke il ne eſt preſent, de ſi ke nul franc home ne deit eſtre amercie pur defalte ſi del premer jor nun a la venue de Juſtices. Mes ſi le Garant ſeit dunkes ens memes le Cunte dunkes ſeit ceo al veſcunte ke il le face venir al terz jor ou al quart, ſolum ceo ke il eſt loinz ou pres, ſicome contenu eſt en eyre de Juſtices. E ſi il eſt manant en autre cunte, dunkes eit renable ſomunſe de quinzeine ſolum la commun lei.

Derichef, ke Juſtices ſeient purveuz de aler par la tere. E ſeit vn des duze ou des autres del commun pur veer ke dreiture ſeit fete al pleinauz et a tuz autres. E ſi il veient ke les eſtabliſſimenz ke ſunt fetz al pru del Reaume ke ſunt ou ſerrunt, ſeit mande al Cuntez ke il ſeient tenuz.

Enſement ke les purveances ke ſunt fetes pus le commencement de tes eſtabilſemenz ſeient leuez et maintenuz.

Derichef les roules de ces eſtabliſſimenz ſeient luz et fermes. E les chartres de franchiſe et de la foreſt ſeient tenues et maintenues.

Purveu eſt enſement ke nul ne venge al parlementer a chevaus ne a armes ne arme, ſi il ne ſeit mande eſpecialment par le Rei ou par ſun Cunſeil, ou par bref pur communes boſſoines de la terre.

La ou Juſtices erranz errerent dereinement, ſeient aturnez prodes homes et ſages de oir et demander totes les pleintes ke poeient eſtre terminez ſanz bref de ſet anz, en ca, einſi ke ſi nul ne ſe ſeint pleint devant les ſet anz, et ne eit pas en dreiture, ke il recovere a dreiture aver. E il eient poer de enquere des veſcuntes et de lur baillifs coment il ſe ſunt portez ver le pais pus les eſtabliſſemenz.

Auſi enquergent des baillifs as riches homes de la terre, e des riches homes memes.

Juſtices erranz eient memes le poer ke veſcuntes en lur eire, enſement en lur poer demeine par lur eire. E ſeient purveuz ke meſne gent del Conſeil deus ou treis ſeient adeſſcement entur le Rei de parlement en parlement. E a cheſcun des parlemenz ſeient changez e mis autres. E ſeit lur fet ven a cheſcun parlement. E ſeit amende ſi reus i ſeit a amender par ces del Cunſeil. E ſi nule grant boſſoine ſurde entre les parlemenz ke ne porra eſtre termine par les devant dit deus ou treis ou ke ne purra eſtre delae en bone manere deskes al procein parlement, tuz ces del Conſeil ſeint mandez par bref pur cele boſoine terminer. E ſeit mis en le bref le acheſun del mandement ſi ceo ne ſeit ſecre. E ſi nuls des autres del Conſeil ou des avant dit deus ou treis vengent a Curt par le mandement le Rei ou pour ſa boiſoine demeine, ke il ſeient al Conſeil le Rei tant come les boſſoines durent, oue les lur propres et oue les boſſoines le Rei pur quei il ſunt mander.

Il fet a remembrer ke deus prodes homes ſeient purveuz a vendre les gardes ke ore en dreit ſunt en la main le Rei.

Derichef ke deus prodes homes ſeient purveuz a ordener enſement oveke le Conſeil del Eſcheker de veſcunts et de Cuntez.

Derichef, ſeient purveu genz de aler oveke le Rei en France. E queus demorrunt en la tere pres de la Juſtice.

§. E ke as Meſſagers de Wales ſeit reſpundu.

E purveu

1258. E purveu ſeit coment les brefs de purveances et des eſtabliſſemenz hors
Henr. 3. R. de la Chancelerie iſcerunt ſanz delay.

§. Enſement et de Meſſagers ke irrunt a Rome.

As gardes vendre meintenant ſeient mis la juſtice, le Treſorer, Meſtre Thomas de Wimundeham, ſire Roger de Torkeby, ſire Henry de Baa. E ke ces memes ordeinent et purveient en queus articles la Reine deit aver or.

Purveu eſt ke memes ces vengent al Eſcheker, et veient les ſumes de totes maneres de tailages ke vnt eſte miſes pus le tens ceſt Rei. E ke il eſment cum ben cheſcun poet amonter.

E ces memes purveient coment lem deit aler avant en pleez de Coſtumes et de ſerviſes.

Enſement purveient coment lem deit aler avant en Eſchaetes et en gardes.

Purveu ſeit quels genz deivent aler a amender les treſpas et les tors fetz ke poeut eſtre terminez ſanz bref.

La juſtice le purveie oveke les autres. E quels ſerrunt al Banc oveke le juſtices, e quels al Eſcheker.

Purveu eſt ke quatre Chevalers ſeient mis en cheſcun Cunte pur ver le torz ke veſcuntes funt. Si il avent ke torz facent facent ke ces quatre amoneſtent les veſcuntes ke il les facent amender. E ſi il nel volent amender, mettent les torz fez en vn Roule e les moſtrent a la haute juſtice al chef de an. kant il les demandera ou avant ſi il les demande. ſi einſi eſt ke les pleintifs as quels les torz ſunt fez voillent ſiure. E ke ces avant dit quatre chevellers ne eient nul poer a deſturber les veſcuntes de lur office fere.

Si clerc ſeit rette de mort de home, de roberie, ou de larecin, ou de autre crime ke apende a la corune, e pus ſeit livere en bail par comandement le Rei a duze prodes homes ke il le eient pardevant juſtices, ou leſſe par pleges par comandement le Rei, ſi les avant dit duze ou les pleges eient ſun cors al premer jor pardevant juſtices, ne ſeient pas deſhoremes amerciez tut ne voile le Clerc reſpondre ne a dreit eſter en la Curt le Rei. deſicume il ne furent de autre choſe pleges ou main pernant, fors de aver le cors le Clerc avant.

La haute juſtice le Treſorer, ſire Henry de Baa, ſire Roger de Turkeby, et les Baruns del Eſcheker purveient ceſt an meintenant queus prodes homes e leaus e ſages ſeient veſcuntes ceſt an. E ſeient vavaſurs de memes les Cuntez. E encuntre le prochein, an al prochein Cunte devant la ſeint Michel ſeient eſluz en plein Cunte quatre prodes homes e leaus, e ke ſeint profitables al Rei e al Cunte en cel office E ſeint a la ſeint Michel al Eſcheker. E les baruns prengent les plus ſuffiſanz a lur eſgart.

Derichef ſeient eſluz par la haute juſtice et par le Treſorer prodes homes en ceſt Advent e en ces jurs de feſtes encuntre le procein parlement ceo ke ſerra a amender al grant Eſcheker e al Eſcheker as Gyns. E par ces meymes ſeit purveu reſnable ſuſtenement a ces ke ſerrunt al un Eſcheker et al autre.

Purveu eſt ke ſire Thomas de Greſly juſtice de la foreſt prenge Nicholas de Rameſey e treis chevalers de cheſcun Cunte et enquergent le eſtat des foreſtz, devert et de veneyſon, et de ventes et de deſtructions. E par ki eles ſunt fetes. E enquergent de malveiſes uſages de pleez de la foreſt, et par queus eles ſunt a leuez e de quel tens e quant ceo avera feit face le a ſauer al Rei et a ſun Cunſeil.

Memes ceſte manere ſeit feit des foreſtz de la Trente. ke la haute Juſtice purveie quatre chevalers et enquerge de totes les foreſtz de la Trente en la manere ke eſt deſus dit.

Le Erceveskes et le Eveske de Wireceſtre, le Cunte le Mareſchal, le Cunte de Warewick, ſeient oveke la Juſtice as granz boſſoinz del regne treter tant come le Reis eſt hors de Engleterre. E tuz cels de Cunſeil e les XII. de par le Commun ke en Engletere demorent ſi meſter ſeit ſeient mandek ſire Phelipp Baſſet et ſire Roger de Mortemer ſeient adeſſeement oveke la Juſtice.

Purveu

Purveu eſt ke la Juſtice purveie ke les Chaſteleius eient reſnable ſuſtenance as Chaſteaus le Rei garder et a ſuſtenir les. 1259. Alex. 4. P.

Purveu eſt de mettre deus prodes homes del commun ou des XII. *ke ſunt par le Commun, ou des autres oveke les Juſices al Banc E ke il veient ke dreiture ſeit fete. E en meime la manere ſeient mis deus prodes homes del commun ou des* XII. *ke ſunt par le commun ou des autres al Eſcheker.*

Ces ſunt les purveances et les eſtabliſſimenz fetz a Weſtmoſter *al parlement a la ſeint* Michel *par le Rei et ſun Conſeil et les* XII. *par le Commun conſeil eſluz par devant le communance de* Engletere *ke dunke fu a* Weſtmuſter *le an del Regne* Henri *le fiz le Rei* Johan *quarantime terz.*

Forma inquiſitionis faciendæ per domini Regis *Eſchaetorem*, de terris & tenementis & rebus aliis in eiſdem contentis, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Comitum, Baronum, Abbatiarum, & Prioratuum, & aliorum qui de domino Rege tenent in capite, poſt eorum deceſſum.

'Inquiratur de maneriis, quot acræ ſint in dominico arabiles, & quantum quælibet valeat per ſe, & qui eas teneant. Quot acræ prati, & quantum quælibet valeat, & qui eas teneant. Quot paſturæ ſeparabiles, & qui eas teneant. Quales & quantas beſtias quælibet paſtura poſſit ſuſtinere, & quantum valeat paſtura cujuſlibet acræ per ſe ad locandum. Quales & quantas beſtias dominus poſſit habere in paſtura communium. Quod commodum columbariorum, gardinorum per annum. Quod commodum piſcaturarum ſuperabilium per annum. Quot molendinorum, & quantum valeant per annum. Quales boſci, & quid valeant, ut in pannagiis, herbagiis, & aliis. Quot libere tenentes, & quæ tenementa teneant, & à quo tempore: quæ ſervitia teneantur facere, & quantum reddunt per annum. Quot conſuetudinarii, & quales conſuetudines faciant: quantum valeat quælibet conſuetudo per ſe; quantum reddant de redditu aſſiſo præter conſuetudines. Et qui tam libere tenentium quam Conſuetudinariorum poſſint filios & filias maritare ſine licentia domini vel ballivorum ſuorum, & qui non: & qui poſſint tayliari ad voluntatem domini, & qui non. Quantum valere poſſint placita, perquiſita, Chercheſcet tam in blado, quam in gallinis, & in aliis exitibus. *Herieta*, Mercata per annum. Quod commodum de viſu franci plegii. Item ſi ſit hundredum injunctum manerio, quantum valeat commodum hundredi per annum. Item quale & quantum inſtaurum dominus poſſit habere in manerio. Inquiratur etiam quæ approchiamenta fieri poſſunt in eodem manerio, ut de aſſartis, brueriis fruſtrandis, de molendinis & furnis conſuetudinariis conſtruendis. Item de mercato & nundinis faciendis. Item de gurgitibus & columbariis levandis, & omnimodis aliis approbamentis faciendis. Inquiratur etiam quæ Eſchaeta acciderint domino in manerio ut de terris *Normannorum* felonorum, & pro defectu hæredum, & omnibus aliis eſchaetis; quis eas teneat, & per quos, & a quo tempore, & quantum valeant per annum: & quæ expletia inde provenientia hucuſque receperint. Inquiratur etiam quæ alienationes factæ fuerint in eodem manerio, ut de domibus, redditibus, conſuetudinibus; libertatibus, advocationibus Eccleſiarum, de manu domini Regis ſubtractis vel alienatis. De nativis & fugitivis, vel in libertatem mutatis. De boſcis domini Regis extra foreſtam aſſartatis & vaſtatis, & omnimodis aliis alienationibus, qui illas alienationes teneant, & qui expletia inde provenientia hucuſque receperint. Item ſi aliquis gerat ſe pro libero, cujus pater fuit nativus; & quo jure & waranto libertatem habeat. Item inquiratur de alienatione ſervientum, ſi qua fuerit alienatio adhuc non arentata, & quantum poſſit arentari de cetero.

1259.
Henric. 3. R.

Item proviſiones quæ ſupra in Latinum.

Sectæ Curiarum.

I. 'De ſectis Curiarum ita proviſum eſt Dominicis quod nullus amodo diſtringatur ad ſectas faciendas curiis Dominorum ſuorum, niſi ſpecialiter 'contineatur a charta ſua, quod terram ſuam debeat tenere pro certo ſervitio & faciendo ſectam Curiæ domini ſui; aut anteceſſores ſui fecerint 'ante primum paſſagium Domini Regis *Henrici* qui nunc eſt, in *Brittanniam*, videlicet viginti novem annis tranſactis & dimidio. Et ſi aliquis 'contra iſtam proviſionem tenentem ſuum diſtringat, matura juſtitia 'ſibi teneatur in curia Domini Regis, ſicut proviſum eſt in rotulis de 'Bancho.

II. 'Et ſi ita contingat quod hæreditas dividatur in plures partes, ſenior 'participantium faciat ſectam pro ceteris participantibus, & illi ad ſectam 'rationabiliter faciendam auxilientur. Et ſi plures de eadem hæreditate 'teneant, dominus nihil amplius demandet niſi unam ſectam, ſicut prædictum eſt.

III. 'Et ſi aliquis dominus aliquem contra iſtam proviſionem diſtringat, 'tunc diſtricti ad querelam tenentis attachientur, quod illi veniant ad 'curiam domini Regis ad unum brevem diem ad reſpondendum. In quo 'die unam eſſoniam habebunt. Et ſi ſint in regione, protinus averia con'querentis deliberentur quæ per illam occaſionem capta ſunt, & delibe'rata remaneant quouſque placitum inter eos terminetur.

IV. 'Et ſi illi diſtricti non veniant ad diem nominatum, eſſonientur, 'vel faciant defaltam, tunc mandetur Vicecomiti quod ille ad alium di'em eos faciat venire. Et ſi non veniant, mandetur Vicecomiti quod eos 'diſtringat venire per omnia quæ in balliva ſua habent. Ita quod domi'no Regi de exitibus reſpondeat, & quod habeat corpora eorum ad diem 'alium, & ſi ad diem illum non veniant, eat conquerens ſine die, & ave'ria remaneant deliberata, ita quod domini poſtea non poſſint diſtrin'gere propter illam occaſionem quouſque ſui diſtricti per placitum in 'curia domini Regis ad ſalvandum ceteris dominis recta ſervitia ſua quo'cumque die inde loqui voluerint.

V. 'Et ſi domini veniant ad Curiam domini Regis ad reſpondendum quod 'conquerentes de querela ſua certificentur, tunc per judicium curiæ 'recuperabunt damna ſua quæ habuerunt occaſione illius diſtrictionis.

VI. 'Ex alia parte, ſi tenentes ſubtrahunt dominis ſuis ſectas quas de'bent, & quas fecerunt poſt prædictum terminum, per eandem feſtinam 'juſtitiam diſtringant pro ſectis eorum, & recuperabunt damna ſua, ſicut 'tenentes de eis, de ſectis quæ ſunt ſubtractæ quæ fuerunt ante prædictum 'terminum, & currat communis lex ſicut ante.

VII. 'Proviſum eſt inſimul quod in itinere juſtitiariorum nec in comi'tatu nec in curia Baronis, nec libertatis, nec in aliqua alia curia aliquis 'aliquid capiat propter pulcre placitandum, nec propter hoc quod aliquis 'non occaſionetur.

VIII. 'Proviſum eſt inſimul de placito de dote quod eſt coram Bancho, 'unde dant quatuor dies per annum ad minus ſcilicet ad quemlibet ter'minum unum diem, & ſi plus poſſunt dare, plus donent.

IX. 'Inſimul in aſſiſis de *ultimo præſentato*, & de *quare impedit*, & de 'Eccleſiis vacantibus, dentur dies de quindena in quindenam, vel de tri'bus ſeptimanis in tres ſeptimanas, ſecundum quod patria eſt longe vel 'prope. Et ſi ille qui implacitatur per le *quare impedit*, & non veniat ad 'primum diem, nec ſe faciat eſſoniare, attachietur quod ſit ad alium 'diem; & ſi ad illum diem non venerit, nec eſſonietur, diſtringatur per 'magnam diſtrictionem ſicut ſupradictum eſt. Et ſi ille ad primum diem 'faciat ſe eſſoniare, ſi non ad ſecundum diem venerit, per terras & ca-

'talla

'talla diſtringatur primo, & poſtea ſi non venerit, per omnes terras ſuas 1259.
'& omnia catalla diſtringatur per magnam diſtrictionem, ſicut ſupradi- *Alex.* 4. P.
'ctum eſt.

x. 'De chartis perquiſitis de adquietatione aſſiſarum & de *Jurees*, ita *Chartæ de Adquietatione Aſſiſ.* 'proviſum eſt, quod ſi [a] juſtitiare videant quod rectum non poſſit teneri 'ſine juramento illorum qui hujuſmodi chartas habent, ſicut in magnis 'aſſiſis & in *puralees* ubi ſunt teſtes nominati in ſcriptis, aut in chartis aut 'in ateynte, aut in aliquo alio caſu qui non poſſit ſine juramento militum 'terminari, in talibus caſibus faciant illos jurare; ſalvis ſibi aliunde vel 'alibi ſuis libertatibus.

xi. 'Nullus amodo extra feodum ſuum ſalvo Rege faciat diſtrictionem, 'nec in via Regia ubi omnes gentes ire poſſunt.

xii. 'Item ſi ita contingat quod dominus poſt mortem ſui tenentis in 'manu ſua terras ſuas ſey ſiat ea ratione quod hæres ſit infra ætatem, & quan- 'do hæres ad ætatem pervenerit, ſine placito terras ſuas ſibi reddere noluerit, 'quod hæres terras recuparet per breve de *mort de anceſtre*, inſimul cum ſuis *Mort de Anceſtre.* 'damnis quæ poſt ætatem ſuam occaſione detentionis habuerit. Inſimul ſi ſit 'de ætate quando anteceſſor ſuus moriebatur, & hæres ſit apparens, notus, & 'certus, & intus ſit, dominus capitalis eum nequaquam poſſit ejicere, nec il- 'lum aliquid diſtringat facere, niſi tantum unam ſimplicem ſeiſinam. 'Et ſi dominus capitalis eum foris tenet, unde oportet eum perquirere 'breve de *mort de anceſtre* vel de *cuſinage*, ſua damna recuparet, ſicut de 'brevi de *novele diſſeyſine*.

xiii. 'De cuſtodia de ſocagiis ita proviſum eſt, quod ſi terra in ſocagio *Socagia.* 'teneatur, per parentes proximiores in cuſtodia teneatur ratione hæredis 'qui eſt infra ætatem, ita quod cuſtos inde nullum vaſtum faciat, neque 'venditionem, nec exilium, nec aliquam deſtructionem de terra quæ eſt in- 'fra cuſtodiam, ſed ad opus hæredis ſalvo cuſtodiatur, ita quod cum ad 'ætatem pervenerit, cuſtos de exitibus & de aproiamentis ejuſdem rei fide- 'liter ſibi reſpondeat; ſalvis prædicto Cuſtodi rationabilibus miſis, & 'quod non poſſit dare vel vendere maritagium niſi ſit ad hæredis aproi- 'amentum.

xiv. 'Et proviſum eſt quod Eſchaetores & inquiſitores & juſtitiarii aſſig- 'nati ad aſſiſas capiendas, & juſtitiarii aſſignati ad audiendas querelas 'tranſgreſſionum & determinandas, ſed nullus alius Ballivus habeat po- *Amerciandi Poteſtas.* 'teſtatem de aliquibus amerciandis propter defaltam communis ſummo- 'nitionis, exceptis capitali juſtitiario & juſtitiario itinerante de omnibus 'placitis.

xv. 'Item proviſum eſt quod nullus Religioſorum aliquam terram e- *Religioſi.* 'mat ſine voluntate Domini capitalis videlicet propinquioris præter me- 'dium.

xvi. 'Item proviſum eſt quod nullus eſſoniator amodo pro juramento 'faciendo diſtringatur ad warantizationem eſſoniæ nec in comitatu nec 'alibi.

xvii. 'Item nullus amodo excepto Rege teneat placitum in curia ſua *Placita de Falſo Judicio.* 'de falſo judicio in curia ſui tenentis facto; nam hujuſmodi placitum 'pertinet domino Regi & ejus coronæ.

xviii 'Proviſum eſt quod ſi aliquis diſtringatur & averia ſua teneantur 'contra vadium & plegium, Vicecomes quando querela ſibi facta fuerit, 'ſecundum legem terræ libere deliberabit ſi capta fuerint infra libertatem 'ſine aliqua contradictione vel impedimento. Et ſi ballivus qui averia 'ceperit infra libertatem, ea nolit deliberare, Vicecomes ea deliberabit propter defectum ballivi de libertate.

xix. 'Item proviſum eſt quod ad turnum Vicecomitis non veniant Archi- *Turni Vicecomitis.* 'epiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, Comites, Barones nec aliquis vir

[a] f Juſtitiarii.

1259. Henric. 3. R. 'religionis, nec femina, niſi ſpecialiter habeant ad faciendum; ſed teneantur Turni ſecundum quod fuerunt tempore anteceſſorum Domini *H.* 'Regis noſtri. Et ſi aliqui habeant terras in diverſis hundredis, non diſtringantur ut veniant ad turnos, niſi ubi habeant domicilia, & teneantur ſecundum chartam libertatum ſecundum quod fuerunt tempore *Ricardi* Regis & *Johannes.*

xx. 'Item proviſum eſt, quod nullus Magnas poſſit amodo tenentem 'ſuum diſtringere ad reſpondendum de libero tenemento ſuo, nec de aliqua re ad liberum tenementum ſuum pertinente, ſine brevi Regis, nec 'faciat ſuos tenentes jurare ſine eorum voluntate, cum nullus poteſt facere 'ſine ſpeciali mandato Domini Regis.

xxi. 'Item proviſum eſt quod nullus Ballivus qui compotum reddere 'debet, ſe ſubtrahat à domino ſuo; quod ſi faciat, & non vult compotum 'reddere, & ſi non habeat terras & tenementa unde poſſit diſtringi, attachietur per corpus ſuum, ita quod Vicecomes in cujus Balliva erit inventus, faciat eum venire pro compotis ſuis reddendis ſi ſit in areragiis.

Firmarii. xxii. 'Item proviſum eſt quod nullus firmarius tempore firmæ ſuæ faciat 'waſtum, venditionem, nec exilium, de boſcis, de domibus, hominibus, 'nec de aliqua alia re quæ pertinet ad tenementum illud quod ad firmam 'tenet, niſi habeat ſpeciale ſcriptum quod faciat mentionem quod poſſit 'facere venditionem; & ſi faciat venditionem, & de ea ſit convictus, omnia 'reddat damna.

xxiii. 'Item Juſtitiarii itinerantes amodo non amerciant in itinere ſuo 'villatas hac de cauſa quod unuſquiſque duodecim annorum non venit 'ad inquiſitionem coram coronatoribus faciendam de morte hominis aut 'de aliqua alia re ad coronam pertinente, ſi de eiſdem villatis homines 'ſufficienter veniunt ad inquiſitionem faciendam.

xxiv. 'Item nullus coronator vel Vicecomes nec aliquis Ballivus amodo 'villatas amerciant quia non veniunt ad inquiſitionem de corona, ſed ubi 'inveniunt defaltas, ponantur in rotulis Coronatorum, & præſententur 'coram juſtitiariis itinerantibus qui poteſtatem habent villatas amerciare '& nullus alius.

xxv. 'Item in itinere juſtitiariorum de cetero non ſit **Murthre** ſervatum de illis qui caſu mortui ſunt, ſed tantum de illis qui occiſi ſunt per 'feloniam.

xxvi. 'Item nullus juſtitiarius vel Vicecomes nec alius ballivus villatas 'amerciant propter hutheſium levatum & non ſecutum, niſi ſit levatum pro 'rationabili cauſa, ſicut eſt de morte hominis, Roberia, vel alio conſimili 'ad coronam ſpecialiter pertinente.

xxvii. 'Item ſi aliquis ſit vocatus in warentum de placito terræ in itinere juſtitiariorum, non amercietur propter abſentiam ſuam, ſicut 'nullus liber debet amerciari pro defalta præter primum diem in adventu 'juſtitiariorum, ſed ſi warentus ſit in eodem Comitatu, tunc præcipiatur 'Vicecomiti, ut eum faciat venire ad alium diem ſecundum quod ſit longe 'vel prope ſicut eſt in itinere juſtitiariorum, & ſi manens in alio comitatu habeat rationabilem ſummonitionem ſecundum communem legem 'terræ.

xxviii. 'Item cum clericus ſit de morte hominis rettatus, vel de roberia, de latrocinio, aut de aliquo alio crimine ad coronam pertinente, & 'poſtea liberetur duodecim probis hominibus quod illum habeant coram 'juſtitiariis per præceptum domini Regis, aut per plegios ſine præcepto 'domini Regis: ſi prædicti duodecim probi homines cum prædictis plegiis 'habeant corpus ſuum ad primum diem coram juſtitiariis, non amercientur de cetero quamvis clericus noluerit reſpondere, neque ad rectum ſtare 'in Curia Regis, ſicut ante non fuerunt plegii de alia re vel manu captores, niſi quod corpus clerici haberent ante.

Illi

1258. Alex. 4. P.

Illi articuli inquirendi ſunt in domibus Religioſorum.

‚An omnes ſint regulariter obedientes ſuis ſuperioribus, & unanimes.
'An ſint in eis ſchiſmata.
'An ſervent rite ſilentium.
'An loquantur in Parliamentis niſi ſancta & honeſta.
'An aliquis ſit proprietarius.
'An vagentur non licentiati, & exeant clauſtrum ſine rationabili 'cauſa.
'An licentientur niſi ab Abbate ſi præſens fuerit, vel eo abſente, à 'Priore.
'An aliquis aſpiret ad ballivam habendam.
'An Officiarii ſint prudentes & fideles.
'An comedant carnes, niſi in caſibus à Regula conceſſis.
'An ſint abſtinentes & ſobrii.
'An comedant ſeorſum in cameriis, & ad hoc licentientur.
'An ſani comedant in infirmaria.
'An reliquiæ pure tranſeant in eleemoſynam & ad manum eleemoſyna-'rii, & inde pure ad manus pauperum, nullo victu ſtipendiali indedato, ex-'ceptis ſtipendialibus victibus ſervientum eleemoſynæ. Hiſtrionibus poteſt 'dari cibus quia pauperes ſunt, non quia hiſtriones; & eorum ludi non vide-'antur, vel audiantur, vel permittantur fieri coram Abbate vel Mona-'chis. *Hiſtriones.*
'An aliquis operetur ſibi & non Communitati.
'An aliquis ſit murmurans propter correctionem ſui, vel ſtatus domus, 'vel obſervantiæ Regulæ.
'An compotus reddatur ſecundum ſtatuta Concilii & domini papæ.
'An gravent ſuos ſubditos tallagiis, vel aliis injuſtis & gravibus exactio-'nibus.
'An certi & diſcreti & plures numero ſtatuantur Pœnitentiarii.
'An familia tam Abbatis quam Obedientiariorum ſit habitu & geſtu 'honeſta, non ſuperba, non ebrioſa, non luxurioſa, vel alio enormi vitio 'maculata.
'An aliquis efferat ſe ſuperbe ſuper confratres, vel eos contemnat, cum 'debeat quiſque omnium ſe extremum reputare.
'An ſeculares arceantur à clauſtro, Refectorio, Infirmaria, & Choro, ex-'ceptis perſonis eximiis & temporibus feſtivis in proceſſione.
'An potent poſt completorium, niſi evidens & regularis cauſa coe-'gerit.
'An ſtatuta Concilii *Oxoniæ* quatenus tangunt Religioſos, & genera-'lium Capitulorum & viſitationem Epiſcoporum pluries legantur in anno 'in capitulo.
'An aliquis ſit ſymoniace admiſſus.
'An curia ſit circumquaque bene clauſula.
'An redditus & proventus domus, & omnia bona, & quæcumque ad 'eandem pertinent, redigantur in ſcripturam, ut ſeniores de conventu, '& viſitatores cum venerint, ſtatum domus evidenter poſſunt agnoſcere.
'An Abbas cum non extrahant eum negotia domus, ſit frequens in 'clauſtro, & ad exceſſus corrigendos regulariter in capitulo, & niſi pro-'pter hoſpites vel aliam regularem cauſam impediatur, comedat in 'Refectorio.
'An omnes exceptis infirmis ſurgant ad matutinas & eis interſint in 'choro uſque ad conſummationem.

1259. Henric. 3. R. 'An ᵃ amici Monachorum cum veniunt ad viſitandum eos, benigne mi-'niſtrentur cibus & potus de celario & coquina.

'De ſigillo qualiter cuſtodietur, & ſub quot ſeris.

'De receptoribus proventuum domus, & an ſolvant compotum, & quo-'tiens per annum.

'De veteribus pannis ſi quis det ſuos ubi voluerit, & an cedant in uſus 'pauperum.

'De pannis lotis.

'An infirmaria recte procuretur & regulariter.

'An aliquis mittat brevia, vel recipiat munera.

'An habeant coopertoria de burneto vel pelles ſilvaticas.

'An cibentur & potentur uniformiter in Refectorio.

'An habeant ſeratas clauſuras exceptis obedientiariis.

'An de redditibus aſſignatis ad Infirmariam ad hoſpitalitatem & elee-'moſynam, aliquid ſubtrahatur & in alios uſus convertatur.

'An aliquis Obedientiarius vel alius faciat convivium aliis Monachis in 'feſto alicujus altaris vel alias.

'An hoſpitalitas rite obſervetur.

'An aliquis Monachus loquatur ſolus cum mulieribus, niſi omnia audi-'entibus duobus vel tribus teſtibus.

'An habeant ſotulares rotundos ſecundum regulam.

'An habeant herbarium proprium, aviculas, catulos, pullos, ancas, ova, '& hujuſmodi.

'An fiat aliqua alienatio vel collatio de Camera, vel venditio vel colla-'tio corrediorum.

'An aliquæ mulieres ſint habitantes infra ſepta domus.

'De hoſpitalitate extra portam.

'De exhibitione cognatorum.

'An aliquis cum aliquo nimiam habeat familiaritatem.

'An aliquis prædicet in Conventu.

'An operentur circa garbas, poma, fœnum, præſentibus ſecularibus.

'An fecerint conſpirationem contra adventum Epiſcopi.

'An aliquid mutuum ſit contractum; per quos, & ob quas cauſas, & in 'quos uſus ſit converſum.

'An oſtia ſint bene clauſa de nocte.

'An recipiant annualia, vel tritenalia.

'An aliquis profeſſus ſit fugitivus.

De pace & concordia inter Reges Franciæ *&* Angliæ.

Iſto anno facta fuit pax & concordia inter Reges *Franciæ* & *Angliæ*, de *Normannia* & aliis terris Regis *Angliæ* tranſmarinis, apud *Pariſius* præſentibus ibidem eiſdem Regibus cum eorum Concilio, & ſcriptis hinc inde confectis & conſignatis confirmata. Ita quidem quod *Normanniam* retineat Rex *Franciæ*, & iſta duo verba videlicet [*Dux Normanniæ*] ignominioſe in perpetuum de ſtylo Regis *Angliæ* & ſigillo deleantur, cum antea inſeri ſolerent & apponi; ut ſcriptura *Merlini Silveſtris* impleretur quæ dicit, *Miro mutationis modo gladius à ſceptro ſeparabitur*, id eſt, ducatus *Normanniæ* à Regno *Angliæ*. *Normannia.*

Alexandri P. literæ ad Magnates Angl. '*Alexander* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris, 'proceribus & magnatibus Regni *Angliæ*, ſalutem & Apoſtolicam benedi-'ctionem. Literas veſtras gratanter, prout decuit, & affectuoſe recepimus, '& ea quæ continebantur in eis attente advertimus, & intelleximus dili-

ᵃ Lege amicis.

'genter.

‘genter. Sane ſcripſiſtis nobis, quod Regnum *Angliæ* quondam opulen- *1259.*
‘tum, & populus ejuſdem Regni olim locuples, ad ærumnoſam & calami- *Alex. 4. P.*
‘mitoſam devenerit paupertatem, & quod Regnum ipſum, quod gaudere
‘conſueverat virorum multitudine ſapientum, nunc paucitatem virorum
‘hujuſmodi lamentabili voce deplorat; aſſerentes quod id ex eo potiſſi-
‘me contingebat, quod in Eccleſiis parochialibus non inveniuntur Recto-
‘res quales eis antiquitus fuerant deputati, qui mendicitatem pauperum
‘tanquam præſentes in ipſis Eccleſiis relevare ſolebant, & quoſque dociles
‘vel ex ordine cleri, vel ex carne ſibi propinquos, vel ex alia eis conjun-
‘ctos neceſſitudine, in ſcholis per grata ſubſidia confovere. Scripſiſtis *Patronatus*
‘etiam quod vos & prædeceſſores veſtri, attendentes apparentiam ſancti- *Eccleſiarum*
‘tatis virorum Religioſorum ejuſdem Regni, qui ſalutem animarum & *Religioſis con-*
‘ſuſtentationem pauperum quærere videbantur, jus patronatus Eccleſia- *ceſſ.*
‘arum hujuſmodi ad vos ſpectans in ipſos liberaliter tranſtuliſtis, quo po-
‘teſtatem haberent eligendi perſonas idoneas Epiſcopis præſentandas per
‘quas animarum ſalus & ſuſtentatio pauperum ageretur. Quodque vide-
‘batis vos hujuſmodi pia intentione fruſtratos, eo quod eligendi perſonas
‘hujuſmodi per [a] veſtras proviſiones (quas creberrimas aſſeritis) erat Re- *Proviſiones*
‘ligioſis eiſdem ſublata poteſtas; & quod ipſi Religioſi prædictas Eccleſias, *Papales.*
‘qua neſcitis via, in uſus concedendi proprios, irrequiſitis ſeu contemtis
‘propriis Epiſcopis, à ſede Apoſtolica impetrabant. Objeciſtis etiam quod *Appropriati-*
‘videtur vobis, quantum de veſtro exiſtit conſilio, hujuſmodi jus patrona- *ones.*
‘tus Eccleſiarum ipſarum debere vos repetere, & ad veſtrum dominium
‘totaliter revocare, eo quod videbatis veſtram & prædeceſſorum veſtrorum
‘in hac parte intentionem funditus exſufflatam. Et quia Prælati veſtri,
‘videlicet Epiſcopi dicti Regni vobis aſſerebant, quod ad nos horum cor-
‘rectio omnium pertinet, & quia etiam ipſi Prælati nobis de hac materia
‘ſuas, ut credebatis, literas dirigebant: expectatis reſcribi [b] nobis quali-
‘ter ad reformationem & emendationem prædictorum[que] omnium ve-
‘limus intendere cum effectu. Nam ſi lex veſtra &c. Alia inſuper quam-
‘plura dura & aſpera in eiſdem literis [c] ſubnixiſtis, quæ per vos ſcribi non
‘decuit Chriſti vicario, & Apoſtolorum Principis ſucceſſori, totam prædi-
‘ctarum literarum veſtrarum ſeriem ad proviſiones Apoſtolicas & [d] ad pro-
‘priationes Eccleſiarum hujuſmodi convertentes, veſtramque intentionem,
‘utinam piam & benevolam, in his tantummodo, prout ex earundem li-
‘terarum apparet, fundantes, ac petentes iterum certificari celeriter, qua-
‘liter procedi debeat per nos in [e] promiſſis.

‘Porro, dilecti filii, ſi ea quæ per vos ſcripta ſunt nobis, ex ſolo zelo recti-
‘tudinis, & ex ſolo dilectionis fervore procedant, ſicut nos credere ac ſpe-
‘rare debemus, gaudemus utique vehementer *Romanam* matrem Eccleſiam
‘in vobis habere filios ſic ſolicitos ſicque diligentes ac vigiles ad redden-
‘dum aciem Apoſtolicæ circumſpectionis attentam in his per quæ & noſtri
‘honoris præſervetur integritas, & animarum ſalus quod eſt nobis attem-
‘tius valeat provenire; inſiſtentes humilibus ſupplicationibus apud Deum,
‘ut corda veſtra in ipſius Eccleſiæ profectum corroboret, & vobis cogitan-
‘di quæ recta ſunt, & agendi gratiam largiatur.

‘Et quidem ſi attenderetur pura & ſincera memoratæ ſedis inten- *Appropriati-*
‘tio, circa conceſſiones quas eadem de aliquibus Eccleſiis dicti Regni *ones.*
‘non vilibus perſonis, & locis Religioſis ipſius Regni fecit interdum,
‘quam quidem intentionem ille qui ſcrutatur corda & renes homi-
‘num non ignorat; inveniretur certe ac reputaretur in oculis divinæ
‘majeſtatis accepta, & humanis laudibus valde digna, cum ſola pietatis &
‘miſericordiæ viſcera quibus ſedes eadem perſonas & loca religioſa pro-
‘ſequitur, ad illas nonnunquam faciendas moverint & induxerint Apoſto-

a Lege noſtras. *b* Lege vobis. *c* f. ſubjunxiſtis. *d* f. Adpropriationes. *e* Lege præmiſſis.

‘licæ

1260, 1. Henric. 3. R. 'tia fulciuntur, & tanta facilitate domino ſuo ſubjiciunt provincias indiſtin-'cte, quod nullus eorum reſiſtere poteſt viribus. Quod forte permittitur à 'Domino qui populum ſuum poſitum in maligno hujuſmodi peſtilentiæ fla-'gellis [a] purgare conſuevit, ut forte redeant ad cor, cum ſecundum *David* 'prophetam, *Judicia Domini abyſſus multa.* Sed ſubjugatis *Perſis*, *Medis*, '*Aſſyriis*, *Chaldæis*, *Turcis*, *Armeniis*, *Georgiis*, & aliis nationibus infinitis, & *Bal-*'*dach* illa magna Civitas & famoſiſſima atque potentiſſima repentino caſu 'inopinabiliter ſubjugata, ac etiam carnibus *Caliphe*, id eſt papæ *Sarace-*'*norum*, Ducis & Domini eorundem, una cum liberis & immenſa familia '& aliis habitantibus in eadem in ore gladii ſui crudeliter devoratis. Co-'mitatu etiam qui *Rochas* dicitur, *Aman*, *la Chameie*, *Cæſaream* majorem, 'Civitatibus, caſtris atque diverſis provinciis & terris *Veteris de Montana*, '*Haran*, *Haſſar*, & aliis caſtris hinc inde ſibi potentiſſime ſubjugatis, nuper 'circa *Epheſiam* domini *Halapiæ* comitatum immaniter obſederunt. Unde

Antiocheni. 'populus *Antiochenus* timens ne repentina calamitas in eos irrueret, 'præſertim cum *Antiochena* civitas propter importunitatem defenſionis 'poſſet minime retineri, de voluntate & conſilio domini *H.* nobilis Prin-'cipis ejuſdem, ſolennes nuncios ad eos direxit cum diverſa pretioſitate 'munerum, videlicet Prædicatores, Minores, *Jacobitas*, *Græcos*, & religi-'oſos viros ballivum & Conſtabularium ſuum, ut ſaltem eorum parcendo 'ſanguini, ſub tributi & ſubjectionis ſervitute permitteret eos miſerabili-'ter reſpirare. Quorum votis *Halan* Dux & dominus eorundem benevo-'lum attribuit aſſenſum & intellectum. Timetur tamen ne ſubpeditatis 'aliis (quod abſit) Chriſticolis extremo contrarium ſortiantur. Poſt ex-'peditionem vero prædictorum nunciorum, prædictus *Halan* civitatem

Halapina. '*Halapinam* præcepit à ſuis circumdari, & dari inſultus tam per machina-'rum diverſa genera quam minas & catos & alia tanto neceſſaria negotio. 'Ita quod intra dies quinque non ſine *Sarracenorum* ſtrage permaxima, 'Civitatem eandem cum violentia ſubintravit. Muros ejuſdem una die 'præ eorum multitudine diruentes funditus, & caſtrum exiſtens in eadem 'exercitu ſuo, & machinas terribiliter attingentes. *Soldanus* autem *Ha-*

Damaſcus. '*lapiæ* & *Damaſci* centum & quinquaginta millibus equitum munitus præ-'ſidio ad reſiſtendum eiſdem, audiens inopinatum ſuæ Civitatis caſum, 'præ timore ſolum perterritus & devictus, curſu veloci de *Damaſco* ſece-'dens, prope caſtrum noſtrum quod dicitur *Sapheth* cum aliquibus fecit 'tranſitum. Inde verſus *Gazarum* greſſus ſuos dirigens non in tuto. Ce-'teri vero in deſolationem & terrorem illa de cauſa poſiti, omniſque po-'pulus ejuſdem Civitatis & terræ viſo domino & capitaneo ſuo fugiente 'perſequente nullo, terrente nemine adhuc ſeu ingerente timorem, devicto 'ſine prælio, relictis propriis arripuerunt in tanta multitudine ſubitam & 'vagabundam fugam quod parentes ad filios, ad uxores mariti, ad fra-'trem frater, humilis ad ſublimem, potens ad impotentem, & è converſo 'minime vertebat oculos, nec eſt inventus qui cadenti ſublevationem ſeu 'remedium adhiberet, cum nullum locum crederent adipiſci in quo tantæ 'formidinis & pavoris poſſent conſolationem aliquam invenire, & ſic nobi-'litas *Damaſcena* remanſit ſine defenſione aliqua in obedientia *Tartaro-*'*rum*. Præterea, ſicut fama teſtatur publica, præfatus Princeps cum præ-'dicto domino *Tartarorum* de conſilio Regis *Ermeniæ* compoſuit de *Tri-*'*poli* & reſiduo terræ ſuæ juxta formam *Antiochenæ* Civitatis & terræ. Et 'ut veridica aſſertio referebat, in confectione præſentium erat in propo-'ſito viſitandi eundem perſonaliter, vel ſaltem per ſolennes nuncios pre-'tioſa ſecum munera deferendo. Verum in ciſmarinis partibus *Accon* & '*Tyrus* civitates, maxime ſeptem domus noſtræ, Caſtra tria, in *Antiochia* 'duo, & in *Apolitana*. Unum caſtrum domus *Teutonicorum*, & in *Hieroſo-*

[a] MS. Purgari.

'*lymitana*

'lymitana provincia duo, & in hoſpitali ſancti Johannis duo. In terra Tri- 1260, I.
'politana unum caſtrum domus Teutonicorum, ſicut noſtis, ad reſiſtendum Alex. 4. P.
'eiſdem Tartaris juxta nobis datam à Domino poteſtatem ſunt munita, & 'eadem proponimus cum Dei adjutorio ad Chriſtianitatis opus uſque ad 'interniſcionem noviſſimam viriliter reſervare. Ceteras autem terras & 'loca propter Chriſtianorum paucitatem & impotentiam non videmus, 'niſi miſericorditer à Domino procedat, retineri poſſe; quamvis ſuper hoc 'inſtemus prout facultates temporum & temporis malitia ſe obtulerit, ſol-'liciti & attenti. Præterea quia penitus ignoramus qualiter in flagellis, 'tribulationibus, anguſtiis, & preſſuris, quantas nec oculus vidit nec auris 'audivit, nos gerere debeamus, cum propter tantum negotium quod di-'latione non indiget, ante congruitatem temporum in galea quadam 'quæ non poteſt multitudinem prout res expetit recipere nunciorum, di-'lectos fratres noſtros fratrem noſtrum *Stephanum* ad partes *Hiſpaniæ*, quen-'dam hoſpitalarium ad partes *Franciæ*, tertium dictum *Teuthonicorum* ad 'partes *Alemanniæ* cum litteris domini legati, & noſtris, & communitatis 'Chriſtianitatis Ciſmarinæ, duximus perſonaliter deſtinandos, excellentiam 'veſtram de qua plenius confidimus, humillimis precibus requirentes attenti-'us & rogantes, & aſperſione ſanguinis *Jeſu Chriſti* multipliciter obſecrantes, 'quatenus ad terram ejus cruore proprio ſpecialiter dedicatam compaſſio-'nis & pietatis oculos convertentes, auditis litteris & propoſitis per præ-'fatos fratres & nuncios, ſtudeatis quantum vobis Dominus dederit ſuper 'tanto negotio imponere conſilium feſtinum & maturum. Tenentes pro 'firmo, quod niſi de partibus illis nobis velocius ſuccurratur, adeo quod 'poſſimus reſiſtere impetui & turbini multitudinis tantæ, nullum eſt me-'dium quin tota Chriſtianitas ciſmarina ipſorum dominio ſubjugabitur. 'Ad hæc, veſtra noſcat diſcretio domum noſtram propter graves & innu-'merabiles expenſas quas ſuper munitione caſtrorum noſtrorum prædicto-'rum & Civitatis *Accon* quæ pro meliori reſpondet, in tantum ſubire & 'ſubiſſe onera tam gravia expenſarum, quod in ſtatu tam periculoſo dinoſ-'citur remanere, quod niſi per providentiam veſtram & aliorum fidelium 'oportuno & maturo præſidio ſuccurratur, oportebit nos in læſionem & 'ſcandalum domus noſtræ non modicum, ex toto ſuperſedere defenſioni 'terræ ſanctæ, aut alias alienare de bonis & eleemoſynis domus noſtræ in 'partibus tranſmarinis in non modica quantitate. Nam ſic ſe habet ma-'litia temporis in iſtis partibus his diebus quod ſub uſuris vel gageriis pro-'pter eandem peſtilentiam & abſentiam *Januentium* & aliorum mercato-'rum ab *Accon* mutuo pecunia haberi non poteſt; & è contrario propter 'prædictas munitiones oportet nos in quadruplo expenſas ſubire ſolito lar-'giores, cum ſtipendiarii haberi non poſſunt, niſi & victum ſuum recipi-'ant, & quod mortis ſuæ periculum pretio comparetur. Eſt enim aliquis 'in mundo Princeps qui ſine multo incommodo ſeptem principalia ca-'ſtra uno & eodem die & tempore poſſet tenere contra hanc multitudinem 'inauditam defenſibilia & munita, & ad expenſarum cumulum pro factis 'tantis Civitatis ſicut eſt *Accon*, quæ pro majori parte nobis incumbit, ad 'quos recurrit toto Chriſtianitas ciſmarina tanquam ad refugium ſingu-'lare? Certe non credimus. Et utinam invenirentur mercatores & alii 'qui ſub obligatione ornamentorum Eccleſiarum ſcilicet Cruces, calices, 'turibula &c. univerſa domorum noſtrarum nobis attribuerent pecuniam. 'Nam in caſu iſto proprio corpori nullatenus parcere intendimus. Imo 'potius nos & honorabilis conventus noſter circa defenſionem Chriſtianæ 'fidei magno ſtamus deſiderio exſolvere naturæ debitum. Parcat Dominus 'ſua miſericordia animabus, de temporalibus non curamus. Præterea cum 'magna precum inſtantia ſupplicamus domino Regi *Angliæ* & etiam Re-'ginæ ut ipſum Regem rogaret quod ad relevandum domus noſtræ inopi-'am de decem millibus marcarum argenti nomine mutui deberet miſeri-

1261. ‘corditer ſubvenire; unde vobis mandamus firmiter quatenus ad obti-
Henr. 3. R. ‘nendam à domino Rege hujuſmodi gratiam inſtetis quantum poteritis ‘ſollicitius & attentius. Reſcribentes nobis veſtram ſuper hoc voluntatem & aliis. Data *Acconiæ* quarto die Menſis *Martii*, anno Domini ‘M. CC. LXI.

Litera domini papæ de Tartaris.

‘*Alexander* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo *Cantuarienſi* & ſuffraganeis ejus, necnon & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpoſitis, Archidiaconis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, Capitulis, & Conventibus, cujuſcumque ordinis provinciæ ‘*Cantuarienſis*, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Clamat in auribus omnium, eoſque quos animorum torpor non hebetat, in attentionis ‘vigilantiam excitat horrendi præconii tuba terribilis, quæ fide rerum atteſtantium invaleſcens adeo certo ſono generalis cladis bella prænunciat, quibus flagellum iræ cœleſtis immanium *Tartarorum* quaſi ex ‘abditis erumpentium inferri civibus premit & conterit orbem terræ, ut ‘jam non oporteat populi Chriſtiani ad cognoſcenda hæc quaſi adhuc ambigua certiori relatu aures arrigere, ſed eum & ingruenti & publice feſtinanti provide occurrat periculo admonere. Cum enim iidem *Tartari* ‘dicentes totam terram eis obtinendam tradidit Deus cœli quem utique ‘non noverunt, jam omnibus orientis partibus occupatis & populis ‘conculcatis, jam *Sarracenorum* duritia, quæ multorum temporum ‘bella tulit & intulit, extrema pene exterminii deſolatione concuſſa, jam ‘principali eorum civitate *Baldach, Damaſco*, atque *Alapia*, cum pluribus ‘aliis famoſis eorundem regionibus captis hoſtiliter & everſis, necnon & ‘*Calipho* infidelitatis eorum Principe, & maxima ejus populi multitudine, ‘poſtquam ut dicitur in deditionem receperant interemtis, & Regni *Hieroſolymitani* fines pervenerunt eoſque impetunt invadendos, Chriſtianis ‘regionis *Armeniæ*, *Antiochiæ*, & *Tripoli* famoſis Chriſtianorum urbibus, ‘proh pudor! ſuo nomini ſubjugatis. Cumque à parte ſeptentrionali per ‘*Hungariam* atque *Poloniam* Imperio *Romano* conterminas, ubi jam, proh ‘dolor! non parum Chriſtiani ſanguinis profuderunt, valida in populum ‘illarum partium cæde bacchati, hoſtilem attentent aditum in *Europam*, ‘ubi fortia Chriſtianitatis capita conterere cogitant, & Regum thronis ‘everſis ſedibuſque potentum ſibi totius orbis adſcribere monarchatum, ‘potius eſt contra incumbentia e vicino pericula de oportunis remediis ‘cogitandum, quam eorum citior aut ſerioſior enunciatio expetenda. ‘Omnis igitur eſt ſecuritatis ac tarditatis ignave * * * [a] ſecordia quæ periculorum improvidos ad perniciem præparat & diſponit, & urgentiſſimo attentionis ſtimulo eos præcipue convenit excitari qui præſunt ne ‘ſub manu eorum repentina invadat calamitas homines inerti negligentia ſoporatos, quia ruina malorum imminentium prius interdum quam ‘in ſollicitudinis curam evigilent obruuntur, quemadmodum prædictis ‘*Sarracenis* aliiſque innumeris nationibus, quas deſtitutas prudentiæ conſilio, indignas cœleſti præſidio *Tartarorum* invaſit oppreſſio, noſcitur contigiſſe. Palam eſt enim quod peſtilentiæ pernicies & pernicior peſtis ad ‘quieſcentes ingreditur & ſecuros, & Deum temtat imminente periculo ‘qui illud in præſumtuoſa cœleſtis auxilii confidentia negligit humanæ ‘prudentiæ remediis prævenire. Nos igitur attendentes in eorundem *Tartarorum* manu adverſus peccata humani generis Divinæ indignationis ſævire flagellum, quæ tamen erga fideles magnum oſtendit pietatis indicium, ‘dum illud nobis imminere [b] voluit improviſum. Sed ut Divinæ placationis antidoto & prudentiæ conſilio excludi valeat diu ante proviſum, ac

a Lege ſocordia. *b* Lege noluit.

‘de

'de clementis Dei miſericordia confidentes, quod ſi viſitaverit in virga 1261.
'iniquitates & ſuorum peccata in verberibus diſciplinæ,miſericordiam ſuam *Alex. 4. P*
'tandem non abſcidet ab eis; cogitamus cum fratribus quemadmodum à 'nobis expoſtulat ſpeciale paſtorale officium cui licet immeriti præſidemus, 'contra idem flagellum utilia ſalutis remedia ordinare.

'Et quidem pro tam univerſalis neceſſitatis articulo videbatur non ſo'lum Eccleſiaſticorum ſed & ſecularium Principum & fidelium populorum 'generale Conſilium convocandum, & de communi omnium diſcrimine 'à proviſionis oportunæ remediis, ad quæ ſolas Eccleſiæ vires liquet non 'poſſe ſufficere, intentis ſingulorum ſenſibus communis deliberatio habe'retur. Hæc enim cauſa meminem præterit, communiſſima omnium & 'privatiſſima ſingulorum. Quia & ſi contingat maxime maximos à qui'bus primum ordiri ſolet inſtantia cujuſcumque deſolationis initium, ut 'ceteri facilius velut azephali & diſperſi ad perniciem abducantur, unum'quemque tamen ſpecialiter de univerſitate contingit, ruinam & ſtatum, 'mortem & vitam continens ſingulorum. Nam apud eoſdem *Tartaros* 'patrocinium nulli præſtat fortunæ conditio, vel ſexus infirmitas, aut æ'tatis miſeratio, ſeu reverentia dignitatis, qui non quorundam ſed omni'um exitia & exterminia moliuntur. Nulli pacti aut fœderis fidem ſer'vant, quam quidem habere nequeunt infideles. Propter quod dum ſi'mulant ſe ad Chriſtianos privatæ affectionis habere propoſitum, hoc ipſo 'eſt magis Chriſtianis aſtutæ fraudulentiæ illorum laqueus, quem hujuſ'modi ſimulationis pallio ſubtegunt, præcavendus, qua eos ſubtilioribus 'dolis ſupplantari conantur, quos invenire credunt ad repugnantiam for'tiores.

§. 'Verum quia ipſis *Tartaris* nequitiæ ſuæ propoſita vigilanter inſtanti'bus, dilationis diuturnæ non capit res iſta diſpendium, & abſque longi 'temporis tractu, gravaminibus perſonarum rerumque detrimentis con'venire nobiſcum univerſitas Concilii non valeret; neceſſitati qua gene'ralitas premitur, de prædictorum fratrum conſilio ad præſens duximus 'hoc compendio conſulendum, ut in ſingulis Regnis atque provinciis fi'deles moneantur attendere cauſas illas propter quas præcipue ad *Sar'racenos* & ad alias nationes cum eiſdem *Tartaris* peſtis deſolationis in'travit, offenſam Dei noſtri cujus contra ſe ſubjectæ à perfidiæ nationes 'perfidiæ indicium irritarunt. Defectum inſuper humanæ providentiæ, 'qui eis ſegnitia inerti ſepultis & varia abinvicem ſeditione disjectis, 'ademit oportuna remedia defenſionis, quatenus ipſi fideles de alienis peri'culis ſumta cautela, medelis contrariis à malis imminentibus præſerven'tur. Hinc eſt quod univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hor'tamur attente, vobis per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtri'cte præcipiendo mandantes, quatenus convocatis per te, frater Archiepi'ſcope, ac per eos quibus id commiſeris, & ſi opus fuerit Eccleſiaſtica cen'ſura coactis, ad provinciale Concilium provinciæ tuæ prælatis tam regu'laribus quam ſecularibus, tam exemtis, quibus ex convocatione tua nul'lum volumus quod libertates & immunitates eorum in poſterum præju'dicium generari, nullumque ipſis contra convocationem & citationem 'hujuſmodi quantum ad hunc ſpectat articulum, ex privilegiis vel admi'niculis libertatum exemtionumve ſuarum excuſationis ſeu exceptionis 'provenire præſidium, cum etiam non exemtis, celeriter & convenienter 'in unum communi providentia diſponatis quomodo per exhortationis 'verbum populi vobis ſubjecti ad reconciliandum ſe Deo Deumque ſibi di'gnis pœnitentiæ fructibus, necnon & ad reformandum in ſeipſis com'munionem pacis mutuæ efficaciter inducantur, ut Divinæ ultionis ira'cundia, ſuccenſa iniquitate peccantium, devota pœnitentium & in cœ'lum ad Deum clamantium humilitate placetur. Quia nulla eis hoſtium 'nocebit abverſitas, qui nullam ſibi vitiorum aut diſſenſionum dominari

1261. 'permiſerint pravitatem. Deinde circumſpectæ deliberationis examine
Henric. 3. R. 'præcogitare curetis quibus modis quibuſve remediis atque ſubſidiis Eccleſiaſticis & mundanis ad reſiſtendum eiſdem *Tartaris* tam in Terra ſancta quam impetunt & invadunt, quam in Regno *Hungariæ*, atque in terra *Poloniæ*, aliiſque locis, unde ad alia occupanda Chriſtianorum Regna violentum nituntur habere ingreſſum, conſlentur in unum vires populi Chriſtiani. Nam tantæ tamque improbæ multitudinis irruptionibus cohibendis unius Regis vel Regni non ſufficerent facultates. Proſpiciendum eſt quoque pœnis quibuſque diſtrictionibus & cenſuris ſpiritualibus coerceri Chriſtianos cujuſcumque præcellentiæ ſeu conditionis oporteat à confœderationibus cum eiſdem *Tartaris* ineundis, ne qui fidem habent cum Deo & Religionis catholicæ proximis irritam facientes quicquam attemtent in contumeliam & jacturam nominis & populi Chriſtiani. Quæ inſuper Regio cui quibuſve modis & viribus contra eoſdem *Tartaros* incurrere teneatur; qui etiam Duces ſive capitanei præfici debeant fidelium exercitus contra infidelium ſatellitia proceſſuri. Quæ dona & qualia ſubventionis auxilii pro his exequendis particulariter induci debeant Cleris & populis Chriſtianis. De reliquis nihilominus providentiæ oportunæ ſuffragiis in tanto negotio illudque contingentibus conferendis, ſecundum datam vobis à Deo prudentiam Deum & univerſale periculum habentes præ oculis cogitetis. Et ſuper omnibus deliberatione habita diligenti uſque in octabas Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* proximo futuri, quod utique temporis ſpatium inſpecta neceſſitatis inſtantia nulli videri debet anguſtum, aliquos ex vobis vel alios nuntios veſtros, viros idoneos & diſcretos ac ſufficienter inſtructos & à vobis plenum habentes mandatum ſuper præmiſſis omnia facienda quæ vos perſonaliter præſentes facere valeretis, ad ſedem Apoſtolicam deſtinetis, per quos nobis ſuper præmiſſis omnibus circumſpectionis veſtræ voluntas & conſilium innoteſcant, & quorum communicato conſilio prædicta ſedes provida deliberatione ſtatuat, diſponat, & ordinet quæ in tam arduo Chriſtianitatis negotio publicæ ſalutis utilitas poſtulaverit. Confidimus enim conſtanter in Domino & in potentia virtutis ipſius, quod ſi congruo univerſa hæc ordine inſtruantur, *Tartarica* feritas Chriſtianos ad reſiſtentiam paratos inveniens, & Divinæ gratiæ præſidio ac humanæ providentiæ conſilio præmunitos, experietur ſibi apud eos terrorem multitudinis pravorum monſtra fictilia, circumventionis dolos & diſſenſionum ſchiſmata, per quæ inconſultis alienis adeo prævaluere nationibus, minime profuiſſe quin potius Deo ſuis favente probabunt quantum in bello fidelium contra perfidos fideliter ac digne invocantibus valeat nomen *Chriſti*. Si vero te, frater Archiepiſcope, abeſſe, vel quod abſit, deeſſe contingat, vos filii *Cantuarienſe* Capitulum auctoritate freti Apoſtolica hæc omnia exequi procuretis. Data *&c.*'

Alexander papa IV. iſto anno obiit.

Urbanus papa conſecratus eſt die Dominica proxima poſt decollationem ſancti *Johannis Baptiſtæ* II. Nonas *Septembris* litera Dominicali *B.*

1262. M. CC. LXII.

Dominus *Henricus* Rex & Regina circa feſtum ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* in *Franciam* transfretaverunt, & duo filii eorum cum eis, & ibi moram fecerunt uſque ad Purificationem. Dominus *Edwardus* plurima tunc temporis vicit torneamenta in partibus tranſmarinis.

Eodem anno Dominus *H.* Rex recuperavit advocationem Eccleſiæ de **Eſſeburn** contra magiſtrum *Robertum de Mariſco* Decanum *Lincolniæ*, quam quidem Decani *Lincolnienſis* Eccleſia antea per longum tempus poſſederunt, & de eadem penſionem receperunt aliquando quinquaginta ſolidos, & tunc temporis quinquaginta marcas.

Dominus

Dominus *H.* Rex & Regina redierunt de *Francia* poſt Purificationem beatæ virginis, ubi idem dominus Rex per longum tempus deſperabiliter ægrotavit. 1261. *Urban. 4. P.*

Eodem anno obiit *Ricardus* de *Clare* Comes *Glovverniæ* & *Hertfordiæ*, Idus *Julii* apud unum de maneriis ſuis juxta *Cantuariam*, & ſepultus eſt apud Teukesbury. *Ric. Comes Glouceſtr.*

Baldwinus Comes de *Inſula*, nobilis juvenis & pulcherrimus, in *Francia* apud *Pariſ.* obiit. *Baldwinus de Inſula.*

Obiit *Henricus* de *Wengham* Epiſcopus *Londonienſis.*

Obiit *Ricardus Talebot Londonienſis* Electus.

Obierunt plures in *Francia*, qui cum domino Rege ibidem venerunt iſto anno, & ibidem ſepulti ſunt, tam magnates quam alii.

Obiit *Willielmus* de *Favers* Prior *Tutesburiæ*, *Galfridus* de *Beumes* Prior ſucceſſit.

Ricardus Rex *Alemanniæ* venit *Londonias* paucis videre dominum *H.* Regem fratrem ſuum, qui adhuc tunc temporis non plene convaluit de infirmitate ſua; & dicebatur à pluribus quod ad hoc venit ut regnaret poſt eum, ſi contingeret humanitus de domino Rege.

Eodem tempore combuſta fuit Aula Regis apud *Weſtmonaſterium*, & capella, & plures thalami, tempore prandii ſervitorum, domino Rege ibidem exiſtente.

Dominus *Edwardus* [a] *Henricus* Dei gratia Regis *Angliæ* filius primogenitus, de partibus tranſmarinis conductis militibus cito poſt paſcha *Walliarum* fines adiit, *Walenſes* ſuo ſubjugare dominio, ſine *Angligenarum* auxilio, arbitratus. Super quo indignati *Angligenæ*, non ſolum ſibi ſubnectare volebant auxilium, verumetiam ad expellendum alienigenas, juxta proviſiones *Oxoniæ*, hac de cauſa amplius excitati, uno animo properabant. Igitur cum per aliquod tempus in partibus *Walliarum* moram traxiſſet dominus *Edwardus*, nec ad votum profeciſſet, inde recedere compulſus eſt.

Circa feſtum ſancti *Johannis Baptiſtæ* quia dominus Rex à ſacramento præſtito quoad obſervationem proviſionum *Oxoniæ* per dominum papam ſe abſolvi cum quibuſdam de ſuis procurarat, & ideo cum fratre ſuo & filiis ac quibuſdam aliis terræ magnatibus eas caſſari laboraret ex condicto & conſenſu mutuo omnium fere

Hic MS. explicit imperfecte.

MS. ita continuatur.

Anno Domini M.CC.LXXX. 1280.

Obiit Abbas *J.* cui ſucceſſit Abbas *Thomas* de *Pakynton.*

Anno Domini M.CCC.V. obiit Abbas *Thomas*; cui ſucceſſit Abbas *Johannes Piſcator.* 1305.

Anno Domini M.CCC.XVI. obiit Abbas *Johannes*; cui ſucceſſit Abbas *Willielmus Bromley.* 1316.

Anno Domini M.CCC.XXX. obiit Abbas *Willielmus*; cui ſucceſſit Abbas *Robertus Longdon.* 1330.

a l. Henrici.

Anno

1341. Henric. 3. R. Anno Domini M. CCC. XLI. obiit Abbas *Robertus*; cui ſucceſſit Abbas *Robertus Brykhul.*

1348. Anno Domini M. CCC. XLVIII. obiit Abbas *Robertus*; cui ſucceſſit Abbas *Johanne Ibſtoke.*

1366. Anno Domini M. CCC. LXVI. obiit Abbas *Johannes*; cui ſucceſſit Abbas *Thomas Sodethom.*

1400. Anno Domini M. CCCC. ceſſavit Abbas *Thomas*; cui ſucceſſit Abbas *Johannes Sudbyre.*

1423. Anno Domini M. CCCC. XXIII. ceſſavit Abbas *Johannes*; cui ſucceſſit Abbas *Willielmus Matthew*, feſto ordinationis ſancti *Gregorii* electus.

1430. Anno Domini M. CCCC. XXX. VI. die *Septembris* ceſſavit *Willielmus* Abbas, & obiit decimo die *Octobris* proximo ſequente, litera dominicali *A*. Cui ſucceſſit Abbas *Robertus Ownesby*, feſto ſancti *Michaelis* electus, & feſto ſancti *Edmundi* Regis & martyris inſtallatus; capellanus domini *Willielmi Heworth Conventrenſis* & *Lichfeldenſis Epiſcopi*, nuper Abbatis ſancti *Albani*, ad cujus inſtantiam electus erat modo iſte *Robertus*.

1432. Anno Domini M. CCCC. XXXII. Abbas *Robertus* ceſſavit die XXIV. menſis *Januarii*. Cui ſucceſſit Abbas *Radulphus Henley*, VII. die *Februarii* proximo ſequente canonice electus.

In alio MS. iſti Abbates ſequuntur.

Abbas 30. *Willielmus Bronſton.*
31. *Thomas Feylde.*
32. *Willielmus Fleigh.*
33. *Willielmus Beyne.*
34. *Johannes Boſton.*
35. *Ricardus Edes* ultimus Abbas *Burtoniæ.*

HISTORIÆ

HISTORIÆ CROYLANDENSIS CONTINUATIO.

HISTORIÆ CROYLANDENSIS CONTINUATIO.

Deſunt quædam.

ſceleratorum facinus denuncians, à parietibus ebullivit.
Decurſis itaque interim pluribus annis, volens Rex *Stephanus Euſtachium* *Stephan. R.*
filium ſuum Regni diademate inſignire; prohibente tamen per literas
ſuas Domino Papa id fieri, Archiepiſcopum & omnes Epiſcopos ſibi con-
tradicentes ſub gravi cuſtodia coartavit; plurimos etiam Regni ſui nobi- *Eugen. 3. P.*
les caſtellis diverſis uſque ad famis conſumtionem crudeliter obſidebat.
Advolat igitur in *Angliam* inſperatus, ſed tanta oppreſſorum neceſſitate 1149.
compulſus, *Henricus* Dux *Normannorum* grandi exercitu concomitatus.
E regione Rex Stephanus collectis undique bellatorum copiis, non longe
à *Malmesburia* eidem occurrere feſtinabat. Sed tandem inducias inter ſe *Pax inter*
Rex & Dux conſtituere, vel coacti. Unde interim *Theobaldus Cantuari-* *Stephan. & Henric.*
enſis cum Rege de pace ſæpius colloquens, & Ducem per nuncios ſollici- 1153.
tans, utroſque demum ad concordiam emollivit, in tantum quod Rex ju-
venem Ducem in filium ſuſceperit adoptivum, & juramenti atteſtatione
Regni ſui conſtituit Hæredem: Regi tamen honorem debitum fidemque,
dum viveret, dux ipſe promiſerat ſe conſervaturum.

Hic Rex *Stephanus* ab Abbate *Edwardo* devotis inſtantiis exoratus,
confirmationem de limitibus Abbathiæ eidem benigne conceſſit in hæc
verba:

Stephanus *Rex* Angliæ, *Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus,* *Charta Steph.*
Juſticiariis, Vicecomitibus, Baronibus, Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis Fran- *Abb. Croy-*
cis & Anglis *totius* Angliæ, *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo* *land.*
& Eccleſiæ ſancti Guthlaci *de* **Croylande**, *& Monachis ibidem Deo ſervienti-*
bus, omnes terras & tenuras & poſſeſſiones alias ad eandem Eccleſiam perti-
nentes, & nominatim Mariſcum in quo ſita eſt Eccleſia prædicta, cum limiti-
bus ſuis nominatis, qui ſic tenduntur: De **Croylande** *uſque ad* **Aſendyke**,
& ſic uſque ad **Aſwyktofte**, *& ſic per* **Shepee** *uſque* **Tydwarthare**, *& inde*
uſque ad **Normanneſlonde**, *& ſic per aquam de* **Neen** *uſque ad* **Fyn-**
fet, *& ſic uſque ad* **Greynes**; *& ita ad* **Folwardſtakynge**, *& inde*
ſicut **Southlake** *cadit in aquam de* **Welande**; *& ſic ex altera parte*
aquæ uſque ad **Aſpathe**, *& inde uſque* **Warwarlake**, *& ſic uſq; ad* **Harenholte**,
& ſic ſurſum per aquam de [a] **Meugerlake**, *& inde ſicut* **Apynholte** *cadit in*
Welonde. *Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicta Eccleſia & Abbas &*
Monachi teneant & in perpetuum poſſideant quicquid continetur infra has metas,
& omnes alias terras & tenuras & poſſeſſiones ſuas, bene, & in pace, & libere, &
honorifice, & quiete, in boſco & in plano, in pratis & paſturis, in aquis & mariſcis,
in [b] *vinariis & piſcariis, in molendinis & ſtagnis, & in omnibus aliis rebus, & in*
locis cum Saca *&* Socca *&* **Tol** *&* **Theam**, *&* **Infangethefe**, *& cum aliis li-*
beris conſuetudinibus & quietationibus, cum quibus aliqua Eccleſia Regni mei
melius & liberius & quietius tenet. T. M. *Regina, & Com.* Simone *& aliis*
apud Stamfordiam.

a al. Mengerlake. *b* Vivariis vel, aviariis.

Cum

1154. *Obit R. Steph.* Cum igitur Rex *Stephanus* ferme decem & novem annis laborioſe nimis & infeliciter regnaſſet, morte præreptus in fata deceſſit, & apud **Feverſham** juxta uxorem & filium ſepultus eſt.

Henric. 3. R. 1154. Anno igitur ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo [a] quinto, *Henricus* ſecundus, Dux *Normanniæ*, à *Theobaldo Cantuar.* Archiepiſcopo, decimo quarto Calend. *Januarii* coronatur.

Thomas Becket, Cant. Archiepiſc. Hujus tempore Regis, *Thomas* Archidiaconus *Cantuarienſis*, & Præpoſitus *Beverlaci*, in Archiepiſcopum *Cantuarienſem* ſublimatur. Sed poſtmodum orta diſcordia inter ipſum & Regem, ſuper certis conſuetudinibus Regni, quæ in ſubverſionem libertatis Eccleſiaſticæ funditus militabant; à Conſilio *Northamton.* recedens, per ſeptennium in multa cordis anguſtia *Exul.* exulabat.

Henricus Junior Rex. Sexto decimo vero Regni Regis *Henrici* anno Rex *Henricum* filium ſuum majorem à *Rogero Eboracenſi* Archiepiſcopo

* * * * * *

Domini receptus eſt, clamantibus omnibus & dicentibus *Benedictus qui venit in nomine Domini.* In cujus ingreſſu ſummus Pontifex *Rogerum Eborac.* & quoſdam Epiſcopos ab omni ſuſpendit officio; quoſdam vero in ſententia Anathematis innodavit.

* * * *

Thomas Archiep. Cant. cæſus. virum Dei pro juſticia decertantem, in Eccleſia *Cantuarienſi*, velut alterum *Zachariam*, funeſtis gladiis crudeliter interemerunt: unde quidam metrice ſic cecinit,

1170, 1.

Annus millenus centenus ſeptuagenus
Primus erat, Primas cum ruit enſe Thomas.

* * * *

Abbas autem *Edwardus* interim hanc ſtrenue rexit Eccleſiam, & eam *Croyland. incend.* in ornamentis, & libris, & magnis poſſeſſionibus, ſingulariter ampliavit. Sed hoc ei ad majorem patientiæ probationem accidit infortunium, quod ejus temporibus Eccleſia *Croylandiæ*, cum officinis & pluribus neceſſariis, in Nativitate Sanctæ *Mariæ* iterato combuſta eſt. Sed adjutrice Dei dextra eandem denuo quaſi immediate per ſe confratreſque ſuos in magna parte magnifice reædificavit. Quique poſt multos labores per triginta *Edwardo mortuo.* annos pro jure Eccleſiæ ſuæ prædictæ ...... tam fortiter quam viriliter adimpletos, tandem in Domino requievit.

Succ. Robert. de Redinges. Abbas. Habuit autem ſucceſſorem in regimine *Robertum* de *Redinges*, Priorem de **Lemyſter**, à Rege *Henrico* ſecundo, filio Imperatricis, & *Richardo* Archiepiſcopo inſtitutum: qui ea quæ minus perfecta erant poſt obitum Abbatis *Edwardi*, in ædificatione Eccleſiæ ſtrenue conſummavit; frontem etiam feretri Sancti *Guthlaci* conductis aurificibus opere ſollenni fecit fabricari. Confirmationem itaque limitum Abbathiæ ſuæ ab eodem Rege *Henrico* ſuppliciter impetravit, & Chartæ Regiæ munimine roboratam obtinuit, in his verbis;

Charta Henrici 2. Henricus *Rex* Angliæ, & *Dux* Normanniæ & Aquitaniæ, & *Comes* Andegaviæ, *Archiepiſcopis*, *Epiſcopis*, *Comitibus*, *Baronibus*, *Juſtitiariis*, *Vicecomitibus*, *Miniſtris*, & *omnibus fidelibus ſuis* Francis & Anglis *totius* Angliæ, *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & Eccleſiæ ſancti* Guthlaci *de* **Croylande**, & *Abbati & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & tenuras & poſſeſſiones alias ad eandem Eccleſiam pertinentes*

[a] l. quarto.

&

& ſpeciatim ſedem Abbathiæ, cum limitibus ſuis nominatis, qui ſic tenduntur; ſcilicet per quinque leucas a Croylandia *uſque illuc ubi* Aſendyk *cadit in aquam de* Welande, *& ſic per* Aſendyk *uſque ad* Aſwyktofte, *& ſic uſque ad* Spepee, *& ſic uſque ad* Tyddwarthare, *& uſque ad* Finem factum, *& inde ſurſum per* Finem factum *uſque ad* Greynes, *& ita uſque* Folwardeſtakyng, *& inde ſicut* Southlake *cadit in* Welande; *& ſic per* Welande *ſurſum ad Aquilonem uſque ad* Aſpathe, *& inde uſque ad* Werwarlake, *& ita uſque ad* Harenholte, *& ſurſum per aquam uſque* Mengerlake, *& ſic per* Lurtlake *uſque* Oggote, *& inde ſicut* Apynholte *cadit in* Welande: *& omnes piſcationes pertinentes ad prædictos limites. Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicta Eccleſia & Abbas & Monachi teneant & in perpetuum poſſideant omnes terras & tenuras & alias poſſeſſiones ſuas, & omnes donationes quæ poſt mortem Regis* Henrici *Avi mei eis rationabiliter datæ ſunt, bene & in pace, & libere & quiete & honorifice, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & mariſcis, in vivariis & piſcariis, in molendinis & ſtagnis, & in omnibus aliis rebus & locis, in* Socha & Sacha, *&* Thol *&* Theam, *&* Infangthefe, *& cum omnibus aliis liberis conſuetudinibus & quietationibus, cum quibus Eccleſia illa & Abbas & Monachi melius & liberius & quietius tenuerunt tempore Regis* Henrici *Avi mei, vel aliorum Prædeceſſorum meorum Regum* Angliæ, *& ſicut aliquæ Eccleſiæ meæ* Angliæ, *melius & liberius & quietius tenuerunt. Teſt. .... apud* Lincoln.

1258. Henric 2. R.

Henricus autem Rex, filius *Henrici* Regis filii Imperatricis, poſtquam duodecim annos à Coronatione ſua compleverat, adhuc vivente Patre, acri primum correptus febre, deinde fluxu ventris diſſolutus obiit, & apud *Rothomag.* corpus ejus eſt ſepultum. *Henric. R. Jun. obiit.* 1183.

Anno vero Domini M.C.LXXXVI. qui erat annus Regis triceſimus ſecundus, Rex *Henricus* filius Imperatricis dedit *Hugoni*, Priori Domus de Wytham Ordinis *Cartuſ.* Epiſcopatum *Lincoln.* quem *Baldewinus* Archiepiſcopus conſecravit. 1186. *S. Hugo Epiſc. Linc.*

Memoratus vero Abbas *Robertus* graviſſima pro Eccleſia ſua toleravit Placita contra Priorem *Spaldingiæ* & homines *Hollandenſes*, qui cum exercitu irruerunt in præcinctum *Croylandiæ*, &c. prout ſequens Proceſſus per ſe idem editus prolixius declarabit. *Prior Spald. & Hollandenſes adverſ. Croyland.*

Abbatia de *Croylandia*, quam incepit Beatus *Guthlacus* Confeſſor tranſactis quadringentis annis & eo amplius, qui & ibidem requieſcit, propria Eleemoſyna eſt Regum *Angliæ*, de donatione eorum ſpeciali ab antiquis temporibus *Anglorum*, poſtquam eam fundavit *Ethelbaldus* Rex, donando Mariſcum in quo ſita eſt, ſicut & continetur in Vita ipſius ſancti ab olim ſcripta: longius enim à cætera terra conſtituta eſt Abbatia, in medio Mariſci. Homines autem de *Hoyland.* qui ex Aquilonari parte viciniores ſunt, vehementer deſiderant habere communionem Mariſci Croylande. Nam [a] priuſquam deſiccati ſunt Mariſci eorum, quorum unaquæque villa proprium habet, converterunt in terram arabilem bonam & fertilem. Unde fit quod ſupra modum indigeant paſcuis communibus ad animalia ſua, quibus minus abundant. *Croyland. Mariſc.* *Hoyland. Mariſci deſiccati.*

Anno igitur Regis *Henrici* triceſimo quinto, ultimo videlicet anno vitæ ſuæ, ipſo in tranſmarinis terris ſuis, Guerris & aliis negotiis occupato, venit falſus rumor in *Angliam* de obitu ejus. Quo audito *Hoylandenſes* excogitaverunt quomodo poſſent *Mariſcum* violenter invadere & obtinere; putantes ſe facile poſſe Abbatem de *Croylandia* pauperem & Domum ſuam parvam ſuperare, confidentes in virtute ſua, & in multitudine divitiarum ſuarum. *Gerardus* itaque de *Camvill*, & *Fulco* de *Oiri*, & *Thomas* de *Multon*, pater *Thomæ*, & *Conanus* filius *Heliæ*, qui erga domum *Croylandiæ* & *Robertum* Abbatem aliis de cauſis valde commoti erant; aſſumto etiam ſecum *Ricardo* de *Flet*, & *Waltero*, & aliis pluribus, convenerunt *Nicholaum* Priorem *Spalding.* ut ipſe hujus violentiæ ſe præberet ducem & primarium. 1189.

[a] Poſtquam.

 Quid

1258. Henr. 3. R. Quid multa? omnes potentiores de Ellou wapent. præter paucos, conſpirationem fecerunt adverſus *Croylandiam*, convenientes in unum aliquando in horreo Prioris *Spalding*. apud Weſton. aliquando in Eccleſia de Holdbeche.

Cum ergo more conſueto Abbas de Croylande mariſcum ſuum poſuiſſet in defenſione, ſicut ſingulis annis fieri ſolet circa Rogationes, & acclamatum eſſet publice ſuper pontem de *Spalding*. ut *Hoilandenſes* & alii averia ſua retinerent ab introitu Mariſci, ut fœnum poſſet liberius [a] eſſe; noluerunt ipſi, ſed tunc pluſquam prius intrare compulerunt. Servientes vero Abbatis ad hæc de more conſtituti, juſſu ipſius, ſicut aliis annis facere conſueverant, animalia inparcaverunt. Super quo valde indignati *Hoilandenſes*, die ſtatuto, feſto ſanctorum *Nerei* & *Achillei*, venerunt in mariſcum Croylande quaſi ad bellum omnes armati omni genere armorum, ad tria millia virorum & eo amplius. Occurrit eis *Robertus* Abbas cum paucis ſuorum ad foſſam quæ dicitur Aſendyke, ubi meta eſt mariſci Croyland, ea quæ pacis ſunt, ſuppliciter rogans. Æſtimabat enim tam ipſe, quam alii quod ad ſubverſionem totius Abbatiæ venirent; ſuperbe ei reſpondentes, & in faciem reſiſtentes: ſed mutavit Deus tantam illorum malitiam, & aliquantulum mitigavit de deſtructione Abbatiæ; verum per medium mariſci ſic armati inceſſerunt, & diviſerunt ſibi mariſcum, ſicut ſitæ ſunt villæ ſuæ, licet longius in circuitu poſitæ, & circa Abbatiam caſtrametati ſunt, ſicut Gentes tentoria ſua & logias facientes, & ſervientes armatos imponentes ad cuſtodiendum ſingulas partes ſuas. Foderunt itaque turbam, & ſucciderunt in magna parte nemus & Alnetum Croyland, & ſuccenderunt; & prata depaſta ſunt; & aſportaverunt veſtam, & alias violentias fecerunt per quindecem dies, quaſi in caſtris armati.

Interim autem in arcto poſiti ſunt Abbas & Monachi Croylande, & ſervientes ſui, in anguſtia & dolore, in tantum quod vix portas Eccleſiæ egredi auderent. Diſpoſuerunt autem facere querelam coram Juſtitiariis Domini Regis; & ad eum quem proprius invenerunt, *Gaufridum* videlicet filium *Petri*, qui tunc morabatur in Northamteſire apud Clive, Monachi tranſmiſerunt; qui ſex milites de Northamt. ad videndum & plenius cognoſcendum illud incomparabile ultagium tranſmiſit. Qui venientes in Orientali parte, primum tentorium & logiam invenerunt hominum de Sutton, qui ſunt homines *G*. de *Canvill*, & viderunt in omne genus armorum; qui ab ipſis inquiſiti, reſponderunt, ſe ibi eſſe ex præcepto Domini ſui; ſic & ſinguli de ſingulis logiis, uſque ad logiam de *Spaldinge* [b] quaſi poſtremam invenerunt, Dominos ſuos vocaverunt Warrantos.

Interim autem *Robertus* Abbas clam *Londinum* feſtinavit, & coram *Huberto Walteri*, qui tunc illic locum tenuit *Randulfi* de *Glanvull*, qui in tranſmarinis partibus cum Domino Rege morabatur, & coram ſociis ſuis Juſtitiariis conqueſtus eſt ſuper tantis injuriis in pace domini Regis ſibi illatis; & chartam domini Regis magnam, mariſci limites nominantem, eis oſtendit, qui vehementer illi condolentes, admirantes, & iraſcentes, mandaverunt ex parte Regis, prædicto *G*. filio *Petri*, quatenus Priorem de *Spald*. & omnes *Hoilandenſes* illos ad ſe convocaret, & plenarium certum Abbati de illis faceret. Quo audito, armati illi qui in logiis jam quindecim diebus excubias fecerant, eaſdem logias combuſſerunt, & receſſerunt ad propriam.

Ad ſummonitionem itaque *G*. filii *Petri* venerunt cum Priore illi *Hoilandenſes* obviam illi apud Deping. Adduxitq; *G*. filius *Petri* ſecum multos & magnos viros, & familiares domini Regis, hebdomadæ Pentec. feria ſexta.

[a] Creſcere. [b] Quam.

Illic

Illic igitur ab Abbate *Roberto* appellati ſunt de pace Regis, & de omni prædicta violentia & injuria; ſurrexerunt etiam ſeptem ex parte Abbatis de ipſius hominibus, qui ſeptem Capitales homines appellaverunt, unumquemque de damno facto Abbati viginti marcarum. *Hugo Poll. Gilebertum* de *Peccebrig*; *Robertus Bee*, *Elfricum* de *Fulveie*, fratrem ejus: *Hugo Molende*, *Conanum* filium *Helye*; *Robertus* de *Baſtum*, *Fulconem* de *Oiri*; *Alfredus* de *Leveringt*. *Thomam* de *Multon*; *Willielmus* de *Gliat*, *Algerum* de *Colevill*; *Robinus Robet*, *Alexandrum* de *Quappelod*. Eorum autem quidam qui appellati fuerunt, cum aliis pluribus, adducti & incarcerati ſunt; *Gileb*: videlicet & frater ejus *Elricus* apud **Norhamt.** *Will. puleia* & *Hugo* de *Quappelod* apud [a] *Rothig*. & alii alibi. 1259. *Alex.* 4. *P.*

Poſtea autem conſtituit utrique parti diem nominatum adveniendi & ſtandi coram capitali juſtitia apud *Weſtmonum*, per feſtum Sancti *Michaelis*.

Inter hæc obiit dominus *Henricus* Rex *Angliæ*; coronatus eſt autem Dominus *Ricardus* Rex tertia die *Septembris*; & mutati ſunt juſtitiæ; & *Hoilandenſes* animoſiores effecti ſunt: nam ſi vixiſſet, damnari timuerunt. Die itaque conſtituto venit Abbas **Croyland** cum amicis & Campionibus ſuis ad proſequendam loquelam ſuam & appellationes ſuas; affuit & Prior de *Spald.* cum complicibus; *Thomas* de *Mulet* æger, ſeneſcallum ſuum pro ſe deſtinavit. Reſidebat tunc temporis Dominus *Hugo Dunelmi* Epiſcopus pro Capitali juſtitia. *Conanus* autem filius *Heliæ*, & *Fulco* de *Oiri*, & dapifer *Thomæ* de *Mult.* & *Alexander* de *Quappelod* & *Alger.* de *Colevill* timuerunt ſibi, & amicis intervenientibus Abbati ſupplicaverunt pro bono pacis & concordiæ; & ut brevietur oratio. Hi vero cum amicis affidaverunt Abbati, ſe de cætero nunquam in æternum movere calumniam ſuper Mariſco **Croyland**, & quod ſe ponerent in miſericordia Regis pro injuria facta, & quod damnum quod intulerant per arbitrum amicorum redderent. Venerunt autem coram juſtitiariis & ſe reos confeſſi ſunt, & amerciati ſunt *Thomas* de *Mult.* quinque libras argenti, & *Fulco* quinque marcas, & *Conanus* totidem; duo reliqui qui pauperes fuerunt, Abbate deprecante, non fecerunt illic finem ſuum. Prior autem & homines ſui, *G.* & frater ejus *Elfricus*, in contumacia ſua perſtiterunt.

Obiit Rex Hen. 2. Succ. Ricard. 1.

Conſtitutus eſt itaque eis alius dies ad quem venerunt Abbas & Prior & ſui ſecum. 1. Conqueſtus eſt Abbas de Priore & hominibus ſuis, qui armati venientes in mariſcum **Croyland** (quæ eſt de domino Rege) pacem Regiam violaſſent. Prior autem reſpondit ſe quidem cum armis veniſſe in ſuum proprium mariſcum, qui pertinet ad Prioratum de *Spald.* de feudo *Will.* de *Romar.* & de hoc probando promiſit domino Regi XL. marcas pro habenda magna Aſſiſa. Abbas autem **Croyland** non bene ſibi tunc proſpexerat, quod nec chartam Regis ſecum detulerat, nec aliquem ſecum juvenem validum adduxerat, qui poſſet vadium pro Abbate ſuper proprietate mariſci offerre, præter *H. Poll.* & *Rob. Bee.* Qui *Gilebertum* & *Elricum* fratrem ſuum appellaverunt; & quia duellum non potuit eligere, oportuit eum conſentire in recognitionem, quamvis ſibi periculoſam. Milites eum comitatus remotiſſimi ſunt à mariſco *Croylandiæ*, & nihil norunt de ejus limitibus; & quod nullus fere extat in Comitatu *Lincoln.* qui non ſit aliquo modo obnoxius vel domui de *Spald.* vel *Will.* de *Romar.* vel alicui eorum calumniam moverant ſuper mariſco. Licet enim prænominati illi ſe retrahentes calumniam remiſerunt, tamen privatè & ſecretè ad adjutorium & conſilium ...... pecuniam impenderent Priori & ſuis. Electi ſunt itaque milites de Comitibus in curia Regis & nominati & in ſcripto poſiti qui recognitionem facerent, & lætati ſunt *Hoilandenſes* ſe triumphaſſe, eo quod videbatur iis negotium jam perfici poſſe pecunia.

[a] Rochingh.

Dominus

1189. *Ricard.* I. R. *Breve domini Regis de viſu Mariſci.*

Dominus autem Rex *Ricardus* mandatum direxit ad Vicecomitem *Lincoln.* in hac forma: *Salutem. Præcipimus tibi quod ſummoneas* Rogerum *de* Huntingfeld, Conanum *de* Kirket, Walterum [a] Maureunard, Radulfum *filium* Stephani, Alanum *de* Wichet, Will. *de* Foleteb. Alanum *de* Marc. Ricardum *de* Bracebrigg, Alveram *de* Hugwell, Robertum *de* Thorp, Alau Merſcon, Hugonem *de* Novilla, Hugonem *de* Bobi, Robertum *filium* Henrici; Rad. *de* Reping. Gaufr. *de* la Mar. Robertum *de* Guing, *qui nominati fuerunt per quatuor milites ad hoc electos, ad videndum mariſcum de quo contentio fuit in Curia noſtra, inter Abbatem de* Croyland, *& Priorem de* Spalding; *qui ſint ibi ad videndum mariſcum illum proxima die lunæ ante natalem Domini, & tu ſis ibi cum quatuor aut ſex ex legalioribus militibus de Comitatu. Et ſummone prædictos milites poſt viſionem factam,* [b] *quæ fuit coram nobis quinto die poſt* Octab. *ſancti* Hilarii, *ubicunque fuerimus, vel coram Juſtitiariis noſtris eadem die apud* Weſtmon. *ad regnoſcendum per ſacramentum, quis majus jus habeat in eodem mariſco, in quo logiæ factæ fuerunt, & combuſtio turbarum & alneti, vel Abbas de* Croyland, *vel Prior de* Spalding, *ſecundum ſeiſinam quam iidem habuerunt a prima coronatione Patris noſtri Regis* Henrici. *Et habeas ibi hoc breve, & ſummonitorem. Teſte Epiſcopo* Dunelmi.

Die lunæ itaque proxima ante natalem Domini *Nigellus* Vicecomes *Lincoln.* non venit in propria perſona ad viſum mariſci, ſed tranſmiſit pro ſe *Walterum* de *Sart.* qui & fautor *Spaldingenſium* extitit; pauciſſimi de militibus nominatis advenerunt, qui viſum facientes, verumdictum ſuum ſub hac forma ſcribi fecerunt:

Veredictum Militum de Mariſco.

Hoc eſt verumdictum militum de viſu mariſci unde querela inter Abbatem Croyland, *dicta* [c] *quia mariſcus ubi logiæ inventæ fuerunt, & combuſtio facta, & extirpatio Alneti, eſt ſuus proprius, & de feudo Abbathiæ* Croyland. *Itaque Abbas hoc anno & ſemper poſtquam fuit dum receperit firmam, ut dicit Abbas. Homines* Hoilandenſes *dicunt, quod mariſcus ille non eſt Abbatis, ſed eſt illorum proprius, a* Munechelade *verſus orientem; & nec combuſtionem nec extirpationem warrantizant, quæ facta fuit infra* Munechelade. *Homines* Hoilandenſes *inquiſiti utrum combuſtionem & extirpationem extra* Munechelade *vellent warrantizare, necne; dixerunt quod de his noluerunt reſpondere, quia Juſtitiarii domini Regis habent recordiam illorum in breviatum.*

Interim *Hoilandenſes*, favente illis Vicecomite, mutaverunt quos voluerunt de militibus nominatis, ſine aſſenſu Abbatis, ſicut *Rogerum* de *Huntingfeld*, *Hugonem* de *Boebi*, *Gaufridum* de *la Mar.* Appropinquante autem die Placiti, Abbas Croyland volens illuc ire, infirmitate detentus eſt, & fecit ſe eſſoniari de *malo viæ*. Et ſtatutus eſt alius dies *Weſtmonaſterii*, poſt Purificationem ſanctæ *Mariæ*. Abbas autem *Robertus* iter arripiens illuc eundi, apud Cotenham in tantum infirmatus eſt, quod fecit ſe eſſoniari de *malo lecti*. Quatuor autem Milites ad videndum eum per præceptum

Robert. Abb. obit, 1190.

Juſtitiarii venerunt; qui ſtatuerunt & alium diem poſt Octab. Paſchæ. Ingraveſcente vero eadem infirmitate, defunctus eſt Abbas *Robertus* in Vigilia Paſchæ: & ſeiſita eſt *Croylandia* in manu Regis, & Cancellarii, quem quando Rex transfretaverat, reliquerat Capitalem Juſtitiam totius *Angliæ*. Vacante itaque Abbatia Croyland, & in manu Regis detenta, ceſſavit tempeſtas.

Iſte Rex Richardus anno primo Regni ſui deaforeſtavit omnes Mariſcos de Hoyland & Keſteven, inter aquam Weland & aquam de Withom, qui prius erant aforeſtati temporibus Regum *Henrici* primi, *Stephani* & *Hen.* ſecundi: & conceſſit hominibus utriuſque partis, quibus antea de jure pertinebat, prædictos Mariſcos ædificare, excolere, & omnia aiſamenta ſua inde facere, ſecundum metas in Charta ſua contentas.

a f. Maureward. b Quod ſint coram. c Deeſt quidd.

Interim Dominus *Willielmus* de *Longo Campo Elienſis* Epiſcopus, Domini Regis Cancellarius, tunc Apoſtolicæ ſedis Legatus, directis nuntiis ad Regem in *Normann.* ubi iter ſuum *Hieroſolymitanum* ſollicite diſpoſuit, licentiam obtinuit ab ipſo Abbatem in Monaſterio de Croyland ſubſtituendi. Itaque per aſſenſum Regis, & electionem fratrum de Croyland, electus eſt in Abbatem Croyland Dominus *Henricus*, *Eveſham.* Monachus, prædicti Cancellarii frater carnalis. 1191. *Richard. R.I. Will. de Longo Campo, Canc. Henric. Abb. Croyland.*

Verum dum Cancellarius pro Capitali Juſtitia reſideret, nullam calumniæ mentionem fecerunt *Spaldingenſes* adverſus Croyland: cum autem per Comitem *Johannem*, & per conſpirationem contra Cancellarium factam, imo contra Dominum Regem jam in *Judæa* ſervitio Dei deditum, expulſus fuiſſet ab *Anglia* Cancellarius, & fratres ſui *Henricus* & *Oſb.* & plures alii conſanguinei & familiares capti eſſent, & in vinculis ferreis & carcere duriſſimo detenti: ſuſcitavit *Will.* de *Romare*, Comiti *Johanni* valde familiaris & jam juratus, perſecutionem in *Henricum* Abbatem Croyland, in odium fratrum ſuorum; & jam accepta opportunitate, fecit ſummonere prædictum Abbatem à Juſtitiariis per breve Regis, quatenus die ſtatuta ad *Weſtmon.* veniret, contra Abbatem ſancti *Nicholai Andegavis*, (nam ſupradictus *Nich.* Prior *Spald.* jam depoſitus fuerat) ad audiendam recognitionem mariſci ſui. Ipſe autem anxius, & quo ſe verteret, penitus neſcius, nam undique ſibi periculum imminere proſpexit; non auſus eſt egredi ſepta Monaſterii ſui, ne forte caperetur ſicut fratres ſui, aut etiam occideretur; jam in eum hujuſmodi jam minæ proceſſerant, ſicut perceperat à multis. Eſſoniari itaque ſe fecit primo die à malo viæ: ſecundo die, de malo lecti. Unde mandatum eſt à Curia Regis à Juſtitiariis Vicecomiti *Lincoln. Gerardo* de *Camvill.* inimico Cancellarii, & præcipuo hujus factionis authori, quatenus quatuor milites legalioribus comitatus, ad viſum Abbatis die ſtatuta mitteret. Nominati ſunt autem quatuor milites, quorum hæc ſunt nomina: *Walterus* de *Braytoft*, *Reg.* de *Beniton.* aliorum nomina exciderunt: qui ad diem præfixum non venerunt, ſed tantum unus eorum, *Reginus* videlicet de *Beniton.* & alii viles [b] ſp. de hominibus Prioris *Spald.* cum aliis. Abbas autem *H.* arbitratus eos non fore venturos; nocte præcedente navem intravit in januis Croyland, nec dum enim plene convaluit, & ad quoddam manerium ſuum in Cantebrigeſire ſe deferri fecit, verſus curiam. *Reginus* autem præfatus, vocato Priore Croyland, dixit ſe veniſſe ad videndam infirmitatem Abbatis, ex præcepto Regis; ſed quia ſocios ſuos ad hoc etiam nominatos illic non invenit, nequaquam ſolus ipſius quæſivit viſionem; veruntamen ſtatuerunt Abbati diem ex præcepto, ut dixerunt qui venerant, Juſtit. **** *Cancellar. expulſus*, 1191.

Appropinquante vero die, Abbas Croyland magis ſuper perpetua Eccleſiæ ſuæ exhæredatione, quam de periculo proprio ſolicitus, *Londinum* profectus eſt: ubi venit die Aſſenſionis, illicque reperit adverſus ſe congregatos Principes terræ; Comitem videlicet *Johannem Walterum* Archiepiſcopum *Rothom. Hugon.* de *Novanut* Epiſcopum *Ceſtriæ*, *Will.* de *Romar.* & complices ſuos, *Gerard.* de *Camvill.* & *Rogerum* de *Stikelwald* ſubvicecomitem ſuum, & Abbatem *Andegavum*, & innumeros alios confidentes adverſus eum in odium fratrum ſuorum. *Will.* enim de *Romar.* & Abbas *Andeg.* univerſos qui tunc temporis magni erant in terra, multis precibus & magnis muneribus & pravis ſuggeſtionibus commoverant adverſus Abbatem & domum Croyland, in tantum quod non videbatur iis plenam & perfectam obtinuiſſe victoriam de Cancellario & de ſuis, donec Abbatia de Croyland, cui fratrem ſuum præfecerat, in pace ſine exhæredatione permaneret. Intendebat enim omnibus modis *Will.* de *Rom.* ſitum prædicti Monaſterii, quæ eſt propria ** domini Regis de corona ſua, & præde-

[a] Osbertus, Nov. f. 379. [b] Præcipue.

1191. Henric. 3. R. ceſſorum ſuorum Regum *Angliæ*, ad ſuam Baroniam & ad Priorem *Spald.* convertere. Multis autem audientibus dixit quod Abbatia de Croyland ſita ſit in feudo ſuo; quæ fundata fuit & regalis facta, priuſquam aliquis de genere ſuo noſceretur, & antequam *Spald.* eſſet quæ olim aliquando dicitur fuiſſe manerium Croyland. Iſte & *W.* cum aliquando ſuper hoc à Comite *J.* deprecaretur, reſpondiſſe fertur, Domine dilecte *Will.* centum librarum in juſtitiam facerem & pro amore tuo.

Vocatus eſt tandem Abbas Croyland ad ſcaccarium, coram omnibus præmiſſis conſidentibus contra ipſum, ſolus cum Monachis tribus, & duobus tantum militibus mediocribus, quia nullus alius audebat ſtare cum ipſo. Seneſcallus *W.* de *Rom.* facundus quidem & ſatis procax, cepit loqui contra eum valde verſute & proterve & inique. Itaque multum viſum eſt placuiſſe Archiepiſcopo *Rotom.* & *J.* Comiti, & aliis. Qui cum rationem ſuam diu & multum in convitiis & reprehenſionibus & opprobriis Cancellarii & ſuorum cum ſumma tranquillitate ſilentii omnibus attendentibus, protraxiſſet, & ille qui reſpondere pro Abbate deberet, vix potuit audiri propter tumultum; tandem reſpondit nimis breviter pro Abbate quod mariſcum illum qui ſedem Abbatiæ de dominio Domini Regis & de corona ipſius teneret, & quod in pace & quiete tenuit quum dominus ſuus Rex & Advocatus iter ſuum *Hieroſolymitanum* arripuit; & vocavit ſuper hoc dominum Regem Gavant. & ut inducias poſſit habere, obtulit ad opus Regis quadraginta marcas quod noluerunt audire vel intelligere. Tandem Abbas protulit chartam Domini Regis, in qua determinati ſunt limites præfati mariſci; & aliam chartam, in qua prohibet Rex ne Abbas Croyland ponatur in placitum niſi coram ſeipſo; quæ poſtrema lecta eſt. Nam primo chartam Regis *Richardi* in eiſdem verbis protulit; ſed Comes *J.* reſpondit, quod Cancellarius frater ſuus fecerat ei hanc chartam pro voluntate ſua. At poſtquam chartam Patris ſui audierat, erubuit. His lectis & intellectis, confuſi ſunt adverſarii ſupra modum, vix habentes quid rejicerent.

Quod videns *Rob.* de *Fentefeld*, unus Juſtitiarius adjutor eorum, inquiſivit alta voce, ſi milites qui fecerunt viſum Abbatis, illic eſſent. Produxerunt igitur quatuor ſatis viles perſonas, quos ad hoc, ut dicitur, mercede conduxerant, *Gaufr.* videlicet de *Thurleby*, qui de tenemento *Andeg.* tunc erat; & *Will.* filium *Alf.* & *Walterum Rufum* de *Hamnebi*, & *Gileb.* filium *Juſti* de *Beningt.* nec milites, nec feudum habentes militarem; Reſpondit Abbas, eos non eſſe milites nominatos; & quod neque ipſi, neque illi, ad viſum ſuum faciendum venerunt, & de hoc obtulit probationem: & voluerunt eum audire; ſed falſum teſtimonium, quod alii tulerunt contra eum, ſcribi fecerunt; & nihil veritatis quod Abbas propoſuit, ſcribere voluerunt. Veruntamen omnes qui intererant, præter adverſarios & alios malevolos, & compatientes & condolentes Abbatis oppreſſioni, exiſtimaverunt quod judicium Abbatis in bonum ei verteretur, eo quod non erant de militari ordine, nec accincti gladio, illi qui ſe viſores eſſe dicebant; & tertius eorum *Gallice* loqui non noverat; verum poſitus eſt ei alius dies poſt Octavas Pentecoſtes ad audiendum judicium.

Ad illum igitur diem revertens Abbas Croyland, invenit adverſarios & malevolos jam ſecuros de judicio. Dilatum eſt ergo judicium die Lunæ & Martis & Mercurii; tandem vocatus Abbas ad illud ſemel, & ſecundo, & tertio, tandem venit, & aſtitit, cum *Benedicto* Abbate de *Burgo*, & *Baldewino Wake*. *Robertus* prænominatus de *Fentfeld* pronunciavit, quod Abbas Croyland qui ſe eſſoniavit contra Priorem de *Spald.* de malo lecti apud Croyland, & illic non eſt inventus in lecto, quando viſus deberet de eo fieri, amitteret ad tempus ſeiſinam, & non rectum: hoc eſt, poſſeſſionem, ſed non proprietatem. Et prior *Spald.* haberet ſeiſinam idem de quo con-

contentio fuit inter eos; Abbas autem non audens mutire, receſſit confu- 1192.
ſus & triſtis. *Rich. 1d. I. R.*

Adverſarii feſtinanter redeuntes ſeiſinaverunt ſibi per Vicecomitem *Linc.* totum mariſcum Croyland infra Munechelade, quia nunquam clamaverunt; & extra & ultra Croyland duas leucas uſque ad Namanſland, & ſolummodo Alnetum modicum in circuitu Abbatiæ ſtantem, proprium ei reliquerunt; & furcas in quibus ſuſpenſi fuerant latrones capti in villa Croyland per judicium curiæ Abbatis, aſportaverunt; & ex alia parte *Spald.* ſtatuerunt, ad approbrium ſempiternum *Croylandiæ.*

Abbas Henr. transfretavit ad Regem in Alemaniam.

At poſtquam divulgatum eſt per univerſas terras, quod dominus Rex *Richardus* captus eſt in *Alemania*, & in captione Imperatoris detentus; Abbas Croyland arrepto laborioſo itinere in medio hyemis in *Alemaniam* profectus eſt ſtatim: qui invenit dominum Regem apud *Spiram* quindecem diebus ante liberationem ſuam. Conqueſtus eſt igitur ei ſuper injuriis & damnis illatis, non tam ſibi quam Coronæ Regiæ, & oſtendit ei chartam Patris ſui. Secunda denique die liberationis ſuæ confirmavit do- 1193, 4.
minus *Richardus* Rex chartam patris ſui, & præcepit fieri literas ad Archiepiſcopum *Cantuarienſem Hubertum*, qui tunc pro juſtitia reſedit, ut Abbas Croyland habeat ſeiſinam mariſci ſui, ſecundum chartam patris ſui, & ſicut habuit quum iter *Hieroſolymitanum* arripuit, quod & factum eſt in hac forma;

Litera Regis Richardi de rehabenda ſeiſina mariſci.

Richardus *Rex* Angliæ *Archiepiſcopo* Cantuarienſi *ſalutem. Præcipimus vobis quod ſine dilatione faciatis habere Abbatem de* Croyland *ſeiſinam mariſci ſui de* Croyland, *ſecundum quod Charta* H. *Regis patris noſtri teſtatur, quod habere debeat, unde diſſauſeitus fuerat poſt transfretationem noſtram. Teſte meipſo apud* Spiram, *die viceſimo ſecundo* Januarii, *anno quinto Regni noſtri.*

Regreſſus itaque ab *Alemania* Abbas *H.* invenit Archiepiſcopum *Londini*, & porrexit ei præceptum Regis; qui ſtatim mandavit illud effectum, dirigens illud ad Vicecomitem *Lincoln.* in cujus loco *Euſtachius* de *Ledenh.* tunc inventus eſt. Subvicecomes *Euſtachius* igitur ſolenne fecit Abbati & domui Croyland, ex parte Regis & Juſtitiarii, reſeiſinam mariſci ſui, in initio Quadrageſimæ; pacifice vero & quiete poſſedit illo anno toto & alio.

Verumtamen circa Calendas *Julii* Abbas ſuperius dictus ſancti *Nicholai Andeg.* literas domini Regis revocatorias contra nos impetravit, & tranſmiſit ad *Joſlemium* tunc Priorem *Spald.* ſub hac forma:

Richardus *Dei gratia Rex* Angliæ, Cantuarienſi *Archiepiſcopo ſalutem. Queſtus eſt nobis Abbas ſancti* Nicholai Andeg. *quod occaſione quarundam literarum quas Abbas de* Croyland *tanta veritate impetravit, ut dicit, a nobis dum in* Alemania *fuimus in captione, diſſeiſiatus eſt injuſte & ſine judicio de quodam mariſco inter* Croyland *&* Spaldinge, *pertinente ad Prioratum de* Spald. *qui eſt de domo ſancti* Nicholai Andeg. *unde idem Abbas ſancti* Nichol. *in curia noſtra per judicium Curiæ noſtræ ſeiſinam recuperavit, ut dicit, & dedit nobis quadraginta marcarum argenti pro judicio curiæ noſtræ habendo de eodem mariſco: unde vobis mandamus quod ſuper hoc veritatem diligenter inquiri faciatis; & ſi vobis conſtiterit hoc ita eſſe, tunc faciatis eidem Abbati ſancti* Nichol. *talem ſeiſinam habere de eodem mariſco, qualem habuit per judicium curiæ noſtræ; & cum idem ſeiſinam habuit, ab eodem Abbate recipiatis viginti marcarum quas nobis pro habenda ſaiſina ſua promiſit. Teſte meipſo.*

Porro lætati ſunt *Spaldingenſes*, & arbitrati pro certo, ſe ſtatim habituros reſaiſinam, quia multa promiſerunt multis adjutoribus. Cum ergo hoc mandatum illi detuliſſent apud *Weſtm.* inquiſivit veritatem ab his qui pro juſtitia reſidebant, qui recordabantur Abbatem de Croyland pro defectu quodam diſſeiſitum fuiſſe, & Abbatem ſancti *Nichol.* ſaiſiatum, & Abbatem de Croyland ſine judicio curiæ Regis reſaiſinam iterum recuperaſſe;

1194. Richard. 1. R. peraſſe; viſum aliquibus, quod *Spaldingenſes* ſtatim mitti deberent in ſaiſinam. Sed quia præceptum ſub conditione factum fuit, & Abbas **Croyland** non fuit præſens, poſuit Archiepiſcopus in reſpectum uſque poſt quindecim dies poſt feſtum ſancti *Michaelis*. Abbas autem his auditis, adivit Archiepiſcopum, ut ſciret conſilium ejus, qui reſpondit ei quod niſi aliud præceptum audierit ante diem ſtatutum, ſaiſinam faceret illis de *Spald.* ſecundum præceptum Regis. Anxius igitur Abbas præparavit ſe ad transfretandum juxta conſilium conventus & amicorum ſuorum. Nam ſummonitus fuit non ad placitandum ſed ad audiendum præceptum Regis ſub hac forma:

Hubertus *Archiepiſc.* Cant. *Vicecomiti* Lincoln. *Salutem. Summonete per binos ſummonitores Abbatem* **Croyland**, *quod ſit coram nobis apud* Weſtm. *a die ſancti* Michaelis *in quindecim dies, auditurus præceptum Dom. Regis de mariſco inter* **Croyland** & **Spald.** *unde contentio fuit inter ipſum & Priorem de* **Spald.** *& interim facias mariſcum illum cum omnibus pertinentiis ex eo provenientibus, ſine deſtructione & vaſto eſſe in pace. T.* Sim. *de* Pattiſhill.

Hen. Abb. transfretavit ad Regem. Proxima igitur die Dominica, die ſancti *Hippolyti* Mart. ante Aſſumtionem beatæ *Mariæ* Virginis, valefaciens fratribus, ſtatutis orationibus tam privatis quam communibus, & Miſſarum celebrationibus, in conventu, cum omni benedictione, dominus Abbas *Croylandiæ* receſſit, iter propoſitum conſtantiſſime arripiens. Cum autem appropinquaſſet *Wint.* audivit ſæpedictum *H.* Archiepiſcopum, totius *Angliæ* primatem, & Apoſtolicæ ſedis legatum, & Domini Regis *Angliæ* in toto Regno Capitalem juſtitiam, illic propter Regni negotia adveniſſe. Accedens itaque ad ipſum, neceſſitatem transfretandi illi inſinuavit, & licentiam impetravit, & benedictionem petens accepit. Denique ad mare apud *Portiſmum* properavit.

Quo quidem magnam optimatum *Angliæ*, Comitum videlicet & Baronum & militum invenit confluentiam, maris tranquillitatem operientium, & tranſire omnimodo affectantium, propter urgentiſſimam domini Regis citationem. Mortalis ſiquidem diſcordia & funeſta perturbatio agitabatur inter ipſum & *Philippum* Regem *Franciæ*, qui domino noſtro *Richardo* Regi maximam & optimam partem *Normaniæ*, dum in *Alemannia* teneretur, fraudulentus potius quam violenter ſurripuit. Ulciſci itaque ſe Dominus Rex deſiderans, optimos *Angliæ* ſummonuerat. Quibus ad transfretandum expeditis, ſe Abbas aſſociavit. Naves itaque aſcendentes proſpero curſu apud *Barbeflet* in feſto ſancti *Aug.* Doctoris applicuerunt. Deinde in comitatu eorundem Nobilium qui ipſum nimiæ venerationi habebant, ad civitatem *Rotomagi* pervenit. Rex autem *Franciæ* exercitum in *Normanniam* ducens, funditus fere illos vaſtaverat fines. Quapropter Dominus Rex *Angliæ* in tam arto conſtitutus eſt, tamque anguſtiatus, quod ad nihil aliud potuit intendere, niſi expeditionibus, & caſtrorum ordinationibus, & Caſtellorum cuſtodiis. Quocirca diſtulit Abbas negotium ſuum pro quo venerat, Regi propalare.

Interea Epiſcopus *Elienſis*, domini Regis Cancellarius, per *Angliam* ab *Alemania*, quo ipſum Rex ad Imperatorem pro ſuppetiis impendendis tranſmiſerat, rediit: audito ejus reditu, Abbas ei occurrit, ſummam negotii ſui exprimens. Tempore autem modico tranſacto poſtea die ſancti *Lamberti*, venit Rex ad manerium *Ponſarche* vocatum. Abbas vero illic feſtinans Cancellarium cum Rege invenit, nec differre voluit amplius, quin *Abbas pervenit ad præſentiam Regis.* Regi domino, pro negotio ſupplicaret. Humiliter itaque & obnixe cœpit enarrare cauſam pro qua venerat. At Cancellarius verbum accepit de ore ipſius, & totius rem negotii expoſuit. Rex vero reſpondit, ſe optime recordari, Abbatem pro hac cauſa ad ipſum in *Alemaniam* veniſſe, & quod juſtitiæ plenitudinem libenter illi exhiberet; ſed ſequere me, inquit,

quouſque

quouſque poſſim tibi intendere. Cancellarius vero cum Abbate & aliis benevolis gratias egerunt. Ipſe Cancellarius ſtatim iterato iter arripuit ad Imperatorem *Alemaniam*. 1194. *Rich.* 1. *R.*

Abbas autem & qui cum illo erant, ſecuti ſunt Regem per vicos & caſtella & civitates, donec tandem ad *Faleſiam* Rex veniret. Obnixe & ſuppliciter deprecatus eſt eum dominus Abbas, & ad juſſum Regis totius negotii ſummam ſuccincte & breviter ore proprio coram Rege perſtrinxit. Itaque videbatur placuiſſe Regi & conſtantia animi & brevitas verbi: & quod adverſarii ſui, ſicut in brevi Regis ſuperius edito, quod attulerunt, manifeſtum eſt, viginti marcarum promiſerant; ſe eaſdem marcas Domino Regi redditurum promiſit. Rex breviter reſpondit, ſe ſuper his velle cum concilio ſuo agere. Facta autem ſunt hæc die ſancti *Mauricii* Martyris.

Poſtea ſecutus eſt Abbas Regem per multa loca multis diebus, donec veniret *Gorham* in vigilia ſancti *Michaelis*. In craſtino vero ad ſacram Miſſæ ſolennitatem acceſſit ad ipſum ſupplex exorator, & exauditus eſt. Accitoque magiſtro *Euſtachio* ſigillario ſuo, Accelera, inquit, negotium hujus Abbatis perficere; Mandatum noſtrum ad Archiepiſcopum *Cantuarienſem* formans in hæc verba:

Richardus *Dei gratia Rex* Angliæ *venerabili Patri in* Chriſto H. *eadem gratia* Cantuarienſi *Archiepiſcopo. Veniens ad nos Abbas* Croyland *in* Alemaniam, *nobis propoſuit, quod occaſione defectus, cum cauſa fratris ſui apparere non auderet, de quodam mariſco qui eſt inter* Croyland *&* Spald. *diſſaiſiatus fuit; nos autem per eundem & per alios inquiſivimus, eum præ timore, quod cauſa fratris ſui ab * * * fugati habuit, latuiſſe, & ita in defectum veniſſe; quem defectum ei remiſimus. Nos autem literis noſtris, cum eſſemus in* Alemania, *mandavimus, quod idem Abbas de prædicto mariſco plenariam ſaiſinam haberet, ſicut charta* H. *patris noſtri teſtatur. Adhuc idem vobis mandantes volumus, & mandavimus quod ſecundum tenorem chartæ patris noſtri continentis ſecundum conſuetudinem* Angliæ *de mariſco illo deducatur, quod Chartam noſtram & remiſſionem defectus ei warantizamus. Et ſi forte Prior de* Spald. *viginti marcarum ad ſcacarium reddidit, quas vobis promiſit pro habenda ſaiſina prædicti mariſci, illas ei reddere faciatis; & ſi non reddiderit illas, non recipiatis; quod literas illas per falſam ſuggeſtionem Epiſcopi conventum a nobis impetravit. Nec remaneat propter literas quas Abbas ſancti* Nicholai Andegav. *impetravit de prædicto mariſco. Et hoc faciatis cum mandatum* Will. *de* ſanctæ Mariæ Eccleſia *ſuper hoc habueritis. Teſte meipſo apud* Gorham, *triceſimo die* Septembris. *Literæ Regis pro Abbate, cum remiſſione defectus.*

Et eidem *Will.* ſcripſit ſic:

Richardus *Dei gratia* &c. Will. *de* ſanctæ Mariæ Eccleſia *ſalutem. Mandamus tibi, quod cum Abbas* Croyland *plegios bonos dederit de quinquaginta marcis vobis reddendis ad terminos quos ei aſſignamus; hæc Archiepiſcopo* Cantuarienſi *ſignifices, ut prædicto Abbati tunc faciat de mariſco* Croyland *quæ ei literis noſtris mandavimus. Teſte meipſo apud* Gorham *triceſimo die* Septembris.

Abbas autem cum his mandatis acceptis cum feſtinatione à Curia receſſit, portum petens quatenus decimo quinto die poſt feſtum ſancti *Michaelis Londinum* poſſet venire contra adverſarios. Sed cum ad *Barbeſl.* veniſſet, expectavit illic diutius, transfretare non valens præ confuſione maris & fluctuum: quocirca die ſtatuta, ſicut ſuperius dictum eſt, non potuit *Lond.* coram Juſtitiariis apparere. Verumtamen Ballivi quos in *Anglia* reliquerat, *Nicholaus* videlicet Monachus, & *Will.* Clericus, coram Juſtitia die ſtatuto venientes, dominum ſuum Abbatem de malo viæ de ultra mare eſſoniaverunt. Et datæ ſunt ei induciæ, ſecundum conſuetudinem Regni, quadraginta dierum & unius diei.

1194. Rich. I. R. Abbas autem die ſancti *Welfranni* applicuit apud *Portiſmum*, feſtinanſque negotium, pro quo tamen fatigatus fuit, conſummare, *Londinum* quantocius tetendit. Illic enim audierat dominum Archiepiſcopum aut veniſſe aut citius venturum. Invento Archiepiſcopo porrexit mandatum domini Regis, quo [a] in ſcripto vel audito, inquiſivit utrum *Will.* de *ſanctæ Mariæ Eccleſia* de quo mentio fuit in mandato, teſtimonium haberet. Quodque præſto non fuit, nihil illa vice facere voluit. At vero in brevi ipſe *W.* advenit; Abbas autem cauſæ ſuæ nequaquam oblitus, cognito ipſius adventu, ſtatim illum adiit, ſalutem ex parte Regis, & ipſius mandatum porrexit; quo lecto & intellecto, quæſivit ſi haberet plegios ſecundum præceptum domini Regis, de quinquaginta marcis ad terminos ſolvendis; ipſe quidem dominum *W.* de *Albeng.* & magiſtrum *Stephanum* Archidiaconum [b] *Buchanch.* fidejuſſores produxit: actumque eſt hoc ante ſolennitatem *omnium Sanctorum*, & prædictus *W.* terminum ei primum ſtatuit ad dimidium ſolvendum ad paſcha, & ſecundum terminum ad reddendum ad feſtum ſancti *Michaelis*. Scripſit ergo domino Archiepiſcopo literis continentibus præceptum domini Regis ad ſe directum, & quod ei ſatisfecerit inveniendo plegios optimos, & obnixe rogavit ut negotium Abbatis non differret amplius.

Dilatio negotii per Archiepiſcopum. Poſtquam hæc audivit dominus Archiepiſcopus, dixit quod vellet conferre Conjuſtitiariis ſuis ſuper negotio iſto. Decem itaque diebus ſuſtinuit illic Abbas, ſingulis diebus quum acceſſum habere potuit, Archiepiſcopum ſolicitando, uſque ad tædium, ut ſibi & cauſæ ſuæ intenderet. Sed tanta erat multiplicitate negotiorum implicatus, quod loquelæ huic vacare nullatenus potuit; propter improbitatem Abbatis tandem cum ipſo tranſmiſit duos de familiaribus Conſiliaribus ſuis coram juſtitiariis in Banco reſidentibus, cum mandato domini Regis, ut audirent, intelligerent, & quid ſuper hoc fieri deberet, pronunciarent. Lectis ergo tam Chartis Abbatis, quam literis domini Regis, viſum eſt illis ut ſaiſina mariſci remanere deberet in pace Abbatis. Verum quia in mandato Regis continebatur, quod ſecundum conſuetudinem *Angliæ* loquela illa de mariſco diduceretur; de hoc præcipue verbo certiorari voluit Archiepiſcopus, quid facto opus eſſet. Cui dubitationi reſponderent judices, quandoquidem Abbas propter defectum diſſaiſiatus fuit, & dominus Rex illum defectum illi remiſit & remittit, & Chartam ſuam & defectum warantizat, per conſuetudinem *Angliæ* ſaiſinam recuperare dicitur, quam per defectum illum amiſerat. Reverſi qui miſſi fuerant, quæ audierant à juſtitiariis, Archiepiſcopo inſinuaverunt. Actum eſt hoc in die ſancti *Germani*. Archiepiſcopus vero mandavit Abbate ſe debere inquirere, utrum defectum illum incurrerat per timorem, ſicut dominus Rex ait in literis ſuis, an per deſpectum Curiæ Regis. Et hoc modo pertraxit dominus ille negotium uſque in craſtinum *omnium Sanctorum*.

Alia dilatio. Reſidente denique ipſo pro tribunali in die *Animarum*, & juſtitiariis circumcirca aſſidentibus, aſtitit Abbas ſuper negotii ſui conſummatione indefeſſe ſupplicans. Archiepiſcopus vero fecit recitari præceptum domini Regis. Quibus in aure omnium perlectis, inquirere cœpit ab his qui tunc temporis in Banco reſidebant, quæ cauſa, timoris videlicet, an contemtus Curiæ Regis, defectus acciderit. Cumque ſuper hoc judices mutuo loquerentur ſecretius, ſurrexit unus eorum fidelis vir & prudens nomine *Richardus Heriet*; & ait Archiepiſcopo, ſufficere debere ad hanc rem, inquiſitionem, quam dominus Rex literis ſuis præſentibus teſtatur ſe feciſſe, ſicut aperte in mandato continetur inter cætera. Huic autem ſententiæ aſſenſerunt tam Archiepiſcopus quam cæteri judices quorum hæc ſunt nomina, *Nomina judicum.* *Rogerus Bigot*, *Will.* de *Warenna*, *Will.* de *Brinner*, *Rich. Harte* Archidiaco-

a Inſpecto. *b* Buckingh.

nus

nus *Elienſis*, *Rich. Heriet*, *Simon* de *Pateſhill*, *Osb.* filius *Hernei*, *Henricus* de *Chaſtill.* Scripſit itaque dominus Archiepiſcopus Vicecomiti *Lincoln.* ſub hoc tenore: 1194. *Rich.* I. *R.*

H. *Dei gratia &c. Vicec.* Lincoln. *ſalutem. Scias quod dominus Rex warantizat Abbati de* Croyland *defaltam quam fecit tempore quo dominus Rex fuit in peregrinatione ſua, occaſione cujus defaltæ diſſaiſiatus fuit de mariſco ſuo qui eſt inter* Croyland *&* Spald. *& præcepit quod inde ſaiſinam haberet plenarie; & ideo tibi præcipimus, quod ſine dilatione talem inde ei habere ſaiſinam facias, qualem inde habuit antequam occaſione prædictæ defaltæ inde diſſaiſiatus fuit.*

Abbas itaq; *H.* anno incarnationis Dominicæ M. centeſimo nonageſimo tertio, reverſus eſt cum plenaria ſeiſina mariſci. Verum ad diem procuratoribus ſuis, ſicut ſuperius relatum eſt, ſtatutum, ad majorem cautelam intereſſe voluit & in craſtino ſancti *Edmundi* Regis & Mart. affuit *Londini.* *Plena traditio ſeiſinæ iterum de mariſco.* Prior autem Spald. *Goſ.* noluit ibi incaſſum laborare; pro certo intelligens, quod Abbas Croyland in cauſa obtinuiſſet; ſed direxit illuc quendam de Monachis ſuis, *Hugonem* cognomento *Grull.* qui in omnibus pro poſſe ſuo nobis adverſabatur. *De Priore Spald.* Cui coram Juſtitiariis ſe offerenti, dictum eſt ab eis, Abbatem Croyland per præceptum Regis, & communem ipſorum aſſenſum, poſſeſſionem mariſci ſui obtinere, & quiete & pacifice debere poſſidere; niſi aliud dominus Rex præciperet: ipſe vero *Grull.* ſupra modum triſtis & confuſus diſceſſit; juxta illud, *Confundantur & erubeſcant, qui volunt nobis mala.*

Anno autem ſubſequente, neceſſitate debiti domini Regis compulſus, vendidit Abbas maximam partem Alneti, quod & anno præmiſſo in parte non minima inchoaverat. 1195, 6. *Tranſlatio S. Guthlaci.* Anno eodem, anno videlicet ſexageſimo à prima tranſlatione Beati *Guthlaci* confeſſoris, advocati noſtri, facta eſt alia tranſlatio, ad ampliorem ſublimationem & decorem feretri ipſius & ſubjecti operis digniorem; *Alia tranſlatio Guthlaci.* quinto autem Calend. *Maii*, quod tunc ſabbatum fuit, poſt laudes matutinas, ſatis reverenter aſtante conventu & pſallente, & pluribus aliis, motum eſt feretrum de loco ſuo, & alibi tranſpoſitum, corpus vero beati viri tum ſarcophago, in quo ferro & plumbo ſex in locis ſignatum eſt, collocatum eſt ſuper novum altare, quod interim conſtructum fuit ſuper gradus. Die vero Lunæ proximo, in craſtino videlicet ſancti *Vitalis* Martyris, ceperunt artifices magnum altare ſuffodere, & in melius renovare. Conſummatum eſt illud altaris opus in die Apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi*; deinde marmorarii noſtri circa tabularum marmorearum erectionem, & columnarum ſuppoſitionem ſudaverunt. *Renovatio Magni altaris.* Perfecto igitur tabulatu marmoreo, repoſitum eſt ſupra illud ſacratiſſimum Calendis *Junii*, qui tunc dies *Jovis* erat. Facta eſt die illa lætitia magna in populo; convenerat etiam tunc multitudo populi ex omni parte, quibus innotuerat fama tranſlationis. Abbas vero & Conventus feſtivo cantu, & cultu, cum maximo cleri plebiſque tripudio; ſancti corporis reliquias in feretro locaverunt ſuper tabulatum illum marmoreum, ſicut nunc cernitur. Et ut dies ille memorialis haberetur, communi aſſenſu diffinitum eſt, ut die illo ſequentia canantur ad Miſſam majorem in Conventu quando canitur illa de ſancto *Guthlaco*, & tempus tale ſit, quo cantari poſſint ſequentia. Nam ab olim dies *Jovis* aſſignatus fuit in Croyland advocato ſuo, & capa in choro; ſed tunc magnificata fuit veneratio illa pro ſe adjectione ad laudem domini noſtri *Jeſu Chriſti*, cui eſt laus & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Dominus itaque *Henricus* Abbas & ſibi commiſſa Eccleſia Croyland mariſcum ſuum ſæpedictum per novem circiter annos pacifice poſſiderunt, Priore de *Spalding. Nicholao* nomine, & Monachis ſuis, & multis aliis fautoribus de Hoyland dolentibus multum & indignantibus, & tempora vindictæ tam expectantibus quam conſiderantibus. Tandem poſtquam Rex *Richardus* deceſſerat, & frater ſuus *Johannes* ei ſucceſſerat, arbi- *Obiit Rex Rich.*

trati

1199. Rich. 1. R. Succeſſit frater ej s Johannes. trati ſunt ſibi feliciter accidiſſe, & fortunam familiarius arriſiſſe, quia ſicut ſuperius inſinuatum eſt, per ipſum *Johannem* tunc temporis Comitem de *Moret*. ſaiſinam qualemcunque adquiſierant.

1202. Nova querela contra nos de eodem mariſco. Anno igitur gratiæ Milleſimo ducenteſimo ſecundo qui erat, ni fallor, tertius annus imperii Regis *Johannis*, nuntios deſtinaverunt ad transfretandum, *Hugonem* videlicet Monachum ſuperius nominatum, & alios neſcio quos, qui ad Abbatem ſuum *Joſlenum Andegav.* acceſſerunt, & cauſam & conſilium adventus ſui inſinuaverunt. Ipſe vero *G.* una cum illis Regem *J.* adiit, & diligenti relatione ei ad memoriam reducere ſtuduit, qualiter coram ipſo per judicium curiæ Regis *Rich.* ſeiſinam cujuſdam mariſci obtinuerat contra Abbatem Croyland; adjungens quod poſtea ſine judicio idem Abbas per Cancellarii ſæpedicti fratris ſui violentiam, ſaiſinam recuperavit. Spoſpondit tandem Domino *Jo.* Regi quadraginta marcarum pro habendo recordo hujus rei & rationabili judicio. Scripſit itaque dominus Rex *Jo. Gaufrido* filio *Petri*, qui tunc pro capitali juſtitia in *Anglia* reſidebat: cujus etiam favorem & gratiam *Spaldingenſes* multis & magnis obſequiis adquiſierant, in hæc verba:

Litera R. Johannis pro Spaldingenſibus.

Jo. *Dei gratia Rex* Angliæ *dilecto & fideli ſuo G. filio* Petri, *Comiti* Eſſex *ſalutem. Sciatis quod veniens ad nos Abbas ſancti* Nicholai Andeg. *promiſit nobis quadraginta marcarum pro habenda ſaiſina cujuſdam mariſci inter* Croyland *&* Spald. *unde placitum fuit inter Priorem ſuum de* Spald. *& Abbatem de* Croyland *in curia Regis* Rich. *fratris noſtri apud* Weſtm. *& quæ ipſi Priori adjudicata fuit per Recordum & rationabile judicium ejuſdem curiæ, ut dicit; & ideo vobis mandamus, quod accepta ab eo ſecuritate de illis quadraginta marcas reddendis ad terminos competentes, tunc coram vobis audiri faciatis recordum ejuſdem loquelæ, & per recordum & rationabile judicium prædictæ loquelæ ei juſte & ſecundum conſuetudinem* Angliæ *plenariam ſaiſinam præfati mariſci ſine dilatione habere faciatis.* Walterus.

Galfridus autem filius *Petri* convertit hoc mandatum ſub ſigillo ſuo, ſcribens *Gerardo* de *Camvill.* qui tunc temporis Vicecomes erat *Lincolniæ*, ſub hoc tenore:

Gaufridus &c. *Vicecomiti* Lincoln. *ſalutem. Scias quod Prior de* Spald. *fecit nos ſecuros per* Simonem de Lima *de quadraginta marcis ſolvendis domino Regi, quas ei promiſit pro habenda ſaiſina mariſci inter* Croyland *&* Spald. *unde placitum fuit in curia domini Regis, inter ipſum & Abbatem* Croyland; *& ideo ſummone per bonos ſummonitores ipſum Abbatem quod ſit coram nobis apud* Weſtm. *in octavis ſancti* Martini, *auditurus recordum & rationabile judicium ſuum: & habeas ibi ſummonitores, & hoc breve.*

Hæc autem ſummonitio facta eſt apud Croyland in craſtino Apoſtolorum *Simonis* & *Judæ*, intra horam nonam; dominus vero Abbas à Croyland diſceſſit mane. Miſſum eſt poſt ipſum breve ſummonitionis; quo audito iter convertit ad *Gaufridum* filium *P.* ut ejus uteretur conſilio; qui inter cætera conſuluit ei ut ad dominum Regem transfretaret. Quocirca Abbas conſtituit coram ipſo *G.* procuratorem totius loquelæ *Johannem* de *Sandon.* tunc Seneſcallum Abbatiæ Croyland. Præſentavit etiam eum *Londinum* ante diem ſibi conſtitutum Juſtitiariis in Banco illic reſidentibus, quorum hæc ſunt nomina, *Ricardus Heriet*, *Simon* de *Patiſhill*, *Johannes* de *Ceſtling*, *Walterus* de *Crepinges*, *Euſtathius* de *Fautub*, Magiſter *Godefrei* de *Inſula*. Inde profectus eſt Abbas ad dominum *Cantuar.* Archiepiſcopum, quod ipſo reſidente in *Anglia* pro capitali juſtitia, ſeiſinam mariſci ſui recuperaverat per præceptum domini Regis *Richardi*, ſicut ſuperius dictum eſt, & ad dominum Epiſcopum *Elienſem Euſtachium* tunc ejuſdem Regis Cancelcellarium, & negotii illius uſquequaque conſcium, ut ipſorum uteretur conſilio: qui condolentes ipſius injuſtæ vexationi, rei veritati quam plenius ad memoriam duxerant, teſtimonium perhibentes, ſcripſerunt pro ipſo. Dominus autem *Cantuarienſis* in hæc verba;

H. *Dei*

Henr. *Dei gratia* Cantuarienſis *Archiepiſcopus &c.* G. *filio* P. *Com.* Eſ- 1202.
ſex *ſalutem. Mittimus vobis ſcriptum veriſſimum literarum à bonæ memo-* *Johann. R.*
riæ Rich. *Rege pro Abbate* **Croyland** *nobis tranſmiſſum, ſuper quodam ma-* *Literæ Archiepiſcopi*
riſco, qui inter **Croyland** *&* **Spald.** *unde contentio inter eundem Abbatem* *pro Abbate.*
& Priorem Spald. *Credimus quod ſi ad notitiam domini Regis perveniſſet quod idem frater ejus tales literas ſuper hoc nobis tranſmiſiſſet, tale mandatum ab eo accepiſſetis, quale nunc contra memoratum Abbatem accepiſtis. Quod igitur rationi conſonum ex diſcretione veſtra ſuper hoc decreveritis, ſtatuere curetis. Vale.*

Tenor autem literarum illarum Regis, ſcilicet ſuperius tranſcriptæ inveniuntur. Dominus vero *E. Elienſis* Epiſcopus ſub hoc tenore ſcripſit:

E. *Dei gratia* Elienſis *Epiſcopus amicis ſuis * * Juſticiariis domini Regis* *Litera Euſtachii Epiſc. Elienſis.*
in Banco reſidentibus, ſalutem & dilectionem. Sicut bene recolimus, dum adhuc viveret bonæ recordationis Richardus *Rex, acceſſit autem Abbas* **Croyland** *apud* **Gorham** *& ipſe defaltam in qua fuit pro placito de mariſco inter ipſum & Priorem de* **Spald.** *ei plenarie remiſit: quod vobis duximus intimandum, ut vobis ſuper hoc veritas plenius innoteſcat.*

Hoc in anno obiit ſanctæ memoriæ *Hugo Lincoln.* Epiſcopus *London.* & corpus ejus *Lincolniam* delatum eſt, ubi à Rege *Johanne*, qui noviter in *Angliam* transfretaverat, una cum Archiepiſcopis & Epiſcopis, cæteriſque proceribus Regni, honorifice tumulatur.

Interim terminus placiti præfixus in Octab. ſancti *Martini*, Abbati **Croyland** appropinquavit: prænominatus vero *Johannes* procurator Abbatis, ſe fecit eſſoniari de malo viæ; Juſtitiarii vero per præceptum G. fil. *P.* dederunt ei alium diem breviſſimum in quindecim dies, diem ſcilicet poſt feſtum ſancti *Andreæ*. Quo audito Abbas **Croyland** & ſui amplius anguſtiati fuerunt: ſperaverant enim quod prolixius tempus eis præfigeretur, poſt Octab. videlicet ſancti *Hillarii*, ut interim poſſent ad dominum Regem *J.* transfretare, & ei rei veritatem inſinuare. Paraverat enim ſe ad transfretandum, quum ultimo diſceſſit à **Croyland** ante feſtum *omnium Sanctorum*: itaque Conventus **Croyland** exiſtimaverat eum jam transfretaſſe, quod medio tempore nec ipſe rediit, nec nuncium domi miſit. Ex inſperato igitur affuit nuncius ipſius præcipiens ut Prior ſuus *Nicholaus* de *Toft*, & *Gaufr.* de *Horva* celerarius, & procurator totius Abbatiæ, domino Abbati occurrent *Londini* ad diem ſtatum. Qui illic accelerantes invenerunt dominum Abbatem in provincia **Cantabr.** ad manerium ſuum de **Draiton**: pariter ergo tendentes, *Londinum* petierunt. *Abbas venit*
Occurrerunt ergo illis illuc *Oſb.* de *Longo campo*, frater domini Abbatis *Londinum.*
& quidam miles ſapiens & diſcretus, *Reginaldus* nomine de *Argento*; quorum conſilio fretus dominus Abbas, potentibus curiæ ſupplicavit ſingillatim, domino videlicet *Johanni* de *Gray*, tunc Epiſcopo *Norwic.* Regi *Prior de*
valde familiari, & *Sim.* de *Patiſhill* & *Richardo* de *Heriet*, & aliis pluribus, *Spald.*
ut ipſius negotio benignius intenderent.

Affuit & *Nicholaus* Prior *Spaldingiæ*, cum fautoribus ſuis & amicis multis & magnis, quia amici divitis multi. Ipſe deinceps die litis ſtatuto, ſtetit coram Juſtitiariis in Banco reſidentibus, cauſam ſuam proponens contra Abbatem **Croyland**, qui vocatus ſtatim apparuit & auditionem Brevis, ſicut mos eſt, requiſivit: prolatum eſt breve ſummonitionis & lectum, quia originale audire non potuit, quod loquebatur ſolummodo de Abbate ſancti *Nicholai Andegavis*. Cui etiam non debuit Abbas **Croyland** reſpondere, cum Abbas ille præſens non fuerit, nec alium loco ſui conſtituerit. Judicaverunt itaque ipſum ultimo Brevi debere reſpondere, quod *G.* fil. *Petri* ſub ſigillo ſuo direxerat Vicec. *Lincoln.* Abbas vero **Croyland** in partem ſecedens cum amicis & Conſiliariis ſuis, habito brevi conſilio reverſus eſt. Aſtitit & Prior inſtans ut præceptum Domini Regis manciparetur effectui; viz. ut daretur ſibi recordum & rationabile judicium de quodam mariſco

1202. *Johann. R. Reſponſio pro Abbate.* inter Croyland & Spald. Reſpondens quidam ſapiens hujus ſæculi, qui pro Abbate loquebatur, *Johannes Gluccente* civis *Londini*, Dominum Abbatem Croyland nolle declinare recordum Curiæ, nec rationabile judicium; ſed ipſum illud Breve requirere quod initium litis continet, ex quo & judicium & Recordum formari debent: quod ſi nullo modo habere poſſet, viſum illius mariſci requirere inter Croyland & Spald. quod plura habentur illic de quibus placita multoties fuerunt. Deinde Juſtitiarii ſciſcitaverunt, quo tempore motum fuerit placitum illud: Reſponderunt *Spaldingenſes* quod tempore Regis *Richardi*, quum *Walterus* Archiepiſcopus *Rotomag.* Capitalis juſtitia fuit in *Anglia*; aſſidente ei *Roberto* de *Witefeld.* de quo mentio ſuperius facta eſt. Atteſtati ſunt Abbas & ſui, ſic eſſe, & gaviſi ſunt vehementer; tum quod injuſte & contra juris civilis ordinem trahebatur in cauſam per illud breve quo anteceſſor ſuus Abbas *Robertus* citatus fuerat; tum quod remiſſio defaltæ quam Rex *Richardus* ei fecerat, & charta ipſius mariſci illum confirmans Abbati poſterior fuit tempore; & poſterius mandatum præjudicat. Juſtitiarii autem hæc audientes, ſurgentes de Bancho, cum Baronibus Scaccarii, & domini Regis fidelibus illic reſidentibus conſilium habuerunt.

Felix dilatio. In craſtino reſidentibus in Banco affuerunt & partes. Tunc *Simon* de *Patiſhill* pronunciavit, quod loquela majori conſilio indigeret, & quod conjuſtitiarii ſui plures tunc illic non interfuerunt, quia tunc adventus Dominicus celebrabatur, & nullum aliud placitum tunc tenebatur niſi illud; & idcirco neceſſario oportere jam accipere dilationem, ad majorem audientiam & deliberationem; & idcirco conſtituerunt alium diem, poſt octab. ſancti *Hillarii* in octo dies; ut interim Breve illud totius cauſæ originale quæreretur, & illi etiam quærerentur & convocarentur, ſub quorum examine cauſa illa ventilata fuit, quod nullus eorum præter ipſum *Simonem*, tunc in Banco reſidebat; & ipſe ſolus noluit quia non debuit tunc recordum facere. Exultaverunt Abbas & ſui propter tantam dilationem, quia penitus paratus fuit ad transfretandum: verum Breve illud domini *Cantuarienſis*, & Breve domini *Elienſis* præfatum dimiſit *Johanni* de *Sandon.* & ſuis citra remanentibus, ut valere poſſent; ſi forte non poſſit ad diem placiti præfixum revertenti in *Anglia*; & profectus eſt ſtatim, ſed aliquandiu moratus eſt apud *Porteſmum*, mare tranquillum & ventus operiens proſperum. Sed & Prior *Spaldingenſium* nuntium ſuum contra eum direxit, Monachum quendam ſatis ſagacem, *Godefridum* nomine, qui tunc Celerarii officium gerebat.

Tertio Abbas ad Regem transfretat. In illa etiam tempeſtate dominus *Cantuarienſis* & dominus *Elienſis* per urgentiſſimum Regis mandatum ad transfretandum invitabantur, expectantes apud Shorham tranſeundi proſperitatem. Abbas autem Croyland in feſto ſanctæ *Luciæ* navem aſcendit ſuper *Porteſmum*, & proſpero curſu applicuit ſequenti die *Barbeflet*. Dominus autem *Cantuarienſis* jam quarta die præterita venerat in *Normanniam*, ſæpedictus vero Abbas iter tetendit ad *Montem fortem*, quod dominus Rex & Archiepiſcopus illuc tunc venerant. In vigilia Beati *Thomæ* Apoſtoli locutus eſt cum domino Rege, præſente Archiepiſcopo, & ſupplici relatu & ſimplici cauſam ſuam in auribus domini Regis expoſuit, ſuccincte enarrans quomodo diſſeiſiatus [eſt] fuerit de ſuo mariſco, propter quandam defaltam quam fecerat propter timorem, non auſus comparere coram juſtitia, quod frater ſuus [a] *Cantuarienſis* fugatus jam fuerat de *Anglia*, & alii fratres ſui incarcerati, dum dominus Rex *Richardus* moraretur in terra *Syriæ*; & quomodo idem Rex ei ad ſe venienti in *Alemaniam*, & conquerenti, illam defaltam plene remiſerat. Qualiter etiam dominus Archiepiſcopus per mandatum domini Regis, ipſum in ſaiſinam & poſſeſſionem miſerat. Archiepiſco-

a Leg. Elienſis.

pus

pus vero præſens & hoc audiens, teſtimonium perhibuit rei veritati, & preces Abbatis erga Regem commendavit, videlicet ut remiſſionem defaltæ, quam ei frater ſuus Rex, ratam haberet & warantizaret. Dominus autem Rex ſe ei juſtitiæ plenitudinem exhibiturum ſatis benigne pollicebatur; ſed ut ſe ſequeretur, quouſque poſſet cauſæ ſuæ melius intendere, ei præcepit.

1202. *Johannes R.*

De gratia Regis.

Sub eodem tempore Monachus quidam, *Godefridus* nomine, ſatis verſutus & protervus, à Priore de *Spaldingenſibus* contra Abbatem Croyland tranſmiſſus, ei in omnibus adverſabatur, & coram Rege & alibi in facie reſtitit, & omnimodis negotium ejus impedivit. Ita quod diu protelatum eſt. Verumtamen Abbas Croyland circumiens per vicos & caſtella dominum Regem ſequendo, & cauſam ſuam proſequendo, indefeſſus perſeveravit.

Interim dominus Rex *J.* inſtantem Dominicæ Nativitatis feſtivitatem apud *Argentomachum* Regio more & magnificentia, convocatis itaq; terræ ſuæ Principibus & Magnatibus, ſtatuit celebrare. Inter alios & præ aliis Comes *Ceſtriæ* nominatim invitatus affuit. Qui partes *Spaldingenſium* ſicut ipſorum patronus & advocatus, diligenter fovebat. Quocirca & Regi & familiaribus ejus & Conſiliariis attentius ſupplicavit, quatenus Monachorum ſuorum negotium promoverent. Quod enim eis factum fuit ſibi ipſi aſſeruit fieri. Commendavit itaque univerſis & ſingulis *G.* Monachum & cauſam ipſius, & à curia diſceſſit. Ipſe igitur *G.* animoſior effectus, Regem ſæpe & multum ſollicitabat, quatenus literis iteratis præciperet Juſticiariis *Angliæ*, ut ſine occaſione & dilatione loquelam Prioris *Spaldingiæ*, ſecundum tenorem priorum literarum ſuperius ſcriptarum deducerent: pollicituſque eſt domino Regi viginti marcarum argenti, præter quadraginta marcas primo illis promiſſas.

Monachus Spald.

Abbas autem Croyland his auditis plurimum anxiatus eſt, tum quia dominus Rex negotium ſuum in tantum protraxerat, tum quia Curiales propter petitionem Comitis, non ſicut heri & nudius tertius, hilarem ei faciem prætendebant. Tandem vero cognoſcens quod in curia illa vix ullum potuit expediri negotium niſi donis vel promiſſis intercedentibus, habito cum benevolis conſilio, Regi obtulit pecuniam non modicam ea conditione quod remiſſionem illius defaltæ ſæpedictæ, quam Rex *Richardus* ei fecerat, ipſe per chartam ſuam warantizaret; quod quidem Rex facere ſuperſedit uſque ad ſanctam *Suſannam* veniret. Ubi Abbas conſueta conſtantia Regem rogavit, ut ipſius preces exaudire dignaretur. Sed *G.* Monachus non minori diligentia Regem in contrarium ſollicitavit. Tunc dominus Rex prudentium ſuorum uſus conſilio, utriſque ad tempus volens ſatisfacere, facta ex utraque parte promiſſa decrevit accipere. Denique *G.* Monacho conceſſit literas ſuas ſub hoc tenore:

Petitio Abbatis cum promiſſione pecuniæ.

Litera Regis conceſſa Monacho Spald.

J. *Dei gratia Rex* Angliæ &c. G. *fil.* Petri *Salutem. Sciatis Priorem* Spaldingenſium *præter quadraginta marcas quas prius nobis promiſit, finem feciſſe nobiſcum pro viginti marcarum argenti, pro habendo recordo & rationabili judicio ſuo uſque Abbatem de* Croyland, *de loquela quæ eſt inter eos de mariſco: & ideo vobis mandamus, quod ſi ipſe fecerit vos ſecuros de pecunia illa reddenda ad terminos quos ſcitis, tunc eidem Priori ſine dilatione ſecundum conſuetudinem* Angliæ *faciatis habere Recordum & rationabile judicium ſuum, ſecundum formam aliarum literarum noſtrarum quas inde habuiſtis, & ſecundum quod loquela illa inter eos rationabiliter deducta eſt. Teſte meipſo &c.*

Conceſſit etiam literas Abbati Croyland in hunc modum:

Litera Regis conceſſa Abbati Croyland.

J. *Dei gratia Rex* Angliæ &c. G. *fil.* Petri *ſalutem. Mandamus vobis quatenus audiatis loquelam quæ eſt inter Abbatem* Croyland *& Priorem de* Spaldinge *de mariſco quodam, & Abbati* Croyland *locetis hoc quod in loquela illa locari debet, & Priori* Spalding. *ſimiliter & proceſſum totius ne-*

 gotii

1202. *Johannes R.* *gotii, & conſilium veſtrum ſuper hoc, nobis per literas veſtras ſignificetis. Teſte Meipſo apud* Feſcham *decimo die* Januarii.

Godefridus igitur Monachus *Spalding.* acceptis literis ſuis cum exultatione à curia diſcedens, feſtinavit in *Angliam* reverti, ſperans ſe poſſe totum negotium ſuum ſine contradictione ad effectum perducere, antequam Abbas Croyland repatriare poſſit. Quippe ſciebat eum in cauſa ſua parum adhuc vel nihil erga Regem profeciſſe. Nam & ipſe Abbas tunc à curia diſceſſerat. Poſt hoc aliquantulum moratus eſt in partibus illis, tam circa hæc quam alia plura negotioſus; noluit enim nimium feſtinare in revertendo; quia dies datus fuerat ipſi & adverſariis ſuis coram juſtitia in Banco apud *Weſtmon.* in Oct. Sancti *Hillarii,* & ipſe prudenter ſibi præviderat, priuſquam transfretaverat, in loco ſuo quendam ponens Attornatum, *Johannem* ſc. de *Sandon.* qui cauſam ſuam ſuſtineret; ſed ipſe die ſtatuto apparere non poſſet. Attornatus itaque ſuus ad diem prænominatum ſe fecit eſſoniari, & alius dies datus eſt ei in tres ſeptimanas. *Abbas eſſoniatus eſt.*

Rediit. in Angliam. Interim Abbas Croyland Deo diſponente proſpere remeavit, & ad diem præfixum veniens apud *Weſtm.* ſe coram juſtitiariis præſentavit. Affuerunt etiam adverſarii ſui, & cum ipſis plures alii ſapientes hujus ſeculi, quos prece & pretio adduxerant & conduxerant, certo certius arbitrantes, ſe illa vice totum velle ſuum ad effectum perducturos. Cum igitur Juſtitiariis in Banco reſidentibus utraque pars adveniſſet, precatus eſt Prior Spald. juſtitiarius, ut præceptum Domini Regis recitaretur, & judicium ſine dilatione, ſicut Rex præceperat, ipſi redderetur. Abbas vero Croyland diſtulit proferre literas ſuas, competentem ad hoc neque locum neque tempus eſſe conſiderans. Cum igitur juſtitiarii cum nobilioribus Regni tractarent de hoc negotio, venit Abbas de Croyland coram ipſis, & protulit eis literas domini *Cantuarienſis* Archiepiſcopi, quas ipſe juſtitiariis direxit in hunc modum ſcriptas: *Utraque pars coram juſtitiarii.*

H. *Dei gratia* Cantuar. *Archiep. &c.* G. *fil.* Petri *ſalutem. Mittimus vobis tranſcriptum veriſſimum literarum à bonæ memoriæ Rege* Rich. *pro Abbate de* Croyland *nobis tranſmiſſarum, ſuper quodam mariſco, quod eſt inter* Croyland *&* Spald. *unde contentio eſt inter eundem Abbatem & Priorem de* Spald. *Credimus quod ſi ad notitiam domini Regis perveniſſet, quod idem frater ejus tales literas ſuper hoc nobis tranſmiſiſſet, tale mandatum minime ab eo ſuſcepiſſetis. Quod igitur rationi conſonum ex diſcretione veſtra ſuper hoc decreveritis, ſtatuere curetis.*

Miſerat etiam dominus *Cantuarienſis* Archiepiſcopus literas quas ipſe receperat tempore *Richardi* Regis, cum ipſe juſtitiarius totius *Angliæ* fuerat, ſc. de warantizatione defaltæ quam fecerat Abbas de Croyland, ſub una & eadem ſigilli ſui impreſſione incluſas. Cumque lectæ eſſent literæ Regis *Richardi,* in quibus proceſſus totius negotii continebatur, & inſuper literæ Domini *Cantuarienſis,* in quibus teſtimonium perhibebat, quod ipſas ex mandato Regis *Richardi* ſuſcepiſſet; Poſt multas altercationes conſideraverunt omnes juſtitiarii, qui tunc præſentes ibi erant ſimul cum conſilio ſapientum Regni, quod warantizatio à Rege facta, rata deberet eſſe & ſtabilis; nec propter hoc Abbas de Croyland aliquid damnum incurrere deberet. Nomina autem juſtitiariorum qui tunc in Banco ſederent, hæc ſunt, *Simon* de *Patiſhill*, *Rich. Heriet*, *Johannes* de *Seſtinges*, *Wal. Crepi*, *Euſtachius* de *Faucumberg*. *Godfridus* de *Inſula*. Præterea etiam multi nobiles pro utilitate Regni ad curiam venerant, & ipſo die illi conſiderationi interfuerunt; quorum hæc ſunt nomina, dominus *Johannes Norwic.* Epiſcopus, *Rogerus* Comes de *Clare*, *Robertus* filius *Walteri,* *Gaufr.* de *Bouchlande*, *Will.* de *Warenna*, & multi alii: qui omnes ſine contradictione conſenſerunt in unum. Sed tamen ad ipſum diem non eſt judicium publice prolatum, quia *G.* filius *Petri*, qui ſummus juſtitiarius tunc in *Anglia* fuerat, *Conſenſus Juſtitiarii cum Abbate.*

præſens

præſens ibi non erat; viſum eſt enim omnibus, deſicut ipſi G. capitali Juſtitiæ literæ domini Regis de prædicto negotio miſſæ fuerant, ita coram ipſo judicium redderetur. Vocati ſunt igitur Abbas & Prior, & dies datus eſt eis, ſcilicet octo dies ab illo die. 1202. *Johannes R. Dilatio judicii, & alius dies datus.*

Ad illum itaque diem venit prædictus G. filius *Petri*, & ceteri Juſtitiarii cum eo. Cumque recitaretur loquela coram eo, quæ erat inter prædictum Abbatem & Priorem, contendebat contra omnes, volens judicium quod Juſtitiarii & Barones de ſcaccario fecerant, ſubvertere & in irritum revocare. At omnes una voce reſponderunt, ſe nolle, nec debere aliam conſiderationem facere, quia rectum judicium eis videbatur eſſe, quod fecerant. Cumque diu multumque ſuper prædictis contendiſſent, videns G. filius *Petri*, quod non ſolus contra omnes poſſet obtinere, diſtulit loquelam uſque in craſtinum. *Falſus Judex.*

Mane itaque præcepit ut omnes Juſtitiarii coram eo venirent, ut de prædictis tractarent. Cumque iterum de his contenderent, reſpondit *Gaufr.* filius *Petri*, ſibi juſtum videri, quia contentio de hoc negotio inter eos orta fuit, ut proceſſus totius negotii in *Normanniam* Regi conſtituto ab initio uſque ad diem illum mandaretur, & dominus Rex quod ſibi rectum videretur, faceret. Hoc autem dicebat, quia fovebat partem Prioris de Spalding. Tandem autem conſenſerunt omnes Juſtitiarii in hoc, quod Abbas de Croyland & Prior de Spalding haberent literas ſub una forma, & mitterent nuncios ſuos ad Dominum Regem, qui literas Juſtitiarii de iſto negotio illi portarent; & quod Dominus Rex ipſis reſcriberet, Juſtitiarii libenter exequerentur. Forma literarum hæc erat: *Et falſa dilatio.*

Reverendo Domino ſuo Jo. *Dei gratia, Illuſtri Regi* Angliæ *&c.* G. *filius* Petri *ſalutem, & fidele in omnibus obſequium. Præcepiſtis nobis quod faceremus habere Priori de* Spalding *recordum & judicium ſuum de loquela quæ fuit inter ipſum & Abbatem de* Croyland, *de mariſco inter* Spalding *&* Croyland: *quod tale eſt, ſcilicet, quod Prior de* Spalding *tempore Regis* Richardi *fratris veſtri, in Curia ſua clamavit verſus prædictum Abbatem antedictum mariſcum. Idem vero Abbas fecit quoddam eſſonum infra ſummonitionem, de malo lecti, quo detinebatur apud* Croyland. *Et cum per judicium Curiæ quatuor milites venirent ad videndum ipſum Abbatem, & infirmitatem ejus apud* Croyland, *eum ibi non invenerunt, & ita per defectum ejus recuperavit ſæpedictus Prior ſaiſinam mariſci per judicium Curiæ. Poſtea ſæpedictus Abbas acceſſit ad Regem* Richardum *fratrem veſtrum, & dedit ei intelligere, quod ipſe occaſione fratris ſui fugati ab* Anglia, *& quorundam fratrum ſuorum captorum, non auſus eſt comparere, ſed aufugerit; & impetravit ab eo, quod ipſe defectum illum ei warantizavit; & ita reſaiſitus fuit memoratus Abbas de prædicto mariſco. Nos igitur conſiderantes Warentiam illam, licet non videatur Curiæ veſtræ* Angliæ, *quin Dominus Rex frater veſter ſatis licite potuiſſet Warentiam talem facere, & quod vos habetis ſimilem poteſtatem, noluimus judicium expreſſum inde facere, antequam vos certificati eſſetis ſuper prædicto recordo, & antequam voluntatem veſtram expreſſius inde præciperetis. Valeat Dominus noſter diu in Domino.* *Proceſſus totius negotii mittitur ad Regem.*

Cumque ſcriptæ eſſent literæ & ſigillatæ, utrique parti traditæ ſunt. Abbas autem Croyland recedens à Curia, reverſus eſt ad proprium. Prior de Spalding ſtatim miſit Monachum ſuum ſupradictum ad Regem, ut nuncium Abbatis de Croyland præveniret, & negotium ſuum donis & promiſſionibus perficeret. Monachus vero de Spalding, cum omni feſtinatione proxima die Sabbati ante omnes à *Londino* egreſſus, iter ſuum verſus mare arripuit, & ad *Porteſmum* velociter pervenit, ſperans quantocius transfretare, & ad Regem ſub celeritate venire. Sed Deo diſponente, cui venti & mare obediunt, aliter contigit; nam ibi moram fecit fere per quadraginta dies, quamvis ſæpius tentaſſet, nunquam *Prior Spald. iterum miſit ad Regem.*

1202. *Johannes R.* quam valens transfretare. Interea reverſus eſt Abbas de **Croyland** ad domum ſuam, ut poſt laborem tanti itineris aliquantulum requieſceret, cui occurrerunt ſui, & cum gaudio eum ſuſceperunt.

Miſit etiam poſtea Abbas nuncium. Poſt aliquot autem dies miſit Dominus Abbas nuncium ſuum ad Regem, videlicet *Johannem* de *Freſton*, qui etiam antea cum eo bis transfretaverat. Ipſe autem confidens magis in virtute Dei quam in ſapientia ſua, commendans ſe Deo & orationibus fratrum, ſtatim verſus mare profectus eſt; cumque veniſſet ad portum qui vocatur **Scorham**, invenit ibi de Nobilioribus Regni volentibus Regem adire, inter quos erat Epiſcopus *Coventr.* cui ſe jungens prædictus Monachus, rogavit ut in conductu ſuo eum reciperet; ut in protectionem illius transfretare poſſet: Epiſcopus vero prædictus eum gratanter ſuſcepit, & quamdiu apud prædictum portum moram fecit, humaniſſime exhibuit. Illis diebus nemo poterat, nec ad *Porteſmum*, nec ad **Scorham**, propter aeris intemperiem & ventorum rabiem, transfretare; & ideo prædictus *Johannes* ibi perhendinavit unam ſeptimanam, in magna anguſtia conſtitutus, timens ne forte adverſarius ejus, qui ad alium portum perrexerat, in ipſo itinere anticiparet, & coram Rege ipſum præveniret, & negotium Prioris de **Spalding**, nullo contradicente, ad libitum ſuum perficeret. Contigit igitur una die ut tempeſtas illa quieſceret, & mare aliquantulum ſedaretur, & facta eſt lætitia magna in populo qui volebat transfretare. Nullus tamen Nobilium, qui ibi aderant, iter illud audebant arripere, propter maris turbationem & ventorum inconſtantiam, quæ non plene ſedata fuerant. Videns autem prædictus *Johannes* unam navem paratam eſſe ad transfretandum, quæ quoſdam pauperes & peregrinos in ſe continebat, poſuit ſe inter alios, & Domino ducente, in craſtinum in *Normanniam* evectus eſt, omnibus Nobilibus apud **Scorham** remanentibus, & etiam Monachus de **Spalding**, qui longe eum præceſſerat, & apud *Porteſmum* perhendinaverat.

Nuncius Abbatis venit ad Regem. Cumque applicuiſſet prædictus *Johannes*, ſtatim iter ſuum verſus Regem arripuit, & apud *Rotomagum* ipſum invenit. Veniens itaque in conſpectu ejus, protulit literas Juſtitiariorum, illi eas tradidit; & ipſe ſummam totius negotii, quam literæ illæ minus intimaverant, viva voce Regi intimavit. Cumque dominus Rex de hoc negotio cum ſapientibus de Curia ſua qui tunc ibi aderant tractaſſet, & quid ſibi agendum eſſet, ab ipſis inquireret; reſponſum eſt ab illis, quod ſicut ipſe vellet warantizationem ſuam, ſi alicui faceret, firmam eſſe & ſtabilem, ſic warantizationem factam à Rege *Richardo* fratre ſuo, cujus hæres ipſe fuit, confirmaret. Hæc audiens dominus Rex, voluit & warantizationem illam à Rege *Richardo* ſtare, & pecuniam, ſcilicet centum marcas, ab Abbate **Croyland** ſibi promiſſam, habere. Mandavitque ſupradicto Monacho **Croyland**, quod ſi vellet facere ut pecunia iſta promiſſa ad terminos competentes redderetur, warantizationem quam *Richardus* Rex Abbati de **Croyland** fecerat, ipſe charta ſua confirmaret; & inſuper alia negotia, ſi qua in Curia haberet, libenter audiret. Cogitans itaque prædictus *Johannes*, quam ſæpe mora trahit ad ſe periculum, timens etiamne nuncius Prioris **Spalding** ad Curiam veniret, & eum de negotio ſuo donis & promiſſionibus impediret; voluntati domini Regis, cum conſilio Domini *Cantuarienſis* & domini *Elienſis*, quos tunc in Curia invenerat, adquievit. Tunc dominus Rex præcepit, ut warantizatio Abbati de **Croyland** à Rege *Richardo* facta, charta ſua corroboraretur; & etiam ille mariſcus unde defalta illa evenit, ſigillo ſuo, ſicut charta *Henrici* Regis patris ſui continebat, Abbati de **Croyland** confirmaretur; quod & factum eſt, prout in ſequentibus continetur.

Conſenſus Regis in confirmatione mariſci.

Tum igitur hoc & alia negotia quæ ſibi injuncta fuerant, perfeciſſet prædictus *Johannes*, licentiatus à Rege, & Domino ducente eum, quam cito

cito potuit reverſus eſt in *Angliam* ad domum ſuam de Croyland, unde 1202.
miſſus fuerat, nuncio Prioris de Spalding apud *Porteſmum* in ciſmari- *Johann. R.*
nis partibus adhuc perhendinante, qui poſtea tranſfretavit, & Regem adiit, & magna promiſit; ſed nihil perficiens, recedens à Curia, reverſus eſt ad proprium, juxta illud, *Confundantur & revereantur, qui volunt mihi mala.* Charta autem domini Regis *Johannis* de confirmatione limitum Abbatiæ noſtræ, de qua paulo ſuperius fit mentio, ſubjungitur in hac forma:

Charta Regis Johannis.

Johannes *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dominus* Hiberniæ, *Dux* Normaniæ, Aquitaniæ, *& Comes* Andegaviæ, *Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Vicecomitibus, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & confirmaſſe & Deo & Eccleſiæ ſancti* Guthlaci *de* Croyland, *& Abbati & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & tenuras & poſſeſſiones alias ad eandem Eccleſiam pertinentes, & ſpecialiter ſedem Abbathiæ cum limitibus ſuis nominatis, qui ſic tenduntur, per quinque leucas a* Croyland *uſque illuc ubi* Aſendyk *cadit in aquam de* Weland, *& per* Aſendyk *uſque* Aiwyktoft, *& ſic uſque* Shepyſhee, *& ſic uſque* Tyddwarthar, *& ita uſque ad* Nomanſland, *& ita per aquam quæ dicitur* Neen *uſque ad* Finem factum; *& inde ſurſum per* Finem factum *uſque ad* Greynes, *& ita uſque* Folkwoldſtakyng, *& inde ſicut* Southlake *cadit in* Weland; *& ſic per* Weland *ſurſum ad Aquilonem uſque ad* Aſpathe, *& inde uſque ad* Werwarlake, *& ita uſque ad* Harenholt, *& ſurſum per aquam uſque* Wengerlake, *& ſic per* Lurtlake *uſque* Oggote, *& inde ſicut* Apynhlot *cadit in* Weland; *& omnes piſcationes pertinentes ad prædictos limites. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicta Eccleſia & Abbas & Monachi teneant, & in perpetuum poſſideant omnes terras & tenuras & alias poſſeſſiones ſuas, & omnes donationes quæ poſt mortem Regis* Henrici, *avi patris noſtri, rationabiliter datæ ſunt, bene & in pace, & libere, & quiete & honorifice, in boſco & in plano, in pratis & paſturis, in aquis & mariſcis, in vivariis & piſcariis, in molendinis & ſtagnis, & in omnibus aliis rebus & locis, in* Socha & Sacha, *&* Thol *&* Theam, *&* Infangthefe, *& cum omnibus aliis liberis conſuetudinibus & quietationibus, cum quibus Eccleſia illa & Abbates & Monachi melius & liberius & quietius tenuerunt, tempore Regis* Henrici *Avi patris noſtri, vel aliorum Prædeceſſorum noſtrorum Regum* Angliæ, *& ſicut aliquæ Eccleſiæ noſtræ* Angliæ *melius & liberius & quietius tenent, ſicut Charta Regis* Henrici *patris noſtri rationabiliter teſtatur,* &c. *Data per manum* Simonis *Archidiaconi* Well.

Finiſet Croſſe.

Non ſic autem venerabilis pater Abbas *Henricus* optata potitus eſt quiete; ſed velut lapis vivus in domo cœleſti reponendus, crebris tunſionibus & multimodis preſſuris conquadratur à dextris & à ſiniſtris. Nam & *Acharius*, Abbas de *Burgo* ſancti *Petri*, limitibus propriis non contentus, ſed contra comminationem propheticam, *domum domui & agrum agro uſque ad terminum loci*, cupiens copulare, primo per Brevia Regia, de tranſmarinis partibus à Rege perquiſita, prædictum Abbatem *Henricum* inplacitavit, & de mariſco noſtro Auſtrali vocato Alderland; quem à fundatione Monaſterii uſque ad illa tempora patris noſtri poſſeſſione pacifica tenuerunt, velut *Aſſur* in populum Dei, abſque ulla cauſa calumniatus eſt eum. Proinde *Hubertus* Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, Capitalis tunc in *Anglia* Juſtitiarius, Abbatibus Monaſteriorum de Ramſey & Thorney præceptorias direxit literas, ut ipſi vice ſua per ſacramentum octodecim Militum, in quos præfati Abbates de *Burgo* & Croyland compromiſerunt, inquiſitionem acciperent, quid juris uterque eorum habeat in terris, pratis, paſturis, & mariſcis, & omnibus aliis rebus, inter aquam de Neen & aquam de Weland, & quæ diviſæ inter Abbathiam de *Burgo* & Abbathiam de Croyland eſſe debeant; & dictam inquiſitionem præfato Archiepiſcopo & Juſtitiariis, ſub ſigillis ſuis & ſigillis Militum, plenarie

Acharius movit contra nos calumniam de mariſco.

1206. plenarie ſignificarent. Sed tunc orta diſſentione inter [a] Curatores, in-
Johann. R. fecto negotio, ad ſua ſinguli redierunt.

Tandem vero poſt multa colloquia, tractatus, dilationes, & expenſas, hinc inde frequentius habita, coram Juſtitiariis domini Regis apud Lexington inter utroſque Abbates diu ventilata controverſia, in non modicum *Croylandenſis* Eccleſiæ detrimentum finaliter ſic quievit, prout in forma quæ ſequitur, lucide declaratur.

Finis inter nos & Abbatem de Burgo.
Hæc eſt finalis concordia facta in Curia domini Regis apud Lexington, *die Lunæ proximo poſt purificationem beatæ* Mariæ, *Anno Regni Regis* Johannis *ſeptimo, coram ipſo domino Rege* &c. *inter* Akarium *Abbatem, & Con-*
1206. *ventum de* Burgo *petentes, &* Henricum *Abbatem, & Conventum de* Croyland *tenentes de una virgata terræ, cum pertinentiis in* Peykyrke, *& de quo-*
Metæ mariſci. *dam mariſco cujus tales ſunt metæ; ſcilicet ab aqua de* Croyland, *quæ dicitur* Neen, *uſque ad locum qui dicitur* Fynſeth, *& ab illo loco qui dicitur* Fynſeth *uſque* Greynes, *& a* Greynes *uſque* Folewartſtakyng, *& inde uſque ad* Southlake, *ubi* Southlake *cadit in* Weland, *& inde ſicut aqua de* Weland *currit uſque ad* Croyland, *& ibi cadit in* Neen. *Unde fuit placitum inter eos in eadem Curia, quod prædictus Abbas de* Croyland *recoguovit & conceſſit prædictam terram, & prædictum mariſcum, cum perti-*
Mariſc. prædict. de feod. Abbatis Burgi. *nentiis eſſe Feodum Abbatis & Eccleſiæ ſancti* Petri *de* Burgo, *& pro hac recognitione & conceſſione, fine & concordia, iidem Abbas & Conventus de* Burgo *conceſſerunt prædictis Abbati & Conventui de* Croyland *præfatam virgatam terræ cum pertinentiis in* Peykyrk, *habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis de Abbate & Monaſterio de* Burgo, *& ſucceſſori ipſi Abbathiæ, per ſervitium quod ad eandem terram pertinet, ſicut partita eſt inter illos qui eam tenent; ſcilicet de* Tofto *cum terra in campo quod* Reginaldus *faber inde tenuit, per unum diem arare in hyeme, & per unum diem in quadrageſima, cum tanto quantum ille qui* Toftum *illud & terram tenuerit, habebit in caruca, & debet per unum diem ſartulare, & per unum diem fænum levare & parare in prato de* Makeſeia *in dominico prato Abbatis de* Burgo, *cum hominibus ipſius Abbatis de* Burgo; *& debet in autumno dimidiam terram terræ metere, & blad. ligare, & ſuper eandem terram intaſſare: & omnia prædicta debet facere ad cuſtum ſuum. Et debet in autumno ad cibum ipſius Abbatis de* Burgo *per unum diem metere cum uno homine blad. ipſius Abbatis in campo de* Peykyrk, *vel de* Glynton. *Et ſi Abbas de* Burgo *eum non paſcat eo die, non debet metere niſi uſque ad nonam. Et* Toftum *cum terra in campo quod* Gocelmus *filius* Godwini *inde tenuit, debet facere omnia prædicta ſervitia, & prædictas conſuetudines.* Toftum *cum terra in campo quod* Willielmus *filius* Radulphi *inde tenuit, debet facere omnia prædicta ſervitia, & prædictas conſuetudines.* Toftum *cum terra in campo quod* Averus *filius* Alwoldi *inde tenuit, debet facere omnia prædicta ſervitiæ, & prædictas conſuetudines.* Toftum *cum terra in campo quod* Petrus Palmerus *inde tenuit, debet facere omnia prædicta ſervitia, & prædictas conſuetudines.* Toftum *cum terra in campo quod* Willielmus *filius* Seweni *inde tenuit, debet facere omnia prædicta ſervitia, & prædictas conſuetudines.* Toftum *cum terra in campo quod* Walterus *filius* Reginaldi *inde tenuit, debet facere omnia prædicta ſervitia, & prædictas conſuetudines.* Toftum *cum terra in campo quod* Regin. Carpenter *inde tenuit, debet facere omnia prædicta ſervitia, & prædictas conſuetudines.* Toftum *cum terra in campo quod* Richardus *filius* Alweici *inde tenuit, debet facere omnia prædicta ſervitia, & prædictas conſuetudines; & præterea debet bis in hyeme arare, & bis in quadrageſima: ita quod ter arabit in hyeme, & ter in quadrageſima ad cuſtum ſuum, & debet ducere unam carratam boſci a mariſco uſque ad curiam Abbatis de* Burgo *apud* Burgum, *ad feſtum ſancti* Michaelis. *Et præter a omnes homines prædictam terram tenentes, debent ſequi hundredum Abbatis de* Burgo *per quoſlibet quindecim dies, & debent*

[a] Juratores.

ſex denar. ob. per annum de Hydagio. *Et debent monſtrare Abbati de* Burgo *vel ballivo* Franciplegium *ſuum. Et debent facere vigiliam cum aliis hominibus provinciæ ad debitum & ſtatutum locum, ſicut facere conſueverunt inter feſtum ſancti* Michaelis *& feſtum ſancti* Martini. *Hæc autem ſervitia & has conſuetudines habebunt prædicti Abbas & Conventus de* Burgo *& ſucceſſores eorum de prædicta terra. Itaque illas non poterunt augere vel mutare, nec amplius de terra illa in aliquo exigere. Abbas quoque & conventus de* Burgo *conceſſerunt eiſdem Abbati & conventu de* Croyland, *prædictum mariſcum ſecundum quod per prædictas metas diſtinctum eſt, habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis de ipſis Abbate & conventu de* Burgo *& ſucceſſorum eorum in perpetuum, reddendo inde per annum in Eccleſia ſancti* Petri *de* Burgo *quatuor petras Ceræ infra Octab. Apoſtolorum* Petri *&* Pauli, *pro omni ſervitio & exactione. Itaque Abbas & conventus de* Burgo *vel eorum ſucceſſores nihil ultra illas quatuor petras Ceræ inde poterunt exigere. Salvo tamen eo quod Abbas & conventus de* Burgo *habebunt commodum herbagii de omnibus averiis tam propriis quam hominum ſuorum, quam etiam averiis quorumlibet aliorum quæ intrabunt illum mariſcum præterquam de dominicis averiis Abbatis & conventus de* Croyland, *& hominum ſuorum de* Croyland *& de* Peykyrk. *Et ſciendum eſt, quod licet Abbati & conventui de* Croyland, *& hominibus ſuis de* Croyland, *ſine occaſione & ſine contradictione & impedimento Abbatis & conventus de* Burgo *& ſuorum ſervientum, ibi turbam fodere, & ubi turbam foderunt, ſub turba argillum & ſabulum capere, & falcare in mariſco illo,* Ros *&* Junctum *&* Glagellum *&* Bingdyngham. *Ita tamen quod non removeant averia quæ ibi fuerunt de paſtura ſua. Poterunt etiam colpare & habere ramiliam, & omnia genera arborum quæ in eodem mariſco fuerant. Præterea de alio mariſco de* Peykyrk, *quæ eſt extra prædictas metas, convenit inter eoſdem Abbates & conventus, quod licebit Abbati & conventui de* Burgo *ſine impedimento & contradictione Abbatis & conventus de* Croyland *& ſervientum ſuorum, in eo pratum facere, ſecundum quantitatem feodorum ſuorum quæ communicant in eadem paſtura: & licebit ſimiliter Abbati & conventui de* Croyland *pratum facere in eodem mariſco, ſecundum quantitatem feodorum ſuorum, quæ ibi communicant, ſine impedimento & contradictione Abbatis & conventus de* Burgo *& ſervientium ſuorum.* 1206. *Johan. R.* *Alderlound tenet de Abbate Burgi.* *Herbagium.*

Anno vero decimo Regis *Johannis*, qui erat annus incarnationis Dominicæ milleſimus ducenteſimus octavus, per totum *Angliam* & *Walliam* interdicti ſententia extitit promulgata, tum propter expulſionem Magiſtri *Stephani* à Regno, in Archiepiſcopum *Cantuarienſem* à domino conſecrati; cui Rex reſiſtens pro viribus, publicum proteſtatus eſt hoſtem, qui eum vel nomine Archiepiſcopi honoraret: tum propter expulſionem Monachorum à *Cantuaria*; quia electioni ejuſdem *Stephani* conſenſu tacito vel atteſtatione publica adquieverunt. Durante autem interdicto Rex *Angliæ* excommunicatus eſt, & per Regnum ejus hoc ſolum indultum eſt, ut fideles in extremis agentes, Dominici corporis ſacro poſſent muniri viatico, quod per manus ſacerdotum à conventualibus petendum eſſet Eccleſiis, quibus permiſſum eſt ex indulgentia, ſemel in hebdomada divina celebrare officia. 1208. *Interdictum Angliæ per ſex annos.* 1209.

Tandem ſexto hujus interdicti anno, inſpiratus Rex, ut creditur, ab eo in cujus manu corda Regum conſiſtunt; nuncio Domini Papæ ei .... mandatum adquievit, & formam ſatisfactionis quam .... ſignatam tranſmiſerat, ſe adimpleturum juravit. Additque ex proprio, ad ſatisfactionis ſupplementum, ut ipſe & hæredes ſui in ſignum ſubjectionis pro utroque Regno, *Anglia* videlicet & *Hibernia* .... perſolverent annuatim. Redeunt igitur in *Angliam* à partibus tranſmarinis *Stephanus Cantuarienſis* Archiepiſcopus, *Will. Londinenſis*, *Euſtachius Elienſis*, *Egidius Herfordenſis*, *Jocelinus Bathon. Hugo Lincoln.* Epiſcopi: Monachi etiam *Cantuariæ*; & generaliter omnes qui ob hanc cauſam exula- 1213. *Relaxatio interdicti.* *Tributum Angliæ.*

 bant:

1213. *Innoc. 3. P.* bant: quibus ſingulis de gratia Regis omnes plenariæ reſtitutæ ſunt poſſeſſiones. Poſtmodum vero apud *Wintoniam*, juxta formam Eccleſiaſticam, à domino *Cantuarienſi* Rex ſolenniter eſt abſolutus: devote quoque ab ipſo cæteriſque Epiſcopis in oſculo pacis receptus, ut filius Eccleſiæ in gremium matris admittitur, & audiens Miſſarum ſolennia multorum exhilaravit corda populorum.

Obiit Rex Johannes. 1216. Completis igitur ſeptendecim annis & quinque menſibus, ingraveſcente ſuper eum diſſenteriæ morbo, apud caſtellum de Newark Epiſcopi *Lincoln.* prædictus Rex *Johannes* diem clauſit extremum, cujus corpus uſque *Wigorniam* delatum eſt ad humandum. Inteſtina vero apud Croxton condita remanſerunt.

His diebus antequam de ejus obitu plena fieret propalatio, quidam armati ab eodem Rege prius miſſi, ut adverſarios ſibi milites & ſervientes, in locis abditis & remotis latebras foventes inquirendo comprehenderent, *Inimici Croylandiam ex improviſo ſpol.* in craſtino ſancti *Michaelis* ex improviſo *Croylandiam* advenerunt. Qui non invenientes quos quærebant, Monaſterium & Eccleſiam ſtatim invaſerunt, ubi per clauſtrum & officinas equites & armati curſu rabido diſcurrentes, ac intra Miſſarum ſolennia, etiam coram altari, homines ab Eccleſia irreverenter abſtrahentes, quæcunque ſibi placita, ubicunque reperta, violenter diripuerunt: ita quod in eorum receſſu immenſam prædam ſecum abducerent de armentis pecorum & jumentorum.

Coronatio Regis Henrici tertii. Mortuo itaque Rege *Johanne*, ut dictum eſt, primogenitus ejus *Henricus*, annorum circiter novem, in Regem eligitur; & Archiepiſcopo *Cantuarienſi* in *Romana* Curia tunc agente, per impoſitionem manus Epiſcopi *Winton.* aſſidentibus Epiſcopis qui in Regno erant, apud *Glouceſtriam* Regni ſolio ſublimatur.

Sed anno quinto ſequente, iterum de mandato domini Papæ à venerabili *Stephano Cantuarienſi* Archiepiſcopo tunc præſente, aſtantibus Prælatis & Regni Magnatibus apud *Weſtmon.* ſchemate Regali, & ſacratiſſimi Regis *Edwardi* diademate ſolenniter inſignitur: eodem vero anno, anno *Tranſlatio ſancti Thomæ Martyris.* videlicet Domini milleſimo ducenteſimo viceſimo Tranſlatio ſancti *Thomæ* Martyris per prædictum patrem venerabilem *Stephanum Cantuarienſem* Archiepiſcopum procurata: præſentibus, domino *Pandulfo* ſedis Apoſtolicæ legato, & *Anglorum* Rege *Henrico*, tribuſque Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Proceribus cæteris, qui tam de *Anglia* quam de omnibus fere mundi partibus illic confluxerant, ſolenniter celebrata eſt; anno videlicet à paſſione prædicti Martyris quinquageſimo. Tanta ſiquidem erat prædicti Archiepiſcopi facunda dapſilitas, & liberalitas prædicanda ſæculis, in omnes qui ad Martyris tranſlationem devote convenerant; quod nullus in carne vivens ante tempora tunc inſtantia ſolennitatem talem in *Anglia* reminiſci potuit fuiſſe celebratam. Inter ceteros revera quos ad tam glorioſæ tranſlationis votiva ſolennia memoratus Archiepiſcopus cenſuit evocare, etiam ſæpe dictum Patrem *Henricum* Abbatem Monaſterii Croyland ſuis literis invitare dignatus eſt: qui quidem Abbas multifariis agendorum præpeditus inſtantiis, in perſona propria illuc commode non valens accedere; ad honorem tamen à * * * aliquid pro ſuo modulo offerre cupiens, librum de vita & paſſione ejuſdem Martyris à Monacho Monaſterii ſui Croyland egregie compilatum, dicti venerandi pontificis excellentiæ humiliter deſtinavit. Quæ itaque compilatio glorioſi Martyris originem, vitam, ſtudia, geſta, exilium, agonem, paſſionem, canonizationem, & quod excellentius eſt, Epiſtolas dicti Martyris, quas vel ille aliis, vel alii illi, vel pro illo, vel contra illum, ſeu de illo ſcripſerunt, locis competentibus congruenter inſertas, una cum Catalogo Eruditorum ejuſdem Martyris, luculenter continet & declarat.

De introitu fratrum Minorum in Angliam. His etiam temporibus fratres *Minores*, biennio ante obitum Beati *Franciſci*, primo in *Anglia* cœperunt inhabitare. Rex vero *Henricus*, ad inſtantiam

ſtantiam venerabilis Patris *Henrici* Abbatis, omnes libertates Abbathiæ *Croylandiæ* gratioſe confirmavit, ſub hac forma: 1220. *Johann. R.*

Henricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dominus* Hiberniæ, *Dux* Normaniæ, Aquitaniæ, *& Comes* Anedgaviæ, *Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Vitecomitibus, & omnibus fidelibus & Ballivis ſuis ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & Eccleſiæ ſancti* Guthlaci *de* Croyland, *& Abbati & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & tenuras & poſſeſſiones alias ad eandem Eccleſiam pertinentes, & ſpecialiter ſedem Abbathiæ cum limitibus ſuis nominatis, qui ſic tenduntur: ſcilicet, per quinque leucas a* Croyland *uſque illuc ubi* Aſendyke *cadit in aquam de* Welande, *& ſic per* Aſendyke *uſque ad* Aſwyktofte, *& ſic uſque ad* Shepeſhee, *& ſic uſque ad* Tydwarthar, *& ita uſque ad* Nomanſland, *& ita per aquam quæ dicitur* Neen *uſque ad* Finem factum, *& inde ſurſum per* Finem factum *uſque ad* Greynes, *& ita uſque ad* Folkwoldſtakynge, *& inde ſicut* Southlake *cadit in* Weland, *& ſic per* Weland *ſurſum ad Aquilonem uſque ad* Aſpath, *& inde uſque ad* Werwarlake, *& ita uſque ad* Harenholt, *& ſurſum per aquam uſque* Wengerlake, *& ſic per* Lortlake *uſque* Oggote, *& inde ſicut* Apenholt *cadit in* Weland *omnes piſcationes pertinentes ad prædictos limites. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicta Eccleſia & Abbates & Monachi teneant & in perpetuum poſſideant omnes terras & tenuras & alias poſſeſſiones ſuas, & omnes donationes, quæ poſt mortem* Henrici *Regis avi noſtri eis rationabiliter datæ ſunt, bene & in pace, libere & quiete & honorifice, in boſco & in plano, in pratis & paſturis, in aquis & mariſcis, in vivariis & piſcariis, in molendinis & ſtagnis, & in omnibus aliis rebus & locis, cum* Socha & Sacha, & Thol & Theam, & infangthefe, *& cum omnibus aliis liberis conſuetudinibus & quietationibus, cum quibus Eccleſia illa & Abbates & Monachi melius & liberius & quietius tenuerunt tempore* Henrici *Regis Avi noſtri, vel aliorum prædeceſſorum noſtrorum Regum* Angliæ, *& ſicut aliquæ Eccleſiæ noſtræ* Angliæ *melius & liberius & quietius tenent, ſicut Chartæ* Henrici *Regis Avi noſtri, &* Richardi *Regis Avunculi noſtri, &* Johannis *Regis patris noſtri, quas inde habent, rationabiliter teſtantur. His teſtibus &c. Dat. per manum Venerabilis patris* R. Ciceſtriæ *Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud* Weſtmon. *decimo quinto die* Martii, *anno Regni noſtri undecimo.*

Charta Regis Henrici.

Anno etiam hujus Regis *Henrici* decimo octavo, prædictus pater *Henricus* Abbas Croyland implacitavit *Hugonem Wake* dominum de Deppyng, ad ſciendum quo jure vel titulo clamavit imparcamentum averiorum in mariſco noſtro de Goggyſlound depaſcentium, qui eſt infra limites Abbathiæ *Croylandiæ*, tam earum qui ſuam ibidem conſueti ſunt habere communam, quam aliorum forinſecorum, qui in dicto mariſco nullum omnino titulum accipiendi communam ſolent vel debent vendicare. Et tandem poſt hinc inde propoſitos tractatus, & prolocuta colloquia inter præfatum Abbatem Croyland & prædictum *Hugonem*, in craſtino ſancti *Lucæ* apud *Lincolniam* finaliter convenit in hunc modum:

1226, 7. 1233. *Placitum contra Hugonem Wake.*

Hæc eſt finalis concordia facta in Curia Domini Regis apud Lincoln. *in craſtino ſancti* Lucæ, *anno Regni Regis* Henrici, *filii Regis* Johannis, *decimo octavo, coram Abbate de* Bardney, Will. *de* Ebor. Roberto *de* Fos. Radulfo *de* Norwic. *&* Normanno *de* Arſey, *Juſtitiariis itenerantibus, & aliis Domini Regis fidelibus tunc ibi præſentibus, inter* Henricum *Abbatem de* Croyland *querentem, &* Hugonem Wake *deforciantem, de cuſtodia mariſci de* Aſpath *ad* Werwarlake, *& ita ad* Dedmanſlake, *& ita ad* Croyland *per aquam de* Weland, *cum pertinentiis; unde idem Abbas queſtus fuit, quod prædictus* Hugo *non tenuit ei finem factum in Curia domini Regis coram Juſtitiariis itinerantibus apud* Lincolniam, *inter ipſum Abbatem &* Baldewinum Wake, *avum prædicti* Hugonis, *cujus hæres ipſe eſt: & unde placitum finis facti ſummotus fuit inter eos in eadem curia; ſcilicet quod prædictus* Hugo

Finis factus inter Abbatem Croyland & Hugonem Wake.

1233. Richard I. R. *remiſit, & quietum clamavit de ſe & hæredibus ſuis, eidem Abbati & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ ſuæ de* Croyland, *totum jus & Clamium quod habuit in prædicto mariſco cum pertinentiis in perpetuum. Salva tamen eidem* Hugoni *& hæredibus ſuis, & hominibus ipſorum communa paſturæ in eodem mariſco, ad omnimoda averia ſua chacianda & rechacianda, ſine impedimento ipſius Abbatis & ſucceſſorum ſuorum in perpetuum. Et præterea idem* Hugo *conceſſit pro ſe & hæredibus ſuis, quod ſi prædictus Abbas & ſucceſſores ſui aliquid de mariſco illo in defenſionem ponere voluerint, tunc idem* Hugo *& hæredes ſui habebunt ibi foreſtarium ſuum ſimul cum foreſtario prædicti Abbatis & ſucceſſorum ſuorum: Ita quod nullus hominum ipſius Abbatis nec ſucceſſorum ſuorum, nec aliquis hominum prædicti* Hugonis, *nec hæredum ſuorum aliquid in defenſione illa capiet, niſi de communi aſſenſu & voluntate prædictorum Abbatis & ſucceſſorum ſuorum, &* Hugonis *& hæredum ſuorum; ſed uterque ipſorum, Abbatis &* Hugonis, *capiet ibi ad proprios uſus ſuos quantum voluerint. Conceſſit etiam idem* Hugo *pro ſe & hæredibus ſuis quod prædictus Abbas & ſucceſſores ſui, & Eccleſia ſua de* Croyland, *habeant tres batellos in* Hazenholt *& in perpetuum, & duos batellos in gratia ipſius* Hugonis *& hæredum ſuorum. Et quod barra-laci qui vadit apud* Hazenholt, *erit ad diviſam mariſci, per conſiderationem prædictorum Abbatis & ſucceſſorum ſuorum, &* Hugonis *& Hæredum ſuorum. Et in eadem barra erunt duæ ſerræ & duæ claves; Quarum unam habebit ſerviens Abbatis & ſucceſſorum ſuorum, & aliam ſerviens prædicti* Hugonis *& hæredum ſuorum. Et idem Abbas recepit prædictum* Hugonem *& hæredes ſuos in ſingulis beneficiis & rationibus quæ de cætero fient in Eccleſia ſua de* Croyland, *in perpetuum.*

Et ſciendum eſt, quod prædictus *Hugo* warantizavit eidem Abbati in eadem Curia, Chartas *Baldewini Wake*, avi prædicti *Hugonis* de prædicto mariſco.

Eiſdem etiam die & loco, coram dictis domini Regis juſtitiariis, facta eſt finalis concordia mutua inter *Henricum* Abbatem *Croylandiæ* & Priorem *Spaldingiæ*, & quod unus non imparcabit beſtias alterius in mariſcis de Croyland, & Depynge, Spaldinge, Pynchbeck, Langtoft, & Baſton, tali conventione forma ſubſequente:

Finis inter Abbatem & Priorem Spaldingiæ.

Hæc eſt finalis concordia facta in Curia Domini Regis apud Lincolniam *in craſtino ſancti* Lucæ *anno Regni Regis* Henrici, *filii Regis* Johannis, *decimo octavo, coram Abbate de* Bardeney, Will. *de* Ebor. Roberto *de* Fos. Radulfo *de* Norwic. *&* Normanno *de* Arſei, *Juſtitiariis itinerantibus, & aliis domini Regis fidelibus tunc ibidem præſentibus, inter Abbatem* Croylandiæ *querentem; &* Symonem *Priorem* Spaldingiæ *deforciantem, de communi paſtura in mariſcis de* Croyland, Spaldyng, Pynchbeck, Langtoft, Baſton *&* Depynge; *ſcilicet in occidentali parte de* Weland, *unde idem Abbas queſtus fuit, quod prædictus Prior cepit* averia *ipſius Abbatis in eadem paſtura, & ea inparcavit, & detinuit contra juſtitiam, deſicut idem Abbas nihil tenet de prædicto Priore, nec aliquod ſervitium ei debet ut dicit, & unde placitum fuit inter eos in eadem Curia ſcilicet quod Prædictus Prior pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, conceſſit, quod ipſe nec ſucceſſores ſui, nec homines ſui, nec aliquis per eos vel pro eis de cætero capient nec chaciabunt vel imparcabunt averia ipſius Abbatis ſucceſſorum ſuorum, vel hominum ſuorum de prædictis villis in prædictis mariſcis de* Croyland, Spaldyng, Pynchbek, Langtoft, Baſton, *&* Depynge: *& pro hac conceſſione, fine, & concordia, idem Abbas conceſſit pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſe nec ſucceſſores ſui, nec homines ſui, nec aliquis per eos vel pro eis, de cætero capient, chaciabunt, nec imparcabunt averia prædicti Prioris vel ſucceſſorum ſuorum, vel hominum ſuorum, de prædictis villis* Spaldyng *&* Pynchbek, *in eiſdem mariſcis. Et hæc concordia facta fuit, ſalvo prædicto Abbati & ſucceſſoribus ſuis, ſervitio ſuo de hominibus de* Slowe, *quod eidem Abbati & prædeceſſoribus ſuis prius facere conſueverunt, pro introitu & exitu ipſorum hominum per terram ipſius Abbatis ad prædictum mariſcum. Et non licebit eidem Abbati vel Priori, vel ſucceſſoribus eorum recolligere*

colligere averia aliquorum hominum in prædicta paſtura, quam hominum ſuorum de prædictis villis de **Croyland, Spaldynge, Pynchbek, Langtoft, Baston** *&* **Depynge**, *ſecundum quod prædictum eſt. Et hæc concordia facta fuit inter eoſdem, Abbatem & Priorem, ſalva omnibus hominibus communa ſua, quam in eiſdem mariſcis habere conſueverunt, & debuerunt.* 123?. Henric. R.

Poſtquam vero prædictus pater venerabilis Abbas *Henricus*, de *longo Campo* cognominatus, per quadraginta & ſex annos *Croylandenſem* ſtrenue rexiſſet Eccleſiam, pro tranſitoriis ærumnis perpetua gaudia ſalubri commercio recepturus, de præſenti ſæculo perquam feliciter emigravit. Graves ſiquidem & admodum intolerabiles pro Eccleſia ſua prædicta labores ſuſtinuit & expenſas. Inſuper & pericula perpeſſus eſt ingentia, tam in itinere ſuo verſus *Romam*, quam in mari, cum pro placito mariſci, ut prædictum eſt, bis ad Regem *Richardum* tunc in *Alemania* exiſtentem, & ſemel ad Regem *Johannem* perſonaliter transfretaret. Ornamenta quoque & vaſa Eccleſiaſtica aurea & argentea, veſtimenta pretioſa, libros etiam pulcherrimos, & alia quamplurima domui Dei neceſſaria ſtudioſe perquiſivit. Ædificia inſuper fere omnia, infra Abbathiam & extra ad Maneria, ſuo tempore in melius conſtructa & reædificata extiterunt. *Obiit Abbas Henric. Longo-campo.* 1236.

Poſt cujus deceſſum dominus *Richardus*, Cellerarius Monaſterii, **Bardenay**, in officium regiminis electus ab illuſtri Rege *Henrico*, admittitur in Abbatem, qui innumeros etiam labores pro domo ſua perpeſſus eſt; ſed ſuperna ſibi providente clementia, devictis hoſtibus undecunque reportavit trophæum. Tempore ſiquidem ſuo conceſſum eſt domino *Willielmo* de *Albiniaco*, quod habeat communam pro ſe & hæredibus ſuis in mariſcis de **Croyland, Spaldinge, Pynchbek, Langtoft**, & **Baston** pro tenentibus ſuis in villis de **Uffington**, & **Caſwyk**, & **Talyngton**, ſub forma quæ præſentibus eſt ſubjuncta: *Succeſſit Abbas Richardus Bardenay.*

Hæc eſt finalis concordia facta in Curia domini Regis apud Lincoln. *in craſtino* Aſſumptionis *beatæ Virginis*, *Anno Regni* Henrici *Regis, filii* Johannis, *viceſimo quarto, coram* Roberto *de* Lexington, Radulpho *de* Sulleg, Willielmo *de* Cule-worth, Jollano *de* Nevyl, Roberto *de* Haya, *&* Warnero *de* Engayne, *Juſtitiariis itinerantibus, & aliis domini Regis fidelibus tunc ibidem præſentibus, inter* Richardum Bardenay *Abbatem de* **Croyland**, *&* Symonem *Priorem de* **Spaldynge**, *querentes per* Nicholaum *de* Morborn *&* *&* Richardum *Clericum, poſitos loco ipſorum Abbatis & Prioris, ad lucrandum vel perdendum; &* Willielmum *de* Albiniaco, *per* Arnoldum *de* Boſco *poſitum loco ſuo, ad lucrandum vel perdendum, de hoc quod* Willielmus *idem exigebat communam in terra ipſorum Abbatis & Prioris in* **Croyland, Spaldinge** & **Pynchbek, Langtoft, Baston**, *deſicut illi nullam habent communam in terra ipſius* Willielmi *in* **Uffyngton, Caſwyk** *&* **Talyngton**; *nec idem* Willielmus *ſervitium eis facit, quare dictam communam habere debeat. Et inde recognitio magnæ Aſſiſæ ſummonitus fuit inter eos in eadem Curia, ſcilicet quod prædictus Abbas & Prior conceſſerunt pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quod prædictus* Willielmus *& hæredes ſui habeant communam paſturæ ad omnimoda averia ſua de* **Uffyngton, Caſwyk**, *&* **Talyngton**, *in prædictis mariſcis de* **Croyland, Spaldinge, Pynchbek, Langtoft**, *&* **Baston**, *in perpetuum. Et pro hac conceſſione, fine & concordia, idem* Willielmus *conceſſit pro ſe & hæredibus, quod prædicti Abbas & Prior & ſucceſſores ſui faciant commodum & proficuum ſuum in prædictis mariſcis de* **Croyland, Spaldinge, Langtoft**, & **Baston**, *ita quod poſſint in prædictis mariſcis fraſſire & terram inde excolere, ſine impedimento vel contradictione ipſius vel hæredum ſuorum, ſalva eidem* Willielmo *& hæredibus ſuis communa ſua in prædictis mariſcis, ſecundum quod prædictum eſt in perpetuum.* *De Communa conceſſa Willielmo Albiniaco.* 1240.

Poſt hæc vero prædictus pater venerabilis Abbas *Richardus Bardenay* *Willielmum* Abbatem de *Burgo* fortiter implacitavit, eo quod prædictus Abbas

1240. Abbas de *Burgo* contra tenorem ejuſdem finis inter eorum prædeceſſores
Henric. 3. R. nuper facti tempore Regis *Johannis* apud **Lexinton**, per homines & ſervientes ſuos, præfatum Abbatem **Croyland** ſæpius impedivit, quo minus tempore nundinarum ſuarum, ſtallagia capere, aut attachiamenta facere poterat, apud pontem de **Croyland**, ubi nec homines ſui, nec adventantes ceteri liberum cum ſuis averiis habere tranſitum potuerunt; cetera quoque non modica contra prædictum finem ſibi ſuiſque gravamina intulerunt, unde cum inter utroſque prædicta diſſentionis materia diutius fuerat agitata, apud **Northampton** tandem coram domini Regis Juſtitiariis, prout in forma ſujungitur, finaliter conquievit.

Finis inter nos & Abbatem de Burgo.

Hæc eſt finalis concordia facta in Curia domini Regis apud **Northampton**, *a die ſancti* Johannis Baptiſtæ *in unum menſem, anno Regni Regis* Henrici, *filii Regis* Johannis, *triceſimo primo, coram* Rogero *de* Turkelby *&c.*
1247. *& aliis domini Regis fidelibus tunc ibidem præſentibus, inter* Richardum Bardenay *Abbatem de* **Croyland** *querentem, &* Willielmum *Abbatem de* Burgo *deforciantem, de una virgata terræ cum pertinentiis in* **Peykyrke**, *& de quodam mariſco qui jacet infra metas ſubſcriptas, ſcilicet ab aqua de* **Croyland**, *quæ vocatur* **Neen**, *uſque ad illum qui vocatur* **Fynſet**; *& ab illo loco uſque ad* **Greynes**, *& a* **Greynes** *uſque ad* **Folkwaldeſtakyng**, *& deinde uſque ad* **Southlake**, *ubi* **Southlake** *cadit in* **Weland**; *& ſic ſicut aqua quæ vocatur* **Weland** *currit uſque ad* **Croyland**, *& ibi cadit in* **Neen**. *Unde finis factus fuit in Curia domini Regis* Johannis, *patris prædicti domini Regis, coram ipſo domino Rege* Johanne *apud* **Lexington**, *inter* Acharium *quondam Abbatem de* Burgo *ſancti* Petri, *prædeceſſorem ejuſdem Abbatis de* Burgo *petentis, &* Henricum *quondam Abbatem de* **Croyland**, *prædeceſſorem prædicti Abbatis de* **Croyland** *tenentis; & unde idem Abbas de* **Croyland** *queſtus fuit, quod prædictus Abbas de* Burgo, *contra prædictum finem impedivit ipſum per homines & ſervientes ſuos, quominus potuit capere ſtallagia, & facere attachiamenta infra quandam partem villæ de* **Croyland**, *quæ eſt infra prædictas diviſas; & ſimiliter quod cuſtodivit quendam pontem in* **Croyland**, *infra prædictum mariſcum, quo minus ipſe & homines ſui potuerunt habere tranſitum ſuum cum averiis ſuis ultra prædictum pontem. Et ſimiliter quod extirpavit & eradicavit arbores plantatas in prædicto mariſco, & quod cepit averia ipſius Abbatis de* **Croyland**, *& hominum ſuorum de* **Croyland** *& de* **Peykyrk** *in prædicto mariſco, contra prædictum finem. Et unde placitum finis facti ſummonitum fuit inter eos in eadem Curia, ſcilicet, quod prædictus Abbas de* Burgo *conceſſit pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſia ſua prædicta, quod prædictus Abbas de* **Croyland** *& ſucceſſores ſui de cetero, ſine contradictione ipſius Abbatis de* Burgo, *vel ſucceſſorum ſuorum, vel hominum, vel ballivorum ſuorum, libere poſſint capere ſtallagia & telonia, & omnia attachiamenta facere ubique in prædicta villa de* **Croyland**, *tam in prædicta parte villæ de* **Croyland**, *quæ ſita fuit infra prædictas metas, die quo hæc concordia facta fuit, quam alibi in eadem villa: ita quod prædictus Abbas de* Burgo *& ſucceſſores ſui de cetero nulla attachiamenta poterint facere in eadem villa de* **Croyland**, *nec in aliqua parte ejuſdem villæ, nec aliquid aliud in ea capere vel exigere, nec etiam aliquod impedimentum prædicto Abbati de* **Croyland**, *vel ſucceſſoribus ſuis, vel hominibus ſuis, vel eorum averiis ad prædictum pontem facere in perpetuum. Et præterea idem Abbas de* Burgo *conceſſit pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſia ſua prædicta, quod ipſi nec homines ſui poterunt aliquam feriam ſive venditionem averiorum vel aliquorum aliorum levare, vel habere extra prædictam villam de* **Croyland**, *quamdiu nundinæ de* **Croyland** *duraverint, per quam idem Abbas de* **Croyland** *vel ſucceſſores ſui aliquid poſſint amittere in prædictis nundinis ſuis de* **Croyland** *in perpetuum. Et pro hac conceſſione, fine & concordia,* Richardus *de* Hottot *ad petitionem prædicti Abbatis de* **Croyland** *conceſſit prædicto Abbati de* Burgo *& Eccleſiæ*

ſuæ

1247. Henric. 3. R.

ſuæ prædictæ, unam marcatam reddere in Folkeſworthe *percipient annuatim eidem Abbati de* Burgo, *& ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ, per manus* Roberti *de* Weſton, *&* Richardi *fratris* Aelrici, *de omnibus tenn. quæ ipſi* Robertus *&* Richardus *tenuerunt in villenaginam de prædicto* Richardo *de* Hottot *in eadem villa, die quo hæc concordia facta fuit, & per manus omnium aliorum qui in poſterum tenementa illa tenebunt, ad duos terminos in perpetuum, ſcilicet medietatem ad feſtum ſancti* Michaelis, *& alteram medietatem ad* Paſcha: *ſalvis eidem* Richardo *de* Hottot *& hæredibus ſuis omnibus ſervitiis de eiſdem tenementis provenientibus. Hæc concordia facta fuit inter eos ſalvis eidem Abbati de* Burgo, *& ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ, & prædicto Abbati de* Croyland, *& ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ, omnibus aliis articulis in priori fine inter prædeceſſores prædictorum Abbatum de prædicta terra & mariſco confecto contentis.*

Verum etſi venerabilis Pater iſte *Richardus* preſſuris mundi ſæpius fuit fatigatus, ſemper tamen, prout opportune potuit, ad rei familiaris augmentum conſiderationis ſuæ intuitum reflectebat. Nam novale illud quod Aſwyk dicitur, ex vaſtiſſimo producebat mariſco; & novale de Dovedale, quod poſtmodum per Abbatem *Thomam* ſucceſſorem ſuum ad opus Conventus eſt collatum, multo labore ſimiliter inchoavit: magno itidem fervore devotionis inflammatus ob reverentiam ſacroſancti corporis *Chriſti*, ſanctorumque Patronorum, ac reliquiarum, ad ſuſtentationem unius cerei, tanquam jugis ſacrificii coram ſummo altari die noctuque continue ardentis, centum ſolidos de feodo Eccleſiæ ſuæ de Whaplode percipiendos, officio luminis beatæ *Mariæ* in perpetuum aſſignavit. Sed & omnium fere Officialium redditus egregie ampliavit, & Maneria ſingula intus & extra ſufficienter diſpoſita, & opulenta poſt ſe dereliquit.

Manerium de Aſwyk.

Continuale coram ſummo altari.

Quumque in miniſterio ſibi credito decem annis ſtrenue ac ſtudioſe completis, cœleſte demum ſumpturus præmium pro labore, gravi decoctus infirmitate, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. Ejus vero ſucceſſor ad culmen regiminis erat dominus *Thomas Welles*, ejuſdem loci gremialis & ſubprior, vir utique venerabilis & eximiæ ſanctitatis. Qui quidem inter cetera quæ Conventui multipliciter contulit bona, omnium Officialium redditus decenter & facete ampliando; etiam novale quod Dovedale dicitur, cum piſcaria in toto rivo, cum terris arabilibus & non arabilibus, cum ſervorio & ædificiis, & omnibus pertinentiis ſuis, ad ſingulare commodum & uſum Conventus peculiarem, per chartam ſuam liberaliſſime conferebat. Cujus quidem novi loci unum caput & abbuttat ſuper foſſatum mariſci de Aſwyke verſus Orientem, & ſe extendit verſus Auſtrum per Shepee uſque ad Southplantes, & ſic per Leooldee uſque ad foſſatum quod vocatur Rededlos uſque Occidentem, & ſicut ſe extendit Rededlos uſque Aquilonem per quinque quarentenas & duas perticas & dimidium, & ab illo loco ex parte Aquilonali per novum foſſatum, quod ſe extendit ſuper prædictum foſſatum mariſci de Aſwyke verſus Orientem, & cum triginta acris prati juxta dictum novum locum ex parte Occidentali in dracca juxta foſſatum de Rededlos jacentibus, ſcilicet ad inveniendum lac ad cœnam Conventus per totam æſtatem, ſimiliter & tunicas competentes ſingulis annis, per manus Pitanciarii prædicto Conventui fideliter diſtribuendas. Conceſſit inſuper eidem totam decimam lanæ de omnibus Parochianis noſtris Croyland in procinctu & mariſcis totaliter integre percipiendum.

Obiit Abbas Richardus; Abbas Thomas.

Novale de Dovedale deditum Conventui.

De triginta acris prati & decima lanæ conceſſis Pitanciario.

Hic itaque Pater venerabilis multas pro juſtitia patienter ſuſtinuit perſecutiones, præcipue dum *Romanam* pro negotiis Eccleſiæ ſuæ adiret Curiam, ubi in partibus *Italicis* à peſſimis captus *Longobardis*, & in carcere per aliquod tempus recluſus; ſed Dei providentia miraculoſe ab eorum poteſtate fuerat liberatus. Artam namque apprehendens viam

quæ

1247. *Henric. 3. R.* quæ ducit ad vitam, & carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis, crebris vigiliis & jejuniis crucifigens, lorica cilicioque viciſſim quaſi veſtibus mutatoriis aſſidue induebatur. Erat inſuper vir iſte Dei ſervus in lege Divina excellenter edoctus, ita ut ſæpiſſime non tantum gregem ſibi commiſſum verbo ſanctæ exhortationis in capitulo ſpiritualiter paſcendo reficeret, verum etiam in Eccleſiis diebus ſolennibus palam populo ſanctæ prædicationis verba eructaret.

Obiit Abbas Thom. Welles. Tandem peracto certaminis ſui glorioſo triumpho, & anno ſui regiminis ſeptimo, ad nuptias agni immaculati feliciter evocatus, migravit è mundo, condignam ſui laboris mercedem in cœleſti patria recepturus. Poſt cujus deceſſum ad tumbam illius, ut multi teſtantur, infirmi diverſi optatam receperunt ſanitatem. Sed inter cetera illud mirabile contigit, aſſerentibus illis qui præſentes affuerunt, quod poſt annos ferme duodecim, cum quodam tempore ex cauſa evidenti corpus ejus à loco quo prius ſepultum fuerat ad alium locum decentiorem debuiſſet transferri, aperto prius ſepulchro, corpus ejus ſacerdotalibus indutum cute integerrimum repertum eſt & incorruptum; quod videntes qui aderant, in voce exultationis & laudis Deum in Sanctis ſuis mirabilem glorificabant. Ex ſepulchro vero ejus odor ſuaviſſimus tam vehementer efferbuit, ut prope aſtantes vix poterant ſuſtinere: cum timore autem & reverentia ſanctum corpus ejus in manibus aſſumentes, ad alium locum, videlicet ſub arcu lapideo in extremo Borealis alæ confinio honeſtius præparatum, devotiſſime tranſtulerunt. Ex quibus unus temeraria præſumptione ſeductus, digitum auricularem dicti Patris cute integrum de manu dextra fortiter evellens ſecum retinuit, qui poſtmodum præmatura morte temeritatis pœnas luit. Digne igitur Sanctus iſte in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudia tranſiit Angelorum.

De integritate corporis ejus poſt longam ſepulturam.

Abbas Radulphus præficitur. Succeſſit autem ei in Abbatis officio dominus *Radulphus Merſhe*, ejuſdem Monaſterii Monachus, tam in temporalibus quam in ſpiritualibus ſatis expertus, in adverſis conſtans & magnanimus, in dubiis providus & circumſpectus, in proſperis cautus & temperatus; erga Deum devotus, circa religionis cuſtodiam diligenter ſolicitus; erga mundum dapſilis & munificus, erga omnes fidelem & hilarem ſe exhibens, atque per religioſam converſationem irreprehenſibilem vitam ducens. Hic ſiquidem quaſi alter *Symon, Oniæ* filius, in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroboravit templum. Nam per immenſam æris effuſionem, & gravem in Curia Regis altercationem, Manerium de **Gedney** viriliter obtinuit, & Eccleſiam de **Whaplode** in proprios uſus, cum advocatione Eccleſiæ de **Eſton**, ſimiliter perquæſivit. Inſuper Mercatum in villis de **Whaplode**, **Baſton**, & **Croyland**, & Warennam in Maneriis ſuis de **Croyland**, **Langtoft**, **Baſton**, **Thetford**, **Burthorp**, **Bukenhale**, **Halyngton**, **Dovedyke**, **Whaplode**, **Holbech**, & **Aſwyke**, à Rege *Henrico* tertio ſpecialiſſime impetravit.

Manerium de Gedney.

De ſancto Edmundo Archiepiſcopo. Circa hæc itaque tempora ſanctus *Edmundus* de *Abendonia*, tunc *Sarum* Theſaurarius, ad Archiepiſcopatum *Cantuarienſem* eſt electus, qui ſub octavo ſui prælatus anno in tranſmarinis partibus exul obiit, & apud *Pontiniacum* in *Burgundia* ſibi ſepulturam elegit, ac poſtmodum in anno ſeptimo ſolenniter tranſlatus eſt, favente [a] .... quarto: quo ſancto viro adhuc ſuperſtite, & curæ paſtorali ſolerter [b]

in **Weſton**, *& de nongentis acris mariſci cum pertinentiis in* **Multon.** *Unde placitum fuit inter eos in eadem Curia, ſcilicet quod prædictus* Thomas, *recognita prædicta tenementa cum pertinentiis eſſe jus ipſius Abbatis & Eccleſiæ ſuæ de* **Croyland**, *& illa remiſit, & quiete clamavit de ſe & hæredibus ſuis prædicto Abbati & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ in perpetuum. Et præterea idem* Thomas *remiſit & quiete clamavit de ſe & hæredibus ſuis prædi-*

a Innocentio. *b* Deſunt quædam.

Et

cto Abbati & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ, totum jus & clam. quod habuit in omnibus tenementis cum pertinent. quæ idem Abbas & Eccleſia ſua prædicta tenuerunt infra metas de **Croyland** *die quo hæc concordia facta fuit; ſcilicet, in illis tenementis cum pertinentiis, quæ ſe extendunt a villa de* **Croyland** *ex orientali parte de* **Weland** *deſcendendo per aquam uſque* **Brotherhouſe**, *& ſic per* **Aſendyk** *uſque* **Aſwyktoft**, *& ſic uſque* **Shepee**, *& ſic per* **Shephee** *uſque* **Southee**, *& ſic per* **Oldhee** *&* **Nomanſland** *uſque ad aquam de* **Neen**, *in perpetuum: ita quod idem* Thomas *vel hæredes ſui de cætero nihil poterunt clamare vel exigere in prædictis tenementis cum pertinentiis, neque in Dominico, neque in ſervitio, neque in communa. Et idem Abbas recepit prædictum* Thomam *& hæredes ſuos in ſingulis beneficiis & orationibus quæ de cetero fient in Eccleſia ſua prædicta in perpetuum.* 1247. Edward.I.R.

Et licet ipſa domus noſtræ navicula fluctibus adverſantium & placitantium procellis, ejus temporibus circumquaque nimis fuerit aggravata, tamen ſubmergi funditus non potuit, dum prædictus nauclerus in puppis regimine præſidebat. Quocunque enim ſe diverterat, favente Chriſti gratia, proſperos ſemper ad vota ſucceſſus habebat. Turrim vero Eccleſiæ *Croylandiæ* ultra chorum, cum capella ſancti *Martini* juxta portam Eleemoſynariæ prædictus Pater Abbas *Radulfus* ædificavit. Qui poſtquam viginti & ſex annis inter varias & graves mundi preſſuras, importabileſque Regias pecuniarum exactiones Eccleſiæ ſuæ viriliter & ſtrenue præfuiſſet, in feſto ſancti *Michaelis*, anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo primo viam univerſæ carnis eſt ingreſſus. 1281. *Obiit Abbas Radulf. & ſucceſſit Richardus Croyland.*

Cui ſucceſſit in regimine, meritis ſuis exigentibus, dominus *Richardus Croyland*, Monachus ejuſdem loci & ejuſdem villæ natus; qui tam res quam religionem ſui Monaſterii in multis feliciter ampliavit. Incœpit itaque novam Eccleſiæ fabricam verſus orientem, magnis ſumtibus & expenſis, quæ noſtris adhuc ſeculis operis elegantia & decore venuſtatis etiam vicinas totius Provinciæ Eccleſias ſingulariter antecellit. Sed & manerium de **Dovedyke**, aulas quoque de **Langtoft**, **Wendlyngburgh**, & **Morburn**, cum pluribus officinis per ſingula maneria magnificis ſumtibus ædificavit. *Manerium de Dovedyke.*

Hujus Abbatis temporibus graves & frequentes ortæ ſunt diſſentiones & querelæ inter dominum de **Depynge** & homines de **Keſteven** ex una parte, & Abbatem *Croylandiæ*, Priorem de **Spaldynge**, & homines *Holandiæ* ex altera, pro mariſcis de *Holland* & **Keſteven**, eo quod metæ de quibus fit mentio in Chartis Regum *Angliæ* ſupraſcriptis, obſtructæ ſunt & adimpletæ bitumine; ita quod certa cognitio de eis & aperta nullatenus poterit demonſtrari. Homines igitur de *Holland* & **Keſteven** tempore prædicti illuſtris Regis *Edwardi*, filii Regis *Henrici*, in Parliamento ſuo petitionem quandam in lingua *Gallica*, prout tunc moris erat ſub hac forma propoſuerunt, *A noſtre ſeignior le Roy* &c. Quam utique petitionem ad faciliorem poſteriorum notitiam in idiomate prædicto minus eruditorum, vulgatiori ſtilo in linguam *Romanam* tranſtuliſſe nequaquam cenſebitur otioſum: & hæc eſt forma;

Domino noſtro Regi monſtrant & ſupplicant fideles ſui de **Holand** *&* **Keſteven** *in Comitatu* Lincoln. *ſuper mariſcis reſidentes, quod antiqua meta vocata* **Middeſendyke**, *quæ ſe tendit per medium mariſci ab aqua de* **Weland** *uſque ad* **Withom**, *quæ fuit diviſa inter* **Keſteven** *&* **Holand**, *prout adhuc apparet per cruces lapideas ſtantes, & alia apparentia ſigna, per quæ homines poſſent antiquas foveas renovare, in tantum inundata eſt, & bitumine repleta, quod cognitio diviſarum per quas executiones Regiæ, quæ in illis locis debent fieri quandocunque acciderint, nequaquam poſſit haberi, videlicet de officio Coronarii, Vicecomitis, & Ballivorum; unde contentiones & debatæ per ignorantiam diviſarum antedictarum, inter Dominos & gentes utriuſque patriæ ſæpius oriuntur. Unde etiam dictæ executiones aut minime fuerint aut male, in præjudicium Domini noſtri Regis, & grave damnum atque periculum populi* *Petitio pro diſſentione inter Holand & Keſteven.*

 ſui

1281. *ſui ibidem demorantis, per diverſas punitiones quæ poſſent eis in itinere & aliis*
Edward 3.R. *temporibus evenire. Inde ſupplicant Domino noſtro Regi, quod aliquis homo prudens & homo potens ad renovandum dictas metas aſſignetur; prout ſolebant fore ex antiquo, ad dicta pericula evitanda. Item ſupplicant* * * *

ætatis annorum quindecim Patre adhuc ſub cuſtodia detento, in feſto Purificationis Beatæ *Mariæ*, apud *Weſtmonaſterium* coronatus ſolenniter, in Regem *Angliæ* promovetur. Sed cito poſt hæc, Regem antiquum uſque ad caſtrum de Berkeley tranſmiſerunt: ubi cum multi conſpirarent ad ejus liberationem, cum ignito veru in ſecretis nefarie confoſſus turpiter periit interemtus.

Mors Edwardi Secundi.

Verum pauca quædam hic inſerenda ſunt, quæ in prædicta vacatione Abbathiæ *Croylandiæ* per ceſſionem domini *Symonis* nuper Abbatis, ut præmittitur, factam memorantur. Nam ſtatim à prima die vacationis præfatæ, quæ erat in anno Regis *Edwardi* Secundi decimo octavo, quidam *Mathæus Brown*, dicti domini Regis Eſchaetor in Comitatu *Lincolniæ, Northamtoniæ, Cantabrigiæ, Rotlandiæ*, omnia prædictæ Abbathiæ bona in manus Regias confiſcabat. Unde venerabilis Pater nunc Abbas *Henricus*, ejus ſucceſſor, Regiæ celſitudini devote ſupplicavit, quatenus pro tempore dictæ vacationis, ſuſtentatione Prioris dicti Monaſterii & conventus, corrodiariorum ac ſervitorum ejuſdem domus, eis gratioſe dignaretur allocare, de exitibus prædictæ domus ab antiquo aſſignatis, pro veſtimentis, calciamentis, lineis, & aliis neceſſariis Monachis, & etiam luminaribus in Eccleſiis tempore Divini ſervitii inveniendis. Rex autem breve ſuum direxit Theſaurario & Baronibus de ſcaccario ſuo, quatenus ipſi rotulos & memoranda dicti ſcaccarii diligenter ſcrutarentur, ad ſciendum per compota Eſchaetorum, quanta Cuſtodibus dictæ Abbathiæ ſumma, tempore vacationis hujus, pro ſuſtentatione Prioris & conventus ut ſupra, ſolita fuerit allocari. Illi vero, prædictis memorandis perſcrutatis, domino Regi certificabant, ſe binam dictæ Abbathiæ comperiſſe vacationem, ſed nullam omnino de ſuſtentatione Prioris & conventus ac aliorum allocationem fatebantur inveniſſe. Rex igitur attendens juſtum eſſe & conſonum rationi, quod prædicti Prior & conventus, corrodiarii & miniſtri, de exitibus domus prædictæ, durante vacatione ejuſdem ſuſtententur, & luminaria ad Dei obſequium ſimiliter conſerventur; cuidam *Will. Brokelousby* Clerico Rememoratori de ſcaccario ſuo direxit in mandatis ad inquirendum per ſacramentum proborum & legalium hominum, quot Monachi, quot corrodiarii, quot etiam ſervitores & miniſtri neceſſarii, in Abbathia prædicta, toto tempore prædictæ vacationis, extiterunt. Capta vero fuerat inquiſitio apud Stamford. coram prædicto *Will.* anno tunc Regis *Edwardi* Tertii ſecundo, per ſacramentum octodecim Juratorum, affirmantium quod fuerant in Abbathia *Croylandiæ* continue per totum tempus vacationis antedictæ, quadraginta & unus Monachi, quindecim corrodiarii, triginta ſex ſervitores & miniſtri neceſſarii; quos ſingulos nominatim expreſſabant. Poſtquam autem domino Regi de præfata inquiſitione per dictum Rememoratorem fuerat certificatum, miſit Rex literas Theſaurario & Baronibus de ſcaccario ſuo prædicto, quatenus allocarent ſæpedicto *Mattheo* Eſchaetori in compoto ſuo de tempore vacationis Abbathiæ prædictæ, pro Priore per diem ſex denarios, pro quolibet Monachorum tres denarios, pro quolibet corrodiorium ſimiliter tres denarios, & pro officiario ſeu miniſtro duos denarios; mandans etiam diſtricte Eſcheatori prænominato, quod prædictis Monachis ſummam perſolveret aſſignatam. Et valuit domino Regi clare per heddomadam octo libras, octodecim denarios. Sed jam in his parumper digreſſi, ad ſuperiora redeamus.

De allocatione Monachorum tempore vacationis.

Interim

Interim quidem domina *Joh. Wake* & uſque in vitæ ſuæ fidem, nequiſſimas 1328.
nobis per miniſtros ſuos augmentans injurias, vita tandem defungitur: & *Edward 3. R.*
dominus *Thomas* filius ejus, qui dominam *Blanchiam Henrici* Comitis *Lan-* *Thomas Wake*
caſtriæ ſororem deſponſavit, ſecundum leges Regni, terras ejus eſt ingreſſus. *Dominus de Depynge.*
Iſte *Thomas Wake* clamans dominium in mariſco de **Croyland** vocatur
Goggiſlound, dicens illum parcellam fore manerii ſui de **Weſtdepynge**;
etiam gravamina crebra & quotidianas injurias, non ſolum *Croylandenſibus*,
ſed & *Spaldingenſibus* ſæpius inferebat. Sed Abbas *Croylandiæ Henricus* ei-
dem ſemper in omnibus fortiſſime reſiſtens, in nullo ejus tyrannidi locum
dedit. Quodam ſiquidem tempore dictus *Thomas Wake*, nobilium juve-
num, non minus generoſitate quam fortitudine præminentium, collecta
multitudine, inter quos erat dominus *Henricus* poſtea Dux *Lancaſtriæ*, cu-
jus ut diximus ſororem dominam *Blanchiam* præfatus *Thomas* duxerat in *Thomas Wake*
uxorem; aſſultum in *Spaldingenſes* violenter facere proponebat. Quo *invaſit Spaldingenſes.*
comperto, Prior de *Spaldingia* invictam multitudinem *Holandenſium*, cli-
peis & armis ſufficienter præparatam, ad ejus reſiſtendum malitiæ proti-
nus adunavit. Qui ejus impetum ferocem & malignum animi propoſitum
viriliter ſatis eluſiſſent; ſi non unus quidam de *Spaldingia*, *Thomas Thur-*
gard nomine, gentis ſuæ proditor prædictum Priorem & ſecum exiſtentes à
ſua intentione præpediſſet; dicens ſe à curia dicti domini *Thomæ Wake*
recenter exiviſſe, & juxta quod eis vulgaris rumor innotuit ibidem nulla-
tenus actum [a]

redeunti & ſe lætum diem cernere confidenti, talem cum indignatione
dederit reſponſionem, *Scias pro certo, domine Abba, & pro firmo teneas, quia*
totum illud quod Domina Principiſſa Mater mea tenuit ante me, & jure hæredita-
rio ad me conſtat eſſe devolutum; in quantum potero tenebo, & totis viribus defen-
ſabo. Quibus dictis cum impetu diſceſſit, & Abbas ſuo fruſtratus voto, triſtis
& confuſus ad propria remeavit. Qui etſi tam gravem & ingratam ſuſtinue-
rit repulſam, non tamen effractus eſt animo, nec ab opere ceſſavit incœpto,
ſed iterum atque iterum oportune importune dictum Comitem aggreditur:
vice una apud manerium ſuum de **Brime**, altera apud *Cantabrigiam*, tem- 1388.
pore quo Parliamentum anno eodem ibidem tentum eſt, multa ſuppli-
catione depoſcens, ut ad certos diem & locum peritos de conſilio ſuo aſ-
ſignare dignaretur, quibus Abbas ſuas evidentias expreſſius poterit demon-
ſtrare. Sed neque ſic voti ſui compos eſt effectus. Videns igitur nec iſto
modo ſuam prævalere induſtriam, ad Comitem de **Derby** *Henricum* Ducis
Lancaſtriæ filium ſe convertit. Nam tunc temporis Dux *Lancaſtriæ Jo-*
hannes, pater ejus, bellum agens in *Hiſpania* morabatur. Cui etiam de-
vota precum inſtantia ſupplicavit, quatenus dictum Comitem *Cantiæ* al-
loqui ſibi complaceret, ut Abbas *Croylandiæ* & tenentes [b] Patris ſui de *Spal-*
dingia, ſaltem uſque ad ejus adventum in *Angliam*, ſine vexatione ejus aut
miniſtrorum ſuorum, poſſent permanere; & ſiquid cauſæ prætenderet con-
tra eos, uſque ad præfatum tempus poneret in ſuſpenſo. Annuit Comes,
ſperans dictum Ducem in *Angliam* nunquam amplius reverſurum.

In æſtate vero ſequente, Deo diſponente, venit ſupradictus Dux de par- 1389.
tibus tranſmarinis; per cujus auxilium & favorem, iterato Communitates
Holandiæ pro diviſione inter *Holandiam* & **Keſteven** in mariſco facienda,
petitionem in Parliamento tunc apud *Weſtmonaſterium* tento propoſue-
runt, Anno Regni Regis *Richardi* decimo tertio, & Anno Domini mille-
ſimo trecenteſimo octogeſimo nono. Rex autem libenter eorum petitio- 1389, 90.
ni conſenſit; & mox peracto Parliamento, Commiſſionem à Cancellaria
ſua potentioribus & valentioribus comitatus prædicti direxit; ut ſine ulte-

a Deſunt quæd. *b* Prioris.

1390. riori dilatione ad finem proſperum, ſecundum formam petitionis antedictæ, materiam præfatam diligentius elaborarent; videlicet ad inquirendum per ſacramentum tam militum quam aliorum proborum & legalium hominum de utraque partium prædictarum de *Holandia* & Keſteyven, tam infra libertates quam extra, per quos rei veritas melius ſciri poterit, de metis, bundis, & diviſis inter partes prædictas ab antiquo habitis, factis, poſitis, ſive fixis; ac de locis & plateis ubi hujuſmodi metæ, bundæ, & diviſæ olim poſitæ fuerunt ſive factæ; ac ad metas, bundas, & diviſas inter partes prædictas, palos, foſſata, cruces lapideas, ſeu alia ſigna ſufficientia, in locis & plateis prædictis, per quæ hujuſmodi metæ, bundæ, & diviſæ totis futuris temporibus in certo ſciri valeant & cognoſci, erigendum, limitandum, & aſſignandum; ita quod homines utriuſque partium prædictarum, metas, bundas, & diviſas illas per hujuſmodi ſigna clare & aperte ſcire valeant & cognoſcere in futurum. Mandavit etiam dominus Rex Vicecomiti *Lincoln.* quod venire faceret coram Juſtitiariis apud crucem lapideam ſuper *le* Briggedyke, in confinio partium prædictarum de *Holandia* & Keſteven in Comitatu prædicto, inter Donyngton in partibus de *Holandia*, & Seyntſavos in partibus de Keſteyven, die *Veneris* proximo poſt feſtum *Corporis Chriſti* tunc proxime futuro, viginti quatuor tam Militum quam &c. per quos metæ, bundæ, & diviſæ, ac perambulatio inter partes prædictas fidelius ac ſecurius fieri, & rei veritas in præmiſſis omnibus melius ſciri & cognoſci poterit & inquiri. Mandavit inſuper eidem Vicecomiti quod publice & ſolenniter in diverſis locis partium prædictarum, tam infra libertates quam extra, faceret proclamari, quod omnes illi quos præmiſſa aliqualiter concernunt, coram dictis Juſtitiariis ad dictos diem & locum perſonaliter intereſſent.

Richard. 2. R.

Igitur die *Mercurii* ante idem feſtum *Corporis Chriſti* advenerunt *Croylandiam* viri qui à Vicecomite pro dicta inquiſitione fuerant aſſignati, ad videndum metas & diviſas ab antiquo poſitas, & ad petendum ab Abbate *Croylandiæ*, qui de hac materia præſtantiores habet evidentias, plenariam informationem. Qui ab eo ſufficienter inſtructi, & in cibariis humaniſſime recreati, ad propoſitum negotium unanimiter proceſſerunt. Die *Veneris* igitur ſequente, capta eſt inquiſitio coram *Roberto* de Wylughby, *Philippo le Deſpenſer*, *Radulfo Crumwelle*, *Will.* de *Skypwyth*, *Will. Thyrnyng*, *Richardo Sydenam*, *Johanne Markam*, *Edmundo Del Clay*, & *Roberto Martell.* apud crucem lapideam ſuper *le* Briggedyke de metis, bundis, & diviſis ab antiquo poſitis, in quodam mariſco inter aquas de Weland & Wythum ac infra dictam aquam de Weland in Comitatu *Lincolniæ* per ſacramentum *Andreæ* de *Leek*, *Chivaler*, *Johannis Holbeth*, *Chivaler*, *Johannis Meers*, *Ranuphi Bolle*, *Philippi Sarnon*, *Thomæ Wellby*, *Richardi Stevenſon*, *Will. Wyhum*, *Stephani Copuldyke*, *Johannis Bly*, *Radulphi Farceux*, & *Johannis Grane*, de partibus *Holandiæ*; & per ſacramentum *Johannis Paynell. Chivaler*, *Nicholai Hobden*, *Chivaler*, *Johannis Walſhe*, *Chivaler*, *Heliæ Medelton*, *Will.* de *Boſton*, *Will.* de *Cranewell*, *Johannis Leek* de *Cobbye*, *Thomæ* de *Sleford*, *Alani* de *Hekleshale*, *Antonii* de *Spanby*, *Radulphi* de *Stanton*, & *Johannis* de *Haryngton*, de partibus de Keſteven. Qui omnes cum Juſtitiariis prædictis, ad perambulationem, ſuperviſum, inquiſitionem, limitationem & aſſignationem, de metis, bundis, & diviſis inter partes prædictas fideliter faciendis, inſimul proceſſerunt. Incipientes igitur die *Sabbati* ſequente, à loco quodam ex auſtrali parte dicti mariſci, vocato Kenulphſton à primo Abbate Monaſterii *Croylandiæ*, *Kenulpho* nomine, ſic appellato, & ibidem pro limite *Croylandiam* & Depynge ab eodem poſito; dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod metæ, bundæ, & diviſæ ab antiquo poſitæ & fixæ inter partes ſupradictas in mariſco prædicto, inter aquas prædictas, & infra dictam aquam de Weland, incipiunt in prædicto loco vocato Kenulphſton in Auſtrali parte mariſci prædicti, modo in aquam de Weland, in quo quidem loco quædam crux lapidea olim erecta

Inquiſitio pro perambulatione.

Nomina Juratorum.

Kenulphſton.

Verdictum.

ereƈta & conſtruƈta fuit, pro una antiquarum metarum, bundarum, & divisarum inter partes prædiƈtas in mariſco prædiƈto, cujus quidem crucis corpus per cretinum aquæ & tempeſtatem venti obrutum & confraƈtum exiſtit; & quidam lapis qui fuit pes & fundamentum ejuſdem crucis, adhuc jacet ibidem abſque remotione aqua coopertus, qui quidem locus vocatus **Benulphſton**, qui eſt prima antiqua meta, bunda, & diviſa inter partes prædiƈtas, in confinio partium prædiƈtarum in parte Auſtrali diſtat à villa de **Croyland** in partibus de *Holandia* quaſi per duas leucas per æſtimationem verſus Occidentem: ſuper quo viſo loco prædiƈto vocato **Benulphſton**, tam per Juſtitiarios prædiƈtos, quam per Juratos prædiƈtos, videtur quod neceſſe eſt quod una vel duæ cruces ibidem erigatur vel erigantur, pro majori cognitione antiquarum metarum, bundarum, & diviſarum inter partes ſupradiƈtas, temporibus poſt futuris. Ideo conſideratum eſt, quod duæ cruces, una lignea & altera lapidea, in loco prædiƈto contigue prædiƈto lapidi nuper ibidem pro fundamento & pede antiquæ crucis prædiƈtæ, poſitæ ex orientali parte ejuſdem lapidis verſus *Croylandiam* ponantur & erigantur. Et dicunt ulterius Juratores prædiƈti ſuper ſacramentum ſuum, quod metæ, bundæ, & diviſæ ab antiquo habitæ & fundatæ inter partes prædiƈtas in mariſco prædiƈto, ſe extendunt à prædiƈto loco vocato **Benulphſton** uſque quendam locum vocatum **Wodelode-graynes** verſus Boream, ultra quoddam foſſatum jam noviter, tempore dominæ *Blanchiæ Wake*, per *Depyngenſes* violenter ereƈtum; quod quidem foſſatum diſtat à prædiƈto loco vocato **Benulphſton** quaſi per unum ſtadium verſus Boream. Ideo conſideratum eſt, quod in loco prædiƈto quædam crux pro una metarum, bundarum, & diviſarum inter partes prædiƈtas, ſuper foſſatum illud figatur & erigatur, ut & clarius & certius metæ, bundæ, & diviſæ à prædiƈto loco vocato **Benulphſton** uſque prædiƈtum locum vocatum **Wodelodegrayns** inter partes ſupradiƈtas, videri poſſint & cognoſci. Et inſuper faƈta perambulatione uſque prædiƈtum vocatum **Wodelodegrayns**, alio nomine vocatum **Oggot**, Juratores prædiƈti dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod locus ille eſt una metarum, bundarum, & diviſarum inter partes prædiƈtas ab antiquo [inter partes prædiƈtas] in mariſco prædiƈto fundatarum & poſitarum; & quod neceſſe eſt, quod quædam crux, pro majore declaratione & cognitione metarum, bundarum, & diviſarum ab antiquo inter partes prædiƈtas habitarum, ibidem erigatur. Et quia hoc præfatis Juſtitiariis expediens videtur & neceſſarium, ideo conſideratum eſt, quod quædam crux lapidea vel lignea ibidem erigatur, ne & metæ, bundæ, & diviſæ ab antiquo in mariſco prædiƈto inter partes ſupradiƈtas habitæ & faƈtæ, oblivioni dentur futuris temporibus quovis modo. Igitur uſque ad hunc locum vocatum **Wodelodegrayns**, alio nomine **Oggot**, ſunt metæ & bundæ Abbatis de **Croyland**, de quadam parcella mariſci prædiƈti, vocati **Goggyſlound**. Et quia ulterius non ſe extendunt, ideo de diƈta perambulatione ſuperſedemus ulterius ſcribere pro præſenti.

1390. *Richard 2. R*

Pro Coggyſlound.

Prædiƈta ſiquidem completa perambulatione, novis quoque crucibus & ſignis inter *Holandiam* & **Keſteven**, ut prædiƈtum eſt, ereƈtis & firmatis, adhuc à *Depyngenſibus* de die in diem in Abbatem *Croylandiæ* multiplices fulminantur minæ, & per diƈtum *Thomam Holand* Comitem *Cantiæ* & ejus miniſtros, in forinſecis Abbatis Maneriis plura gravamina ingeruntur. Nam primo quidem in Mareſtalciæ Regis Curia, apud *Stamfordiam* tunc temporis tenta, per billas nimis graves, ſed veritati contrarias ipſum graviter moleſtabant. Beſtias quoque & diverſi generis animalia ultra numerum quinquagenum, de Maneriis diƈti Abbatis de **Langtoft** per inſidias abigentes, in Manerio Comitis apud **Weſtdepynge** longo tempore detinuerunt: prædiƈtum etiam Abbatem de pacifica ſua poſſeſſione perturbantes, piſcati ſunt in aqua de **Weland**, piſcaria ſua ſeparali à **Benulphſton**

De injuriis amplius nobis irrogatis.

1390. **mulphſton** uſque **Brotherhouſe**, & inventa ibidem retia in minutias la-
Richard. 2 R. cerantes diripuerunt. In mariſcis inſuper dicti Abbatis, Maneriis ſuis de **Langtoft** & **Baſton** pertinentibus, tenentes ſuos prout debeant turbas fodere, & aliud in eis commodum capere, nullatenus permiſerunt. Et pro non reparatione de *le* **Northee** juxta **Baſtondyke**, extra dominium de **Depynge**, non ſolum præfatum Abbatem & tenentes ſuos in Curia de **Depynge** amerciaverunt, ſed etiam pro dicto amerciamento ipſum in proprio mariſco ſuo de **Baſton** graviter diſtrinxerunt. Venientes quoque ad mercatum de **Depynge** dicti Abbatis ſervientes victualia comparare, uſque ad vitæ deſperationem verberabant, & de naviculis ſuis in aquas projicientes, ita contumeliis afficiebant & injuriis, quod nullum omnino tranſvectionis ſuffragium ad Abbathiam prædictam per aquam poterant obtinere. Duas vero carectas Abbatis cum ſexdecim equis, rei familiaris annona & domeſticæ curæ neceſſariis onuſtas, in itinere verſus *Croylandiam* violenter invadentes, tamdiu apud **Torpel** in proprios uſus detinebant, donec per literas domini Ducis *Lancaſtriæ* ad dicti Abbatis inſtantiam, eas reſtituere cogebantur. Amplius in prædictum Abbatem ejuſque tenentes & miniſtros tam graves & apertas occidendi, verberandi, & malefaciendi intentant minas, quod infra dimidium de **Depynge**, aut in omni circa regione, nequaquam auſi ſunt devenire, ſeu aliqua negotia exercere.

1391. In craſtino autem ſancti *Martini* proximo ſequente, anno Regis *Richardi* decimo quarto, apud *Weſtmonaſterium* tentum fuit Parliamentum. In quo præfatus Comes *Cantiæ*, præter prædicta, graviter de Abbate *Croylandiæ* ſuper multis & intolerabilibus ſibi illatis injuriis verbo tenus eſt conqueſtus.

Johannes Gaunte amicus Croyland.

Sed dominus *Johannes Gaunte*, Dux *Lancaſtriæ* tunc ibidem præſentaliter exiſtens, & ſingulos ſuæ querelæ articulos minus eſſe veros in dicto Parliamento publice affirmabat; dixerat enim ſe in æſtate præcedente in eadem fuiſſe patria, & omnia fere ſuis contraria dictis oculata fide conſpexiſſe. Videns itaque Abbas *Johannes* dictum Comitem adverſus eum tam crudeliter eſſe commotum, & in ſuo adhuc clameo obſtinatum, ſciens quod tanti

Abbas conqueritur Regi de Comite.

viri malitiam ſe non poſſe facile ſuſtinere, dominum Regem *Richardum*, fundatorem ſuum mox adiit, & imminentia Monaſterio ſuo pericula ſibi conſtanter demonſtravit; aſſerens ſe ulterius onus fundationis ſuæ ſufferre non valere, niſi Regia citius ei clementia auxilium providere dignaretur opportunum. Sibi quoque præſentavit billam, præfatas injurias ac ſingula ſibi irrogata diſpendia, prout præmittitur, plenius continentem. Quam utique billam Rex in continenti domino Duci *Lancaſtriæ*, qui ibidem præſens erat, tradidit conſervandam, ex parte ſua inſtantius imperans, ut eam coram eruditis de Conſilio ſuo legi faceret, ut ipſi fundationis ſuæ domui, ſecundum quod lex terræ & juſtitia judicabunt, pacem & requiem providerent. Dominus autem Dux imperata gratanter ſuſcipiens, omnia juxta Regis imperium & voluntatem efficaciter adimplevit.

Abbas autem tunc temporis præſentialiter aſſiſtens, charitatis intuitu à dicto domini Regis Conſilio ſuppliciter expetiit, ut ſuas evidentias coram eis declarari libenter ſuſtinerent, & ſibi ſecundum eas dictante juſtitia judicarent. Illi autem cernentes ſe non poſſe ſine evidentiis in cauſa juſte decernere, advertentes etiam Comitem adverſarium ejus, pro defectu evidentiarum nolle comparere, ſponte conceſſerunt, ſe ipſius evidentias inſpecturos, & ei quantum de lege liceret, finem proſperum viſuros; inſuper & uſque in octab. *Hillarii* quem diligenter obſervaret,

Aſſignatur ei dies.

eidem aſſignabant diem, ut tunc cum ſuis evidentiis, omni dilatione remota, coram eis iterum debeat comparere. Timens vero Abbas ex hac mora imminere ſibi poſſe diſpendium, quod tempore videlicet medio, gravamina non modica à miniſtris dicti Comitis evenirent, à præfato domini Regis Conſilio humiliter poſtulavit, ut ſibi de pace & quiete pro-

viderent, quouſque inter dictum Comitem & ipſum orta diſſentio melius poterit terminari; quod illi libenter annuentes, literam ei ex parte Regis ſub ſigillo ſuo privato miniſtris dicti Comitis dirigendam conceſſerunt: cujus tenor literæ quanquam *Gallice* dictatæ, in lingua *Latina* conſequenter annotatur. 1392. *Richard. 2. R.*

Richardus *Dei gratia* &c. *dilectis nobis* Johanni *de* Repynghale *Seneſchallo, &* Johanni *de* Hollandia, *Receptori cariſſimi fratris noſtri Comitis* Cantiæ, *& ceteris miniſtris quibuſcunque in Comitatibus* Lincoln, Northampton, *&* Huntington, *& cuilibet eorum ſalutem. Volumus de aſſenſu noſtri Conſilii, & firmiter vobis injungimus & mandamus, quatenus nec per vos neque per alios in nomine veſtro, aliqua gravamina ſeu diſpendia faciatis dilecto nobis Abbati* Croylandiæ, *ejuſve tenentibus aut miniſtris, quin dictum Abbatem ſuoſque tenentes & miniſtros pacifice exire patiamini & redire per dominia dicti Comitis, pro ſuis peragendis neceſſariis, quouſque controverſiæ quædam & lites inter dictum Comitem & præfatum Abbatem pendentes, per noſtrum Conſilium debite diſcuſſæ fuerint & reformatæ. Et quod vos prædicti, Seneſcalle & Receptor, omnes homines, tenentes, & ſervientes dicti Comitis in dominiis ſuis infra prædictos Comitatus exiſtentes, ex parte noſtra diſtricte faciatis commoneri, quatenus ſint obedientes & intendentes ad ea quæ eis injunximus per præſentes, & quod in nullo faciant contrarium, ſub periculo quod inde poterit evenire. Similiter & vos ipſi noſtrum mandatum prædictum ex parte veſtra teneri firmiter & obſervari faciatis, ſecundum effectum & tenorem ejuſdem, ſicut volueritis inde reſpondere, & ſub periculo antedicto. Dat.* &c. *nono die* Decembris, *Anno Regni noſtri decimo quarto.*

Litera Regis de indempnitate.

Cumque hæc Regis litera in Curia Comitis apud Depynge coram ejus Tenentibus perlecta fuerat & declarata, omnes velut amentes effecti, verbis blaſphemiæ dominum ſuum maledixerunt, & malitiam ſuam ita deprimi videntes, rugitum magnum cum fremitu emiſerunt. Abbas autem & ſui, uſque ad terminum præfixum, in pace & ſine contumelia per villas ejus ad ſua peragenda neceſſaria libere tranſierunt, ſed & ejus victualia per fines eorum pacifice pertranſire ſunt permiſſa.

Igitur adveniente *Hillarii* Termino, Abbas verſus *Londonias*, diem ſuum obſervaturus, celeriter feſtinavit, ubi cum multis elapſis diebus adventum Comitis expectaſſet, videns quod conatus ſui intentione fruſtraretur, niſi aliter citius laboraret, coram Regis Conſilio ſe præſentans, cauſam ſui adventus maturo ſpiritu patefecit. Illi vero declarationem ejus veram eſſe cognoſcentes, & petitionem juſtam aſſerentes, confeſtim cuidam *Johanni Wodrove*, qui ibidem tunc præſens erat, imperabant, ut erga diem ſequentem Comitis conſilium præmuniret, quatenus coram eis ſe præſentent, & quod erga diem aſſignatum facere deliberaſſent, ſine ulteriore dilatione eos reddant certiores. Ille autem cuncta peragens ſecundum quod ab eis acceperat in mandatis, quod reſponſi à Comitis conſilio habuiſſet, ſequente die coram eis publice declaravit, hoc videlicet, quod illa die propter alia negotia præpediti, coram Regis Conſilio nequaquam poterant comparere, ſed & de die prænominato nullam ſe penitus habuiſſe notitiam conſtanter affirmabant. Quod illi audientes, utpote viri ſagacis ingenii, pro certo ſciebant Comitem nolle comparere, ſed incaſſum tempus prolongare, quouſque de Abbate ſe ulciſcendi tempus inveniat opportunum: unde inter ſe mutuo cauſa agitata eſt, quomodo contra Comitis propoſitum remedium congruum ordinarent, & Abbati per ſuas evidentias finem proſperum providerent. Conſiderantes tamen Comitis excellentiam, erat enim frater domini Regis inſtantis, ne forte ejus indignationem incurrerent, aut improperia poſtea ſuſtinerent, quod Abbati nimium faventes, ſibi quoque viderentur eſſe contrarii: ad hoc inter ſe tractando devenerunt, quod ei per literas Regis ſub privato ſuo ſigillo totam materiam continentes, alia dies uſque in tres ſeptimanas

Abbas rediit Londinum.

Pars adverſa non comparuit.

Nova dies limitatur.

1392. ſeptimanas *Paſchæ* denuo foret aſſignanda, quod quidem ſtatim effectui
Richard 2. R. mancipatum eſt. Conſimiles quippe domini Regis literas etiam præfato Abbati *Croylandiæ*, ut & ipſe eundem cautius obſervaret diem, communi decreto deſtinabant.

Iterum rediit Abbas Londinum. Ad diem igitur aſſignatam apud *Londonias* Abbas præſentem ſe exhibuit, ſicuti per Regis literas eidem fuerat imperatum; ſed pars adverſa nequaquam comparebat. Accidit autem quod Conſilium Regis circa ardua & urgentia Regni negotia illo Termino in tantum fuerat occupatum, quod ad minora & collateralia negotia minus poterat attendere, aut circa hujuſmodi diligentiam adhibere. Abbas autem ſagaci conjiciens animo, ne adverſarii ſui futuris temporibus aſſignati diei defaltam ſibi imputarent, Cancellarium domini Regis, & Clericum de privato ſigillo mox adiens, eiſque literam domini Regis, per quam prædicta dies fuerat ſibi limitata, humiliter exhibens, inſtantius exoravit, quatenus ſuam præſentiam in ſcriptis dignarentur recordari. Illi vero hoc ſe libenter facere concedentes, diem apparentiæ ſuæ, ne per varias occupationes ab eorum memoria deleretur, ſuper literam prædictam, quam ſecum detinebant, conſcribi fecerunt & indorſari. Inſuper & eidem Abbati, pro eo quod jam non poſſet coram Regis Conſilio de ſuis negotiis expedire, ad quindenam ſancti *Michaelis* redire conſuluerunt. Domum igitur reverſus, & de ſpe ſua multum prolongatus, diem ſervare diſpoſuit antedictum. *Alia dies aſſignatur.*

Ab illo ergo die uſque ad feſtum ſancti *Laurentii* proxime ſequens, dictus Abbas, ſervientes, & tenentes ſui, per villam de Depynge libere & pacifice tranſierunt, & omnia ſibi neceſſaria abſque impedimento vel convitio tranquilliſſime perfecerunt. Medio itaque tempore dictus Comes *Cantiæ* militem quendam capitoſum & ferocem nimis, *Nicholaum* de *Clifton* nomine, in officium Seneſcalciæ ſuper terris ſuis præficiebat, qui circa feſtum ſancti *Laurentii* ad villam de Depynge pro exequendo officio ſuo veniens, tenentibus dictæ villæ querelam maximam de Abbate *Croylandiæ* deponentibus, inconſulte ſatis protinus imperavit, ut quemcunque Monachum vel tenentem dicti Abbatis per dominium ſuum cernerent tranſeuntem, mox ad manerium domini ſui perducerent, & præſentarent. Illi vero in inſidiis latitantes, velut catuli leonum rugientes ut rapiant, de die in diem circumſpiciunt & diſcurrunt, ſi quenquam de *Croylandenſibus* vel *Spaldyngenſibus* poſſent capere, ſuper quem ſuæ malitiæ vindictam poterant exercere. *Nicholaus de Clifton.*

De Monacho Croylandiæ. Tandem die *Jovis* proximo ante feſtum ſancti *Bartholomei*, Monachus quidam *Croylandiæ*, Eleemoſynarius ejuſdem loci, habens cauſam illic tranſeundi, & ignorans malitioſum propoſitum villatarum, paulo ante ſolis occaſum per partes illas, nullius malæ rei conſcius, ſimpliciter, & idcirco confidenter pertranſivit; de latibulis igitur erumpentes tres vel quatuor garciones, illum inhoneſte & injurioſe tractaverunt, & per duo longa abinde miliaria cum magna contumelia deductum, coram Seneſcallo domini ſui velut magnum exennium præſentarunt. Quem mox de diverſis ſibi illatis injuriis inſtantiſſime accuſabant, petentes inde ſibi fieri ultionem. Seneſcallus autem multis cum convitiis aggrediens, per fidem & militiam ſuam proteſtatus eſt, quod ſi in aliquo articulo de quibus eum accuſabant, reus inveniretur, per medium ſtagni ter vel quater eum faceret pertrahi, & poſtea in arta cuſtodia detineri, donec ſuus Abbas ejus liberationem procuraret. Monachus vero multum triſtis & anxius, præſtito juramento in verbo ſacerdotii, de omnibus ſibi impoſitis fideliter ſe excuſans, tandem nocte obſcuriſſima ingruente cum magna injuria ſibimet eſt dimiſſus.

Poſtera autem die *Spaldyngenſem* quendam ſuper *le* Baſtondyke, juſſu Seneſcalli prædicti, apprehenderunt, quem ter vel quater in aqua ſubmergentes,

1392. *Richard. 2. R.*

mergentes, fatigatum & ſeminecem equo impoſitum ad manerium Comitis apud Depynge adduxerunt, & eum ibidem in cippis & dura cuſtodia recluſerunt. Alium quoque hominem de Spaldynge eadem hebdomada comprehenſum, & multis affectum contumeliis ceciderunt, alterum ejus brachium crudeliſſime confringentes. Nautas etiam *Croylandiæ* ad Walrumhall. cum navibus ſuis advenientes, & nihil mali ſuſpicantes, ſocii dicti ballivi de inſidiis ibidem egreſſi, enormiter incautos verberabant, & vulneratos in aquam præcipites ruere compellebant.

Minæ Depyngenſes.

Inſuper & his atrocibus injuriis addentes prævaricationem, graviores etiam intentabant minas, quod in feſto ſancti *Bartholomei*, quod tunc inſtabat, adventarent *Croylandiam*, & ibidem invitis quibuſcunque manu forti caperent theloneum. Quibus rumoribus per totam *Holandiam* confeſtim divulgatis, in dicto ſancti *Bartholomei* feſto tres aulici Comitis de Derby, qui tunc temporis apud *Burgum* ſancti *Petri* traxit moram, *Croylandiam* advenerunt, cum quibus *Holandenſium* multitudo convenerat copioſa; occaſione accepta ſeſe de injuriis ſuis proximis nuper irrogatis acriter, imo alacriter vindicandi. Qui primo ſuo adventu mox villam *Croylandiæ* circumquaque perluſtrantes, quoſdam de *Depyngenſibus* inventos in arta conſtrinxere cuſtodia: quoſdam vero ſubmerſere ſæpius in aqua, conſimilem prout ab eis perpeſſi ſunt, cupientes rependere talionem. Inſtante autem ejuſdem diei veſpera, iterum villam quaſi in lucernis perſcrutantes, ignotos quoſdam fugientes reperiunt: poſt quos quidam ſagittam dirigens, & unum eorum per medium tibiæ penetrans, ceteris fugæ conſulentibus, morari compulit vel invitum. Quem clara luce contuentes, deprehenderunt eum fuiſſe quendam *Holandenſem*, nomine *Symonem Geldard*, propter factum in ſeditione homicidium à finibus propriis profligatum, & apud Depynge contra leges *Angliæ* diutius manutentum. Quem mox ſic captum homines de *Spaldyngia* ſecum adducentes, ipſa die Dominica circa horam nonam, anno Regni Regis *Richardi* decimo quinto, communi omnium conſilio apud *Spaldyngiam* capite privaverunt.

De Symone Geldard.

Interea rumor vulgaris in villa de Depynge ſubito ventilatur, quod Comes de Derby, qui tunc, ut prædictum eſt, apud *Burgum* perhendinabat, ſuis aulicis imperaſſet, quatenus villam de Depynge ſolo tenus igni traderent, & omnes ejus incolas tanquam Patris ſui & ſuiipſius inimicos, funeſtis gladiis ſine miſericordia trucidarent. Quo audito tremefacti nimium *Depyngenſes*, ſaniori uſi conſilio, Seneſcallum curiarum domini ſui, cum viginti quatuor de majoribus villæ, ad *Burgum* ſancti *Petri* celerius deſtinabant, ea quæ pacis ſunt humiliter exorantes, & ſe in miſericordia domini Comitis de Derby voluntarie ſubmittentes. Theſaurarius vero jam dicti Comitis, videns eorum animas in amaritudine poſitas, & ſuperbiam illorum tam humili ſubmiſſione conculcatam, in domini ſui gratiam eos libenter admiſit, & ſub hac juramenti atteſtatione conſtrictos ad propria redire permiſit; videlicet, quod erga cunctos *Holandenſes* pacem de cetero pro viribus obſervarent; & omnes pacis perturbatores, quos apud ſe explorare poterant, ſtrictiſſime caſtigarent.

Depyngenſes ſubmittunt ſe Comiti de Derbey.

Anno itaque eodem in capite ſequentis hyemis tenuit Rex *Richardus* Parliamentum ſuum apud *Weſtmonaſterium* in craſtino Animarum. Abbas igitur *Johannes* ex præteritis periculis jam cautior effectus, & majora in futurum veriſimiliter metuens evenire, iterum à *Rachelis* amplexibus & quiete contemplationis avellitur, ac laborioſa *Liæ* negotia in mundi ſtrepitu cogitur exercere. *Londonias* ſiquidem diſcreta feſtinatione adveniens, & in pleno Parliamento ſuam præſentiam exhibens; aſſidente tunc cum cæteris Comite *Cantiæ* adverſario ſuo, billam totius negotii proceſſum continentem oportune tradidit in manus Regis, humiliter & devote Regiam deprecans Majeſtatem, quatenus eam in conſpectu omnium legi præcipere dignaretur. Rex autem billam præfatam accipiens, tum aliis ad

Abbas præſentat billam Regi in Parliamento.

1392. *Richard. 2 R.* ad tunc inventus, tum fraterna ut creditur affectione ductus, ſtatim oblivioni commendavit. Sed Abbas in Domino confidenter agens, ad Regis genua trina vice provolutus, non prius deſtitit, quam Rex ſaltem propter ejus improbitatem, billam publice legi juſſit. Cujus utique ſumma talis erat. Quod in ultimo Regis Parliamento billa ex parte Abbatis *Croylandiæ* de diverſis ſibi illatis gravaminibus & injuriis fuerat præſentata; & per conſiderationem Procerum tunc ibidem peritis & induſtriis viris de Conſilio domini Regis, materia tota commiſſa eſt; qui utrique parti ad ſuas evidentias oſtendendas in octav. *Hillarii* diem apparitionis conſtituere, ſed ad hunc diem pars dicti Comitis nequaquam comparebat. Deinde vero proviſum fuit ab eiſdem, quod per literas domini Regis de privato ſuo ſigillo, ad comparendum coram eis in tres ſeptimanas *Paſchæ*, iterato pars utraque præmoneretur: ſed nec tunc quidem vel unus de conſilio dicti Comitis præſens fuit. Abbas non ſine magnis laboribus & expenſis, utrumque ſibi aſſignatum diem diligentius obſervabat. Quare ex parte prædicti Abbatis Regiæ celſitudini humiliter ſupplicatum eſt, quatenus pro tuendo jure ſui patronatus, & evitando diſpendio juris Regii in dicta Abbathia tempore vacationis, congruum & gratioſum in materia præfata remedium dignaretur providere: quia niſi memoratis Abbati & conventui in hac ſua exhæredatione citius ſuccurratur, onus ſuæ fundationis de cetero non poterunt ſuſtinere, neque eis inſtitutum Divini cultus obſequium præ exilitate continuare.

Reſponſio Comitis. Poſtquam autem billa in Parliamento fuerat ſic perlecta, Comes antedictus talia Regi fertur intuliſſe; Domine, inquit, ſi placet, Abbas iſte ſæpiſſime hic & alibi graves contra me propoſuit querelas, quæ in mei juris redundant injuriam, & non minimam famæ denigrationem. Rogo vos quatenus dignemini ſic inter nos per recti ſtateram judicii ſententiare, quod hujus querelæ de me à modo ſopiantur, & exhæredatio mea exinde non ſequatur. Hæc itaque ne videretur penitus tacuiſſe, pro forma dixiſſe creditur, aliud ore promens, & aliud corde machinans; prout in ſequentibus rei exitus comprobavit.

Nam poſthæc unius hebdomadæ vix tranſcurſo ſpatio, idem Comes in eodem Parliamento billam graviſſimam ſuper eundem Abbatem, multa enormia continentem, in medium protulit, & ut legeretur, expetivit. Toto itaque tempore quo billa prædicta legebatur, Comes ipſe coram Rege ſtetit erectus, & cum eo Comes *de la Marche*, Comes de Arundel, Comes *Sariburienſis*, Comes Huntington, Comes *Northumbr.* & ceteri Proceres, qui eum quocumque titulo contingebant, quaſi ſibi faventes, ſimiliter conſtiterunt. Ex parte vero Abbatis ſolus ipſe fiduciam habens in Domino, & in evidentiarum ſuarum certiſſima veritate. Aliam quoque contra Priorem de *Spaldingia* eadem die prædictus Comes ſimiliter impoſuit billam, in conſpectu dicti conſilii publice declaratam.

Qua [a] utique lecta, & non æquo animo ab omnibus interpretata, ſurrexit illico venerabilis Dux *Aquitaniæ* & *Lancaſtriæ*, dominus *Johannes Gaunt*, & cum eo Dux *Eboraci* frater ejus, filii quoque eorum, Comes de Derby *Henricus* filius Ducis *Lancaſtriæ* & Comes Ruthlond, filius Ducis *Eboraci*, ſimiliter ſurrexerant. Statimque Dux *Lancaſtriæ* talia ſubinfert

Reſponſio domini Johannis Gaunte. domino Regi: Domine mi, inquit, Reverende, quædam hic lecta, me & meum liberum contingunt tenementum, pro quibus, Deo duce, ſtare me oportet quamdiu vixero in humanis. Poſtea vero quam deceſſero, volo quod filius meus, ad quem jure hæreditario hæc deſcendent, pro viribus ſuſtineat, & juſtitiam meam perditum iri nequaquam ſinat. Ad hæc Archiepiſcopus *Eboraci*, *Angliæ* Cancellarius, ex præcepto Regis protenus ſic reſpondit; Domine mi Dux *Lancaſtriæ*, excellentiam perſonarum veſtrarum ſatis egregie conſiderans Regia Celſitudo, hoc præcipue

[a] Utraque.

vult

vult ſervari, quod nulla penitus publicæ contentionis aut diſcordiæ cauſa ad præſens denudetur; ſed materiam quæ inter vos verſatur, in ſuæ Regiæ poteſtatis manus aſſumit, intendens vobis tales arbitros in materia providere, qui juſto rationis examine cuncta debite diſcutiant & reforment. 1392. *Richard.* 2. *R.*

His ita peractis, remanſit ſolus Abbas in medio ſtans, omni humano auxilio deſtitutus. Cernens itaque cauſam ſuam periclitari, illud quoque tacite ſecum recolens, quia *bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in Principibus*; & illud, *Nolite confidere in Principibus nec in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus*: divinum mox cœpit invocare præſidium, & in adjutorio Altiſſimi & protectione Dei cœli ſpem ſuam totaliter ſtabilire. Unde ad Regis genua provolutus, maturo ſpiritu, vultu tranquillo, & magna cordis conſtantia hujuſmodi verbis ſuam inſinuavit deſolationem: Ecce, inquit, Domine mi Rex, ad veſtræ Majeſtatis ſolium ſolus confugiens, fateor vos eſſe meum Regem, & Eccleſiæ meæ fundatorem, quæ nunc in perditionis puncto & exhæredationis conſiſtit periculo. Igitur ex parte Dei omnipotentis vos requiro, quatenus jura fundationis veſtræ manu veſtra Regia potenter ſuſtineatis, & in hujuſmodi neceſſitatibus articulo antedictæ Eccleſiæ celeriter ſuccurratis, cum jam non ſit alius, qui eidem poterit ſubvenire, prout in diſtricto Dei judicio ante tribunal *Chriſti* pro eo volueritis reſpondere. Ac deinde paululum exurgens, ad *Angliæ* Cancellarium & dominum Ducem *Lancaſtriæ* ſermonem dirigens, taliter proſequebatur; Et vos, inquit, Domini mei, qui eſtis de Conſilio domini Regis primates & præcipui, etiam in virtute Dei obteſtor & requiro, ut ſic pro tuendo jure Eccleſiæ meæ præfatæ fideliter ordinetis, quemadmodum ſummi judicii indignationem finaliter intenditis declinare. Cui ſtatim Cancellarius ex præcepto domini Regis dixit: Domine Abba, voluntas Regis eſt, ut qualem domino Duci *Lancaſtriæ* in ſua materia conceſſerit exitum, & veſtrum conſimilem, Deo duce, ſortiatur effectum. Unde querelas & gravamina veſtra in manum ſuam aſſumens, & ſe Eccleſiæ veſtræ fundatorem eſſe bene recognoſcens, omnia quæ pro jure ejuſdem juſtitiæ ſuadebit, cupit extollere, & injurioſa quæque ab ea, prout eſt ſibi debitum, propulſare. O prædicanda ſeculis venerabilis hujus viri magnanimitas! O memoranda filiis tanti patris in Domino ſtabilitas! qui in magna cordis ſtetit conſtantia adverſus eos qui ſe nequiter anguſtiabant; qui zelo juſtitiæ accenſus viriliter aſcendit ex adverſo, & murum ſe oppoſuit pro tuenda Dei domo: quique ſciens ſuſpectum Regis animum, uterini fratris ſui præſentis ob intuitum, non expavit, minas judicum non timuit, nec catervam Comitum Regni quoque procerum adverſus eum publice inſtantium formidavit. Sed ita erat in ſermone modeſtus, in prolatione temperatus, ut nec in exceſſu verborum profluus, nec in paupertate ſermonis inveniebatur rarus. Unde & circumaſtantium omnium in ſe provocavit affectum, & laudem promeruit ſingulorum.

Quomodo Abbas Johannes requiſivit Regem.

O magnam viri conſtantiam.

Igitur exinde per totum annum ſequentem optata pace tranquilliſſime fruebatur; & nec ſibi vel ſuis aliquæ malitiæ ſeu diſcordiæ materia per miniſtros dicti Comitis aut tenentes verbo vel opere præbebatur. Sed ecce nihil ſub cœlo tutum eſſe poterit, nihil fixum quod diu manere poſſit. Nimirum cum & hi qui Deo ſerviunt non ſunt ſtabiles, & *in Angelis ſuis reperit pravitatem*. Omnes enim morimur, & quaſi aqua dilabimur in terram. Quia mortis tributarii ſumus, & omnes reſponſum mortis habemus in nobis. O fortuna fallax, quæ quos provehis ad tripudii momentum, inopinate dejicis in mœroris abyſſum. Eodem ſiquidem anno, videlicet Incarnationis Dominicæ milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſecundo, qui erat Regis *Richardi* ſecundi decimus ſextus in die Aſſumtionis Beatæ Virginis, Venerabilis pater prædictus, perpetua memoria dignus ægrotare cœpit, & febre vehementer invaleſcente, viribus corporis undequaque

1392. *Richard. 2 R.*

quaque deſtitui, qui mortem potius eligere, quam in hujus ærumnoſæ vitæ laboribus & procellis diutius immorari libentiſſime affectabat. Unde ab ipſo inchoatæ ægritudinis die, cum manum Domini ad ſe miſſam ut huic mundo valediceret, agnovit, mox ab omnibus ſæculi curis ſeipſum fecit alienum, cum omni mentis ſollicitudine ſatagens, ne dies mortis, quæ plures ſolet præoccupare, ipſum incautum & minime præparatum aliquatenus inveniret. Tandem vitæ ſuæ termino appropinquante, confratres ſuos & amicos qui convenerant, de ejus deſtitutione inconſolabiliter lamentantes, benigne confortans, & ut properum iter ſibi faceret Deus ſalutarium noſtrorum ſpirituali viatico ſe communiens, in Octavis ſancti *Bartholomei*, Patroni ſui ſpecialiſſimi, anno prælationis ſuæ decimo ſexto, relictis terrenis, cum gaudio cœleſtibus eſt conjunctus.

Obiit Abbas Johannes Aſsheby.

Qui quidem dum adhuc ageret in humanis, etſi ſæpius exterioribus agitatus fuerat incommodis, ac plurimis mundi preſſuris fatigatus, non magis tamen ab interioribus deflexit intuitum, ſed Eccleſiam ſuam in veſtimentis, thuribulis, altarium ornatibus, magnis quoque ad extra campanis noviter fuſis, aliiſque Eccleſiaſticis ornamentis multipliciter decoravit. Sed & in braſino vaſa magna ænea ad uſum rei familiaris neceſſaria; valvas quoque ligneas in exteriori Abbathiæ porta fecit ordinari. Perambulatio denique illa ad ponendum metas & bundas pro diviſione & ſeparatione inter patrias de *Holandia* & Keſteven, quæ per dominum *Johannem Gaunt* Ducem *Lancaſtriæ* & milites patriæ ſuperius facta memoratur, ſuis laboribus & expenſis extitit procurata.

Succeſſit Abbas Thomas Overton.

Defuncto igitur eo, & ad patres ſuos appoſito, non ſine planctu patriæ totius & mœrore; ſucceſſit dominus *Thomas* de *Overton*, Prior congregationis ejuſdem, vir utique in agendis providus & circumſpectus; utpote in majoribus Monaſterii ſtrenue probatus officiis & expertus.

1394.

De levatione foſſati vacati Burchdyke.

Anno itaque ejuſdem Regis decimo ſeptimo, & prædicti *Thomæ* Abbatis ſecundo, quidam de Comitatu Northampton communarii, faventibus eis Monachis de *Burgo*, quoddam foſſatum grande ex parte Auſtrali de Weland à Peykyrke uſque Southlake ex oppoſito de [a] Kenulphſton, magnis laboribus levaverunt, & abinde infra limites Abbatis *Croylandiæ*, ſine ejus licentia vel aſſenſu, per magnum ſpatium verſus *Croylandiam* prædictum foſſatum extenderunt. Sed non eſt conſecutus, Deo diſponente, eorum conatus effectum. Nam ſingulis annis quoties aquarum vehemens accrevit inundatio, & inter utrumque foſſatum exuberantem gurgitem non poterit alveus continere, mox alluvione crebra eidem foſſato fluctus illabitur; & per eruptas voragines totam interius planitiem ſuperfluit & ſubmergit; quo fit, ut utilitas inde proveniens magis in piſcibus conſiſtit quam in paſturis.

Eodem inſuper anno, in ſacra *Pentecoſtes* hebdomada, nocte venerat de *Depyngenſibus* in mariſcum cum vi & armis multitudo copioſa, qui crucem vocatam Kenulphſton, per authoritatem domini Regis & Parliamenti pro limite inter *Holandiam* & Keſteven in perambulatione prædicta nuper erectam, enormiter proſtraverunt, & proſtratam atque in partes confractam, uſque ad Deppynge ſecum aſportantes, in lacubus ibidem ſub pedibus tranſeuntium cum indignatione & dedecore projecerunt.

De proſtratione crucis de Kenulphſton.

Die autem ſequente, arbores creſcentes in tumulo quo crux ſteterat, in ſecuri & aſcia dejicientes, & in aquam proſternentes, in ſuperbia & abuſione magna ad propria ſunt reverſi. Abbas autem *Thomas* hanc tam deteſtabilem tamque crudelem ſibi & Eccleſiæ irrogatam injuriam ægre ferens, & graviter ingemiſcens, pro tuendo jure fundationis ſuæ, juxta poſſibilitatem virium, viriliter ſe accinxit, & ad erectionem dictæ crucis ſecundum leges *Angliæ* haud ſegniter feſtinavit. Unde *Londonias* adveni-

[a] Nunc Sidedyke vocatur.

ens,

ens, & domino Regi per billam gravamina ſua ſingula manifeſtans; venerandi etiam ac ſemper digne memorandi domini *Johannis Gaunt* Ducis *Lancaſtriæ* adminiculo ſuffragatus & favore, commiſſionem ad Principes & judices terræ pro magna Aſſiſa inde capienda directam, à Regia ſerenitate cum omni promtitudine obtinebat. In qua utique Aſſiſa idem Dux illuſtris, utpote in commiſſone primus & capitalis, in perſona propria benigniſſime præſidebat. Ubi valentiores de **Depynge** atque meliores indictati, & adverſus Abbatem *Croylandiæ* & patriam condemnati; mox [per] prædicti Ducis miniſtros capti & compediti, ad Caſtrum *Lincolniæ*, donec prædicta crux reædificaretur, in bigis & plauſtris ſine miſericordia tranſmittuntur. Interim eorum amici & propinqui aliam novam crucem ſine dilatione præparabant, & eam in loco debito quo prius ſteterat, prout liquido patet intuentibus, nimium perterriti ſed inviti reſtituebant.

1394. *Richard. 2 R.*

Reparatio dictæ Crucis.

Circa hæc utique tempora Rex *Richardus* omnes Curias ſuas de *Weſtmonaſterio* uſque *Eboracum* ob malitiam civitatis *Londoniarum*, non ſine magnis ſumtibus removebat.

Anno vero Regni ſui viceſimo, idem Rex cum manu forti inſperate congregata de *Londoniis* ad manerium domini *Thomæ Woodſtoke* Ducis *Glouceſtriæ* apud **Plaſſhe** in Comitatu *Eſſexiæ* ſubito acceſſit, & ibidem dictum Ducem areſtatum in continenti ad *Caliciam* cuſtodiendum tranſmiſit. Sed modico tranſacto temporis intervallo, domini Regis mandato, & Comitis Mareſcalli *Angliæ* conſilio, tunc temporis dictæ villæ *Caleſiæ* capitanei, cuſtodes prædicti Ducis, improviſi cameram ejus dormientis nocte intraverunt, & vincientes eum manus ac pedes, inter duo pulvinaria magna ſuppreſſum, eorumque pedibus diutius conculcatum miſerrime ſuffocabant.

Suffocatio Ducis Gloceſtr. apud Caleſiam.

His diebus in *Anglia* crebra perpetrata ſunt mala; in Comitum proſcriptione, Procerum decapitatione, & carceri perpetuo mancipatione nobilium plurimorum. In qua tempeſtate Rex *Richardus* in principio Parliamenti ſui *Thomam Arundell* Archiepiſcopum *Cantuarienſem* à Regno *Angliæ* proſcripſit pro perpetuo, bonis ejus applicatis Regali fiſco. Similiter & *Henricum Bolynbroke* Comitem *Derbiæ* filium *Johannis Gaunt* Ducis *Lancaſtriæ* proſcribi pro decennio dijudicavit.

Henricus Comes Derbiæ proſcribitur.

Eodem anno *Robertus Braybroke* Epiſcopus *Londoniarum* cum ceteris ſibi junctis apud *Bedfordiam*, & ejus exemplo ceteri commoniti Prælati per ſexdecim Comitatus *Angliæ*, de unaquaque villa duos nobiliores coram ſe fecerant evocari, & ſuper quadam alba charta vocata *Blankechartre*, nefando & falſo perfidorum exquiſita conſilio, ſua ſigilla ponere compulerunt, quod utique Regis *Richardi* in poſterum cauſa exitii magna fuit. Hoc etiam anno Clerus & populus & ſacerdotes ſtipendiarii magnam taxam domino Regi cum gravi murmure perſolverunt.

Sed anno ſequente, videlicet Incarnationis Dominicæ milleſimo treceniteſimo nonageſimo nono, & *Richardi* Regis ultimo; merito piæ recordationis Dux illuſtris *Lancaſtriæ* Dominus *Johannes Gaunt*, qui Monaſterio noſtro *Croylandiæ* ſemper aſtitit amiciſſimus, & in tribulationibus adjutor oportunus, apud *Leyceſtr.* viam univerſæ carnis eſt ingreſſus, & ſepultus in Eccleſia ſancti *Pauli Londini*, *Henrico* filio ejus & hærede in exilio exiſtente.

1399.

Obiit dominus Johannes Gaunt Dux Lancaſtriæ.

Interim Rex *Richardus* commiſit & ad firmum dimiſit Regnum *Angliæ* *Will. Scrope* Comiti *Wilton.* & *Angliæ* Theſaurario, *Johanni Buſhe, Henrico Grene*, & *Johanni Bagott* militibus. *Edmundum* vero *Langley* Ducem *Eboraci*, ejuſdem Regni conſtituit Protectorem. Ipſe autem Rex cum manu valida pugnatorum in *Hiberniam* iter arripuit, ut rebelles ſibi *Hibernicos* expugnaret.

Dimiſſio Regni Angliæ.

1399. *Richard.2. R.* *Henricus* vero *Bolyngbroke* exul, Comes *Derbiæ*, Dux *Hereford*, & jure paterno Dux *Lancaſt.* audito patris ſui obitu, ſupplicatorias Regi *Angliæ* miſit literas, quatenus ipſum gaudere paterna permitteret hæreditate; promittens ſe omnia ſibi fideliter exhibiturum, quæ legius homo ſuo Regi tenetur exhibere. Comperto itaque quod Rex illud ſibi concedere differebat, manum ſuam mittens ad fortia, congregata multitudine armatorum, quarto die *Julii* in *Angliam*, in partibus Borealibus, cum *Thom. Arundel* Archiepiſcopo *Cantuarienſi* coexule, de nocte applicuit: & antequam ad caſtellum ſuum de *Pountefrete* pervenire poſſet, quaſi innumerabilis ei exercitus accreſcebat. Qui dominum *Edmundum Langley* locum tenentem *Angliæ*, cum Epiſcopo *Norwicenſi Nicholao Spencer*, *Johanne Buſhe*, *Henrico Grene* & *Johanne Bagott*, Militibus, magno etiam congregato exercitu quaſi ſexdecim millia virorum, de mandato Regis ad expugnandum eum acriter properantem, uſque ad Caſtrum **Briſtol** cauſa refugii fugere coartabat. Ubi dominus *Will. Scrope* Regis Theſaurarius quia Caſtellum de *Caleys* pro immenſa pecuniæ recepta ſumma Regi *Franciæ* vendiderat, capitis abſciſſione condignam ſuæ proditionis pœnam luit. Similiter & *Johannes Buſhe*, & *Henricus Grene* Milites, quod eorum conſilio & conſenſu taxæ nimis graves communitati *Angliæ* imponebantur, fuerunt ibidem pariter decapitati.

Introitus Henrici Comitis Derbiæ

Rex autem adhuc in *Hibernia* exiſtens, cum hujuſmodi rumor auribus ejus inſonuit, mox in *Angliam* redire feſtinans, ad portum de **Milford** in *Wallia* cum paucis applicabat. Populus ſiquidem *Angliæ* declinavit ab eo, & ei jam amplius non adhæſit; tum quia multis eos exactionibus opprimebat, tum præcipue quia *Thomam Woodſtoke* Ducem *Glouceſtr.* apud *Caleis* ſine cauſa ſuffocari juſſit: Comites etiam de **Arundel** & **Warwyk** decollari, *Thomam Arundel* Archiepiſcopum *Cantuarienſem*, & ipſum *Henricum* Ducem *Lancaſtriæ*, cum multis aliis compulit exilio religari. Veniens autem Rex ad Caſtellum de **Flynt**, ubi poſt habitum cum Duce breve colloquium redire voluit, non eſt permiſſus, ſed ſtatim areſtatus, ad *Ceſtriam* per miniſtros Ducis *Lancaſtriæ* perductus eſt.

Rex Richardus capitur & cuſtodiæ committitur.

Poſt hæc autem brevi temporis exacto curriculo *Henricus* Dux *Lancaſtriæ* Comes *Northumbriæ*, & *Thomas Arundell* Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, cum multis Regni Proceribus, ducentes ſecum Regem captivum & deſolatum verſus *Londonias* properabant, quem ad Turrim ibidem uſque ad Parliamentum ſalvo cuſtodiendum committebant. Convocato igitur ſtatim Parliamento, Rex *Richardus Richardum Scrope* Archiepiſcopum *Eboraci*, ceteroſque paucos Proceres procuratores ſuos inſtituit, ut ipſi nomine ſuo Coronam Regni coram Duce & totius *Angliæ* communitate reſignarent. Quem mox Regni Proceres Caſtello primum de **Ledys** in *Cantia*, deinde Caſtello de *Pountfrete* in Comitatu *Eboraci*, tanquam carceri perpetuo condemnantes; præfatum *Henricum* Ducem *Lancaſtr.* cum conſenſu communitatis in Regem *Angliæ* proclamabant.

Rex Richardus reſignavit coronam.

Coronatio Regis Henrici 4. Anno igitur eodem *Henricus Bolyngbroke* Dux *Lancaſtriæ*, in feſto ſancti *Edwardi*, apud *Weſtmonaſterium* à *Rogero Walden* tunc temporis Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, in Regem extitit coronatus; in qua quidem coronatione *Henricum Monmowth* filium ſuum primogenitum Principem conſtituit *Walliæ*, Ducem *Cornubiæ*, & Comitem *Ceſtriæ*. *Thomam* vero *Arundel* ad dignitatem Archiepiſcopalem, expulſo *Rogero*, & ad ſedem *Londini* tunc vacantem aſſignato, reſtituebat.

1400. Sequente vero anno, videlicet Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo, Rex *Henricus* credens Regnum in conſpectu ejus fuiſſe jam pacatum, Natalem Domini apud **Wyndeſor** cum pauca gente celebravit. Sed nihil tutum apud homines; quidam nempe indigne ferentes, & nolentes eum regnare ſuper ſe, in ejus necem conſpirabant. Nam Comes *Cantiæ*, Comes **Huntyndon**, & Comes **Sarum**, & dominus *le Spenſer*, & quidam

Conſpiratio in mortem Reg.

quidam milites, in die *Epiphaniæ* coram Rege haſtiludia pacifica, vocata *le mommyng*, pacem tamen odientes, fecerunt publice proclamari, ut ſic cum manu forti caſtrum [a] intuentes, Regem incautum poſſent proditorie trucidare. Sed hæc conſpiratio, Deo diſponente, Regem non latuit. Quo comperto, fugam omnes ineunt, ſed in brevi gentes illæ quæ ſic bella procurabant, capti ſunt & diſſipati, & ubicunque ſparſim poterant inveniri, decollati ſine mora. Inter quos etiam & ille ſatis ſuperque nominatus *Thomas Holand* Comes *Cantiæ*, dominus de **Depynge**, Monaſterii **Croyland** ſemper malevolus & moleſtiſſimus perſecutor, eodem ut ferunt die quo dictum Monaſterium manu valida prius ſtatuerat invaſiſſe, occulto Dei judicio vitæ ſuæ ſimul & malitiæ, capite præciſo, finem dedit. Cumque de morte Comitum fratrum ſuorum, in quibus ſingulariter confidebat, fidelis ſermo Regi *Richardo* in caſtro de *Pountfrete* exiſtenti perveniſſet, jam magna triſtitia abſorptus, & de ſalute deſperatus, totus emarcuit, & nunquam poſt hoc cibum ſumere præ dolore inconſulte ſatis & crudeliter ſe devovit, & ſic per quinque dies totidemque noctes à cibariis abſtinens, completis viginti duobus Regni ſui annis, miſerabiliter fame moriens, rebus exceſſit humanis.

1400. Henric. 4. R.

Decollatio Thomæ Holand Comitis Cantiæ.

Obitus Regis Richardi.

Illis igitur temporibus, mundo poſito ſic in maligno, & diræ perturbationis turbine per totam fere *Angliam* circumfuſo, exit iterum *Sathan* à facie Domini, & in ore quorundam perditorum & carcerali cuſtodiæ traditorum eſſet denuo, prout fuerat ab initio, ſpiritus mendax. Qui quidem miſeri aut nefanda mercede conducti, aut pro deſperata vita ſua infelicius protelanda male providi, diverſos Eccleſiæ Regnique Prælatos & Proceres de proditione in Regis perſonam falſiſſime appellabant. Unde & Abbas **Croyland** *Thomas*, ſicut & ceteri plures provinciæ Coabbates, à quodam perditionis filio ſuper crimine proditionis nequiter extitit accuſatus. Habuit autem diem ſuæ apparitionis, & locum apud **Huntyngdon** coram Regis Juſtitiariis, ut de objecto ſibi crimine legitime ſe acquietaret; qui præcipue in Domino & conſcientiæ ſuæ confiſus teſtimonio, ad conſtitutum ſibi locum libenter occurrit. Ubi primum aſtans ante tribunal Præſidis, Chriſto præſule, patriæ totius atteſtatione veridica abſolutus eſt à judicio, ac ſic demum gaudens, rediit ad proprium, gratias agens Deo.

Abbas Thomas appellatur à proditione.

Poſt hoc vero per reſiduum regiminis ſui tempus fere uſque ad obitum, optata cunctis mortalibus pace potitus eſt opulenta. Hac itaque prædicta ingruente tempeſtate non ſatis admirandum eſt, quanta malignatus eſt inimicus in ſancto, quantamque malitiam in profeſſoribus veritatis *Sathanas* permiſſus eſt exercere. Nam decem fratres ordinis *Minorum*, viri utique famoſi, & in ſacra Theologia Doctores honorati, cum *Rogero Claryngdon* Milite, & *Waltero* de *Landa* Priore, in eodem turbinis impetu de proditione convicti, tractati fuerant ac ſuſpenſi.

De ſuſpenſione Fratrum Minorum.

Anno vero Domini milleſimo quadringenteſimo tertio, qui erat annus Regis *Henrici* quartus, in feſto ſanctæ *Praxedis*, apud *Salopiam* inter Regem *Henricum* & *Henricum Perſey* Comitem *Northumbriæ* grande nimis & pluſquam civile bellum commiſſum eſt. Ubi ex utraque parte Nobiles & Generoſi cum communibus ad æſtimationem quinque millia virorum cæſi ſunt & interempti. Quod quidem bellum longe ante per Cometam in forma gladii à parte Septentrionali noctibus continuis præoſtenſam, eruditiores Aſtrologi tradebant fuiſſe terribili prognoſtico deſignatum.

De bello Salopiæ. *1403.*

De ſtella Cometa.

Poſt hæc autem tranſacto biennio *Richardus Scrope* Archiepiſcopus *Eboracenſis*, & dominus *Mowbray* Comes Marſhall. cum multitudine fratrum ordinis quadrifidi armatorumque manu copioſa in partibus Borealibus congregata, contra Regem *Henricum* bellico more ſurrexerunt, quibus Rex

De morte Richardi Scrope Archiepiſcopi Eboracenſis. *1405.*

[a] Irruentes.

potenter

1405. Henric. 4. R. potenter obvians, apud *Eboracum* Nobiliores quoſque captos, ſine delectu conditionis aut ordinis decapitavit. Sed pro Archiepiſcopo ibidem occiſo, magnas poſtmodum virtutes, & ingentia miracula dignata eſt Divina bonitas demonſtrare.

Abbas autem *Thomas* annos jam prope quatuordecim quietos à ſtrepitu mundi, & tribulatione malorum, & dolore tranſegerat, nec tamen otioſus interim à probitatis operibus feriabat: ſed in augendis poſſeſſionibus Eccleſiaſticis, per quas propenſius Dei cultum, & hoſpitalitates minus abundanter exhiberet, ſemper ſtrenuus inſudabat. Nam tertiam partem tertiæ partis Manerii de **Gedney**, vocati **Sheltonſee**, à *Radulph Shelton* Milite, & in villa de **Baſton** quandam feodi militaris parcellam appellatam **Beaumontſee**, à domino *Henrico* de *Bello Monte*, magnis pecuniarum ſummis ſuo Monaſterio perquiſivit. Cujus quidem Prioris proventus annualis ad ſexdecim libras, alterius vero ad viginti marcas, juxta veram æſtimationem ſe extendit.

Perquiſitio de Sheltonſee.

Et Beaumontſee.

Sed & ad altiora conſiderationis intuitum dirigens, aſt in futurum mente præſaga proſpiciens, qualiter quidem in Abbathiæ prædictæ vacatione miniſtri Regis & officiarii, veluti leones, in rebus Monaſterii debacchantes, diripiendo maneria, fugando catalla, & bona cetera confiſcando, graviſſimas exactiones ſoliti ſunt irrogare: egregio propoſuit animo malis hujus ſagaciter obſiſtere, & opportunum remedium in poſterum adhibere. Proinde ſuper indemnitate Maneriorum ſuorum, & miniſtrorum Regis diſtricta prohibitione ne ſe de cetero de bonis Monaſterii aliqualiter intromittant, Patentem Regiæ protectionis Chartam obtinuit, & quotieſcunque vacatio dicta contigerit, pro viginti tantum libris fiſco Regio perſolvendis, inextricabilis anguſtiæ materiam à ſuis ſequacibus amputavit.

Charta Regis ſuper indemnitate tempore vacationis.

Novas inſuper in choro formulas, ſuper quas fratres ad preces procumbere ſolent, & quatuor dulciſona in turri ſupra chorum pendentia tintinnabula, ad decorem domus Dei, fecit denuo reparari. Ædificia vero illa pulcherrima in Curia Abbathiæ, officinis rei familiaris oportuna, videlicet piſtrinum & braſinum, ſimiliter magnifice conſtruebat.

De formis in choro, & quatuor Campanis.

Cerneres etiam eum in medio & in circuitu gregis ſui vigilantius diſcurrere, velut unum ex cœleſtibus animalibus ante & retro habens oculos circumſpectionis: erat, inquam, in medio cum fratribus communiter vivens; in circuitu, temporalia eis ſubſidia adminiſtrans; in medio, tanquam eorum unus; in circuitu, factus omnium ſervus; in medio denique, ut nulla foret apud eum perſonalis acceptio; & in circuitu, ne qua ex parte aditus pateat inimico. Sed *fallax gratia, & vana eſt pulchritudo.* Verum quia arridentis mundi proſperitas ſolet in altum cor erigere, & incautos cogit inaniter levare ſe ſupra ſe, ne in die bonorum, etiam malorum valeant memorari, miſerator & miſericors Deus, nolens ſervum ſuum de conceſſa ſibi tot annorum pace continua gloriando ſuperbire; ſed ut de ſe ſentiret humilius, & ab altitudine humanæ diei ſolertius præcaveret: veluti alteri *Thobiæ* lumine ſubducto corporali, noctem ſibi tenebroſæ caliginis miſericorditer immittebat; in qua uſque ad obitum per annos quinque, quibus poſtea ſupervixit, perſeveravit. Ille vero recolens eſſe ſcriptum, quia *corripit Dominus quem diligit, & flagellat omnem filium quem recipit*, patientiſſime Divinam ſuſtinuit viſitationem, & pro reſponſo mortis in ſe recepto, uberes ſemper gratias egit Deo, talia ſecum ſæpe repetens: *Bonum, mi Domine, quod humiliaſti me:* & iterum, *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti:* etiam illud, *Viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum:* & iterum, *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Veruntamen inſtantia confratrum ſuorum & importunitate devictus, uſque ad finem vitæ, licet invitus, in paſtorali perſiſtit dignitate, & omnes debitam ei reverentiam & honorem, ſincero cordis affectu, ſemper in omnibus impendebant. Diſpenſatio autem rei familiaris

Abbati Thomæ accidit cæcitas.

liaris, & totius Monaſterii tam in ſpiritualibus quam temporalibus admi- 1405.
niſtratio, fratri *Richardo Upton*, Priori *Croylandiæ*, per dominum *Philippum* *Henric. 4. R.*
tunc temporis Diœceſanum univerſaliter eſt commiſſa. Erat enim vir *De admini-*
Scholaſticus, in Theologia Baccalaureus, literarum ſcientia profundiſſime *ſtratione com-*
imbutus, in agendis ſtrenuus, & temporalibus negotiis providus & diſcre- *miſſa.*
tus: utpote qui in Prioratu de **Freſton**, cui decem egregie præfuit annis, ſufficienter fuerat excercitatus.

Sed jam quoſdam hujus Monaſterii confratres perpetua memoria recolendos, in medium proferre libeat, qui zelum Dei habentes & proximi, hujus venerabilis Patris *Thomæ* Abbatis temporibus, de bonis amicorum ſuorum, & quæ ſibi permiſſione Abbatis accreverant, laudabiliter huic Monaſterio, ut aliorum pace dictum ſit, amplius cæteris contulerunt. Quorum nomina præſentibus idcirco duximus annotanda, quatenus poſteris noſtris detur intelligi, ut cum eorum labores introiiſſe ſe meminerint, & ſuis beneficiis ſe noverint recreatos, etiam eorum animas per ſuarum precum ſuffragia, non minus debita quam devota, Deo ſtudeant commendare.

De fratre Laurentio, qui dedit lac Amygdal.

Horum unus erat frater *Laurentius Chateres*, ejuſdem loci coquinarius, qui ad ſtructuram occidui lateris clauſtralis quadraginta libras largiflue conferebat. Ad providentiam etiam lactis Amigdalor. pro recreatione Conventus in diebus piſcium, ſimiliter libras contulit quadraginta. Integrum quoque veſtimentum nigrum, ſcripturis aureis deſuper contextum, divino cultui & exequendis mortuorum officiis accommodum, pro viginti & ſex libris comparando, veſtiarium nobiliter inſtauravit. Inſuper & ad conſtructionem fundi in manerio conventus apud **Dovedale**, etiam viginti libras liberaliter impendebat.

De fratre Will. Croyland.

Alium quoque Confratrem, *Will.* videlicet *Croylandiæ*, Priori diſparem nequaquam eſſe credimus; qui cum eſſet magiſter operum conſtitutus, prædictam clauſtri partem occidentalem ſuis laboribus & induſtria ab ipſis primo conſtruxit fundamentis. Deinde duas Eccleſiæ ſolennes alas ſubtus chorum tranſverſales, Auſtralem ſcil. & Borealem, cum earum teſtudinibus & feneſtris vitreis; una cum capella in honorem Beatæ Virginis in confinio Boreali ſituata, magnis pecuniarum impendiis egregia ſtructura fabricavit. Sed & duas tabulas ad altare beati Patris noſtri *Guthlaci*, in ea quæ reſpicit ad orientem plaga conſtitutum, ſculptorum diligenti ſolertia præparatas ordinavit; & ut eas decentiore apparatu venuſtaret, inferiorem depingi, ſuperiorem vero fecit totaliter deaurari. Pulcherrima etiam domus illa refectorii regularis, eleganti artificio conſtructa, etiam per eundem, ab imo uſque ad ſummam ejus, magnifice conſtat ædificata. Totam præterea inferiorem Eccleſiæ navem verſus partes occidentis, amboque ſibi ſubnixa brachia cum capellis, uſque ad tecti conſtructionem à fundamentis erigens in ſublime, velut alter *Nehemias* in ædificatione templi Domini ſtrenue deſudabat. Sed hoc unum poſtea. Nam id tempora reſpicit Domini *Richardi* Abbatis, in curæ paſtoralis regimine proximo ſuccedentis.

De fratre Richardo Woxbrige.

Neque etiam frater *Richardus Woxbrige* noſtræ recordationis excidat à regiſtro, qui veſtimentum purpureum aureis deliciarum floribus undique conſperſum, videlicet duas capas, caſulam cum tunicis, Deo & Eccleſiæ conferens, ornatum veſtiarii egregie ſatis augmentavit. Quod quidem uſque noſtra adhuc tempora inter principaliora merito reputatur.

De fratre Symone Eresby.

Verum & frater *Symon Eresby* beneficiorum noſtrorum Catologo dignus eſt annumerari, qui altare ſancti *Johannis* Evangeliſtæ, quam ſpecialiter præ ceteris devoto venerabatur affectu, ſuperius & inferius pulcherrimis decoravit tabulis. Unde & acceptatæ devotionis ejus penes ſanctum, hoc erat felix prognoſticum, quod in ejus feſtivitate, idem frater migravit à ſæculo ad cœleſte convivium, quod ſæpius exorabat, cum ſancto

 Apoſtolo

1405. Henric. 4. R. Apoſtolo invitatus. Duo etiam thuribula principalia, argentea & deaurata, quadraginta marcarum pretio comparans, & Divini cultus obſequio deputans, decorem domus Dei multipliciter promovebat. Inſuper & in Capella Beatæ Virginis ſuperius in Auſtrali Eccleſiæ latere præparata, duas perticas pro ſuperponendis cereis decenter ordinatas, una cum proceræ altitudinis percluſorio dictam Capellam inferius terminante, propriis expenſis devotiſſime procuravit.

Sed jam id quod prius intermiſimus, de providentia lactis amigdalorum pro recreatione Conventus, ex dono fratris *Laurentii Chateres*, prout paulo ante prædictum eſt, aliquantiſper repetamus: Ne quidem ſequacibus noſtris circa ejus diſtributionem materia diſſentionis oriatur, formam inſtitutionis illius ſubjungere duximus opportunum. Igitur anno Domini millesimo quadringenteſimo decimo tertio, & anno domini *Thomæ Overton* Abbatis viceſimo ſecundo, ſtatutum eſt & ordinatum per communem aſſenſum dicti Abbatis & totius Conventus, procurante & hanc materiam diligenter obſequente fratre *Richardo Upton* tunc Priore *Croylandiæ*, quod prædictæ quadraginta libræ donata Conventui per fratrem *Laurentium Chateres*, ut prædicitur, inter ſex majores officiarios Conventus *Croylandiæ*, videlicet, Magiſtrum operis, Eleemoſynarium, Pitantiarium, Sacriſtam, Camerarium, & Celerarium, æqualiter partiantur: Et quod quilibet dictorum officiariorum reciperet decem marcas in denariis pro officio ſuo de ſupradicta ſumma, & dictas decem marcas incorporaret officio ſuo & pro perpetuo veniret, ac inde quolibet anno, velut de theſauro officii, vocato *pro amigdalis* in compoto ſuo reſponderet. Et quod quilibet officiarius de ſupradictis ſex officiariis, inveniret conventui lac amigdalorum in diebus piſcium in turno ſuo, prout ille turnus inventionis dicti lactis amigdalorum circulariter ad quemlibet officiarium ſua vice contingeret vel diverteret, videlicet tres libras amigdalorum cum pane bono & melle ſufficiente pro turno; ſcil. pro octo vel novem Monachis unam libram amigdalorum cum pane & melle, ut ſupra. Et ſi feſtum in albis, vel aliqua dies jejunii, qua deberet dari pitanti a Conventui in refectorio per Coquinarium, in aliqua die piſcium evenerit; officiarius qui lac dabit eo die, recipiet de Coquinario unam libram amigdalorum nomine Pitantiæ ſupradictæ. Et ſic erit coquinarius de dicta pitantia excuſatus, quam in refectorio eo die inveniret, ut lac ſupradictum melius & accuratius pro Conventu paretur. Ordinatum eſt etiam per communem aſſenſum Abbatis & Conventus, quod quicumque officiarius qui habet turnum ſuum & diem inveniendo ex certa ſcientia & voluntate propria, perdat tantum de communa ſua, quantum eſt in duplo valor lactis illius diei; & hoc toties quoties per Priorem & ſeniores Conventus hujuſmodi defectus deprehenſus fuerit.

1413. Statutum de lacte & amigdalorum.

De pœna deficientiæ.

De Monachis comed. ex parte Abbatis.

Aliud quoque ſtatutum ejus ordinatione approbatum, pro materia diſcordiæ poſteris amputanda, præſentibus inſerere nequaquam credimus otioſum. Antiqua nempe & laudabilis conſuetudo hactenus uſitata eſt, quod omni feſto principali per annum, Abbas habebit ſecum ad menſam in aula vel in camera tres Monachos de Conventu; & in omni feſto caparum duos: & receptor Abbatis nihil recipiet pro eis de Coquinario dictis diebus. Et in feſto ſancto *Katherinæ* Virginis, & ſancti *Thomæ* Martyris, ſi Prior vel aliquis alius de Conventu celebret miſſam in Capella Abbatis, tam ipſe Prior vel aliquis alius celebrans miſſam, quam omnes Monachi quos Abbas ad menſam illis feſtis vocaverit, erunt ad exhibitionem Abbatis: & Receptor Abbatis nihil pro eis de Coquinariis accipiet. Et in vigilia Natalis Domini, vel in Sabbato proximo præcedente, & in vigiliis *Paſchæ* & *Pentecoſtes*, & in Dominica prima Adventus Domini, & in Dominica ſeptuageſimæ vel quinquageſimæ, Prior *Croylandiæ* ex conſuetudine comedet cum Abbate, Receptor Abbatis nihil capiet pro eo. Poſtea ordinatum

dinatum eſt tempore domini *Thomæ Overton* Abbatis, & confirmatum per dominum *Richardum Upton* Abbatem; quod quolibet die per totum annum comedent duo Monachi de Conventu in camera vel in aula Abbatis, præter prædictum, ſive Abbas fuerit præſens ſive non. Et quod Coquinarius ſolvet Abbati vel Receptori ejus in hebdoma in denariis, ſicut ſolvit Scholaribus noſtris ſtudentibus *Cantabrigiæ*. Et ſi Abbas aliquos alios Monachos de Conventu, ultra dictos duos Monachos, vocare voluerit ad prandium, ſive Priorem ſive alterum, exceptis feſtis prædictis; tunc Receptor recipiet pro eis in victualibus de Coquinario, ſicut ſerviretur eiſdem in Conventu in ordine ſuo, præter interferculum Prioris, quia illud ex parte Abbatis nunquam habebit in præſentia Abbatis. Sed ſi Prior vel aliquis de Conventu comedat in camera Celerarii, per licentiam Prioris non vocatus ab Abbate, aut non ex ordinatione prædicta; tunc tam Prior quam alii Monachi ibidem comedentes habebunt omnia de Coquinario, & de aliis pitantiis ad prandium & ad cœnam, ſicut ſi comederent in Infirmaria. 1396. *Henric.* 4. *R.*

Hoc interim tempore poſtquam *Thomas Holand* Comes *Cantiæ*, & Dominus manerii de Depynge, cauſa proditionis in Regem, prout ſupra meminimus, fuerat decapitatus: *Edmundus Holand* frater ejus Comes *Cantiæ* effectus eſt; & ad dictum dominium de Depynge jure hæreditario admiſſus. Qui *Luciam* Ducis *Mediolani* ſororem ſibi accipiens in conjugem; paucis admodum ſuperfuit annis, & ſine liberis obiit in partibus tranſmarinis. Poſt cujus mortem ad dominam *Margaretam*, prædictorum Comitum *Thomæ* & *Edmundi* ſororem, præfati dominii de Depynge devenit hæreditas; quam *Johannes Beauford* Comes de *Somerſete*, domini *Johannnis Gaunte*, Illuſtriſſimi Ducis *Lancaſtriæ* filius, conjugali ſibi fœdere copulavit, de qua inclytam ſuſcepit ſobolem, *Johannem* videlicet poſtea de *Somerſete* Ducem, & *Edmundum* de *Dorſete* Marchionem. Sed de his poſtea. Prædicta vero domina *Margareta*, poſtquam maritus ejus in fata conceſſerat; inclytiſſimo viro domino *Thomæ* Duci *Clarentiæ*, Regis *Henrici* quarti filio, & prioris viri ſui nepoti, obtenta prius diſpenſatione, fuit denuo deſponſata.

Edmundus Holand Comes Cantiæ, Dominus de Depynge.

De Margareta ſorore dictorum Thomæ & Edmundi.

Rex itaque *Henricus* quartus, completis Regni ſui annis tredecim & ſex fere menſibus, fallaci credulus prophetiæ, ad ſanctam civitatem *Hieruſalem* propoſuit proficiſci. Sed in brevi, mortalis ægritudinis moleſtiam incurrens, apud *Weſtmonaſterium* in camera quadam ab antiquo *Jeruſalem* nuncupata, completa vana prophetia obiit, & apud *Cantuariam eſt ſepultus*.

Obitus Regis Henrici quarti. 1413.

Igitur eodem anno, videlicet Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo decimo [a] quarto incipiente, nono die *Aprilis*, Dominica in paſſione Domini, apud *Weſtmonaſterium*, *Henricus Monmouth* filius ejus à *Thoma Arundel Cantuarienſi* Archiepiſcopo, Regni diademate coronatur. Qui quidem Regis *Richardi* depoſitionem ac ejus perpetuam incarcerationem nullatenus approbans; ſed omnes qui cauſa ejus mortis extiterant, proditionis reos fore dijudicans, in remiſſionem paterni delicti, Corpus ejus à Langley, ubi prius fuerat tumulatum, uſque *Londonias* fecit transferri, & apud *Weſtmonaſterium* prope feretrum ſancti *Edwardi* honorifice ſepeliri.

Coronatio Regis Henrici quinti.

Modico ſiquidem poſt hæc temporis interlabente curriculo, in campo *Egidii* vocato Fykettfelde inimicorum crucis *Chriſti Lollardorum* profana minis contra Regem inſurrexit multitudo; quos ille Divina protectus gratia, victorioſo brachio triumphavit: & *Johannem Oldcaſtellum* Militem, illius nefanda cohortis primiterium, cum multis poſtea captum *Lollardis* igni tradidit & conſumſit.

De inſurrectione Lollardorum. 1414.

a Tertio.

1415. Anno vero ſequente, qui erat annus Domini milleſimus quadringenteſimus decimus quintus, Rex *Henricus* apud *Weſtmonaſterium* conſilio convocato, de ſuorum Anteceſſorum jure & titulo in *Normania*, *Vaſconia*, & *Aquilania*, inter Regni Proceres propoſuit quæſtionem. Illi autem id ſibi dedere conſilii, quod pro dicto jure nuntios Regi *Franciæ* dirigeret ſpeciales. Quod quidem audiens *Franciæ* Delphinus, in contemtum Regis *Angliæ*, refertum pilis manualibus dolium, ad illudendum ei, inſolenter tranſmittebat. Indignatus igitur Rex *Angliæ* de tam probroſo ſibi tranſmiſſo exennio, vice verſa novo ludendi genere pilas ſibi remandare indubitanter ſe promiſit, quibus domorum ſuarum tecta fortiſſima quaterentur. Unde parvo poſt iſta tranſacto ſpatio, armatorum multitudine non modica apud Southampton congregata, verſus *Franciam* iter arripere proponebat. Sed jam jamque mare intraturo, hoc ei gratioſe prius innotuit; quod dominus *Richardus Langley* Comes *Cantabrigiæ*, dominus *Richardus Scrope* Theſaurarius *Angliæ*, & dominus *Thomas Grey* Miles, pro uno auri recepto millenario, ipſum Regem *Francigenis* vendidiſſent. Qua proditione comperta, ſtatim Regis juſſu extra portam aquilonalem *Southamptoniæ*, exigentibus eorum meritis, capitibus ſunt puniti.

Henric. 5. R.

De irriſione Regis per Delph.

De proditione in Regem.

His ita patratis, Rex cum ſuis copiis & mille quingentis navibus ad portum de *Kedecaws* infra aquam de *Seyn*, volucri curſu applicuit, ac inde proſpere procedens & villam de *Hareflete*, terra marique obſidione circundans, immenſis petrarum molibus ultra muros per machinas bellicas introjectis, quaſi ludendo cum *Francigenis*, ut vulgo dicitur ad *Teniſias*, ipſos acriter impugnabat. Quibus nimirum dira obſidionis inſtantia fatigatis, magnaque ciborum maceratis inedia, tandem, Deo duce, in feſto ſancti *Mauricii* Rex victor extitit, villam potenter obtinuit; unde & gratias mox Deo retulit bonorum omnium largitori.

Transfretatio Regis ad Hareflete.

Sed decurſis abinde quinque ferme ſeptimanis, inter ipſum Regem *Angliæ* cum ſeptem millibus occurrentem, & florentiſſimam totius *Franciæ* militiam ad ſexaginta millia numeratam, in Campo de *Agyncowrte*, feſto ſanctorum *Criſpini* & *Criſpiani*, grande prælium utrobique conſertis agminibus eſt commiſſum. Ubi Rex *Henricus* fortitudine ſe præcingens, & in Dei adjutorio totiuſque cleri *Angliæ* confiſus orationibus, undecim millia partis adverſæ interfecit; Ducem *Aurelianenſem* cum nobilioribus multis captivos ſecum duxit, & reliquam exercitus multitudinem fugam quærere coartavit. Finita itaque pugna, cum jam Rex *Angliæ* Dei nutu potitus victoria, pro conceſſo ſibi cœlitus triumpho acturus Deo gratias in caſtra propria remeaſſet, aſtante plebe non modica, etiam clero qui aderat, in Regis tentorio hymnum laudis, *Te Deum*, ſummo cordis tripudio proſequente; ipſe Rex armis adhuc indutus Deo reddens gloriæ palmam, medius omnium proſtratus humi jacuit, nec prius inde ſe levare tulit dignum, quam prædictum laudis canticum cum orationibus adjunctis, plenarie fuerat conſummatum.

De bello de Agyncowrte

De humilitate Regis.

Itaque dum hæc interim feliciter acta ſunt exterius; ad intra tamen, ſemper plebs adverſa, plebs malitioſa, Eccleſiam pacis inquietare non deſiſtit. Sed uſquequo peccatores, Domine, uſquequo peccatores gloriabuntur. Uſquequo & tu, ſancte Pater *Guthlace*, qui tuo quondam potenter dæmones imperio ſubdidiſti; malignantes tibi gentes, poſſeſſiones tuas invadere, & bona tua diripere patieris? Quum ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te, iterato in ſervos tuos extulerunt caput. Dixerunt quippe in corde ſuo cognatio eorum ſimul, Venite, diſperdamus eos de gente, hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei; dixerunt, inquam, & quod nequiter malitioſa mente conceperant, id nequius operis executione compleverunt. Nam cum primo Provinciis adjacentibus, vulgo referente, rumor innotuit, quod venerabilem Patrem Abbatem *Croylandiæ Thomam*, Divina pietas, prout ſuperius annotavimus, in amiſſione luminis corporalis miſeri-

miſericorditer viſitaſſet: mox viciniores *Hollandenſes*, videlicet de villis de **Multon** & **Weſton**, oportunum ſibi juxta vota tempus affuiſſe congaudentes, quo præconceptam malitiam poterant efficacius adimplere, & de alieno diſpendio ſperantes ſibi lucrum reportare; arbitrantes inſuper jam non eſſe qui redimat, nec qui ſalvum faciat, vel qui injuſte uſurpantibus viriliter contradicat, ſpe fruendi victoria in unum congregati, quandam inſulam vocatam *Le Purceynt*, infra metas & bundas Abbathiæ *Croylandiæ*, vi & armis more bellantium, in ſpiritu vehementi & tumultuoſo ſtrepitu intraverunt; ubi velut canes [a] rapini, effera mente debacchantes, piſcando, aucupando, retia & quæcunque inventa diripiendo, multa enormia perpetrarunt: ſicque per totum fere annum dictum procinctum continue occupantes, nullum firmariorum ſeu ſervientium Abbatis aliquid inibi commodum percipere permittebant. Sed & quandam domum piſcatoriam apud **Sandiſtowe** ſituatam, in ſecuri & aſcia ſolo tenus proſternentes, igne mox admoto redigebant in favillam. 1415. *Henric. 5. R.* *Eruptio Multonenſium in procinctu.*

Porro & eiſdem temporibus *Spaldingenſes* quidam conſimili ſpiritu furoris agitati, in aqua de **Weland**, ſeparali Abbatis *Croylandiæ* piſcaria, uſque ad villam *Croylandiæ* manu valida piſcari præſumentes, & pompoſis geſtibus ac minis inſultantes in non mediocri multitudine convenerunt. Cumque mariſcum de **Goggiſlound**, qui eſt etiam Abbatis prædicti ſolum ſeparale, unanimiter ingredientes, turbas fodiendo, juncum & ruſcum falcando, & quaſi ſeiſinam & poſſeſſionem inibi capiendo, proprietatem fundi vendicare prætendebant; ſed & ſingulos villæ *Croylandiæ* tenentes, per longum tempus dicti mariſci violenter arcebant ab ingreſſu. *Introitus Spaldingenſium in Goggiſlound.*

Venerabilis igitur Prior *Richardus*, cui omnis adminiſtratio Monaſterii in temporalibus & ſpiritualibus, ut prædiximus, commiſſa fuerat, cupiens hujuſcemodi malefactoribus, ne impune procederent, in principiis obviare, Eccleſiaſticæ cenſuræ mucronem à ſanctiſſimo patre *Dunſtano Cantuariæ* Archipræſule, Abbati quondam *Turketulo* ſpecialiter conceſſum, & in hujus loci theſauris ſingulariter reconditum, contra hujuſmodi pacis perturbatores, prout jam neceſſitas exigebat, conſulto prius ſuper hoc Diœceſano, primo cenſuit exerendum. Unde aſtante toto Conventu, in inſigni die ſolennitatis, generaliter in quoſcunque libertates Eccleſiæ ſancti *Guthlaci Croylandiæ* infringentes, ſeu bona ejus injuſte diripientes, poſſeſſioneſque ejus invadere temere præſumentes, publice & ſolenniter in valvis Eccleſiæ excommunicationis ſententiam fulminavit. *Excommunicatio in malefactores Eccleſiæ.*

Deinde ad brachium temporale & leges Regni ſe convertens, & monimenta Regum illuſtrium, *Ethebaldi*, *Edredi*, & *Edgari*, ſecum deferens, quaſi ad beſtias pugnaturus viriliter ſe accinxit, & placita contra utroſque inchoaturus, *Londonias* properavit, ubi in multis laboribus & expenſis diligenter proſequens ſuam cauſam, ferme per biennium priuſquam optatum materia ſortiri poſſet effectum, per dilationes & diſſenſiones multimodas extitit prorogatus. Tanta ſiquidem adverſus eum, tum per conſilium Ducis *Lancaſtriæ* pro parte *Spaldyngenſium*, tum per dominos prædictarum villarum de **Multon** & **Weſton**, ejus conatus impedientium, indies obſtiterit ſolicitudo, quod quaſi pugna duplici fatigatus, diutius non poterat ſuſtinere. Unde prædictus Prior cernens materiam ſuam jam ſub jactu teſſeræ conſtitutam, juxta votum minime proſperari, ſed in deteriorem calculum quotidie declinare, in tantam incidit ægritudinis moleſtiam, quod de ejus ſalute, eo quod indignante ſtomacho ſingula ſibi oblata nequaquam poterat retinere, etiam medici dubitabant. Et revera, tam diuturni laboris fruſtratio pene ſibi ſuæ cauſæ deſperationem adduxiſſet, niſi qui ſolus laborem & dolorem conſiderat, citius in cauſam pauperis de cœlo reſpicere dignatus eſſet. *Placitum contra utroſque.*

[a] Rabidi.

1415. Henric. 5. R.

Quamobrem & illud memoratu dignum, quod eodem tempore actum eſſe cognovimus, etiam præſentibus inſerere non pigebit. Quidam namque legis peritus de Conſilio dicti Prioris, ſecundum jura Regni *Angliæ*, *ſerviens legis* communiter appellatus, nomine *Willielmus Ludyngton*, hujus negotii proſecutor & prolocutor fideliſſimus, dum nocte quadam lecto recubans, triſtis admodum & inquietus continue vigilaret, & multa ſecum mente pertractans, omnino dormire non poſſet, ſubito quaſi leni ſopore interceptus, modicum requievit, & ecce, quidam reverendus heros anachoritico ſchemate indutus, ſibi propius aſſiſtens, talia ſuggerebat: Cur tu, inquit, animo fluctuante de cauſæ tuæ proſecutione trepidas, & obvenientibus tibi hinc inde cogitationibus noctem ducis inſomnem? Eja nunc paululum pauſa, & membra quieti relaxa; craſtina nempe luce omnia tibi ſuccedent ad placitum, & ea quæ adhuc uſque adverſari tibi viſa ſunt, juxta tuæ voluntatis arbitrium feliciter arridebunt. Et his dictis, viſio diſparuit. Ille vero diluculo conſurgens, & de oſtenſo ſibi haud dubium per beatum *Guthlacum* divinitus oraculo animæquior jam effectus, ſpem concito concipit meliorem; unde ad Curiam mox feſtinans, & cum his qui de conſilio partium erant, pauliſper de materia colloquia celebrans, ad hoc demum totius negotii traxit pondus, quod partes ſingulæ protinus in electos arbitros qui cauſam inter eos juſte deciderent, ſedatis laboribus & expenſis libenter & voluntarie conſenſerunt. Audiens autem Prior, adhuc ibidem, ut dictum eſt, ægritudinis lectulo recubans, quod tam perplexus agonis ſui labyrinthus haberet exitum, & tam diſpendioſa litis materia cito tenderet ad quietem, multum gaviſus reſpiravit, & de conceſſa cœlitus divina conſolatione, uberes gratiarum actiones Deo ſolvit.

Guthlacus apparuit in viſione.

Conſenſus in Arbitros.

Poſt hæc igitur ex parte Abbatis *Croylandiæ* & ejuſdem loci Conventus, arbitratores duo electi ſunt, Magiſter videlicet *Richardus Flemyng*, ſacræ paginæ profeſſor egregius, parochialis Eccleſiæ ſancti *Botolphi* Rector, Eccleſiarum Cathedralium *Eboraci* & *Lincoln.* Canonicus, & *Lincolnienſis* poſtmodum Epiſcopus, & *Johannes Flete* de **Frampton**, vir utique nobilis & bonæ opinionis fama reſperſus; ex parte vero comitatu villarum de **Multon** & **Weston** *Johannes Bayſham*, Rector Eccleſiæ de **Hanneslap**, & Vicarius Eccleſiæ de **Multon**, & *Richardus Pynchebeke*, arbitratores ſimiliter ſunt electi. Qui quidem ad diem inter ſe præfixum, videlicet die *Martis* ante exaltationem ſanctæ Crucis, anno Regni Regis *Henrici* quinti tertio, qui erat annus Incarnationis Dominicæ milleſimus quadringenteſimus decimus quintus, una cum *Johanne Cokayn* & *Willielmo Ludyngton*, duobus Juſtitiariis domini Regis de communi banco ſuo, imparibus in prædicta materia per præfatas partes electis, apud *Croylandiam* convenerunt. Qui viſis evidentiis & munimentis diverſis, atque diligenter examinatis, per Abbatem & Conventum & eorum conſilium ſibi oſtenſis, arbitrium ſuper præmiſſis, & judicium à dicto domino Rege poſtea confirmatum, & ſigillo ſuo patenti corroboratum, dederunt & decreverunt in hæc verba:

Forma arbitrii inter nos & homines de Multon & Weſton.

Omnibus Chriſti *fidelibus hoc præſens ſcriptum indentatum viſuris & audituris, magiſter* Richardus Flemynge, *Profeſſor ſacræ paginæ, Rector Eccleſiæ parochialis ſancti* Botulphi, *& Canonicus Eccleſiarum Cathedralium* Eboraci *&* Lincolniæ, Johannes Flete *de* **Frampton**; Johannes Bayſham, *Rector Eccleſiæ de* **Hanneslap**, *& Vicarius Eccleſiæ de* **Multon**, *&* Richardus Pynchebeke *de* **Pynchebeck** *ſalutem in Domino ſempiternam. Cum nuper diverſæ debatæ, lites, diſſentiones, & diſcordiæ motæ & exortæ fuiſſent inter venerabilem virum* Thomam *Abbatem Monaſterii de* **Croyland**, *& ejuſdem loci Conventum ex parte una, &* Lambertum Bonourge *de* **Multon**, *&* Adam Brone *de* **Multon**, Wilhelmum Millerum *de* **Multon**, Johannem Somenour *de* **Multon**, Robertum Michell *de* **Multon**, Galfridum Hull *de* **Multon**, Johannem Rumney *de* **Multon**, Wil-

a Communitatis.

lielmum

lielmum Bron *de* Pulton, Henricum Johanneſon, *alias dictum* Henric. 1415.
Sergeantſon *de* Pulton, Thomam Johanneſon, *alias dictum* Thomam *Henric. 5. R.*
Sergeantſon *de* Pulton, Nigellum Avery *de* Pulton, Johannem Hareberd *de* Weſton, Johannem Williamſon *de* Weſton, Walterum Cook *de* Weſton, & Johannem Feldewe *de* Weſton, *ac Communitates de* Weſton & Pulton, *ex altera parte, de & ſuper jure, titulo, & clamero cujuſdam inſulæ vocatæ le* Purſenit, *infra metas & bundas villæ de* Croyland, *& prædictus Abbas aſſeruit, infra quam inſulam prædicti* Lambertus *& alii ſuprascripti de prædictis villis de* Pulton *&* Weſton, *ac communitates prædictæ clamaverunt habere communam paſturæ ad omnimoda averia ſua, communam piſcariæ & turbariæ, ac falcandi & colligendi ruſcos & arundinem, ac ad omnimoda volatilia infra dictam inſulam vocatam* Purſenit *exiſtentia, capienda, ac etiam ad capienda omnia alia proficua infra dictam inſulam creſcentia ſeu provenientia, aſſerendo majorem partem dictæ inſulæ eſſe infra metas & bundas dictarum villarum de* Pulton *&* Weſton. *De quibus quidem jure ac titulo & clamero, ac etiam debatis, diſcordiis, & diſſentionibus, & omnimodis tranſgreſſionibus & offenſis, eiſdem Abbati & Conventui per prædictos* Lambertum *& alios ſupraſcriptos prædictarum villarum de* Pulton Weſton, *ac Communitates prædictas, ante diem confectionis præſentium, qualitercunque factis, partes prædictæ poſuerunt & ſubmiſerunt ſe ad ſtandum arbitrio, ordinationi & judicio noſtrum prædictorum magiſtri* Richardi Flemynge, & Johannis Flete, *Arbitratorum ex parte dictorum Abbatis & Conventus electorum; &* Johannis Bayſham & Richardi Pynchbeck, *Arbitratorum ex parte dictorum* Lamberti *& aliorum ſupraſcriptorum de prædictis villis de* Pulton *&* Weſton *ac Communitatum prædictarum electorum; ita quod ſi nos concordare non poſſemus, tunc partes prædictæ ſtarent ordinationi & judicio* Johannis Cokayne & Willielmi Ludyngton, *duorum Juſtitiariorum domini Regis de communi Banco ſuo, imparium per aſſenſum prædictarum partium ad hoc electorum. Nos vero prædicti magiſtri* Richardus Flemynge, Johannes Flete, Johannes Bayſham, & Richardus Pynchbeck, *die* Martis *proximo ante feſtum exaltationis ſanctæ Crucis, anno Regni Regis* Henrici *quinti tertio, apud dictam villam de* Croyland, *vocatis coram nobis dictis Abbate & Conventu, cum conſilio ſuo, ad oſtendendum nobis ſi quid pro ipſis haberent ad probandam dictam inſulam eſſe infra dictam villam de* Croyland, *& quod dicta inſula integre eſſet eorum ſolum ſeparale: iidem Abbas & Conventus cum conſilio ſuo nobis oſtenderunt diverſas evidentias, videlicet chartam primæ fundationis dicti Monaſterii de* Croyland, *per quam* Aethebaldus *Rex* Merc. *in* Anglia, *anno Domini ſeptingenteſimo ſexto decimo, conceſſit Deo, beatæ* Mariæ, *& ſancto* Bartholomeo, *totam inſulam* Croyland *ad ſedem Abbathiæ ſeparatam, & ſeparaliter obtinendam, cum quatuor aquis intercluſam, videlicet cum aqua quæ vocatur* Shepeſhee *verſus Orientem, & cum aqua quæ vocatur* Neen *uſque Occidentem, & cum aqua quæ vocatur* Southee *verſus Auſtrum, & cum aqua quæ vocatur* Aſendyke *verſus Aquilonem, ubi communis* Sewera *eſt inter* Spaldyngiam *& dictam Inſulam, infra quas metas & bundas dicta Inſula vocata* Purſenit *totaliter exiſtit. Monſtraverunt etiam nobis chartam refundationis dicti Monaſterii, poſtquam deſtructum fuit & devaſtatum per Paganos, factam per* Aedredum *Regem* Angliæ, *anno Domini nongenteſimo quadrageſimo octavo, in qua tradidit, donavit, & confirmavit* Turketulo *cognato ſuo, Abbati de* Croyland, *& Monachis ibidem omnibus ſucceſſoribus eorum, totam Inſulam* Croyland *pro gleba Eccleſiæ, & pro ſitu ſeparali ejuſdem Monaſterii, cum limite, videlicet a ponte de* Croyland *triangulo per aquam de* Weland *verſus* Spaldyng *uſque* Aſendyke, *ubi* Aſendyke *cadit in aquam de* Weland, *ex Boreali parte Crucis lapideæ per prædictum* Turketulum *ibidem affixæ; & ſic ſurſum uſque Orientem per* Aſendyke *uſque ad* Aſwyktofte, *& inde uſque* Shepeſhee, *in Orientali parte ejuſdem Inſulæ, & ſic uſque* Terwarthare,

Oſtentio evidentiarum pro procinctu.

1415. Henric. 5. R. Terwarthare, & ibi intrando Southee uſque Nomanſlandherne, ubi crucem lapideam affigi præcepit idem Turketulus, diſtantem a Southee per ſex perticatas; & diſtat eadem crux ab aqua de Neen verſus Occidentem per quinque perticatas, & inde per eandem aquam de Neen ſicut currit ad ſupradictum pontem de Croyland, cum ſeparali piſcaria tam in aquis omnibus ambientibus eandem Inſulam, quam in ſtagnis & paludibus infra ſitum incluſis. Oſtenderunt nobis inſuper chartas confirmationum & ratificationum diverſorum Regum Angliæ poſt Conqueſtum, videlicet Regis Stephani, Regis Henrici ſecundi, Regis Richardi primi, Regis Johannis, Regis Henrici tertii, Regis Edwardi primi, & aliorum Regum Angliæ, uſque ad Regem Henricum quintum qui nunc eſt: quæ quidem chartæ omnes ſupradictos limites, metas, & bundas Inſulæ prædictæ confirmant, ratificant, exemplificant, & atteſtantur expreſſe. Monſtraverunt nobis ſimiliter quandam clamationem & allocationem inde factas, in quodam itinere apud Lincoln. coram Johanne de Vallibus, & ſociis ſuis itinerantibus, & cetera per Abbatem de Croyland, anno Regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici nono, & allocationem inde, qui inter ceteras libertates, clamavit habere ſedem Abbathiæ de Croyland cum limitibus ſuis nominatis, quæ ſic tenduntur; videlicet a Croylandia uſque illuc ubi Aſendyke cadit in aquam de Weland, & ſic per Aſendyke uſque Aſſewyktoft, & ſic uſque Shepeſhee, & ſic uſque Tydwarthare, & ſic uſque Nomanſland, & per aquam de Neen uſque ad aquam de Weland prædictam: quæ quidem clamatio & allocatio dictam Inſulam eſſe infra dictas metas & bundas teſtantur. Oſtenſum fuit etiam coram nobis ex parte dictorum Abbatis & Conventus quoddam ſcriptum relaxationis Thomæ filii Lamberti de Multon, ad tunc domini Manerii de Multon, factum Abbati de Croyland, quod quidem ſcriptum dictas metas & bundas prædictæ Inſulæ ſimiliter approbat & teſtatur. Monſtrata fuerunt ſimiliter coram nobis ex parte dictorum Abbatis & Conventus plura compota diverſorum balivorum maneriorum infra dictam Inſulam exiſtentium, videlicet Brotherhouſe, Morecotes, Nomanſland, alias dict. Girchlakeſland, & Dovedale, de tempore quo dicta Inſula fuit in aliqua parcella terra arabilis, & ſeminata in aliquibus parcellis, in pratis, croftis, & magnis paſturis, ad firmam dimiſſis, & aliqua parcella inde in eorum manibus remanens; & de agiſtamentis beſtiarum depaſcentium in dicta inſula, ſicut per rotulos compot. omnium Abbatum prædeceſſorum prædicti Abbatis qui nunc eſt, a tempore Regis Henrici filii Johannis; & plures alias evidentias prolixas prædicti Abbas & Conventus cum conſilio ſuo coram nobis demonſtraverunt, quas propter prolixitatem his lectis noſtri arbitrii imponere intermittimus. Vocatis etiam ibidem coram nobis prædictis Lamberto & aliis ſupraſcriptis de prædictis villis de Multon & Weſton, & communitatibus prædictis cum conſilio ſuo ad declarandum & oſtendendum eorum jus, titulum, ſive clameum, quæ haberent in prædicta Inſula, & ſi quid ſcirent dicere contra evidentias prædictas nobis per prædictos Abbatem & Conventum cum conſilio ſuo oſtenſas; idem Lambertus & alii ſupraſcripti de prædictis villis de Multon & Weſton, ac communitates prædictæ cum conſilio ſuo, contra evidentias prædictas nihil nobis in ſcriptis demonſtraverunt, nec aliquid in effectu dicere ſciverunt. Propter quod nos conſiderantes prædictas evidentias dictorum Abbatis & Conventus, per ipſos & conſilium ſuum in forma prædicta oſtenſas & declaratas coram nobis in præſentia prædictorum Johannis Cokayne & Willielmi Ludyngton, imparium in hac parte electorum, tam ex aſſenſu prædictorum Abbatis & Conventus, quam prædictorum Lamberti, & aliorum ſupraſcriptorum de prædictis villis de Multon & Weſton, ac communitatum prædictarum, in domo capitulari ejuſdem Abbathiæ exiſtentium; ordinamus, arbitramur, & decrevimus, modo, forma, & conditionibus ſubſequentibus. Imprimis quod prædicti Abbas & Conventus & eorum ſucceſſores habeant & obtineant dictam Inſulam vocatam le Purſenit, cum omnibus proficuis ad eandem

dem Inſulam qualitercunque ſpectantibus, ut ſeparale ſuum, & in ſeparali- 1415.
tate teneant, per prædictas metas & bundas in prædictis fundatione, reſtau- Edward.1.R.
ratione, & confirmationibus Regum, clamatione & allocatione itineris, & charta relaxationis, & quiet. clamant. dicti Thomæ filii Lamberti, ſpecificatas & declaratas; & ea gaudeant libere & quiete in perpetuum abſque contradictione ſeu impedimento prædicti Lamberti & aliorum ſupraſcriptorum de prædictis villis de Multon & Weſton, ac communitatum prædictarum, hæredum ſeu ſucceſſorum ſuorum: ita quod dictus Lambertus & alii de eiſdem villis de Multon & Weſton ſupraſcripti, ac communitates prædictæ homines tenentes & reſidentes in eiſdem villis de Multon & Weſton, nec eorum hæredes vel ſucceſſores unquam habeant aliquam communam paſturæ, piſcariæ, ſeu turbariæ, nec communam ad capiendum aliquod proficuum in dicta Inſula aliquo modo proveniens in futurum; ſed quod ipſi, eorum hæredes, & ſucceſſores, ab omni jure, titulo, ſive proficuo inde capiendo ſint excluſi in perpetuum. Salvis ſemper prædicto Lamberto & aliis ſupraſcriptis de prædictis villis de Multon & Weſton, ac communitatibus prædictis, certo loco infra prædictas metas & bundas, videlicet illo alto foſſato vocato Newelode, alias Le-Lodyke, juxta Le-Drove, cum aqua intermedia, inter dicta Newelode & Le-Drove, qui incipit apud Brotherhouſe, prout in quodam arbitrio, anno Regni Regis Edwardi tertii quadrageſimo octavo, facto inter Thomam tunc Abbatem de Croyland, & Johannem tunc Priorem de Spaldyngia, per magiſtrum Petrum Dalton Canonicum Eccleſiæ Cathedralis Lincolniæ, & Willielmum Spaigne, arbitratum fuit: ita quod illa aqua ſive fovea ex parte Auſtrali dicta Drove, quæ vocatur Oldelode, ſicut ſe extendit a Brotherhouſe uſque Aſwykelote in longitudine, cum piſcatione in eadem, ad dictos Abbatem & Conventum & eorum ſucceſſores ſine aliquo impedimento prædicti Lamberti & aliorum ſupraſcriptorum de eiſdem villis de Multon & Weſton, ac communitatum prædictarum, aut eorum hæredum ſive ſucceſſorum, pertineat integre & quiete in perpetuum, prout in dicto arbitrio dictorum magiſtri Petri & Willielmi Spaingne plenius ſpecificatur.

Nota de la Lodedyke.

Item arbitramur & decernimus ulterius, quod prædicti Abbas & Conventus & eorum ſucceſſores, & eorum aſſignati, quoties ſibi placuerit, ponere poſſunt pilos & palos, & facere Werettedes ſuper dictum Drove ex parte Boreali dictæ aquæ vocatæ Oldelode, pro piſcibus in illa aqua capiendis, ſine contradictione vel impedimento prædicti Lamberti & aliorum ſupraſcriptorum dictarum villarum de Multon & Weſton, ac communitatum earundem, vel eorum ſucceſſorum in perpetuum. Item ordinamus & decernimus, quod prædictus Lambertus & alii ſupraſcripti de dictis villis de Multon & Weſton ac communitates earundem, de novo faciant ædificare quandam domum infra prædictam Inſulam, ubi quædam domus ſituata fuit, vocata Sandyſtowecote, citra feſtum omnium Sanctorum proxime futurum poſt datam præſentium; quæ quidem domus per Communitates dictarum villarum de Multon & Weſton manu forti proſtrata & deſtructa fuit; vel quod prædictus Lambertus & alii ſupraſcripti de eiſdem villis de Multon & Weſton, ac communitates prædictæ, ſolvent eiſdem Abbati & Conventui & eorum ſucceſſoribus, in dicto feſto omnium Sanctorum, viginti marcas. Item arbitramur, ordinamus, adjudicamus, quod prædictus Lambertus & alii ſupraſcripti de prædictis villis de Multon & Weſton, ac dictæ Communitates, ſolvent prædictis Abbati & Conventui vel eorum ſucceſſoribus, in feſto ſancti Michaelis Archangeli proxime futuro poſt datam præſentium, pro omnibus aliis injuriis malefactis & tranſgreſſionibus infra prædictam Inſulam per ipſos vel aliquem eorum, ante diem confectionis præſentium, eiſdem Abbati & Conventui factis ſive perpetratis, quadringentas marcas Sterlingorum, percipiendas ad voluntatem dictorum Abbatis & Conventus. Ordinamus inſuper, arbitramur, & decernimus, quod omnes homines & ſinguli dictarum villarum de Multon & Weſton; qui tranſgreſſiones & offenſas fecerunt, vel ad tranſgreſſiones & offenſas faciendas auxilium, conſilium, vel favorem dederunt,

Sandyſtowecote.

Viginti marcæ adjudicatæ ad Croyland, pro Sand.ſtowecote.

Quadringentæ marcæ adjudicatæ Abbati Croyland.

1415. *runt, veniant citra feſtum* Paſchæ *proxime futurum, apud* Croyland *coram*
Henric. 5. R. *prædicto Abbate, & ob reverentiam Dei & ſancti* Guthlaci *veniam humiliter petant de omnibus eorum dictis tranſgreſſionibus & offenſis. Et ut iſta noſtra prædicta arbitrium, ordinatio, & judicium, in omnibus in ſuo robore in perpetuum permaneant, ordinamus, arbitramur, & decernimus, quod prædictus* Lambertus *& alii ſupraſcripti de prædictis villis de* Multon *&* Weſton, *& alii quindecim probi homines & ſufficientes earundem villarum de* Multon *&* Weſton, *veniant coram aliquo Majore* Stapulæ, *citra feſtum* omnium Sanctorum *proxime futurum, recognoſcunt ipſos & eorum quemlibet teneri prædictis Abbati & Conventui in ducentis libris* Sterlingorum *ſolvend. eiſdem Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, aut ſuo certo attornato, in feſto Natalis Domini* Chriſti *futuro poſt datam præſentium. Et ulterius ordinamus quod duæ indenturæ immediate poſt dictam recognitionem factam ſiant, declarantes conditiones dicti ſtatuti, videlicet, quod ſi iſta dicta noſtra arbitrium, ordinatio, & judicium in omnibus in perpetuum perimpleantur, pro parte dictarum communitatum, quod ex tunc dictum ſtatutum nullius ſit virtutis aut valoris; alioquin in ſuo robore permaneant & effectu. In cujus rei teſtimonium uni parti iſtorum noſtrorum arbitrii & ordinationis, penes prædictos Abbatem & Conventum & eorum ſucceſſores remanenti, & alteri parti penes prædictum* Lambertum *& alios ſupraſcriptos de prædictis villis de* Multon *&* Weſton *ac communitates prædictas, eorum hæredes ac ſucceſſores in eiſdem villis de* Multon *&* Weſton *remanenti, nos prædicti arbitratores Magiſter* Richardus Flemynge, Johannes Flete, Johannes Bayſham, & Richardus Pynchebek, *ſigilla noſtra appoſuimus: & ad noſtrum ſpecialem rogatum & partium prædictarum requeſtum, prædicti* Johannes Cokayn & Willielmus Ludyngton *Juſtitiarii &* Robertus Hagbeche *Miles*, Johannes Belle de Boſton, *&* Thomas Claymond *de* Pole, *qui præſenti arbitrio interfuerunt, ſigilla ſua appoſuerunt. Data* Croylandiæ *die & anno ſupradictis.*

Conſimili etiam modo materia placiti contra *Spaldyngenſes* agitata, pari paſſu ſopita eſt & finita. Nam ad ſtandum & arbitrio *Johannis Wodehouſe*, Ducatus *Lancaſtriæ* Cancellarii, *Johannis Leventhorp*, dicti Ducatus generalis Receptoris, & *Will. Babyngton*, unius de conſilio Ducatus ejuſdem, tam Abbas & Conventus Croyland, quam Communitates de *Spaldyngia* & Pynchebeck, per ſua obligatoria ſcripta poſuerunt ſe & voluntarie ſubmiſerunt; prout forma dicti Arbitrii latius evidet in ſubſcriptis.

Forma arbitrii inter nos & Spaldyngenſes.

Omnibus Chriſti *fidelibus hoc præſens ſcriptum tripertitum viſuris & audituris,* Johannes Wodehouſe *Cancellarius domini Regis ducatus ſui* Lancaſtriæ, Johannes Leuenthorp *generalis Receptor dicti domini Regis Ducatus ſui prædicti, &* Will. Babyngton *unus de Conſilio dicti domini Regis Ducatus ſui prædicti, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum dudum diverſæ clameæ, diſſenſiones, debatæ, & diſcordiæ motæ & exortæ fuerunt inter* Thomam *Abbatem de* Croyland *& ejuſdem loci Conventum ex una parte, & Communitates villarum de* Spaldynge *&* Pynchbek *ex alia parte, de quodam mariſco vocato* Goggyſlound, *ex occidentali parte aquæ de* Weland, *quem quidem mariſcum dicti Abbas & Conventus clamaverunt eſſe eorum ſolum & dominium, ut parcellam villæ de* Croyland; *& prædictæ communitates clamaverunt dictum mariſcum eſſe infra metas & bundas mariſci eorum dictarum villarum* Spaldyng & Pynchebek; *clamaverunt etiam habere infra dictum mariſcum communam paſturæ, turbariæ, piſcariæ, falcandi & colligendi ruſcos & arundinem, capiendi volatilia, & alia proficua ibidem provenientia: de quibus quidem clameis, debatis, diſſenſionibus, & diſcordiis, viceſimo die menſis* Julii *Anno Regni Regis* Henrici *quinti tertio, apud* Weſtmonaſterium *tam prædicti Abbas & Conventus pro ſe & ſucceſſoribus ſuis quam* Will. Geywode *de* Spaldyng, Will. Pygot *de eadem,* Thomas Sparowe *de eadem,* Richardus Ribold *de eadem,* Thomas Thorald *de eadem,* Thomas Bele *de eadem,* Thomas Michel *de eadem*, Robertus Date *de eadem,* Johannes Frauncceys *de*

de eadem, Thomas Horner *de eadem*, Johannes Horner *de eadem*, Robertus Thorald *de eadem*, Willielmus Burton *de eadem*, Johannes Fere *de eadem*, Galfridus Bullok *de eadem*, Robertus Hobkynſon *de eadem*, Simon Leper *de eadem*, Willielmus Swyke *de eadem*, Johannes Haltofte *de eadem*, Johannes Geyton *de eadem*, Johannes Wright *de eadem*, Adam Storm *de eadem*, Hugo *de* Lambkynſon *de eadem*, Gilbertus Hawkin *de eadem*; Walterus Benet *de* Pynchebek, Robertus Soule *de eadem*, Johannes Raynoldſon *de eadem*, Johannes Clerk *de eadem*, Athelardus Welby *de eadem*, Thomas Geney *de eadem*, Thomas Flouter *de eadem*, Johannes Vikers *de eadem*, Gilbertus Clony *de eadem*, Willielmus Geggs *de eadem*, Ricardus Philippus *de eadem*, & Johannes Hall *de eadem; pro ſe & Communitatibus dictarum villarum de* Spaldyng *&* Pynchebek, *ſe ſubmiſerunt arbitrio & ordinationi* Hugonis Mortimer *Camerarii dicti domini Regis Ducatus ſui prædicti* & *noſtrorum prædictorum* Johannis Wodehouſe, Johannis Leuenthorp, & Willielmi Babyngton, *vel trium noſtrum: Ita quod noſtra dicta arbitrium & ordinatio fierent citra feſtum* omnium Sanctorum *ex tunc proxime ſequens. Et ſuper hoc, ad perimplendum & perficiendum omnia & ſingula quæ per nos prædictos arbitratores vel tres noſtrum in hac parte eſſent arbitrata & ordinata, dicti Abbas & Conventus pro parte ſua per eorum ſigillum commune obligaverunt ſe* Athelardo Welby *de* Pynchebek, Thomæ Geny *de eadem*, Willielmo Geywode *de* Spaldyngia, & Thomæ Sparrow *de eadem, in Ducentis libris ſterlingorum, ſolvend. eiſdem* Athelardo, Thomæ, Willielmo, & Thomæ *in dicto feſto* omnium Sanctorum. *Et prædicti* Willielmus Geywode, Willielmus Pygot, Thomas Sparrow, & *omnes alii nominati de* Spaldyngia & Pynchebek, *obligaverunt ſe & quemlibet eorum, hæredes & executores ſuos, in ducentis libris ſterlingorum, per diverſa ſcripta ſua obligatoria ſub eorum ſigillis, dictis Abbati & Conventui de* Croyland, *ſolvend. eiſdem Abbati & Conventui de* Croyland *ad dictum feſtum* omnium Sanctorum, *ut in dictis ſcriptis obligatoriis plenius continetur. Et poſtmodum nos prædicti* Johannes Wodehouſe, Johannes Leuenthorp, & Willielmus Babyngton *dictis die, anno & loco in domo conſilii dicti Ducatus* Lancaſtriæ *apud* Weſtm. *ordinavimus in præſentia partium prædictarum, quod ambæ partes prædictæ exiſterent promtæ & paratæ in omnibus eorum evidentiis & munimentis, tangentes clameas, debatas, diſſenſiones, & diſcordias prædictas, apud* Croyland *coram nobis prædictis arbitratoribus vel tribus noſtrum, tertio decimo die menſis* Septembris *ex tunc proxime ſequentis, ad nos informandos de metis & bundis dicti mariſci vocati* Goggiſlound, *& de materiis & debatis prædictis: ad quem diem coram nobis prædictis arbitratoribus* Johanne Wodehouſe, Johanne Leuenthorp, & Willielmo Babyngton *exiſtentibus apud* Croyland, *habito ibidem nobiſcum ex noſtro ſpeciali requeſtu*, Willielmo Ludyngton *uno Juſtitiario domini Regis de commmuni Banco, ad videndum, audiendum, & conſulendum nobiſcum ex materia prædicta; comparuerunt tam prædicti Abbas & Conventus cum eorum conſilio, quam Prædicti* Willielmus Geywode, Willielmus Pygot, *& omnes alii obligati tam nomine ſuo quam nomine Communitatum prædictarum villarum de* Spaldyng *&* Pynchebek *cum eorum conſilio; & utraque pars ſeparaliter & per ſe monſtravit tam nobis prædictis* Johanni Wodehouſe, Johanni Leuenthorp, & Willielmo Babyngton, *quam prædicto* Willielmo Ludyngton, *limites & bundas dicti mariſci vocati* Goggiſlound, *tam in longitudine quam in latitudine. Et ſuper hoc quæſitum fuit a dictis Abbate & Conventu qualiter & quomodo prædictæ metæ & bundæ prædicti mariſci vocati* Goggiſlound *ſe extendunt, & quomodo nuncupantur. Qui nobis oſtenderunt eas in his verbis:* Limites & bundæ mariſci de Goggiſlound ex occidentali parte aquæ de Weland, ſe extendant à ponte de Croyland triangulo prædictam aquam de Weland verſus occidentem tendendo per duas leucas uſque Kenulphſtone juxta Aſpathiam, ubi [a] protinus Abbas à fundatione dicti Monaſterii nomine

1415. *Henric. 5. R.*

Oſtentio evidentiarum pro Goggiſlound.

[a] Primus.

1415. Henric. 5. R.

Kenulphus poſuit crucem lapideam pro limitibus inter Croyland & Depynge. Et ab *Eleſpathia* tendendo verſus Boream uſque Wer'c arlake & ſic uſque Harneholt, & inde ſurſum per Wengerlake & Lurtlake, & ibi ſunt limites dividentes Holand & Keſteven; & inde uſque ad Wodelodegreyns ſive alio nomine Oggote; & ſic verſus Orientem uſque Appnholt ſive alio nomine Wodelode ubi Wodelode cadit in prædictam aquam de Weland. *Quæſitum etiam fuit a dictis Abbate & Conventu de* Croyland, *ſi haberent aliquas evidentias in ſcriptis ad teſtificandum & declarandum prædictas metas & bundas prædicti mariſci de* Gogiſlound, *& ſi haberent aliquas evidentias ad probandum dictum mariſcum vocatum* Gogiſlound *eſſe eorum ſolum & dominium, & infra limites & bundas dictæ villæ de* Croyland. *Qui nobis monſtraverunt diverſas evidentias, videlicet Chartam primæ fundationis dicti Monaſterii de* Croyland, *per quam* Æthebaldus *Rex* Merciorum *in* Anglia, *Anno Domini ſeptingenteſimo ſexto decimo, tradidit, dedit, & conceſſit omnipotenti Deo, Beatæ* Mariæ, *& ſancto* Bartholomeo *ad fundationem Monaſterii nigrorum Monachorum ſub norma ſancti* Benedicti *Deo famulantium inter cæteras donationes & conceſſiones prædictum mariſcum vocatum* Gogiſlound *ex occidentali parte aquæ de* Weland *per certas metas & bundas incluſum, & licentiam ad villam ædificandam ibidem ſive includendum quantum ex dicto mariſco dictis Monachis pro ſe & ſuis placerent. Oſtenderunt etiam nobis chartam refundationis & reſtaurationis dicti Monaſterii de* Croyland, *poſtquam deſtructum fuit & devaſtatum per paganos, factam anno Domini nongenteſimo quadrageſimo octavo, per quam* Ædredrus *Rex* Angliæ *tradidit, donavit & confirmavit Abbati & Monachis de* Croyland, *& omnibus ſucceſſoribus eorum, ſub regula & habitu ſancti* Benedicti *ibidem Deo ſervientibus inter alias poſſeſſiones, prædictum mariſcum vocatum* Gogiſlound *per omnes metas & bundas ſuperius declaratas. Similitr oſtenderunt nobis chartas confirmationum & exemplificationum diverſorum Regum poſt conqueſtum* Angliæ, *videlicet Regis* Stephani, *Regis* Henrici *ſecundi*, *Regis* Richardi *primi*, *Regis* Johannis, Henrici *tertii*, *Regis* Edwardi *primi*, *Regis* Richardi *ſecundi*, *& Regis* Henrici *quarti*, *per quas ſingillatim conceſſerunt & confirmaverunt Deo & Eccleſiæ ſancti* Guthlaci *ſucceſſive diverſis Abbatibus & Monachis ibidem Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus inter alias poſſeſſiones, prædictum mariſcum vocatum* Gogiſlound, *per prædictas metas & bundas ejuſdem mariſci ſpecificatas & expreſſas. Monſtraverunt etiam nobis quoddam recordum cujuſdam Parliamenti inter* Edwardum *tertium Regem* Angliæ *&* Henricum *Abbatem de* Croyland *coram ipſo Rege apud* Lincolniam, *termino* Paſchæ, *anno Regni ſui viceſimo tertio; & quoddam aliud recordum coram* Johanne *de* Vallibus *& ſociis ſuis Juſtitiariis itinerantibus apud* Lincolniam *termino* Trinitatis *anno Regni Regis* Edwardi *primi nono; & ſimiliter quendam finem levatum coram Abbate de* Bardenay *& ſociis ſuis Juſtitiariis itinerantibus apud* Lincolniam, *in craſtino ſancti* Lucæ, *anno Regni Regis* Hen. *filii Regis* Johannis *decimo octavo, inter* Hen. *ad tunc Abbatem de* Croyland, *unum prædeceſſorum dicti Abbatis ad tunc querentem, &* Symonem *ad tunc Priorem de* Spaldyngia *defort. de communa paſturæ in mariſco de* Croyland, Spaldyng, *&* Pynchkbek, Langtoft, Baſton *&* Depyng, *ex occidentali parte aqua de* Weland: *& quendam alium finem levat. coram* Roberto *de* Lexington *& ſociis ſuis Juſtitiariis itinerantibus apud* Lincolniam *in craſtino Aſſumtionis Beatæ* Mariæ, *anno Regni Regis* Henrici *filii Regis* Joh. *viceſimo quarto, inter* Ric. *ad tunc* Abbatem de Croyland, & *Symonem* ad tunc *Priorem de* Spaldyng, *querentes, &* Will. *de* Albiniaco *defort. de communa paſturæ in mariſcis de* Spaldyng, Pynchebek, Croyland, Baſton, *&* Langtoft. *Et ſimiliter diverſos proceſſus in cura Chriſtianitatis de decimis Lunæ provenientibus de bidentibus depaſcentibus in dicto mariſco vocato* Gogiſlound. *Et quoddam recordum cujuſdam perambulat. fact. inter partes de* Holand *&* Keſteven *per* Will. Ekypwyth, Will. Thirnyng, *& alios Juſtitiarios ad hoc aſſignatos anno Regni Regis* Richardi *ſecundi quarto decimo. Et aliud*

Licentia conceſſa Abbati Croyland ad villam ædificandam infra Gogiſlound.

recordum

recordum dicti Regis Richardi *ſecundi, anno Regni ſui decimo ſeptimo, de* 1415.
audiendo & terminando: & multas alias evidentias, quæ quidem chartæ, re- *Henric. 5. R.*
corda, fines, proceſſus, & evidentiæ probabant dictum mariſcum vocatum **Gogiſlound**, *ex Occidentali parte aquæ de* **Weland**, *eſſe ſolum & dominium prædictorum Abbatis & Conventus, & infra metas & bundas dictæ villæ de* **Croyland**. *Et ſimiliter in dictis evidentiis continentur metæ & bundæ prædicti mariſci vocati* **Gogiſlound**, *prout per prædictos Abbatem & Conventum ſuperius declaratur.*

Et poſtquam prædictæ metæ & bundæ prædicti mariſci vocati **Gogiſlound** *coram nobis* Johanne Wodehouſe, Johanne Leventhorp, *&* Willielmo Babyngton, *& prædicto* Willielmo Ludyngton, *per prædictos Abbatem & Conventum in forma prædicta oſtenſæ, & declaratæ fuerunt; quæſitum fuit a prædicto* Willielmo Geywode, Willielmo Pygot, *& omnibus aliis obligatis de* **Spaldyng** *&* **Pynchebek**, *ſi taliter & tali modo metæ & bundæ prædictæ ſe extenderent, & ſi vocentur tali modo ſicut prædicti Abbas & & Conventus per eorum evidentias declaraverunt: qui ad prædictas metas & bundas in omnibus aſſenſerunt & concordaverunt, ſicut prædicti Abbas & Conventus declaraverunt, excepto ſolummodo, quod ubi prædicti Abbas & Conventus declaraverunt unam bundam dicti mariſci vocati* **Gogiſlound**, **Aeſpath**, *juxta* **Kenulpſton**, *prædicti* Willielmus Geywode, Willielmus Pygot, *& omnes alii obligati de prædictis villis* **Spaldyng** *&* **Pynchebek** *dixerunt quod ille locus vocatur* **Haſmaneſpath**, *& non* **Aeſpath**, *ſicut ſuperius fuit de-* *Haſmaneſpath.*
claratum per prædictos Abbatem & Conventum. Et ulterius quæſitum fuit ab eis, ſi haberent aliquas evidentias ad probandum dictum mariſcum vocatum **Gogiſlound** *eſſe eorum ſolum, vel infra metas & bundas mariſci prædictorum mariſci de* **Spaldyng** *&* **Pynchebek**, *& ſi haberent aliquid ad probandum quod dictæ communitates habere debent communam paſturæ, turbariæ, piſcariæ, capiendi ruſcos & arundinem, & alia proficua provenientia in dicto mariſco vocato* **Gogiſlound**. *Et ſuper hoc prædicti* Willielmus Geywode, Willielmus Pygot, *& omnes alii oblati de prædictis villis de* **Spaldyng** *&* **Pynchebek** *monſtraverunt coram nobis quandam chartam domini* Richardi *primi, quondam Regis* Angliæ, *factam Abbati ſancti* Nicholai Andegaviæ, *& Priori de* **Spaldynge**, *& omnibus illis qui ſeminagium habent vel terras in prædictis villis de* **Spaldyng** *&* **Pynchebek** *infra metas & bundas quæ ſecantur, videlicet inter aquam vocatam* **Weland** *&* **Cheilbeche** *in longitudine, & de* **Mydſendyke**, *quæ eſt diviſa inter* **Holand** *&* **Keſteven**, *&* **Guthrandhend**, *quæ eſt ſimiliter diviſa uſque* **Saltenhee** *in latitudine, &* **Haſmaneſpath** *ſicut aqua veniens de* **Croyland**, *quæ vocatur* **Weland**, *deſcendit in mare. Et ſimiliter monſtraverunt coram nobis diverſas inquiſitiones de officio captas apud* **Spaldynge** *coram* Willielmo *de* Spaingne *ad tunc Seneſcallo domini* Johannis *nuper Ducis* Lancaſtriæ, *& diverſos proceſſus in Curia Chriſtianitatis de decimis lanæ provenientis de bidentibus depaſcentibus in dicto mariſco vocato* **Gogiſlound**, *& alias evidentias. Et ſimiliter dixerunt quod ipſi & omnes alii quorum ſtatum ipſi habent in tenuris ſuis de* **Spaldyng** *&* **Pynchebek**, *habuerunt & habere debent in dicto mariſco vocato* **Gogiſlound**, *communam paſturæ, turbariæ, piſcariæ, colligendi & capiendi ruſcos & arundinem & alia proficua ibidem provenientia, a tempore cujus contrarii memoria non exiſtit.*

Et poſtquam prædictæ allegationes, declarationes, & evidentiæ partium prædictarum, & earum replicationes fuiſſent plenarie auditæ & intellectæ per nos prædictos Johannem Wodehouſe, Johannem Leventhorp, *&* Willielmum Babyngton, *& prædictum* Willielmum Ludyngton, *nos prædicti* Johannes Wodehouſe, Johannes Leventhorp, *&* Willielmus Babyngton *conſiderantes dictas allegationes, declarationes, & evidentias, & earum replicationes magnas & diffuſas, pro bonis aviſamento & deliberatione in dictis materiis habendis, adjornavimus partes prædictas, & eis præfiximus diem apud* Weſt-

 monaſterium,

1415. monaſterium, *in domo conſilii dicti ducatus* Lancaſtriæ, *videlicet die* Lunæ
Henric. 5. R. *proximo poſt feſtum ſancti* Lucæ *ex tunc proxime ſequens, eſſendi ibidem co-
ram nobis cum conſiliis ſuis ad demonſtrandum & deliberandum nobis in ſcriptis
omnes prædictas evidentias, declarationes, & replicationes. Proviſo ſemper
quod quælibet pars ad dictum diem poſſet augmentare & fortificare dictas evi-
dentias, allegationes, & replicationes, in materia prædicta. Et ad audien-
dum ibidem finalem determinationem de dictis clameis, debatis, diſſentionibus,
& diſcordiis. Ad quem diem comparuerunt coram nobis prædictis* Johanne
Wodehouſe, Johanne Leuenthorp, & Willielmo Babyngton, & *prædicto*
Willielmo Ludyngton, *in dicta domo conſilii dicti ducatus apud* Weſtmo-
naſterium, *partes prædictæ cum eorum conſiliis, & pro ſe & ſeparaliter no-
bis deliberaverunt, videlicet prædicti Abbas & Conventus unum rotulum
pro parte ſua; & prædicti* Willielmus Geywode, & *omnes alii obligati pro
ſe & communitatibus prædictarum villarum de* Spaldyng & Pynchebek,
*alium rotulum, in quibus dictæ evidentiæ, allegationes, & replicationes am-
barum partium fuerant contentæ & ſpecificatæ. Quibus quidem munimen-
tis & evidentiis ambarum partium, & earum allegationibus, declarationibus
& replicationibus, de prædictis metis & bundis de dicto mariſco vocato* Go-
giſlound, *& de materiis & debatis prædictis, tam per nos prædictos* Johan-
nem Wodehouſe, Johannem Leuenthorp, & Willielmum Babyngton,
plenarie auditis, inſpectis, & intellectis, quam per Richardum Norton *capi-
talem Juſtitiarium domini Regis de communi Banco*, Robertum Hill, Jo-
hannem Cokayn, & *dictum* Willielmum Ludyngton, *ſimiliter Juſtitiarios
de eodem Banco, in præſentia eorundem Juſtitiariorum, & per eorum conſi-*
Arbitrium ſpeciale. *lium & aviſamentum, in dicta domo conſilii, die* Jovis *in dicta vigilia* omnium
Sanctorum, *ordinamus & decernimus, quod prædicti Abbas & Conventus de*
Croyland *habeant & teneant & poſſideant ſibi & ſucceſſoribus ſuis in per-
petuum dictum mariſcum ex Occidentali parte aquæ de* Weland *vocatum*
Coggiſlound infra villam de Croyland. Gogiſlound, *ut eorum ſolum proprium & dominium, per prædictas metas &
bundas, per prædictos Abbatem & Conventum ſuperius declaratas, & infra
villam de* Croyland, *ut per eorum evidentias prædictas nobis oſtenſas plene
& aperte apparet, quietum de prædictis* Willielmo Geywode, Willielmo Py-
got, *& omnibus aliis obligatis pro ſe & Communitatibus dictarum villarum
de* Spaldyng & Pynchebek, *eorum hæredibus, aſſignatis, & ſucceſſoribus
tenentibus de eorum tenuria in prædictis villis de* Spaldyng & Pynchebek
*in perpetuum. Et ſimiliter arbitramur, ordinamus, & diſcernimus, quod præ-
dicti Abbas & Conventus de* Croyland, *& eorum ſucceſſores habeant & poſ-
ſideant ſeparaliter, & in ſeparalitate teneant quandam aquam infra dictum*
De le-Lode. *mariſcum vocatum* Gogiſlound, *vocatum* Le-Lode, *cum piſcatione in ea-
dem, integre & quiete; quæ quidem aqua ſe extendit ab aqua de* Weland
prædicta ex Occidentali parte villæ de Croyland, *& cadit in eandem aquam
de* Weland *verſus Boream, una cum omnibus aquis, ſtagnis, paludibus, ter-
ris, tenuris, & ædificiis inter dictam aquam vocatam* Le-Lode *& prædictam
aquam de* Weland, *qualitercunque incluſam, & in ſeparalitate tenendam &
obtinendam in perpetuum: ita quod prædicti* Willielmus Geywode, Williel-
mus Pygot, *& omnes alii obligati, & Communitates de prædictis villis de*
Spaldyng & Pynchebek, *eorum hæredes, aſſignati, & ſucceſſores tenen-
tes de eorum tenuris in dictis villis de* Spaldyng & Pynchebek, *nullum jus,
clameam, aut titulum in dicta aqua vocata* Le-Lode, *aut in aquis, ſtagnis,
paludibus, terris, tenuris, & ædificiis, inter prædictas aquas vocatas* Le-Lode
& Weland *incluſas, habeant aut poſſideant; ſed ab omni jure, clamea, ti-
tulo, & proficuo inde capiendo ſemper ſint excluſi in perpetuum. Sal-
vo ſemper hominibus prædictarum villarum de* Spaldyng & Pynchebek,
*eorum hæredibus & ſucceſſoribus, rationabili paſſagio cum batellis ſuis in di-
cta aqua vocata* Le-Lode, *abſque deterioratione piſcariæ prædictorum Ab-
batis & Conventus. Et ulterius arbitramur, ordinamus, & decernimus, quod*

prædicti

prædicti Willielmus Geywode, Willielmus Pygot, *& omnes alii obligati,* 1415.
& Communitates de prædictis villis de Spaldyng *&* Pynchebek, *eorum hæ-* Henric. 5. R.
redes, aſſignati, & ſucceſſores tenentes de eorum tenuris in dictis villis de
Spaldyng *&* Pynchebek, *habeant communam paſturæ ad averia ſua omni*
tempore anni in dicto mariſco vocato Gogiſlound *extra aquam vocatam*
Le-Lode, *& in nulla parte ejuſdem mariſci inter dictas aquas vocatas* Le-Lode
& Welland. *Et ulterius ad noſtrorum prædictorum* Johannis Wodehouſe,
Johannis Leventhorp, *&* Willielmi Babyngton *ſpeciale rogatum & re-*
queſtum factum eiſdem Abbati & Conventui, & ad nutriendum bonum amorem
& concordiam inter partes prædictas, arbitramur, ordinamus, & decernimus,
quod prædicti Willielmus Geywode, Willielmus Pygot, *& omnes alii obli-*
gati & Commuitates de prædictis villis de Spaldyng *&* Pynchebek, *habeant*
& poſſideant communam eſtoniorum, videlicet capiendi ruſcos & arundinem
in dicto mariſco vocato Gogiſlound, *uſque ad prædictam aquam vocatam*
Le-Lode, *& non ulterius verſus ædificia villæ prædictæ de* Croyland: *ita*
quod capiant dictos ruſcos & arundinem tantum ad eorum proprium uſum in
dictis villis de Spaldyng *&* Pynchebek, *abſque aliquo vaſto in dicto ma-*
riſco, & abſque donatione aut venditione inde facienda. Ita quod prædicti
Willielmus Geywode, Willielmus Pygot, *& omnes alii obligati & com-*
munitates de prædictis villis de Spaldyng *&* Pynchebek, *eorum hæredes,*
aſſignati, & ſucceſſores tenentes de eorum tenuris in dictis villis de Spal-
dyng *&* Pynchebek *capiant ruſcos & arundinem rationabili & competenti*
tempore anni. Et poſtquam prædicti ruſci & arundines per ipſos fuerint
falcati, tempore competenti & rationabili ipſos cariabunt extra dictum ma-
riſcum vocatum Gogiſlound; *ita quod ſolum aut piſcaria dictorum Abba-*
tis & Conventus de Croyland *in dicto mariſco, per longam permanentiam*
dictorum ruſci & arundinis nullatenus pejorentur. Et quod prædicti Williel-
mus Geywode, Willielmus Pygot, *& omnes alii obligati & Communitates*
de dictis villis de Spaldyng *&* Pynchebek, *eorum hæredes, aſſignati, &*
ſucceſſores tenentes de tenuris eorum in dictis villis de Spaldyng *&* Pyn-
chebek *non facient excitationes, procuramenta, ſeu abettamenta alicui ho-*
mini alteri de prædictis villis de Spaldyng *&* Pynchebek, *aut aliarum vil-*
larum, vel alterius dominii, ad implacitandum, moleſtandum, vel inquietan-
dum dictos Abbatem & Conventum vel eorum ſucceſſores, de eorum poſſeſſione &
dominio dicti mariſci vocati Gogiſlound, *vel de aliqua parcella ejuſdem. Et*
quod dicti Willielmus Geywode, Willielmus Pygot, *& omnes alii obligati*
& Communitates de prædictis villis de Spaldyng *&* Pynchebek, *eorum hæ-*
redes, aſſignati, & ſucceſſores tenentes de eorum tenuris in dictis villis de
Spaldyng *&* Pynchebek, *utentur dictis communis paſturæ & eſtoniorum*
modo & forma prædictis, ſicut communis lex Regni exigit, & abſque con-
venticulis, confœderationibus, & congregationibus aliquorum hominum facien-
dis. Et ſimiliter arbitramur, ordinamus, & decernimus per præſentes, quod
tam prædicti Willielmus Geywode, Willielmus Pygot, *& omnes alii obli-*
gati, quam Communitates de prædictis villis de Spaldyng *&* Pynchebek,
eorum hæredes, aſſignati, & ſucceſſores tenentes de eorum tenuris in dictis
villis de Spaldyng *&* Pynchebek *in perpetuum ſint excluſi ad clamandum*
aliquam communam turbariæ, piſcariæ, capiendi volatilia, fodiendi terram,
aut alicujus alterius proficui in dicto mariſco vocato Gogiſlound *aliqua-*
liter provenientis, niſi ſolummodo ſicut per nos ſuperius arbitratur & ordi-
natur. Et ſimiliter arbitramur, ordinamus, & decernimus, quod prædicti Ab-
bas & Conventus, & eorum ſucceſſores & tenentes ſui de Croyland, *tempore*
futuro non fodiant, nec fodere faciant aliquas turbas ad comburendum in
dicto mariſco vocato Gogiſlound, *ſalvo ſemper quod prædicti Abbas & Con-*
ventus & eorum ſucceſſores, & tenentes ſui de Croyland, *poſſint fodere ter-*
ram & turbas in dicto mariſco vocato Gogiſlound, *quandocunque & quan-*
tumcunque eis fuerit neceſſarium, & eaſdem terram & turbas cariare ad ædifi-
cia

1415. cia ſua facienda, ad reparationem, levationem ſuorum foſſatorum & fundi
Henric. 5. R. infra dominium eorum in Abbathia, villa, & procinctu de Croyland in perpetuum; proviſo quod ſi prædicti Willielmus Geywode, Willielmus Pygot, & ceteri alii obligati, eorum hæredes, vel terrarum tenentes in prædictis villis de Spaldyng & Pynchebek, vel homines Communitatum prædictarum villarum de Spaldyng & Pynchebek, vel eorum hæredes ſive ſucceſſores, vel ipſorum aliquis, hæc noſtra arbitrium & ordinationem in aliquo contraire vel contradicere præſumpſerint vel præſumpſerit, quod tunc ipſi vel ipſe, qui contraire vel contradicere præſumpſerint vel præſumpſerit, omittant aut omittat beneficium ſive privilegium hujus noſtræ ordinationis quo ad ruſcos & arundinem in dicto mariſco vocato Goggiſlound ex tunc capiendi, colligendi, & cariandi, & inde ſint excluſi & ſit excluſus in perpetuum. Et quod in hujuſmodi caſu bene liceat præfatis Abbati & Conventui & eorum ſucceſſoribus, taliter contraire & contradicere præſumentes, & quemlibet eorum hæredes, & ſucceſſores tenentes de tenuris ſuis in prædictis villis de Spaldyng & Pynchebeck, de captione, collectione, & carriagio hujus ruſci & arundinis ex tunc impedire & expellere pro perpetuo, præſentibus ordinatione & arbitrio noſtris non obſtantibus. Item ordinamus & diſcernimus, quod omnia ſcripta obligatoria per quæ Willielmus Geywode, & Willielmus Pygot & alii ſuperius nominati de Spaldyng & Pynchebek, obligantur prædictis Abbati & Conventui de Croyland, per prædictum Willielmum Ludyngton deliberentur eiſdem Abbati & Conventui; & ſimiliter quod ſcriptum obligatorium, per quod prædicti Abbas & Conventus obligantur Athelardo, Thomæ, Willielmo, Thomæ, deliberentur eiſdem Athelardo, Thomæ, Willielmo, & Thomæ: quæ quidem ſcripta obligatoria per aſſenſum partium prædictarum in manibus dicti Willielmi Ludyngton, ut in æqua manu poſitæ fuerunt, ad deliberandum juxta noſtra judicium & ordinationem. In cujus rei teſtimonium, uni parti iſtorum noſtrorum arbitrii & ordinationis penes prædictos Abbatem & Conventum & eorum ſucceſſores remanenti; & alteri parti penes prædictos Willielmum Geywode, Willielmum Pygot, & ceteros obligatos & Communitates de prædictis villis de Spaldyng & Pynchebek, eorum hæredes, aſſignati, & ſucceſſores tenentes de eorum tenuris in dictis villis de Spaldyng & Pynchebek remanenti; & tertiæ parti in theſauraria dicti Ducatus remanenti; nos prædicti Johannes Wodehouſe, Johannes Leuenthorp, & Willielmus Babyngton, noſtra ſigilla appoſuimus. Et ſimiliter prædicti Richardus Norton, Robertus Hill, Johannes Cokayn, & Willielmus Ludyngton, Juſtitiarii domini Regis, ad noſtrum requeſtum & rogatum ſua ſigilla appoſuerunt. Dat. apud Weſtmonaſterium in dicta vigilia omnium Sanctorum, anno dicti Henrici Regis quinti poſt conqueſtum Angliæ tertio.

De obitu domini Thomæ Abbatis.

His itaque rite diſpoſitis & debite conſummatis, Omnipotens omnium Rex temporumque moderator Reus, cernens venerabilem Abbatem *Thomam* jam emeritum & grandi ſenio confectum, ſub onere cœcitatis per quinquennium patienter ſuſpirare, volenſque eum de præſenti ſæculo nequam & valle lachrymarum ad perpetuæ lucis & pacis transferre regionem; circa Natalis Domini ſolennia feſta per ægritudinem, qua de corruptibili carnis ergaſtulo poſſet abſolvi, miſericorditer evocavit. Unde graviter indies invaleſcente moleſtia, in feſto ſancti *Thomæ* Martyris perductus eſt ad extremum, & pulchre quidem in ejus feſtivitate feliciter ad Dominum tranſmigravit, cui ſemper in vita devoto deſervivit obſequio, & ad ejus honorem feneſtram in Capella Abbatis Orientalem, de vita ejuſdem Martyris decenter conſtruens, devotionis ſuæ memoriale perenne ſuis ſucceſſoribus dereliquit. Die igitur ſupradicto, anno Domini milleſimo
1417. quadringenteſimo decimo ſeptimo, & anno Regis *Henrici* quinti quarto, completis in regimine Monaſterii viginti quinque annis, appoſitus eſt ad patres ſuos, & ante ſummum altare tumulatus.

Poſtea

Poſtea vero invocata Spiritus ſancti gratia, venerabilis frater *Richardus* 1417.
Upton, Prior unanimi conſenſu ſingulorum ad culmen regiminis merito *Henric. 5. R.*
eſt electus. Et bene quidem merito electum dixerim, cujus humeris, ut *De electione Richardi Upton Abbatis.*
præmiſſum eſt, per quinque annos elapſos totius Monaſterii pondus incubuit; quique per omne tempus quo venerabilis pater *Thomas* ejus prædeceſſor, impotentia virium laboraret, vices ſuas in agendis omnibus diligenter exequebatur. Proinde etiam, quod famoſa illa adverſus *Spaldyngenſes* & *Multonienſes* diutius continuata duo placita, prout tractatu prolixiori ſupra differuimus, ſuis laboribus & expenſis ad ſummam quingentarum librarum, optato fine terminata fuerant & ſopita: præconiorum ejus titulo jure reſtat aſcribendum. Igitur gratioſe ſecum egit Divina diſpenſatio, quæ priuſquam regimen ſuſceperat animarum, adverſantium ſibi ſic undique pacificavit malitiam, quod cunctis poſtea diebus ſuis tranquillam & quietam deguit vitam,& quo amplius malignantium prius perpeſſus eſt rabiem, tanto poſterius majorem ſibi ceſſiſſe gratulabatur ad quietem.

Sed jam quædam quæ de Abbatibus hujus Monaſterii noviter inſtitutis,in *De his quæ exiguntur in inſtallationibus Abbatum.*
eorum inſtallationibus ſolent exigi, poſteris noſtris utiliter tradere, & præſentibus breviter inſerere, minime credimus otioſum. Primo quidem quod capam illam qua inſtallationis ſuæ tempore Abbas ad altare ſteterit indutus, Capitulam *Lincoln.* quaſi ſibi debitam hactenus conſuevit habere, quam de jure matricis Eccleſiæ ritu antiquiſſimo ſibi aſſerit pertinere. Ubi ſolerter præcavendum, ut una talis prout aſſolet,videlicet de quinq; marcarum pretio, pro tempore provideatur; quæ & honeſtati perſonæ decenter poſſit congruere, & exinde grave Monaſterio diſpendium nequaquam debeat evenire.

Eſt & aliud ſimiliter memoriæ commemorandum, quod in noviter ordinati Abbatis inſtallatione Comes Mareſcalciæ *Angliæ* ex officii ſui feodo, unum exigere ſolet, & vendicare palafridum: unde tum dictus Comes, prout quadam vice vidimus, ætate minori conſtitutus, Regiæ tuitioni ſecundum Regni leges manciparetur, quidam palifridus, nomine dicti Comitis, ad opus Regis fuerat deliberatus. Idcirco & hic etiam diligenter attendendum, ne quod ſemel occaſione temporis eſt patratum, per incautam forte de cetero repetitionem, de conſuetudine Regali perſolvatur fiſco, quod juri debetur alieno.

Tertium vero memoratu dignum, & prioribus nequaquam diſſimile eſt; quod in novi Abbatis inſtitutione, Archidiaconus *Lincolniæ* alium Palafridum, vel quinque marcas pro ejus pretio, ſimiliter ſolet acclamare. Sed ab hujuſmodi exactione per privilegium *Innocentii* Papæ ſumus exonerati.

Unus inſuper Clericorum Regis à tempore inſtallationis quadraginta ſolidos nomine corrodii annuatim de Monaſterio percipere ſolet, donec ſibi de beneficio competenti alias poterit provideri. His ita utcunque memoriæ commendatis, ad propoſitum nobis hiſtoriæ ordinem redeamus.

Dominus *Thomas Clarentiæ* Dux illuſtris frater Regis *Henrici* quinti, qui, *Dux Clarentiæ cæſus.*
ut ſupra memoratum eſt, dominam *Margaretam* patrui ſui relictam, ac manerii de 𝔇𝔢𝔭𝔶𝔫𝔤 dominam & hæredem, duxerat in uxorem, dum expeditionem moveret in *Gallias*, à *Francigenis* captus eſt & interfectus. *Johannes* vero Comes de 𝔖𝔬𝔪𝔢𝔯𝔰𝔢𝔱𝔢 adoleſcens, præfatæ dominæ *Margaretæ* per priorem virum filius & hæres, qui cum dicto Duce vitrico ſuo in eodem itinere transfretavit, ſimiliter captus eſt, & in carcerali cuſtodia per multa annorum curricula reſervatus. Domina vero Duciſſa mater ejus in viduitate perſeverans, multis poſtmodo vixerit annis.

Anno vero [a] ſequente, qui erat annus Domini milleſimus quadringenteſimus viceſimus primus, & annus Regni Regis *Henrici* quinti octavus, exiit 1421. *De congregatione Nigrorum Monachorum coram Rege.*
edictum ejuſdem ſereniſſimi Principis ad omnes Abbates & Priores ordinis Sancti *Benedicti* nigrorum Monachorum in *Anglia*, quatenus omni dilatione poſpoſita, apud *Weſtm.* coram eo perſonaliter comparerent. Gravis quidem & enormis ad aures Regis delata eſt querela, per quendam, ut ferunt, de

[a] Eodem, *ut Walſ.*

1417. *Henric.* 5. *R.*

de *Monte gratiæ* Priorem ordinis *Cartuſienſis*, in religione dicti ordinis ſancti *Benedicti* prius profeſſum, de diverſis abuſionibus & exceſſibus quæ in præfata religione regnare videbantur. Unde Rex graviter torquebatur animo & adverſus prædictum ordinem non mediocriter movebatur. Facta eſt igitur congregatio ſolennis omnium Abbatum, Priorum necnon Magiſtrorum, Doctorum, Inceptorum, Baccalaureorum, & aliorum nobilium virorum dicti ordinis nigrorum Monachorum in *Anglia*, in domo Capitulari *Weſtmonaſterii*, ſeptimo die menſis *Maii*; In qua ſiquidem congregatione, Illuſtriſſimus Rex prædictus perſonaliter affuit; & Epiſcopus *Exonienſis* pro parte Regis coram dicta congregatione plures exceſſus connumerans & abuſus, ſolenniter propoſuit in Latinis. Finita vero propoſitione, idem Sereniſſimus Princeps tres ex ſua parte in hac materia deputatos ſpecialiter aſſignavit; præfatum videlicet *Exonienſem* Epiſcopum, ſuum etiam Secretarium, & Priorem de *Monte gratiæ* prænominatum: Qui cum ſex perſonis de congregatione antedicta ex parte Ordinis eligendis, ſuper reformatione defectuum prædictorum ſummatim in certos articulos redactorum mutuo conferrent & tractarent. Nomina vero perſonarum ex parte Ordinis electarum hic in ſerie ſubſcribuntur; Prior videlicet Eccleſiæ Cathedralis *Wigorniæ* præſidens, in Theologia Doctor; Abbas ſancti *Albani*, Doctor in eadem facultate; Abbas *Eboraci*, ſcholaris in eadem; *Richardus* Abbas *Croylandiæ* prælibatus, in dicta facultate Baccalaureus; Prior *Dunelmiæ*, in eadem ſcholaris; & Prior de Lenton, ſimiliter ſcholaris in eadem. Quibus ſex perſonis poſtmodo viginti quatuor alii de Abbatibus & Prioribus, Doctoribus & aliis graduatis, per congregationem antedictam fuerant aſſociati; quibus omnibus ſimul junctis poteſtas plena commiſſa eſt ſuper prætaxatis articulis tractandi, diſcernendi, ſtatuendi, & confirmandi; ac omnia & ſingula peragendi, quæ tale & tam arduum negotium exigit & requirit. Qui licet per varias comitivas ad hoc ſeorſum deputatus, modificationes plurimas ſuper præmiſſis articulis hinc inde communicando conceperint & conſcripſerint; una tamen præ omnibus omnium conſenſu per Abbatem ſancti *Albani* modificatio & reſponſio finalis ſummarie eſt concluſa. Ad cujus obſervationem temporibus poſt futuris Patres ibidem exiſtentes per ſua promiſſa ſe Domino Regi unanimiter aſtrinxerunt. Porro ex tunc indignationis Regiæ quievit commotio, admirantis plurimum, imo vehementer congaudentis, ſe in ſuo Regno tam numeroſam literatorum & graduatorum multitudinem dicti ordinis habuiſſe. Deinde à Regia benevolentia gratanter licentiati, alacres ad ſua ſinguli redierunt.

Natus eſt Henricus Windeſore, poſtea Rex Henricus ſextus.

Anno vero ſequente eidem Illuſtriſſimo Principi Regi *Henrico* quinto ad tunc in *Francia* exiſtenti, natus eſt filius de domina *Catherina* Reginæ *Angliæ*, *Caroli* Regis *Franciæ* filia, *Henricus Windſore* nuncupatus.

Incarnationis autem Dominicæ anno milleſimo quadringenteſimo vi-

1421. ceſimo [a] tertio, penultimo die *Auguſti* Princeps ille Nobiliſſimus Rex *Henricus* quintus, poſtquam annis novem & menſibus quinque ſtrenue regnaſſet, apud *Boys de Vincent* in *Francia*, duabus leucis à *Pariſiis* diſtantem, obiit. Sed corpus ejus poſtmodum *Londonias* adductum, apud *Weſtmonaſterium* honorifice & ſolenniter eſt ſepultum.

Obitus Regis Henrici quinti. 1422. *Succeſſit filius ejus Henricus ſextus.*

Sequente vero die, videlicet ultimo die *Auguſti*, *Henricus Windeſore* filius ejus, dictus *Henricus* ſextus infans novem menſium & quatuordecim dierum, adhuc in Cunabulis, regnare cœpit ſuper terram.

De ornamentis Eccleſiæ per Richardum abbatem.

Igitur dum hæc juxta mundi curſum exterius peraguntur, venerabilis Pater *Ricardus* Abbas Croyland Eccleſiam ſuam [b] interim magnis & immenſis decoravit ornamentis, præcipue in uno jocali pretioſo pro reliquis deportandis ordinato; quod pro ſexies viginti marcis comparans, veſtiario noſtro conferebat. Etiam capam unam rubeam principalem, gemmis

a Secundo. *b* Interius.

&

& auro deſuper contextam; communiter vocatam *Ibi & Ubi*, ſimiliter fieri fecit, ad valorem centum marcarum ſæpius appretiatam. Sed & pro alio veſtimento integro cum Regiis armis *Angliæ* & *Franciæ* quadrifarie ſituatis, cum capis ejuſdem operis excellentiſſime præparatis, centum etiam marcas exolvebat. Emit inſuper pannos oloſericos falconibus aureis intextos, pro ſeptem capis inde fiendis. Sed Dominus *Johannes Lytlington* ejus ſucceſſor, cum aurifrigiis & interulis eas ad perfectum plenarie conſummavit. Alium quoque pannum pretioſum [a] decocto bis tincto floribus aureis ſimiliter intextum, de dono dominæ *Johannæ* de *Willughby* ſororis noſtræ collatum, aurifrigiis & fimbriis aureis inſignitum, in formam merito principalis veſtimenti tranſmutavit. In reparatione vero baculorum paſtoralium in veſtiario, & emendatione pixidis ad magnum altare pro corpore *Chriſti*, cum corona deſuper argentea lapidibus pretioſis adornata nullis omnino pepercit expenſis. Librariam inſuper noſtram cum plurimis libris & pretioſis augmentavit vehementer: Aulam quoque Abbatis pulcherrimam ſatis egregie de novo fecit conſtrui; nec non in Curia Abbathiæ magnam occidentalis plagæ partem, quæ prius aperto hiatu in villam cunctorum patuit proſpectui, per longum & ſublime ædificium uſque ad portam aquariam decenti clauſura fecit redintegrari.

1422. *Henric. 6. R.* *Ibi & Ubi.*

Hujus etiam venerabilis Patris temporibus recolendæ memoriæ frater *Johannes Freſton* ſacriſta, nolens ſibi theſaurizari ſuper terram, ſolenne veſtimentum operis acupicti, vocatum *Jeſſe*, in Camera officii ſupra veſtiarium conductis artificibus ad honorem Divini obſequii ſumtuoſiſſime fecit operari; quod quidem veſtimentum, videlicet capa & Caſula cum tunicis, ad trecentas fere marcas per veſtimentarios & frigiones frequenter extitit appretiatum. Pretioſam quoque aliam Veneti coloris capam aquilis aureis deſuper contextam, vulgariter à nobis *Verbum Caro* nuncupatam, cum nonnullis albis apparatu celebri ſolenniter adornatis, etiam Eccleſiæ Dei contulit ad decorem.

De fratre Johanne Freſton.

Similiter & in diebus ſui regiminis, novum opus baſilicæ inferioris verſus occidentem per fratrem *Will.* de **Croyland** Magiſtrum operis, de quo paulo ante tempore domini *Thomæ* Abbatis fecimus mentionem, à fundamentis fuit ædificatum. Qui quidem frater *Will. Croyland*, præter eas quas de Burſa Abbatis, & de Speciebus & Exeuntibus Conventus ad dicti operis promotionem annuatim perceperat ſummas; multa propinquorum & amicorum donativa ſuis inſtantiis & mediis multipliciter procuravit. Quorundam igitur eorum nomina hic ad memoriam reducere gratum duximus & oportunum, quatenus pro beneficiis quæ nobis temporaliter contulerunt, eis per ſuffragia ſpiritualia vicem debitam devote rependamus. Magiſter itaque *Richardus Baſton* ad præfatum opus contulit centum marcas; *Rogerus* etiam *Greyne* de **Donyngton** ſimiliter centum marcas; Magiſter *Henricus Welles*, Archidiaconus *Lincolniæ*, ad fabricam Eccleſiæ viginti libras, & ad reparationem Capellæ de **Dovedale** tribuit decem libras: Dominus *Thomas* de *la Warro*, & *Will. Michel*, ſinguli eorum viginti marcas: *Johannes Kyme*, *Johannes Wettleſey*, *Johannes Edward*, & dominus *Johannes Ward*, unuſquiſque decem libras. Dominus *Johannes Curtes*, dominus *Willielmus Porter*, *Johannes Tomſon*, & *Johannes Bell*, ſimiliter ex mera devotione decem marcas ſinguli ſunt largiti. Iſti igitur nominati, cæterique benefactores noſtri plurimi, quorum nomina in libro vitæ ſcriba perennis dignetur miſericorditer annotare, immenſas pecuniarum ſummas ad idem opus Eccleſiæ liberaliter impenderunt.

De fratre Will. Croyland. *Cæteri Benefactores.*

Venerabilis ergo Pater dominus *Richardus* Abbas *Croylandiæ* tandem novem annis & quatuor menſibus in officio Paſtorali ſancte ac ſtrenue conſummatis, mortis ſacræ compendio omnes hujus mundi tumultuoſos ſtrepitus una cum carnis depoſitione finaliter exuebat, decimo quarto die

Obitus Richardi Upton Abbatis.

a De Cocco bis.

1427. Henric. 6. R. Succeſſit Johannes Lytlyngton.

Menſis *Maii*, Anno videlicet Domini milleſimo quadrageſimo viceſimo, ſeptimo, & anno Regis *Henrici* ſexti quinto. Cui ſucceſſit in Abbatis officium Dominus *Johannes Litlyngton*, vir utique bene religioſus, & in agendis providus & diſcretus, utpote qui in diverſis Monaſterii officiis primitus ſufficienter fuerat approbatus.

1429. Coronatio Regis Henrici Sexti. Item Coronatio apud Pariſios.

Rex vero *Angliæ Henricus*, anno ætatis ſuæ ſimul & Regni octavo, in feſto ſancti *Leonardi* apud *Weſtmonaſterium* ab *Henrico Checheley*, *Cantuarienſis* Archiepiſcopo, ſolenniter extitit coronatus. Quem itidem Regem jam exacto biennio *Henricus Beauford*, Eccleſiæ *Romanæ* Cardinalis, & Epiſcopus *Wintonienſis*, pacatis prius per egregiam ejus induſtriam Regni *Franciæ* Principibus, apud *Pariſius* magnificis ſuis ſumtibus in Regem *Franciæ* denuo coronari.

Adhuc inſultus Multonienſium.

Sed interim ecce nec iſte Pater venerabilis *Johannes* Abbas **Croyland** tranquilla pace gaudere permiſſus eſt, nec diutius indulgere quieti. Nam rurſum impetitur à generatione malevola, iterum impugnatur à gente abſque conſilio & ſine prudentia, à generatione inquam prava & perverſa; a gente quæ gloriatur in malitia, & potens eſt in iniquitate ſua: quæ etiam contra Eccleſiam **Croyland** ſemper novit bella gerere; ſemper nequam interruptionis inſultum conſuevit attemtare. Originaliter autem quaſi ex adipe iniquitas eorum ſic prodiit. Monachus quidam, Receptor Monaſterii **Croyland** apud manerium de *Aſwyke* exiſtens, per foſſatum *Multonienſium* vocatum **Lodcdyke** verſus **Brotherhouſe** vice quadam carpebat iter, ſequentibus eum duobus famulis, ſed in tempore neceſſitatis falſum præbentibus famulatum. Accidit autem ut ſacerdos quidam de **Multon**, uno comitatus ſocio, deſcenderet eadem via, & viſo præfato fratre, minime pertranſivit; ſed primo convitiis eum aggrediens, quid in alieno territorio faceret, calumnioſe ſæpius exprobravit. Deinde toto malignitatis ſpiritu debacchatus, ut ad proprium fundum tranſiret, terribiliter comminans, & eum in locum ſubtus violentis impulſibus intrudens, ultra locum paluſtrem & cænulentam foveam, quantum jactus eſt lapidis, tranſvadare coegit. Qui quidem frater jam grandævus, & imbecillem jam vergens in ſenectam, ſub metu mortis & periculo ſubmerſionis, ad ulteriorem ripam verſus procinctum *Croylandiæ* tremens & palpitans vix vivus evaſit. Mox ergo per totam viciniam rumor percurrit improbus, quod Monachus *Croylandiæ* tali diſcrimine pene perierat ſubmerſus, tanto decore indigne fuerat dehoneſtatus. Sed venerabilis Pater Abbas *Johannes* infauſtum facinus graviter ferens, Epiſcopi *Lincolnienſis* auribus cauſæ ſuæ querimoniam diligenter intimavit, utque tam enormis factum Cenſura corrigeret ordinaria, obnixus imploravit. Epiſcopus vero citato confeſtim Presbytero, inter injuncta ſibi cætera hanc ſibi publicam & præcipuam indixit pœnitentiam, quatenus *Croylandiam* veniens ab Abbate Monaſterii, & præfato fratre cui tantam irrogavit injuriam, humiliter veniam poſtularet. Quod utique poſtmodum in die magno feſtivitatis, aſtantibus cunctis coram ſummo altari, quanquam invite ſe humilians, adimplevit. Ex quo facto graviter commoti Compatriotæ ſui, & malignandi ſumentes occaſionem; quicquid in adinventionibus ſuis adverſus Eccleſiam *Croylandiæ* moliri poterant, pro viribus ſatagebant.

De placito Will. Bondwyll.

Porro miles quidam nobilis & præpotens de *Cornubia*, *Willielmus Bondvyle* nomine, hoc eodem tempore dominam *Elizabeth* domini *Roberti Haryngton* nuper domini de **Multon** relictam duxerat in uxorem; per quam capitale dominium manerii de **Multon** prædicta eidem militi jam accrevit. Hunc itaque virum infelix ſemper & inſtabile villæ prædictæ vulgus ſuis incitavit clamoribus, apud hunc gravem de Abbate **Croyland** depoſuit querelam; quod præ abundantia aquæ extra procinctum dicti Abbatis ob defectum reparationis foſſatorum jugiter effluentis, prata eorum & paſturæ ſic inundata ſubmergebantur, quatenus eorum proficuum

cuum nullatenus poſſent capere; nec ſibi domino ſuo de debito reddit u reſpondere. Quibus ille permotus rumoribus, & in iram graviter exacerbatus, ad implacitandum præfatum Abbatem de tranſgreſſionibus & damnis ſibi ſuiſque tenentibus illatis illico pro viribus ſe erexit. Abbas autem *Johannes* viriliter ex adverſo mox aſcendit, & ad tuendam ſuæ Eccleſiæ cauſam *Londonias* feſtinavit. Sed poſt multam hinc inde in juris peritos æris effuſionem, uſque ad *Croylandiam* finaliter concludenda tota devoluta materia eſt. Ubi coram *Johanne* .... Milite, Capitali Barone ſcaccarii domini Regis, & uno Juſtitiariorum dicti domini Regis de communi Banco ſuo & *Johanne Moleſmore* altero Juſtitiariorum domini Regis de Banco, præſente etiam præfato Nobili viro domino *Willielmo Bondevyle*, cum magno peritorum conſilio ambifariam congregato; amicabili tractatu res diu ventilata per Indenturas in alterutrum factas tali moderamine ſopita eſt & ſedata; videlicet quod prædictus *Johannes* nunc Abbas *Croylandiæ* & ſucceſſores ſui Abbates loci prædicti, infra tres annos poſt datam tunc præſent. proxime ſequentes; quoddam foſſatum infra procinctum *Croylandiæ* à quodam loco vocato Brotherhouſe uſque ad Whaplodefydedyk verſus Orientem de novo fieri faciant & levari. Quod quidem integre factum & in altitudine ſufficienti levatum abſque fractura aliqua vel guttera per quadraginta annos ex tunc proxime ſequentes matutenebunt, conſervabunt, & reparabunt, ita quod omnes inundationes & communes aquarum cretenas infra procinctum prædictum qui Auſtrali parti dicti foſſati ſic fiendi ſua alluvione innititur accidentes, ſufficienter defendere poſſit, ne ſummitatem ejus ſuperfluant aut excedant, nec aliud quoddam foſſatum prædictorum *Will.* & *Elizabeth* ac aliorum vocatum Lovedyke ſuperonerent aut inundent, nec aliqua terras vel tenementa eorundem *Will.* & *Elizabeth* in villis de Weſton & Multon exiſtentia ſuperundent vel ſubmergant ullo modo, niſi inundationes illæ & cretenæ per magnam ventorum & pluviarum intemperiem magis ſolito exceſſivæ fuerint & nimis graves. Acta ſunt hæc ſiquidem Anno Regni *Henrici* ſexti undecimo, & Anno prædicti domini *Johannis* Abbatis ſeptimo, qui erat annus incarnationis Dominicæ milleſimus quadringenteſimus triceſimus tertius.

1433. Henric. 6. R.

Indenturæ inter partes.

Revera dum hæc interim agerentur, ecce *Spaldyngenſes*, arbitrii illius cito immemores quod nuper tempore domini *Richardi* Abbatis per induſtrios de conſilio domini Ducis *Lancaſtriæ* viros, in quibus & ipſi fiduciam ſuæ cauſæ maxime reponebant, ordinatum fuerat & decretum; jam rurſus averterunt ſe & non ſervaverunt pactum, ſed quemadmodum patres eorum converſi ſunt in arcum pravum; Mariſcum nempe de Goggiſlound in multitudine copioſa denuo ingredientes, piſcando, aucupando, & terram fodiendo, contra formam & tenorem dicti arbitrii, in ſuperbia & abuſione magna, multa enormia perpetrarunt. Venerabilis autem Pater Abbas *Johannes* fiduciam habens in Domino, per quem erat vir in cunctis proſpere agens, utpote qui opera ejus omnia dirigebat; præſumtuoſis eorum conatibus viriliter obviare, & irrogatis ſibi injuriis legitimum diſpoſuit remedium providere. Unde confeſtim manum ſuam mittens ad fortia, prædictos adverſus malefactores placitum inchoavit. Veruntamen res in arcto conſtituta eſt, quia Rege in ætate jam tenera exiſtente, totius Regni pondus & regimen ad domini *Humfridi* Ducis *Glouceſtriæ*, & dicti Ducatus feoffati Capitalis, pendebat nutum. Unde & idem Abbas à ſuo conſilio ob metum publicæ poteſtatis multoties ſibi ſoli derelictus, & ad præfati Ducis *Humfridi* præſentiam in ſecretiores cameras ſeorſum ſæpius accerſitus, diverſa ab ipſo ſuſtinuit opprobria, atque ut cauſæ ſuæ cederet, comminationes plurimas toleravit. Sed in his omnibus non magis effractus eſt animo, aut in aliquo deſtitit ab incœpto; ſed indies continuato ſecundum leges Regni proceſſu, ad hoc tandem deductum

Inſurrectio Spaldyngenſium in Goggiſlound.

Placitum contra Spaldyngenſes.

1433.
Henric. 5. R.

ctum eſt; quod per magnam aſſiſam apud *Lincolniam* materia debeat dijudicari. Ubi Dei favente clementia infixæ ſunt gentes in interitu quem fecerunt, & in laqueo ipſo quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. Nam coram *Jacobo Strangways*, & *Johanne Elerker*, domini Regis Juſtitiariis ad aſſiſas in Comitatu *Lincolniæ* capiendas, per formam ſtatuti aſſignati juratores exacti venerunt: qui ad veritatem de contentis inter partes prædictas dicendam electi triati, & jurati, dixerunt ſuper ſacramentum ſuum, quod prædicti *Spaldyngenſes* in proceſſu placiti nominatim expreſſi, de tota apud **Croyland** facta tranſgreſſione ſunt culpabiles, prout idem Abbas contra eos placitando allegabat. Et damna ipſius Abbatis, occaſione tranſgreſſionis prædictæ, ad quater viginti & decem libras aſſidebant: Et inſuper pro miſis ejus & cuſtagiis in hac parte decem libras.

Judicium in Aſſiſa adverſus Spald n-genſes pro Goggiſlound.

Condemnatio Spaldyngenſium ad Centum libras.

Conſideratum eſt igitur, quod prædictus [a] *Thomas* Abbas damna ſua prædicta recuperet verſus antedictos *Spaldingenſes* per præfatos juratos in forma prædicta ad centum libras. Poſtea vero quidam eorum, videlicet *Johannes Hankes* & *Robertus Horner* de *Spaldyngia*, per Vicecomites *London*, virtute brevis Regii pro eodem domino Rege eis directi, occaſione præmiſſa capti & per ipſos in Curia habiti, priſonæ domini Regis de **Flete** committebantur ibidem continue moraturi, quouſque prædicto Abbati de prædictis centum libris per *Spaldyngenſes* ſæpedictos plenarie fuerit ſatisfactum. Quam utique poſtea ſummam, cum multo gemitu & rubore, præfato Abbati apud *Croylandiam* perſolverunt.

1434.
De graviſſimo gelu,

Anno vero ſequente, videlicet anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quarto, graviſſimum gelu accidit, quod in nocte ſanctæ *Katherinæ* incipiens, uſque ad feſtum ſanctæ *Julianæ* virginis quaſi duodecim ſeptimanis perduravit.

Et fame ſequente.

Tertio ſiquidem anno ſequente, aquoſum nimis extitit tempus autumnale; unde tam valida crevit in *Anglia* fames per biennium fere continuata, quod in multis Regni locis unus frumenti modius pro quadraginta denariis vendebatur. In pleriſque vero partibus cum commune vulgus non haberet unde vitam tranſigere poſſet, plurimi collectas & exiccatas herbarum molebant radices, inde qualemcunque ſibi panem conficientes. Sed is qui manum ſuam aperit & omne replet animal benedictione, dans eis eſcam in tempore oportuno, ita miſericorditer diſpenſavit, quod in fine poſterioris anni iterum modius frumenti pro octo denariis venalis extitit; Deo laudes.

Hæc dum præcipiti volvuntur tempora curſu; domina *Margareta* Duciſſa de *Clarence* obiit, & *Johannes* filius ejus & hæres, Comes de *Somerſete*, quindenis annorum voluminibus ſub Captivitate *Francorum* jam tranſactis, immenſis pecuniarum ſummis redemtus, rediit in *Angliam*; qui mox juxta Regni jura in omnem ſuæ matris ingreſſus eſt & admiſſus hæreditatem.

De Johanne Comite de Somerſete.

Unde & inter cetera, dominium manerii de **Depynge** accepit in poſſeſſionem: occurrit ei turba conflua regionis; & quiſquis vindicari quærit de proximo, beatum reputat ejus ſeſe mancipaſſe ſervitio. *Depyngenſes* præcipue quaſi prophetam inter eos ſurrexiſſe gloriantur; circumducentes eum undique, promittentes magna, plurima ſuggerentes; & totius mariſci dominum voce præconaria proclamantes.

Principium diſcordiæ de Depynge.

Exinde cor e;us erigitur in ſublime, & magnis populi favoribus ventilatum, in altum nimis extollitur cornu ejus. Illico per miniſtros ejus capiuntur tolonia in villis; & quorumcunque fugantur animalia de mariſcis, uſque ad **Depynge** fugata retinentur, nec ſine pretio aut recognito ejus dominio redimuntur. Foſſatum illud inter **Kenulphſton** & **Croyland** in e us nomine levatur denuo, & per partes illas neceſſariorum Abbatis de maneriis ſuis interdicitur omnino tranſitus & conductio. Abbas per billam conqueritur Regi de injuria, & ſuccenditur amplius Comitis ira. In Monachos & mini-

Injuriæ factæ nobis per prædictum Comitem.

[a] Johannes.

ſtros

ſtros quotidie divulgantur minæ; nec ad peragenda ſua negotia auſus eſt quiſquam illo ire. 1443.

Henric. 6. R.

Tandem ſtatuto Parliamento, Dux de Comite efficitur; & diſponente Deo, ad expeditionem in partibus tranſmarinis tranſiturus deputatur. Timens autem interim venerabilis pater Abbas *Johannes*, in ſua abſentia, miniſtros ejus malefactis in eum amplius debacchari; uſque ad remotos *Angliæ* fines, ubi Dux memoratus in Caſtello ſuo de Corfe jam jamque transfretaturus morabatur, in ferventiſſimo temporis illius æſtu, & inſolito æſtatis ardore, ad ejus colloquium properabat. Ubi etiam ſub metu mortis ſibi ſæpius à familiaribus intentatæ moram trahens & ejus gratiam obnixius implorans, directas demum ad ſeneſcallum ſuum in his partibus ſecum obtinuit literas, quatenus tota diſſenſionis materia ejus ad uſque reditum poneretur in ſuſpenſo; & præfato Abbati miniſtriſque ſuis nullius interim injuriæ præberet occaſio. Peracto ſiquidem in brevi transfretationis ejus negotio, rurſus cum pompa redit Dux in *Angliam*; ſed accuſatus de proditione ibidem facta, prohibetur Regis adire præſentiam. Infauſti igitur rumoris nuncium indignantiſſime tulit tam inclyti viri cor egregium, imo tanti dedecoris ferre non valens maculam, propriam procurando, ut ferunt, acceleravit mortem, præſentem potius eligens brevi ſub compendio terminare triſtitiam, quam infelicem ſub opprobrio diutius tranſigere vitam. Unde quidam quaſi de eo longe ante prædictum hunc attribuit verſum, *Bis binis annis vix ſtabat pompa* Johannis. Duxerat tamen adhuc ſuperſtes uxorem, *Margaretam* nomine, de qua unicam ſuſcepit filiam, etiam *Margaretam* nuncupatam, poſt matris ſuæ deceſſum præfati dominii de Depyng futuram hæredem. Quæ adhuc vivente matre, *Edmundo* Comiti *Richmondiæ* primo data eſt in conjugium. Sed ille brevi vivens tempore, unum ex ea ſolummodo procreavit filium. Igitur Comite ſublato de medio, Illuſtriſſimi viri Ducis de Bokyngham filio iterum maritanda traditur *Henrico*. Sed de his longe inferius. Domina vero *Margareta* Duciſſa mater ejus præfatum dominium de Depyng in dote tenuit multis annis quibus poſtea ſupervixit. Sed & in amerciamentis tranſgreſſionum, reparationibus foſſatorum, & poundagiis animalium, quæ prædictum qualitercunque contingunt mariſcum, prout in die mortis mariti ſui ſibi derelictum reperit, cunctis diebus vitæ ſuæ, annis ferme triginta poſſeſſionem ſervando continuavit.

De morte Johannis Ducis de Somerſete.

Margarita Henrici Septimi Mater.

Anno vero Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo nono, 1439.
& anno præfati domini *Johannis* Abbatis decimo tertio tanta aquarum dulcium in gurgitibus & rivis abundantia convaluit ex nimia pluviarum inundatione, quod foſſata circa procinctum *Croylandiæ* impetum fluminis irruentis minime poterant ſuſtinere: unde aquæ procinctus intumeſcentes & foſſato de Shepee ex ejus auſtrali latere, diverſis in partibus minime reparato, vehementer innitentes, valido venti Borealis impulſu, prædictum foſſatum transfluxerunt, adjacentis communæ de Whaplode omnem ſuperficiem irrigantes. Qua de re Comprovinciales fremuerunt gentes, & adverſus Abbatem Croyland omnes eorum cogitationes in malum convertebant. Quorum præcipuus *Humfridus Littlebury* Armiger, cæterique plures qui comminabantur cum eo *Croylandiam* venientes, omnia foſſata dicti procinctus circumierunt undiquaque inveſtigantes, ſi in aliqua reparationis defectum reperire poſſent, unde materiam ſumerent Abbatem *Croylandiæ* coram Juſtitiariis præſentandi. Obtenta ſiquidem deſuper Comimſſione generali de *Seweris* pro Comitatibus *Lincolniæ*, *Northamptoniæ*, *Huntingdon*, & *Cantabrig.* coram *Richardo Haugh*, *Johanne Langholme*, & *Richardo Benington* Juſtitiariis apud Waynflete, pro defectu reparationis foſſatorum prædictum Abbatem præſentabant. Ad reparandum vero deinceps foſſatum quoddam juxta ripam de Weland à Brotherhouſe uſque Croyland protenſum, & deinde uſque Dovedale, cum

Quomodo aquæ ſubmerſerunt Communam de Whaplode.

Humfridus Littlebury.

Commiſſio de Seweris pro Comitatibus Lincoln, Northamton, Huntington, Cantabr.

1443. *Henric. 6. R.* cum ceteris antiquis foſſatis infra dictum procinctum exiſtentibus; videlicet, Moredyke, Sharpeſdyke, & Wynturdyke, eundem ſimiliter adjudicabant. Metuens itaque prædictus Pater, ne id quod ab eis injuſte præſentatum eſt, inter Regis memoranda contra eum redigerentur in recordum; cernenſque ex tali facto ſibi ſuiſque ſucceſſoribus grave præjudicium futuris temporibus ſuboriri: ubi ad ſervandum procinctum ſuum pro utilitate dictæ Abbathiæ prius potuit in diverſis ſparſim locis foſſata ſua perficere & inficere, claudere & aperire, prout melius ſibi viſum fuerit; utens habenis propriæ libertatis, jam non diſſimulavit, non moras innexuit; ſed hujuſmodi cupiens obſtare principiis, ſingula eorum præſentamenta tranſvertere, & in libertatem priſtinam ſe penitus reſtituere ſummo conamine diſponebat. Unde primo ſummonitus eſt per Vicecomitem *Lincoln*, ut coram prædictis Juſtitiariis apud Alford compareret; Deinde apud Louth; & vice tertia apud Bolyngbroke, ad reſpondendum domino Regi de articulis in præſentatione prædicta contentis. Qui per *Johannem Hardeben* Attornatum ſuum, ad ſingulos aſſeſſionis aſſignatos dies ſine intermiſſione comparebat.

Apud Bolynbroke igitur Juratores per Vice-comitem *Lincoln.* aſſignati, tunc & ibidem præfatis coram Juſtitiariis ſolenniter exacti venerunt: qui ad veritatem de & ſuper præmiſſis dicendam, electi, triati, & jurati, dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod *Johannes* Abbas *Croylandiæ* ac prædeceſſores ſui homines, tenentes, & eorum firmarii de maneriis, terris & tenementis ſuis in villis & locis juxta foſſata prædicta jacentibus, pro aiſamento, commodo, & appruamento ipſorum Abbatis, conventus Prædeceſſorum ſuorum, faciend. & habend. diverſa loca in eiſdem foſſatis ad eorum libitum ſæpiſſime reparaverunt, evitando damnum, diſpendium, & jacturam; quæ eis poſſet ſingulariter pro eorum non reparatione de facili evenire. Et ulterius dicunt præfati Jurati, quod nec iidem *Johannes* Abbas & Conventus prædicti, nec eorum Prædeceſſores Abbates loci prædicti, foſſata prædicta; ſeu aliquod foſſatorum prædictorum, à tempore quo non extat memoria, pro ſalvatione patriæ adjacentes, ſeu in defenſionem aquæ per eadem foſſata decurrentis, aut aiſamento populi Domini Regis, ſeu alicujus eorum, aliter vel alio modo reparare conſueverunt, ſeu de jure reparare debuerunt, prout pro parte domini Regis contra prædictum Abbatem ſuppoſitum fuerat & allegatum: ſed tantummodo pro eorum aiſamento, commodo, & appruamento, ad voluntatem ſuam propriam, & non aliter nec alio modo. Super quo per prædictos Juſtitiarios conſideratum eſt, quod prædicti *Johannes* Abbas de Croyland & ejuſdem loci Conventus, quo ad præmiſſa, ab hac curia dimittantur; & eant inde ſine die. Et idem *Johannes* Abbas & ſucceſſores ſui de præmiſſis de cetero per Dominum Regem non impetantur ſeu occaſionentur prætextu præmiſſorum. Igitur requiſitionem prædictorum nunc Abbatis & Conventus, dominus Rex *Henricus* ſextus per literas ſuas patentes tenorem recordi proceſſus antedicti duxit exemplificandum.

Exoneratio reparationis foſſatorum.

1444. *De terribili tonitruo.* Anno vero Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto, in vigilia Purificationis Beatæ *Mariæ*, tantus & terribilis erat in Cœlo tonitrus, ac impetus vehemens fulguris coruſcantis, quod nullius ætatis noſtræ vivens talem quandoque vidiſſe ſe meminit vel audiiſſe. In qua quidem tempeſtate Campanile ſancti *Pauli Londini*, & Campanile Monaſterii de *Waltham* ad Crucem, Eccleſia de Baldok, Eccleſia de Walden, Eccleſia de Kyngeſton ſuper *Temiſiam*, & alia quædam Eccleſia in *Cantia*, eodem, diverſis tamen horis, igne fulguris accenſa fuerant & combuſta.

1445. *De adventu Margaretæ Reginæ in Angliam.* Anno vero ſequente domina *Margareta* Regis *Siciliæ* filia, conductu *Willielmi Pole* Marchionis *Suffolchiæ* applicuit in *Angliam*; quæ à Magiſtro *Willielmo Aſcogh. Sarum* Epiſcopo Regi *Henrico Angliæ* deſponſata eſt. Et

poſtmodum

poſtmodum à venerabili Patre domino *Johanne Stafford*, *Cantuarienſi* Archiepiſcopo, apud *Weſtmonaſterium* in Reginam *Angliæ* ſolenniter coronata. 1445. *Henric. 6. R.*

Anno ſiquidem Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, & anno præfati domini *Johannis* Abbatis viceſimo, inter eundem venerabilem Patrem & dominum *Johannem Pynder* Eccleſiæ Parochial. de Whaplode Vicarium, ſuper reparatione diſcorum & ſtallorum in Cancello Eccleſiæ prædictæ, controverſia non minima eſt exorta: prædicto aſſerente Vicario, quod præfatum onus Abbati *Croylandiæ* tanquam dictæ Eccleſiæ Rectori, de jure debeat pertinere. E regione vero Abbas realem adverſus Vicarium opponens Compoſitionem, ad reparationem prædictorum eum omnino & ſolummodo de jure teneri, palam proteſtabatur. Unde & in Eccleſia ſanctæ *Mariæ de Arcubus*, *Londoniis*, res diutius ventilata; tandem coram magiſtro *Willielmo Byconhile* legum doctore, Officiali Curiæ *Cantuarienſis* in præfata Eccleſia taliter ſopita eſt & terminata: quod idem Vicarius, dominus *Johannes Pynder*, virtute cujuſdam realis Compoſitionis inter Abbatem *Croylandiæ* & Vicarium ejuſdem Eccleſiæ factæ, per ſententiam definitivam præfati judicis adjudicatus fuit & pronunciatus ad onus reparationis, conſtructionis, & reparationis Cancelli ejuſdem Eccleſiæ Parochialis de Whaplode prædictæ, & diſcorum & ſtallorum, ſedilium & aliorum ornamentorum neceſſariorum quorumcunque, ad Vicarium quemcunque pro tempore exiſtentem, pertinuiſſe, pertinere, ac pertinere debere. Ipſos vero Abbatem & Conventum ab onere reparationis, conſtructionis, reformationis hujuſmodi liberos & immunes eſſe, ac eſſe debere, prædictus Officialis decrevit, declaravit, & pronunciavit. Ipſumque dominum *Johannem* Vicarium in quinque marcis pro expenſis legitimis per Abbatem prædictum in hac cauſa factis, condemnavit. 1446.

Prædictus vero *Willielmus Suffolchiæ* Comes, de quo paulo ſuperius fecimus mentionem, vir quidem aſtutiæ ſingularis, & doctus fallere, populum de facili ad ſuæ voluntatis inclinabat aſſenſum. Qui in tantam Regis *Henrici* admiſſus eſt familiaritatem, ut ejus abutens ſimplicitate, omnia Regni fere negotia ad ſuum diſponere nutum arbitrabatur. Unde Epiſcopatus & beneficia Regia pro pecuniis conferendo, ejiciens & intrudens juxta propriæ voluntatis arbitrium, multa in Regno contra juſtitiam pro ſola poteſtate faciebat. Tandem eo uſque proceſſit præſumtionis ejus audacia, quod omnes Regis cognatos & amicos, & Regii ſanguinis propinquos, tam Epiſcopos quam aliarum dignitatum Clericos & Laicos, fraude & circumventione ab ejus præſentia removebat. Nam & Illuſtriſſimum Principem Ducem *Glouceſtriæ Humfridum* dicti Regis Avunculum, & ab ejus infantia per annos Regni ſui viginti quatuor fideliſſimum, in omnibus comprobatum, de proditione apud Regem falſiſſime accuſavit. Qua de re Parliamentum apud *Buriam* in Comitatu *Suffolchiæ*, prædicti Comitis inſtinctu, tempore hiemali anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo ſtatutum erat & proclamatum. Quo memoratus Dux perveniens, & nihil doli conjiciens, mox ſequeſtratus à ſuis, quibuſdam de familia Regis in cuſtodiam deputatur. Qui ad reſponſum non admiſſus, nec judiciali examine condemnatus, veſpere ſoſpes & incolumis, mane (proh dolor) mortuus elatus eſt & oſtenſus. Eodem vero anno venerabilis *Henricus Beauford* Cardinalis *Sabinenſis*, & Epiſcopus *Wintoniæ* obiit; Domini *Johannis Gaunt* Ducis *Lancaſtriæ* filius, Regis *Henrici* quinti Avunculus, & præ cunctis in *Anglia* Principibus, probitate & ſapientia, divitiis & gloria, nominatiſſime præconatus. *De Comite Suffolchiæ.* 1447. *De morte Ducis Glouceſtriæ apud Buriam.*

Poſt hæc vero aliud grande ſatis & ſumtuoſum contra dominum *Thomam Daker*, dominum de Holbeth, venerabilis Pater Abbas *Johannes* ſuſtinuit placitum. Cum enim Abbas *Croylandiæ* in villa de Whaplode principale obtinet dominium; habens ibidem præter Eccleſiæ ſuæ feodum, *Placitum contra dominum Thomam Daker.*

 mercatum

1447. *Henric. 6. R.* mercatum & feriam, vaſtum & Werennam, pillorium & tumberellum; aſſiſæ quoque panis & cerviſiæ correctionem: præfati Domini *Thomæ* ballivi & miniſtri in communi vaſto villæ prædictæ diſtrictiones capere, Attachiamenta facere, & plura alia in præjudicium *Croylandenſis* Eccleſiæ cœperunt uſurpare. Sed Venerabilis Pater tantam ſibi irrogatam & noviter inchoatam injuriam ſuſtinere non valens, immo impune pertranſire nolens, in famoſa Regni Curia apud *Weſtmonaſterium* viriliter ac ſtrenue prædictum *Thomam* implacitabat; & ut plurima ſub brevitate congeram, finaliter totius materiæ proceſſum per valentiores patriæ in magna aſſiſa determinandum *Lincolniam* uſque perducere ſummopere ſatagebat. Aſſignato igitur die occurrunt Juſtitiarii; confluit etiam abunde plebs conſilioſa, judiciis ſufficienter erudita legibus Regni. Aderat etiam tunc in bono Comitatu *Willielmus Taylboys* Armiger, qui in *Croylandenſis* Eccleſiæ cauſa venerat, & pro ſuppetentia virium fideliſſimus extitit coadjutor.

Cernens itaque præfatus *Thomas* ſuam in deterius penitus labefactare partem, & præſentem ſibi nequaquam arridere diem; conſilii ſui inſtinctu, venerabilem Patrem dominum *Will. Alnwyk Lincolnenſem* Epiſcopum tunc temporis in ſuo ibidem palatio reſidentem adiit, multis cum precibus requirens, & depoſcens inſtantiis, quatenus in arbitrarias autoritatis ſuæ manus totam materiæ cauſam dignaretur aſſumere, & prout ipſe ſtatera judicii ſententiaverit, omnino ſe velle conſentire. Mittitur mox deinde pro Abbatis conſilio; proponuntur rationes & hortamenta ab Epiſcopo, ut in ejus conſcientiam univerſum cauſæ pondus confidenter vellent deponere, quem erga eos firmiſſime noverant benevolum, & [a] nullo libertati Eccleſiaſticæ velle derogare. Sed quid multa? Quid non obtinere poſſet tanti auctoritas viri, præſertim cum eſſet inter *Angliæ* Coepiſcopos opinionis bona fama ſingulariter inſignitus. At ſi ejus minime conſentiatur votis, quem non præoccuparet indignatio Diœceſani intolerabilis? Parent igitur & ſinguli, & obligatoria certitudine utrinque reddita; ejus in hac parte decreto ſtare invicem ſeſe compromittunt. Ille vero ut erat vir ſemper conſilioſiſſimus in agendis; evidentiarum monimenta primitus matura deliberatione perpendens, etiam cum eruditiſſimis in lege viris diligenti ſcrutinio ſuper cauſæ negotio frequentius conferebat. Verum quia ſæpe *Latinarum* vocabula dictionum multiformes æquivocantur ad ſenſus; ne forte verborum aucupes per interpretationis ſiniſtræ ſcrupulum futuris poſſent temporibus, id quod pia intentione geritur, in ambiguum trahere diſſenſionis; hinc venerandus Præſul decreti ſui arbitrium in *Anglicano* idiomate tradendum cenſuit, prout in terminis tenor ſubſequens explicabat.

Conſenſus partium in arbitrium Epiſopi.

Be hit knowen to all theym which thees preſent letters ſhall ſee or here; that whereas diverſe debates, variance, controverſiz, and diſſencion hath growen and late bene moved and ſtered be twix the Noble Lorde Thomas Dacre *Lorde of* Dacre, *and John his Son, clamyng to have correction and puniſhmentz of all manner of treſpas and offences done in the Kyngys hyegh wayes, commen ſtretys, and waſt grounds, in the ton of* Whapplode *in the ſhire of* Lincoln, *be the ryght of the maner and Lordſhyp of* Holbech *pertenyng to the ſaide* Thomas *of that one partye: And the Worſhipfull and religiouſe fader* Johan. *th' Abbot of* Croyland *affermyng and ſtayng the contrarie; and that all ſuch ryghts longeth only to hym, be ryght of the maner and Lordeſhip of* Whapplode, *pertenyng to the ſaid Abbot be ryght of his chyrch, on the other partye: Uppon which debates, variance, contraverſiz, and diſſencion, as weel upon all the incidentz, dependentz and thyngs grown upon the ſame; hit haath lyked*

[a] In nullo.

the

the ſaid partyes to biende hem be theyr dede obligatorye beryng the date the 1449.
XVII *day of the Moneth of Februario the yere of the Reyng of Kyng* Herry *Henric. 6. R.*
the ſext XXVI. *to ſtand and obey to tharbitrement, ordinaunce, awarde, judement and decree or counſell of me* William, *be the ſuffrance of God Biſhop of* Lincoln, *as hit apperith more pleynly be the conditions of the ſaid obligacions.* *I* William *Byſhop aboveſaid, deſyryng the good pees, eaſe, and reſt of bothe parties afornſaid, theyr ſucceſſours, ſervantz, men, and tenantz, aftyr divers dayes of examinacion of the ſaid matier of debate, variaunce, contraverſiz, and diſſention, and good deliberacion hadde, communicacion hadde alſo thereupon with wiſe, ſadde, and leerned men in the lawe, the* XXI *day of this preſent moneth of* September *the yere of the Reyng of Kyng* Herry *the ſext* XXVII. *arbitre, award, ordeign, deem, and decreee in forme that followeth.*

Furſt conſideryng that the ſaide Abbot be the ryght of his chyrch is called Lorde of the ſaid ton of Whaplode, *and haath ther be ſufficiaunt graunt, waranth, and autorite, Leet, and alſo Fayere and Market in the waaſt grounde of the ſaid ton; and that he and his Predeceſſours have hadde a viewe of Franc-plege in the ſaid ton of* Whapplode, *and have puniſhed and corrected treſpas and offences done withyn the hyegh waye, commonſtrete, and waaſtground within the ſaid ground of* Whapplode, *with all manner of wayfes and ſtrayes, and treſoutroue, and other libertes and fraunches pertenyng to the vyewe of Franc-plege; the whych poſſeſſion he and his Predeceſſours have contynude ſythen the tyme of Kyng* Herry *the thyrde, as it apperith moor pleynly be the courtrolles maad of the ſaid view; and the ſaid* Thomas *Lord* Dacre *haath not paſſyng* XII. *tenauntes in the ſaid ton: the ſaid Abbot and his Succeſſours ſhall have and peſeble enjoye all maner of correction and punyſhment of all maner of treſpas and offences done in the ſaid wayes, ſtretes, and waaſt-ground, withyn the ſaid ton of* Whapplode, *with wayes, ſtrayes, and other libertes and fraunches longyng to the view of Franc-plege of the ſaid Abbot in the ſaid ton. Excepte alway undyr excepted, and foliowyngly juged and decreed unto the ſaid Lorde* Dacre *be this my preſent award, conſideryng alſo that the ſaid* Thomas *Lorde* Dacre *haath in lyke wyſe in his courtes holden at* Holbech, *inquered of treſpas and offences done withyn the hiegh waye, commonſtrete, and waaſtground of the ſaid ton of* Whapplode, *and receyved preſentments of the ſame, from the tyme of Kyng* Edward *the thyrde, as it appereth be the courtrolles made of the viewe haad in his courtz kepte at the ſaid* Holbech; *and ſo of mykell lattor tyme poſſeſſed in the behalve: which poſſeſſion for ſo mykell is as it ſemes of leſs weght and force; I awarde, ordeyngne, deem, and decree, that the ſaid* Thomas *Lorde* Dacre, *his heyres and his ſucceſſours, ſhull nowe be his tenaunts inquere in his courtz holden at* Holbech *of ſuch treſpas and offences done withyn the hyegh waye, comonſtrete, and waaſtground, withyn the ſaid ground of* Whapplode, *and peſeble punyſh and correct only his own tenauntz reſyeng upon his ground in the ſaid ton of* Whapplode, *which hold not of the ſaid Abbot of* Croyland *nor his ſucceſſours beyng for the tyme. And iff the ſaid Abbot or his ſucceſſours, eny tenaunt or tenauntz of the ſaid Abbot or his ſucceſſours, as of his manyer of* Whapplode, *or eny other reſyeng in the ſaid ton, not tenaunt and reſyeng of the ſaid Lorde* Dacre *ground, his heyer or heyeres, withyn the ſaid ton of* Whapplode, *be preſented in the court or courtz of the Lorde* Dacre *beyng for the tyme, for eny treſpas, offence, or myſpryſion done withyn the ſaid ton of* Whapplode, *or wayes, ſtretes, or waaſtground of the ſame. Ney the ſaid Lorde* Dacre, *his heyer nor heyeres, theyr officer nor officers, nor theyr ſervauntz nor miniſters ſhall in eny wyſe execute the ſaid preſentment, nor levy eny amerciament nor fyne of the ſaid Abbot, his ſucceſſours, nor none of the tenantz of the ſaid Abbot, as of his manyer of* Whapplode, *or his ſucceſſours, or eny other reſyeng in the ſaid ton, not tenaunt and reſyeng on the ſaid Lord* Dacre *ground withyn the ſaid*

1449. *ton of* Whapplode, *for the ſaid cauſe. And in ſemblabele wyſe, if the ſaid*
Henric. 6. R. Thomas *Lord* Dacre *or his heyres, eny tenaunt or tenauntz of the ſaide Lord or his heyres, reſyeng upon his ground in* Whapplode, *not holdyng of thabbot beyng for the tyme, be preſented in thabbot's court for eny treſpas, offence, or myſpryſion done withyn the ſaid ton of* Whapplode, *or wayes, ſtretes, or waaſtgrounds of the ſaid ton, that ney the ſaid Abbot nor his ſucceſſours, theyr aſſignes, ſervauntz nor miniſters ſhall execute the ſaid preſentments, nor levy eny amerciament nor fyne of the ſaid* Thomas *Lord* Dacre, *his heyres, nor noon of his tenauntz reſyeng upon his groud in* Whapplode *noght holdyng of thabbot nor his ſucceſſours, for the ſaid cauſe.*

And whereas the ſaid parties were in variaunce as for the dryfft withyn the Maryſh and Common of the ſaid Ton of Whapplode *and* Holdbech, *I deem, award, and decree, that the ſaid* Thomas *Lord* Dacre *and his heyres, and the ſaid Abbot and his ſucceſſours, ſhall take, occupye, and uſe theyr ſaid dryffts withyn the ſaid Maryſh of* Whapplode *and* Holbech, *at ſuch tyme as theym lykes; ych of them be ſuch wayes withyn his own ton, and in ſuch forme as it haath beene uſed of old tyme, with all maner of profetes, of wayfes, and ſtrayes, and other liberties pertenyng to the ſaid dryffts. Provided alway, that the ſaid* Thomas *Lord* Dacre, *his heyres, nor his ſucceſſours, ſhall at no tyme of theyr dryfft make theyr common waye thorow the ſaid ton of* Whapplode, *nor noou waye theroff to the Manyer of* Holbech, *but alonly thorowe* Holbech *droue, and be other wayes of the ſaid* Holbech, *as it haath bene uſed of old tyme, but in cas that the ſaid old wayes may not be uſed in forme as they haath bene aforn tyme, becauſe of ſurundyng of waters, than the ſaid* Thomas *Lord* Dacre *beyng for the tyme, ſhall be his officers giff warnyng to the ſaid Abbot, or to his officers, be reaſonable tyme, to forn he enter with eny ſuch dryffts the ton of* Whapplode, *or the hyegh waye theroff, to the intent that the Inhabitantz thereof may remeve and avoyd theyr Catell owte of the ſtretes and hyegh waye there paſturyng for the tyme, that they be not chaced nor driven forth to theyr hurt, with his ſaid driffts ſo to be maade, ſhall mowe com thorowe the ſaid ton of* Whapplode *with his dryfft, noght clamyng there by eny tytle of ryght ageyn or contrarie to this my preſent award.*

And where the ſaid pahties were in variaunce as for takynge of toll of the people and perſons comyng to the feyr and market withyn the ſaid ton of Whapplode, *I deem, award, and decree, that the ſaid* Thomas *Lord* Dacre, *his heyres, nor noon of his officers, ſhall in noo wyſe take toll of eny perſon or perſons comyng to the feyr or market of the ſaid Abbot iu the ſaid ton of* Whapplode.

Alſo I deem, award, and decree, that ether partie above ſaid, the Lord Dacre *for him and his heyres, the Abbot for him and his ſucceſſours ſhall, make as ſuyer to the tother partie all thees articles to hym thus demede, awardede, and decreed, as I be advyce and counſell of leerned men lawfully ſhall con-devyſe, whan and at what tyme ether partie requireth hit of other, at the coſts and expences of the partie ſo requiryng and deſyryng. Aud that all actions ſuytes aud plees takyn, meved, and hangyng be ether partie in eny Coourt ageyn other, be occaſion or cauſe of thees premiſſes and matiers above reherſed, ſhall utterly cees, be it be diſcontinuaunce or other wayes lawfull. In wytneſſe whereof to this my preſent award, ordinaunce, jugement, and decree, try partyte, one parte inæented remanyng to the ſaid* Thomas *Lord* Dacre *and his heyres; and to an other parte remanyng anempſte the ſaid Abbot and his ſucceſſours; and to the thyrde parte remanyng in Regiſtrye of the Byſhoprych of* Lincoln, *I have ſette to my ſeele.*

Circa hæc quidem tempora, Rex *Henricus* ſuum apud *Weſtmonaſterium* tenuit Parliamentum, in quo memoratus *Willielmus Poole* de Marchione promovetur

1448. *Henric. 6. R.*

De enormitate prædicti Williel. Ducis Suffulchiæ.

Magiſtri Willielmus Aſcogh, Jacobus dominus de Saye.

movetur in Ducem. Unde & cor ejus nimis elatum eſt, & magis ac magis ante ruinam exaltatum; cernens præterea quod Rex jam neceſſariis & Regii ſanguinis nudatus eſſet amicis, ita ut ſuis ſolummodo uteretur conſiliis, & ipſe liberius poſſet ejus animum ad ſuam inflectere voluntatem, quoſdam ſuæ factionis conſcios ſibi aſcivit, & in peculiare Regis obſequium introduxit, magiſtrum videlicet *Willielmum Aſcogh*, Epiſcopum *Sarum*, & *Jacobum* dominum de *Saye*: qui quoſcunque ad Regis gratiam vel præſentiam abſque eorum conniventia contendentes, generaliter arcebant ab acceſſu. Proinde mox inextinguibili cupiditatis face ſuccenſi, per ſingula Regni Monaſteria Regem circumducunt, plurima ſibi coacervantes dona, & ſub ejus nomine, munera comportantes. Magnas quoque pecuniarum ſummas de Eccleſiæ decimis ac Laicorum tributis, ceteriſque obventionibus Regiis in fiſcum Regalem congeſtas, importune petentes à Rege inter ſe mutuo partiebantur. Nec ſic quidem præfatorum proditorum ſitis hydropica ſedata eſt, ſed adhuc manum extendentes ad altiora, omnia fere Regis caſtella, villas, & prædia in partibus ultramarinis poſſeſſa, non ſine ſanguine & copioſa ejus effuſione victrici manu Regum perquiſita, pro immenſis auri ponderibus per Patentem Regis chartam, præſumptuoſa proditione relaxabant. Ducem vero *Aurelianenſem* à Rege *Henrico* quinto in bello de *Agyncowrt* captum, & ſub ſalva cuſtodia multis poſt annis in *Anglia* detentum, pecunia ſimiliter mediante, ad propria liberum abire permiſerunt.

1450. *De morte Proditorum prædictorum.*

Sed ultrix ira Dei hujuſmodi volens finem imponere malis, in eorum deteſtandi facinoris ultionem omnium commovit corda populorum, ita ut proditores eos publice proclamantes, in eorum exitium viderentur unanimiter conſonare. Confeſtim quippe inſurgentes Regni Communitates, & Epiſcopum *Sarum* primo comprehendentes, ſine ulteriori proceſſu judicii, affectum vulneribus occiderunt. Dominum vero *Saye Londoniis* interceptum, proditionis ſuæ pœnas exolvere capitis abſciſione compulerunt. Ipſum autem primicerium proditorum, *Suffolchiæ* Ducem, à Regia præſentia violenter abreptum, ad turrim *Londoniarum* interim ſalvo cuſtodiendum deputabant. Statuto deinde Parliamento, caventes Regis offenſionem, ipſum in exilium condemnabant perpetuum: inſidias tamen ei ponentes ad tempus, & diem transfretationis in partes peregrinas peremptorium aſſignantes. Verum præfixo ſibi adveniente die, quo terram *Angliæ* deſereret, nunquam denuo reverſurus, & jam aſcenſa navi propero curſu vela ventis committens, putaret ſe ſyrtes & *Scyllam* evaſiſſe; ſubito incidit in *Charybdim*. Nam altera è regione navis in obviam ocius advolat, & qui introrſus erant, ubi ſit proditor *Angliæ*, ubi ſit Dux *Suffolchiæ* altius inclamant. Aſt vim prope inferentes negantibus, reddere coegerunt productum de obſcuris; quem protinus arripientes, & quaſi celeuſma ſuper eum clamore nautico reſonantes, in puppis prora decapitabant: debitum proditori, quanquam multa pro vitæ conſervatione fruſtra promittenti, inglorium finem imponentes.

De intentione renovandi metas in Alderlound.

Verum quia nihil eſt tam fixum animo, quod tempore non aboleſcat vetuſto, proinde nimirum & in his diebus in mariſco noſtro de **Alderlound** ex Auſtrali parte de **Weland** verſus Occidentem, metæ & bundæ inter eundem mariſcum & mariſcos Abbatis de *Burgo* contiguos, crucibus & ſignis dudum limitatæ, videlicet **Fynefete**, **Greynes**, **Folwardſtakyng**, & **Southlake**, ubi cadit in *Welandiam*, jam longo temporis intervallo per incuriam ſunt collapſæ, cognitionem qualemcunque licet obſcuram, licet confuſam, ſolummodo præferentes. Volens igitur memoratus pater Abbas *Johannes* præfatos limites in ſtatum priſtrinum renovare, cum conſilio dicti Abbatis de *Burgo* tractatus & colloquia frequenter habuit, & ut intentionis ſuæ voto potiretur, magnis expenſarum co-

1450. piis non pepercit. Unde de prædictarum conſenſu partium, & domini
Henric. 6. R. *Lincolnienſis* Epiſcopi ſuperviſu, illuſtres viri & legibus eruditi quatuor indifferenter in arbitros ſunt electi: videlicet *Henricus Grene*, *Richardus Benyngton*, *Robertus Sheffeld*, & *Richardus Welby*, decreto quorum & arbitrio, per obligatorias mille marcarum cautiones, patentibus utriuſque Monaſterii ſigillis utrinque roboratas, Abbates & Conventus memorati omnino ſtare & penitus acquieſcere conſenſerunt. Qui quidem Arbitri cum magno conſultorum Comitatu apud Depynge in Eccleſia ſancti *Guthlaci*, bina vice convenientes, in articulorum exhibitionibus, & eorum hinc inde replicationibus, per duas hebdomadas tempus in irritum protrahebant. Alio ſiquidem tempore apud Sengleſholt omnes ſimiliter congregati, in tractatibus & evidentiarum inſpectionibus ſeptimanam integram protelantes, ſed nihil ad perfectum adducentes, & tempus conſumpſerunt & expenſas. Videntes vero præfati arbitri, quod inter ſe minime poſſent convenire, trepidantes forte timore, ubi non erat timor; aut favore ducti, neutri parti diſplicere volentes, juxta conceſſam eis poteſtatem ad arbitrii ſententiam procedere non audebant: ſed totum materiæ pondus in ipſos locorum Abbates retorquere ſatagentes, alio ſtatuto die apud Ibury manerium Abbatis de *Burgo*, iterum vice quarta convenerunt. Accerſitis igitur illuc reverendis utriuſque Monaſterii Prioribus, Arbitratorum unus cauſam in qua diffidebant, eis palam expoſuit, & quod ſine expreſſo eorundem patrum conſenſu in Eccleſiarum ſuarum cauſa, ipſe ſecumque Coarbitri omnino inconſulto nolle diffinire declaravit. Sicque de impoſito eis negotio ſeſe cautius exonerantes, omnem ambiguitatis ſcrupulum in præfatos, ut dictum eſt, patres aſtute refundebant. Memorati vero Abbates de ſitu & poſitione prædictorum limitum aliquamdiu mutuo colloquia celebrantes, & præcipue de Comitatuum *Northamptoniæ* & *Lincolniæ* quantum ad eos pertinet diviſione, nequaquam poterant concordare. Unde poſt tam larga collata munera, poſt tot ſumptus & impendia, ſinguli triſtes redierunt ad propria, indigeſtam adhuc materiam in articulo deteriori quam prius (proh pudor!) immature relinquentes.

1448. Hoc eodem ſiquidem tempore, anno videlicet Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octavo, in nocte ſancti *Georgii* in ipſo diei diluculo, vehemens ac terribilis contigit terræmotus, de quo revera inſtructores quidam qui callent ingenio, quod eventus ſiniſtri prognoſticum foret, publice prophetabant. Nec fefellit eos præſagium. Nam in æſtate ſequente per totam fere *Angliam* enormis communitatum inſurrectio facta eſt, & ſatis formidanda commotio. Sed inceptum *Cantiæ* vulgus inſtabilitati de facili conſuetum, ceteris multo inſolentius efferabat. Nam capitaneum ſibi quendam & primicerium ſtatuentes, primum ſuper planitie de Blackheth caſtrametati, foveis & foſſatis infixis palis more bellico ſeſe mnniebant. Ac deinde temeratiori auſu præſumentes, in ipſo ponte *Londoniarum* vim inferentes civibus, civitatem violenter intraverunt; unde dictus eorum Capitaneus mox elatus in ſuperbiam, & ab inſipienti populo velut Rex honoratus cum nemine reſiſtente omnia ſibi ad nutum crederet jam licere; incarceratos extraxit de Turri, & ad populi vociferantis impetum, abſque judicio juſſit decapitari. Sed & manum convertens ad rapinam, locupletiſſimum Civem quendam, ſuorum ſtipatus caterva ſatellitum, facultates ejus ſingulas cum univerſo ſupellectili diripiendo, uſque ad quadrantem noviſſimum extenuabat. Ceteri vero concives ex hoc nimirum multum ſibi formidantes, & conſimile in eos ipſum patrare facinus pro certo conjicientes, collectis undique celerius armatorum copiis, eum de Civitate viriliter expulerunt. Qui poſtmodum excurſo brevi temporis intervallo comprehenſus, ac ſecundum jura Regni decapitationi & membrorum diviſioni more Proditoris adjudicatus, infelicem vitam infeliciter terminavit.

De terræ motu.

De inſurrectione Communitatum in Anglia.

Jack Cade.

Sed

1450. *Henric 6. R*

De interruptione juris noſtri in Baſton.

Sed jam unum quiddam hujus Monaſterii concernens, rectum memoriæ commendare, & notitiæ tradere poſterorum dignum exiſtimamus, ſi quando futuris temporibus eventu conſimili iterato fuerit attemptatum. In villa ſiquidem de Baſton, præter Eccleſiam quam ſibi retinet appropriatam, Abbas de Croyland manerium in eadem obtinet principale, per quod capitale dominium villæ prædictæ jure vendicando, cum mercato & feria, vaſto & warenna, à tempore cujus contrarii memoria hominum non exiſtit; pacificam poſſeſſionem hactenus continuavit. Sed jam nuper quidam *Johannes Witham* Armiger, qui quandam feodi militaris partem, quondam *Symonis Dryby*, poſtea vero *Johannis Buſſy*, hæreditario jure tenet in eadem, inſenſatorum ductus conſilio, multa præſumens & plura prætendens, villæ totius ſeſe reputavit dominum; & hoc juxta vires contra juſtitiam modis omnibus exequi contendebat: unde & libertates quæ ſolum principali congruunt dominio, inſolenter ſibi uſurpans, in communi vaſto attachiamenta facere, errantia Catalla fugando imparcare, ſalices in vaſto creſcentes ſuccidere, nonnullaque alia in præjudicium *Croylandenſis* Eccleſiæ cœpit enormia perpetrare. Sed & terram prædicti Abbatis ſibi ſeparaliter includens, debitum Monaſterio noſtro ab antiquo duarum librarum albi incenſi redditum pro terra quam idem *Johannes* tenet, vocatam Boycotegrene, annis plurimis ſubtrahebat. Conſtructa inſuper inibi olim, de licentia Abbatis *Croylandiæ*, in vaſto ejuſdem villæ Capella, pro itinerantium commodo, utilitateque tenentium, eo quod ad Eccleſiam ejus Parochialem longius admodum ſeorſum ſitam, non facilis pateat aditus, ſuum aſſeruit fundum fore ſeparale. Hinc in dicta Capella jam primitus conſecrata Curias ſuas ſeculares tenuit, & ad prophanandum locum, equis ſuis in eadem ſtabulum facere, ore ſacrilego juſſit: aſt quod impudentius eſt, ſecum exiſtentes ut idem facerent cohortatus, ipſe ſuper muros ejus irreverenter urinam emittendo, decorem domus Domini in quantum potuit devenuſtavit. Præſumptuoſos igitur hujuſmodi & temerarios ejus auſus reprimere intendens memoratus venerabilis pater Abbas *Johannes*, in utroque jure, Regni videlicet & Eccleſiæ, ipſum acriter implacitando & proſequendo fatigavit, ita ut ejus omni fere exhauſta ſubſtantia, domeſticam de cetero familiam jam non valuit ſuſtinere; ſed vicinorum frequentans lares, qualemcunque cum eis victum carpebat quotidianum. Conſultorum ſiquidem conſilia parvi pendens, etiam uſque ad inimicorum dolorem in tantum fuerat dehoneſtatus, ut fortunæ ludibrium per omnia foret. Tandem vero urgente miſeria & intellectum præbente vexatione, in ſe revertens, & erroris ſui improbitatem intelligens, ad præfati venerandi patris præſentiam, ejus gratiam ſuppliciter imploraturus acceſſit, illuſtri tunc aſſiſtente viro *Richardo Benyngton*, cujus inſtinctu frequenter [a] commotus fuerat, & ſalubri conſilio cohortatus. Ubi per indentatum Chirographum ſigillo proprio communitum, in prædictis omnibus ſeſe fatebatur reum, & talia de cetero attemptare, ſeu quomodolibet clamare pro ſe ſuiſque hæredibus in perpetuum remiſit. Prædictam vero terram de Boycotegrene de Abbate *Croylandiæ* ſe tenere aſſeruit, & duas libras albi incenſi pro omni ſervitio terræ ejuſdem annuatim ſibi debere etiam publice recognovit. Quibus ita geſtis ad propria rediens, pauperem deinceps geſſit vitam, qui cum prius in honore eſſet, ſemetipſum nullatenus intellexit.

Johannes Witham.

Libertates quæ principali congruunt dominio.

Sed jam quomodo Capella præfata etiam de licentia ejuſdem domini *Johannis* Abbatis fuerit primitus dedicata, breviter intimandum. In memorata ſiquidem Capella ex prope commorantium devotione fidelium, *Gilda* quædam ſive fraternitas in honore Dei genetricis jam noviter inchoata eſt, & ad ſuſtentationem ſuorum Presbyterorum ſufficienter indotata. Cujus utique fratres & ſorores ut eadem Capella dedicationis

De licentia dedicationis Capellæ in Baſton.

[a] Commonitus.

beneficium

1451. beneficium conſequi potuiſſet, in votis præcipuum reputabant. Unde & eorum Aldermannus, aſcitis ſecum majoribus fraternitatis antedictæ, *Croylandiam* veniens; præhonorabilem Patrem ſæpedictum *Johannem* Abbatem devotis ſupplicabat inſtantiis; quatenus favorabilem eorum deſideriis ſuæ dominationis licentiam ſimul & aſſenſum dignaretur impertire. Ille vero, ut erat vir ſemper providus & conſilioſiſſimus in agendis, omnem rei conſiderans circumſtantiam, & præcavens, ne Parochialis Eccleſiæ ibidem in poſterum cedere poſſet in præjudicium; piis eorum petitionibus aſſentiendo libentiſſime condeſcendit. Iſtuc igitur accedit; nec ſilentio tegendum eſt, quod de præfatæ Capellæ dedicatione, ejuſdemque licentiæ impetratione, Magiſter *Richardus Dyklon*, præſidens tunc conſiſtorii *Lincolnienſis*, vir utique merito venerandus, ſuas conceſſerit literas teſtimoniales. Quarum quidem tenorem ſcriptura ſubſequens plenius explicabit.

Henric. 6. R.

Literæ teſtimoniales authenticæ de eadem.

Univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quorum notitiam præſentes literæ teſtimoniales pervenerint, Richardus Dyklon *in Decretis licentiatus, præſidens Conſiſtorii* Lincoln. *ſalutem in omnium ſalvatore. Cum pium ſit & meritorium, ac conſonum æquitati, ibi præcipue teſtimonium veritati perhibere, ubi de dedicatione alicujus loci ad cultum Divinum deputati aliquid in dubium valeat revocari; Veſtræ igitur univerſitati tenore præſente innoteſcimus, quandam Capellam ab antiquo eſſe conſtructam ob honorem ſancti* Johannis *Evangeliſtæ, in villa de* Baſton Lincolnienſi *diœceſi, obtenta primitus licentia de religioſis viris Abbate & Conventu de* Croyland *ordinis ſancti* Benedicti, *ratione dominii ibidem pertinentis ad eos, in quorum quidem fundo dicta Capella dignoſcitur ædificari. Et quia antedicta Capella de novo ſufficienter eſt dotata, ad ſuſtentationem pro perpetuo duorum Capellanorum ad minus celebraturorum in quadam Capella in honore Nativitatis Beatæ* Mariæ *inibi ædificata, & annexa præfatæ Capellæ ſancti* Johannis *Evangeliſtæ: igitur Aldermannus cujuſdam* Gildæ *ſive fraternitatis tanta ibidem in honore Nativitatis Beatæ* Mariæ *Virginis, cum fratribus ſuis multipliciter inſtitit penes reverendum in* Chriſto *patrem & dominum dominum* Johannem *Abbatem de* Croylandia *prædicta, & ejus Conventum, quatenus dignarentur impendere eorum aſſenſum & licentiam, ut præfata Capella dedicari valeat in honore ſancti* Johannis *Evangeliſtæ: Cum veriſimiliter non redundabit in eorum præjudicium ſive gravamen; ſed potius in futuris temporibus magnum emolumentum ſive commodum per hoc ibidem ipſorum Vicario deveniet* & *accreſcet. Tandem dictorum domini Abbatis & Conventus obtenta licentia, ad inſtantiam Aldermanni dictæ* Gildæ *ſive fraternitatis cum confratribus ſuis, Magiſter* Thomas Balſcote *Doctor Decretorum, ſuffraganeus Reverendi in* Chriſto *Patris & domini domini* Johannis *permiſſione Divina* Cantuarienſis *Archiepiſcopi ſufficienter deputatus, vacante ad tunc ſede Epiſcopali* Lincolnienſi, *auctoritate ſibi commiſſa dictam Capellam in honorem ſancti* Johannis *Evangeliſtæ, viſa primo Capellæ ipſius dotatione, dedicavit decimo quinto die menſis* Septembris, *anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo; ac etiam ordinavit quod de cetero dies dedicationis dictæ Capellæ annuatim celebraretur in feſto ſanctæ* Annæ *Matris* Mariæ *Virginis. In cujus rei teſtimonium ſigillum officii noſtri præſentibus appoſuimus. Data apud* Baſton *prædicto die & Anno Domini ſupradicto.*

De captione Conſtantinopolis per Turcas, 1453.

Poſt hæc itaque tempora, circa annum Incarnati Verbi milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum tertium, magnus ille *Turcorum* Princeps *Balthaſar*, imo *Mahumetos* appellatus, inimicus Crucis *Chriſti*, velut novus *Antiochus* in populum *Judæorum* innumerabili *Saracenorum* & *Agarenorum* ſtipatus exercitu, Chriſtianorum fines tyrannice cœpit demoliri. Qui in tantum Divina permiſſione contra *Chriſti* fideles ſuæ perſecutionis exercuit rabiem, quod etiam celebrem illam atq; famoſam Chriſtianiſmi civitatem, *Conſtantinopolim* invadens, trucidatis veræ fidei cultoribus, barbaricis ſuis legibus

gibus ſubjugavit. Imperatorem quoque *Græcorum* obtruncari, & caput e- 1451.
jus in haſta ſuffixum per medium Caſtrorum deferri juſſit. Nemo viros nobiles, nemo ſacerdotes ad cædem raptos, ſenes & juvenes in plateis immaniſſime trucidatos, commemorare poterit. Ubique cruor cæſorum, ubique gemitus morientium. Nullus reſpectus virginum, nulla reverentia matronarum. Templum inſuper illud ſanctæ *Sophiæ*, *Juſtiniani* opus toto orbe memorabile, *Mahumetis* ſpurcitiis extitit reſervatum. Cetera ſacraria diruta ſunt aut polluta; altaria disjecta aut protrita; imagines Sanctorum deletæ aut luto fœdatæ. Nulla ſalvatoris *Chriſti* aut ejus glorioſæ genitricis erat ſtatua, ſine ſingulari probro dimiſſa. Ipſum Crucifixi ſimulachrum per deriſionem in caſtra delatum, ſaxis & luto pedum deformatum eſt, & tandem in cœno derelictum. Væ nobis Chriſtianis qui peccavimus! Ut quid, Domine, nati ſumus, videre populi noſtri deſolationem, & contritionem ſacræ Religionis noſtræ lachrymoſis oculis intueri? Patriarchales ſedes veneratu digniſſimæ, *Conſtantinopolitana*, *Antiochena*, *Alexandrina*, & *Hieroſolymitana*, jugo ſervitutis oppreſſæ, aut à *Saracenis* occupantur, aut à *Turcis*; quaſi in angulum orbis Chriſtianitas eſt redacta. Sed hæc hactenus; nam plura de his poſtea.

Henric. 6. R

De Diſcordia inter Regem & Ducem Eboraci exorta.

Modernis ſiquidem temporibus in Regno *Angliæ* orta eſt inter dominum Regem *Henricum* ſextum & Illuſtriſſimum *Eboraci* Ducem *Richardum*, ſatis ſuperque deteſtanda, nec unquam in futurum ſedanda diſſenſio; imo omnium pene Procerum Regni luenda morticiniis. Erant namque penes Regem familiariter agentes quidam dicti Ducis æmuli, qui ipſum de proditione graviter accuſabant, & odorem ejus coram Rege uſque in mortem fœtere fecerunt; aſſerentes quod Regnum ſibi conaretur præripere, & Regni ſceptrum ſibi ſuiſque ſucceſſoribus vendicare moliretur. Ob id ſiquidem ſæpius ad Regis venire præſentiam, comminatoriis accerſitur literis; ſed frequentius ab æmulis præpeditus, ad ejus Colloquium admitti nequaquam paſſus fuerat nec aſpectum. Solenne tandem ſuper altaris ſacramento ab eo exigitur juramentum, quatenus dum vitam ageret in humanis, ad regimen Regni nullatenus aſpirare, vel alias ſibi uſurpare contendat. Nec mora interpoſita diuturniore, adhærentium ei ſuorum familiarium pauca ſibi inducitur comitiva; ac ne territoria prædiorum, ſuorumque palam præſumat egredi ſepta caſtrorum, diſtrictiſſime prohibetur. Videntes autem plerique Regni Proceres, qui præfatum Ducem aliquo titulo contingebant, tot & tantas in innocentem hominem irrogatas injurias, moleſtiſſime ſuſtinuerunt; imo præ anguſtia ſpiritus diutius ferre non valentes, oportunum ſatagebant obſervare diem, quo malignitatibus ſibi æmulis condignam ſuæ malitiæ refunderent talionem; ſi quocunque pacto à latere Regis, cui indeſinenter aſſiſtebant, poſſent avelli. Cerneres interea publicum & inteſtinum inter Principes & Regni Magnates diſcidium, ita ut juxta evangelium, *frater adverſus fratrem*, & pater adverſus patrem eſſent condiviſi, una parte adhærente Regi, altera quæ erga memoratum Ducem ſanguine devincta fuerat vel obſequio, ad ipſum penitus divertente. Nec ſolum inter Principes & populares talis contentio effuſa eſt, verum etiam in omni congregatione, Capitulo, Collegio vel Conventu, infelix hæc diviſionis peſtis intraverat, ita ut frater fratrem, amicus amicum, in confidentiæ ſacrarium ſecure vix poſſet admittere, aut conſcientiæ ſuæ arcana ſine ſcandalo, [a] aſſerare. Ex hoc igitur temporis articulo, adunatis hinc inde pugnantium copiis, ubicunque locorum fors ſibi dederat invicem obviare, congreſſionibus bellicis ſeſe in alterutrum oppugnabant; & juxta ancipites bellorum eventus, nunc hi, nunc illi, fortuna mutante ſtatum, momentanea potiti victoria, calculum reportabant meliorem. Sed grandis interim facta eſt hominum cædes: nam exceptis Ducibus, Comitibus, Baronibus, & electis militiæ viris crudeliter interfectis, quaſi innumera-

Regnum in ſe ipſum diviſum.

Status Regni Angliæ congreſſionibus bellicis per decennium.

[a] Reſerare.

1452, 3. *Henric.6. R.* biles de populo cecidere vulnerati. Et is ferme per decennium erat Regni ſtatus.

Imminente nihilominus tempeſtatis hujus turbine, ut pauliſper ab iſtiuſmodi procella cautius declinaret, Rex *Henricus* advenit *Croylandiam* devotionis gratia, ad tumbam ſancti Patris noſtri *Guthlaci* humiliter oblaturus; anno videlicet Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, tempore quadrageſimali: ubi per tres dies & totidem noctes tranquilliſſime demoratus, aſt Religionis obſervantia plurimum delectatus; ut ad Monaſterii noſtri fraternitatem poſſet admitti, inſtantius petiit & impetravit. Qui mox condignam nobis cupiens rependere vicem, totius villæ *Croylandiæ* libertatem, ut omnes ejus inhabitatores à miniſtris & exactoribus Regiis reddantur indemnes, ex liberalitate Regali gratioſe nobis conceſſit & confirmavit; cujus conceſſionis tenorem præſentibus inſerere nequaquam credimus otioſum.

1460. *Fraternitas hujus loci conceſſa Domino Regi.*

De libertate conceſſa nobis per Regem.

Henricus *Dei gratia Rex* Angliæ & Franciæ, *& dominus* Hiberniæ, *omnibus ad quos præſentes literæ pervenerunt, ſalutem. Sciatis nos ex mero motu & certa ſcientia noſtris, ac ob reverentiam Beatæ & glorioſæ virginis* Mariæ *Matris Dei, ſancti* Bartholomei, *& beati* Guthlaci, *in cujus honorem Monaſterium de* Croylandia *fundatur; conceſſiſſe* Johanni Lytlyngton *Abbati Monaſterii prædicti, & Monachis ejuſdem loci, & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi in perpetuum habeant omnes fines pro tranſgreſſionibus, offenſis, miſpriſonibus, negligentiis, ignorantiis, falſitatibus, contemtibus, deceptionibus, concelamentis, & aliis delictis quibuſcunque, ac omnia amerciamenta, redemtiones, exitus, & pœnas, forisfact. & forisfiend. de ſeipſis, & omnibus hominibus, tenentibus, & reſidentibus quibuſcunque in villa de* Croylandia *in Comitatu* Lincolniæ, *in quibuſcunque Curiis noſtris & hæredum noſtrorum, ſeipſos, homines, tenentes, & reſidentes hujuſmodi, tam coram nobis & hæredibus noſtris, ac coram Baronibus noſtris & hæredum noſtrorum de* Scaccario, *& coram Juſtitiariis noſtris & hæredem noſtrorum de Banco; ac coram Seneſcallo, Mareſcallo, ac Clerico mercati hoſpitii noſtri & hæredum noſtrorum; Necnon coram Juſtitiariis ad aſſiſas in Comitatu prædicto ...... ſeu capiend. aſſign. ac Juſtitiariis Itinerantibus ad placita Coronæ, communia placita, & placita foreſtæ, Juſtitiariis ad Gaolas deliberandas, aſſignandis, Juſtitiariis ad felonias, tranſgreſſiones, ac alia malefacta audienda, determinanda, aſſignandæ, & aliis Juſtitiariis & miniſtris noſtris & hæredum noſtrorum quibuſcunque, fines facere & amerciari, exitus & pœnas forisfacere contingent. Et quod idem Abbas & Monachi & ſucceſſores ſui per ſe vel ballivos ſeu miniſtros ſuos, fines, amerciamenta, redemtiones, exitus, & pœnas hujuſmodi, ſui ipſorum, hominum, tenentium, & reſidentium, levare, percipere, & habere poſſint, ſine occaſione vel impedimentō noſtri vel hæredum noſtrorum, adeo libere & integre ſicut ea nos levare, percipere, & habere deberemus, ſi præfato Abbati & Monachis & ſucceſſoribus ſuis illa non conceſſimus. Et inſuper conceſſimus præfato Abbati & Monachis & Succeſſoribus ſuis quod ipſi in perpetuum habeant Returnum Brevium, præceptorum, mandatorum, billarum, noſtrarum quarumcunque, & executiones earundem per eorum ballivum proprium, infra villam prædictam, licet tangant nos vel hæredes noſtros, vel prædictum Abbatem & Monachos vel eorum ſucceſſores; Ita quod nullus Vicecomes, Eſchaetor, Coronator, Feodarius, Ballivus, aut aliquis alius officiarius, ſeu miniſtri noſtri, vel hæredum noſtrorum, de hujuſmodi Returno Brevium, ſine executione, ullo modo ſe intromittat, ſeu dictam villam ea occaſione, quovis modo ingrediatur, ſub gravi forisfactura noſtra. Teſte* &c.

Returnum brevium conceſſum Abbati.

De morte Ducis Eboraci Richardi.

His ita peractis, ejuſdem anni jam ad terminum vergente curriculo, in hebdomada videlicet Dominicæ Nativitatis, memoratus Dux *Eboraci Richardus*, dum exercitum Borealem, qui pro parte Regis advenerant, in Campo de Wakefield minus provide non comparatis viribus aggrederetur impugnare; invaſus ab eis abſque ullo miſericordiæ reſpectu miſerabiliter

biliter interfectus eſt. Ceciderunt ibi cum eo viri Nobiles & præclari; & de populo quem illuc ſecum traxerat, quaſi ſine numero inutiliter decumbebant. 1460. *Henric. 6. R.*

Quo quidem ſublato de medio, mox videntes Boreales quod jam remoto prohibente, non erat qui eorum curaret reſiſtere poteſtati; velut ventus turbinis rurſus veniens ab Aquilone, totam fere *Angliam* in impetu furoris ſui involvere conabantur. Et in hac quidem die ſua omnia ad pacem ſibi fore exiſtimantes, inopes & mendici in infinita multitudine de finibus illis egreſſi, tanquam mures erumpentes de cavernis, rapinis & ſpoliis ſingulorum, ſine delectu loci vel perſonæ, indifferenter operam dabant. Nam præter ea quæ extrinſecus bona ſibi plurima congeſſerunt, etiam in Eccleſias & alia Dei ſanctuaria, efferata rabie irreverenter debacchantes, calices, libros, & veſtimenta, ipſas inſuper pixides Corpus *Chriſti* conſervantes excuſſo (pro nefas!) ſacramento, ſceleratiſſime diripuerunt. Sacerdotes vero & ceteros *Chriſti* fideles, eis quoquo pacto reſiſtentes, velut perditi homines in ipſis Eccleſiis ſeu Cœmiteriis crudeliter trucidabant. Sicque in multitudine gravi per triginta ſparſim in latitudine milliaria impune procedentes, & quaſi locuſtæ uſque ad mœnia fere *Londoniarum* totam terræ ſuperficiem operientes, ubique inventa ſupellectilia impoſita jumentis abduxerunt. Tanta ſiquidem ſpoliandi inſtabant aviditate, quod vaſa pretioſa eorum metu humo ſuffoſſa, effoderent iterum; & reconditos in abditis obſcuriſque locis theſauros, ſub interminatione mortis proferri cogerent in apertum.

De inſurrectione Borealium.

Quantum putas timoris nobis in hac inſula commorantibus tunc inerat animo, cum tales infauſti rumores noſtras quotidie percellerent aures, & qualia vicinis noſtris eos feciſſe cognovimus, etiam conſimilia nos experire magna formidine verebamur? Et hac ſiquidem potiſſimum nobis materiam timoris incuſſit, quod plerique habitantes rure, ſuæ ſacrorumque conſulere cupientes indemnitati, ad hanc otius inſulam tanquam ad præſidium confluebant ſingulare. Unde quicquid habebant in theſauris præcipuum, ſecum afferendo, locum hoſtibus reddiderant ſuſpectiorem. Subtrahuntur interim veſtimenta noſtra pretioſa, ceteraque jocalia, ac vaſa argentea, cum chartis & [a] monumentis noſtris ac omnia muris incluſa ſecretiſſime reconduntur. Præterea, quotidianæ frequentantur à Conventu proceſſiones: ac noctibus ſingulis poſt laudes matutinas, circa tumulum ſanctiſſimi Patris noſtri & Protectoris *Guthlaci*, in ſpiritu humilitatis & animo contrito, ad impetrandam Divinam ejus interventu clementiam, orationes & lachrymæ devotiſſime profunduntur. Sed & in ſingulis Monaſterii januis, adjacente quoque villa, tam in aquis quam in arida, continue pervigiles obſervabantur excubiæ; ac omnes aquarum tractatus in gurgitibus & in foveis prædictam villam ambientibus, per quos aliquo modo patere poſſet aditus, ſudibus & palis ſunt obſtructi fortiſſimis: ita ut incluſi nequaquam ſine licentia egredi, nec qui erant de foris, ullatenus poterant intromitti. Calceta inſuper & foſſata noſtra, quibus via pedeſtris plana jacet & patula, repleta ſunt obſtaculis; & ſparſim in eis arbores proſtratæ ex tranſverſo, obvenientibus non parvo fuerant impedimento. In arcto ſiquidem eramus conſtituti, cum tam execrabilem tamque nefandum exercitum intra ſex milliaria noſtris appropinquare finibus nobis innotuit. Sed benedictus Deus qui non dedit nos in captione dentibus eorum. Nam poſtquam adjacentes provinciæ datæ ſunt miſeram in direptionem & prædam; ut Dei laudem fateamur, uſque ad tempus miſerendi ejus, quo reſpexit in orationem humilium; quo etiam conſtituit nos à jugo calamitatis hujus miſericorditer liberare: *Croylandia* noſtra velut altera *Segor* parva, in qua ſalvari poſſemus, Divina miſerante clementia, gratioſiſſime extitit præſervata.

De timore Inhabitatorum in Croylandia.

De munitione Monaſterii & villæ Croylandia.

[a] Munimentis.

1461. Henric. 6. R. Miſericors igitur Dominus, qui peccatis noſtris exigentibus, perverſorum malitiam ad exercitium noſtrum ſinit multoties prævalere; volens finem tantis imponere malis, ſuſcitavit nobis propugnatorem, Illuſtrem
Edward. Comes March. videlicet *Marchiæ* Comitem *Edwardum*, memorati nobilis Ducis *Eboraci* nuper defuncti filium primogenitum. Is itaque viginti & unum jam agens annum; à tempore quo pater ejus ex hac luce deceſſerat, in partibus *Walliæ* moram traxit. Erat enim ætate floridus, ſtatura procerus, elegans corpore, probus moribus, armis ſtrenuus, de Illuſtri Regis *Edwardi* tertii proſapia linealiter propagatus. Nam inclytiſſimo Duci *Clarentiæ*, *Lionello*, præfati Regis *Edwardi* filio tertio, pater ejus erat abnepos; & Illuſtriſſimo Principi nuper Regi *Angliæ Richardo* ſecundo, qui in introitu Regis *Henrici* quarti diadema Regni coactus fuerat reſignare, Conſobrinus in gradu quarto. Igitur Regni Proceres & populus univerſus qui mediterraneas *Angliæ* partes inhabitant; ſimiliter qui orientem, & occidentem, ſeu meridianam plagam aliquo fine contingunt, cernentes quod Rex *Henricus* ſpretis eis & derelictis, ad partes Boreales, inſtinctu Reginæ ſe tranſtulerat; imo quia idem Rex ab annis jam multis ex accidente ſibi ægritudine quandam animi incurrerat infirmitatem, & ſic impos mentis permanſit diutius; ac ſolo nomine Regni gubernacula poſſidebat. Completis in Regno triginta novem annis deſeruerunt eum penitus, & jam cor eorum non erat amplius rectum cum eo, nec jam poſt hæc ipſum in Regem admittere voluerunt. Unde mox in *Walliam* ad præfatum Comitem *Marchiæ* nuntios dirigunt ſolennes, quibus fides adhiberi deberet, qui ei vota populi declararent pro conſtanti, & ut ad celerem eorum ſuccurſum feſtinaret in *Angliam*, quum mora videbatur trahere periculum ipſum, precibus obnixis exorarent.

1460, 1. *De introitu Comitis Marchiæ in Angliam.* Anno igitur Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, in capite *Martii*, prædictus Comes *Marchiæ*, Favonio flante ſecundo, proſpero curſu venit in *Angliam*, qui mox à Clero & univerſo populo, maxime à *Londoniarum* civibus, cum immenſo gaudio ſuſcipitur; ac in brevi, coacto conſilio, acclamantibus cunctis in Regem *Angliæ* ſublimatur. Ipſe vero nondum diadema Regni imponi ſibi voluit: ſed confeſtim velut *Gedeon* vel alter unus Judicum, fiducialiter agens in Domino, & gladio præcinctus militari, ad ulciſcendas Eccleſiæ Regnique injurias, occurrentibus ei innumeris pugnantium turmis, ſuum feliciter maturavit progreſſum. Nam (ut diximus) erat ad tunc ætatis robuſtæ ad congreſſus Martios perferendos, & ad negotia Regni procuranda ſufficiens.

Audientes autem miſeri terga dabant ante faciem proſequentis, & ſpolia diverſis in locis ſparſim congeſta, quæ ſecum revertentes abducere ſtatuiſſent, præ timore accelerantes fugam, poſt ſe relinquere cogebantur vel inviti. Perſecutus eſt itaque eos uſque ad locum campeſtrem Caſtello de
De conflictu apud Feribrigge. *Pountfrete* contiguam juxta pontem de **Ferybrygge**, quem grandis interluit amnis; ubi collectum de reliquiis Borealium Regis *Henrici* obviam habuit exercitum. Unde conſerto inter eos gravi prœlio, enſibus & gladiis congredientes cominus, non mediocrem partis utriuſque fecerunt cædem. Sed Divina miſerante clementia cito gratia cœlitus affuit: dum Rex *Edwardus*, optata de hoſtibus potitus victoria, mortem eos ſubire coegit aut fugam. Diſſolutas namque eorum acies & in fugam verſas exercitus Regis perſequitur inſtantius, & gladiis obtruncantes fugitivos velut oves occiſionis, quaſi per decem milliaria uſque *Eboracum* infinitam operati ſunt ſtragem. Princeps autem *Edwardus* cum parte ſuorum tanquam victor in campo certaminis moram faciens ſuos operiebatur, qui ad partes diverſas hoſtes fuerant inſecuti.

At quum diei Dominicæ quæ intitulatur *in Palmis*, urgebat ſancta ſoſolennitas; [a] data mercede his qui comportata interemtorum corpora tra-

[a] Deſunt forte quædam.

derent

derent ſepulturæ, prædictam feſtinavit Rex ingredi civitatem. Teſtantur ſiquidem qui in præparatis ad hoc ſparſim ſcrobibus & foveis congeſta cadavera ſubterrabant; exceptis his qui in amne præfato ſunt ſubmerſi, quorum numerus noſtram effugit cognitionem, triginta & octo millia pugnantium ipſo die cecidiſſe. Occiſorum nempe cruor jam nivi permixtus, qui totam tunc temporis operiebat terræ ſuperficiem, poſtmodum uſque duo vel tria abinde milliaria cum nive reſoluta per ſulcos & lacunas horribiliter decucurrit. 1461. *Edward. 4. R.* *De numero occiſorum in prælio apud Towton.*

Fugit etiam cum paucis eodem temporis articulo Rex *Henricus* in *Scotiam*, ubi continue & in caſtris eidem conterminis, per quatuor poſtmodum annos in magna delituit confuſione. Regina vero *Margareta* cum filio ſuo *Edwardo*, quem de præfato ſuſceperat Rege *Henrico*, etiam fugæ conſulens, non cito denuo reverſura, in partes interim ſeceſſerat tranſmarinas.

Rex autem *Edwardus*, peracto *paſchali* gaudio quod apud *Eboracum* ſplendide celebravit, diſpoſitiſque per univerſam Provinciam in quibus conſtanter confidere poſſet Cuſtodibus, victor felix reverſus eſt *Londonias*. Ubi confeſtim conſtituto Parliamento, à venerabili patre *Thoma Cantuarienſi* Archiepiſcopo apud *Weſtmonaſterium* coronatus eſt, & diademate Regni ſolenniter inſignitus. In quo ſiquidem Parliamento, quæcunque trium Regum temporibus immediate præcedentium, videlicet *Henrici* quarti, *Henrici* quinti & *Henrici* ſexti, conceſſa fuerant vel obtenta, nullius eſſe momenti ſtatutum eſt, ſed omnia reſumi penitus & annullari. Sed & moneta tam in auro quam argento, ut nomen in ea prorſus deleretur *Henrici*, ſimiliter mutata eſt, & denuo fabricata. Unde inter cetera quæ in hoc decreto fuerant revocata, etiam Charta vacationis Abbathiæ noſtræ per venerabilem piæ memoriæ patrem Abbatem *Thomam Overton* in diebus Regis *Henrici* quinti perquiſita, ſimiliter & Charta Regis *Henrici* ſexti, de privilegio libertatis villæ *Croylandiæ* nobis nuper conceſſa, ſuo caruiſſe vigore omnimodis cenſebantur. Pacatum eſt igitur Regnum in diebus iſtis, & pro conceſſo cœlitus de inimicis triumpho, univerſi populi gratiarum actiones reddiderunt omnipotenti Deo. *De coronatione Regis Edwardi quarti.* *Reſumptio.*

Anno vero ſequente, Princeps ille *Turcorum* nefandiſſimus, de quo in deſtructione Civitatis *Conſtantinopolitanæ* ſuperius fecimus mentionem, cum totam fere Orientalem Eccleſiam, videlicet *Jeroſolymam* & *Aſiam*, *Lybiam* & *Græciam*, cum maxima parte *Europæ*, ſuo imperio ſubjugaſſet, non ſic contentus, propter inexplebilem dominandi cupiditatem, ceſſavit à cæde Chriſtianorum. Sed ad ſanctiſſimum patrem noſtrum Papam *Pium* interminatorias tranſmiſit literas; quod etiam *Romanam* Eccleſiam omnium fidelium matrem & magiſtram, à Chriſtianis eripere, & ſuo eam ſubdere dominio feſtinaret, ut ſic novam conaretur erigere Monarchiam, & uni *Turcorum* imperio, uni *Mahumeteæ* legi (pro nefas!) cuncta ſubigere poſſet. His itaque rumoribus infauſtis turbatus nimium præfatus vir Apoſtolicus, & vehementer commotus, angitur, cruciatur, & animo non potuit eſſe quieto, donec calamitati hujuſmodi, pro tuenda Chriſtianæ Religionis integritate, & ovilis Dominici cuſtodia contra ſævientes lupos, remedium provideret ſufficienter oportunum. Ob id ſiquidem apud *Mantuam* conventum indixit generalem, ubi fidelibus Chriſtianis Eccleſiæ vulnera quæ paſſa fuerat, & quæ in brevi paſſura videbatur, lugubri relatione patefecit. Poſtmodum vero per legatos à latere miſſos, Principes terræ tanquam Chriſtianæ plebis in auxilium evocavit. Sed (proh dolor!) non erant verba ponderis, fruſtra conatus eſt, incaſſum abiere labores: nam poſt ſua deſideria quiſque pergens, vocem paſtoris aure ſurda pertranſivit. 1462. *De tyrannide Turcorum quarta.* *Pius 2. P.*

Tum demum lamentabiles ad omnes Orientalium Regnorum Reges ac Principes, ac etiam Eccleſiarum Prælatos, direxit literas, de eorum de- *Quæ monita Papæ.*

1463. *Pius 2. P.* ſidia & in cauſa *Chriſti* deſertione graviter conquerendo, quod in tam anxia neceſſitate periclitantem Eccleſiæ naviculam, debitum ei ſubtrahendo ſuffragium, quaſi ſubmerſam iri ſinebant. Et ut ardentius torpentia corda Chriſtianorum excitaret & accenderet ad ſuccurſum, ipſe ſummus Sacerdos extrema omnia tentans, & pro ſalute Dominici gregis caput proprium impendens, boni paſtoris & optimi Præceptoris veſtigiis inhærendo, animam ſuam pro ovibus *Chriſti* ſe ponere repromiſit. *De exitu Papæ ad bellum.* Unde ſenex debilis & ægrotus, in lectica deportatus, cum non poſſet alio pacto conſulere fidei, nec aliter pro Divinæ Legis defenſione Chriſtianorum animos commovere, titubantes fratres ſuo exemplo confirmare ſtudens, à ſede propria exiit, & verſus *Anchonam* iter dirigens, in ejus portu navem conſcendere, & cum ea claſſe, quam interim ſuo & aliorum ſumptu inſtruere potuit, *Adriaticum* pelagus ingredi feſtinabat, ulterius recto itinere adverſus hoſtes fidei conſtanter proficiſci, & cum eis navali bello congredi non formidans. Aſcendit autem, cum *Moyſe* non armis pugnaturus ſed precibus, ut noſtros bellatores benedicens, aſſidua protegeret oratione; in hoſtes vero maledictionis jaculum fulminaret. Secuti ſunt autem eum venerabiles Eccleſiæ *Romanæ* Cardinales, & Epiſcopi quamplures, qui ad hoc ipſum validi erant, ſponte ſeſe offerentes, ac alii inferioris ordinis Clerici & Sacerdotes, non oraturi tantum, verum etiam, cum res ipſa poſtulaverit, viriliter pugnaturi. Expertas quoque bellorum & robuſtiſſimas militum cohortes, ac fortia juvenum pectora ex agris Eccleſiæ collecta, extenſo Dominicæ crucis vexillo, ſacratiſſimoque *Chriſti* corpore præcedente, ſecum ad prœlium conducebant.

Occurrere autem eis ex promiſſo amabilis Deo Princeps Dux *Burgundiæ Philippus*, maritimis armatus copiis ſatagebat: ſed ægritudine gravi in ipſo itinere interceptus, illuſtri viro filio ſuo *Carolo*, adjuncta ſibi delecta manu militum, exercitu quoque valido, totum negotii pondus impoſuit, & omnem expeditionis apparatum ſub ejus regimine proſpere conducendum, efficaciter aſſignavit. Sed & inclyti Ducis *Venetorum Chriſtophori Mauri* ingens hoſtibus formidanda claſſis, ut Altiſſimo favente, maritimum feliciter poſſent aggredi bellum, etiam eis non defuit ex condicto. Ex altera vero parte in terra cum illuſtri ſuo Rege *Matthia* ad pugnam præſto aderant *Hungari*, genus hominum ferox in bello, & qui jam *Turcos* ſæpius vincere didicerunt. *Obiit dominus Papa in itinere.* Sed dominus Papa apud *Anchonam* aliquantiſper commoratus, & adventuri ſibi populi præſtolans occurſum, in gravem incidit ægritudinem, qua præſenti ſeculo jam *Chriſto* militaturus exceſſit. *Paulus 2. P.* Succeſſor autem ejus in ſede *Romana Paulus*, mox in Apoſtolatus initio, imparem ſe cernens viribus tam improbo repente repugnare Tyranno, cum præfato *Turco* treugas iniit, & ad tempus ab eo pacis inducias impetravit, anno videlicet Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo [a] tertio. *De ſubſidio Papæ contra Turcos.* Ad expeditionem vero tam pii, tam urgentis negotii per totum Eccleſiæ *Anglicanæ* circuitum quarta pars decimæ, videlicet ſex denarii de libra, conceſſa erat, quæ ſummi Pontificis fideliter reconſignanda marſupiis, in ſingulis Diocæſibus deputatis ad id cuſtodibus eſt ſoluta.

Sed jam interea dum hæc aguntur, venerabilis Pater ac Deo amabilis Abbas *Johannes*, velut jam miles emeritus, matura perurgente ſenecta indies vitæ præſentis vergebat ad occaſum, & invaleſcente languore viribus corporis ſenſim deſtitui cœpit. *Commendatio Abbatis Johannis.* Veruntamen in infirmitatibus ſuis cum Apoſtolo fortior ſpiritu factus & potens, univerſam Monaſterii providentiam uſque in finem ſtrenue ſatis & egregie diſpenſabat. Nam licet ipſe pro carnis conditione circumdatus fuerat infirmitate corporis, vivax tamen ſemper erat ſpiritu & vigore mentis. Conſilioſus quidem in dubiis, circumſpectus in factis, in gerendis providus, in victu quotidiano ſimul & veſtitu plurimum temperatus. Ad ea prorſus quæ laudem

[a] Potius, quarto, vel, quinto.

Dei

Dei reſpiciunt, aut commiſſi ſibi gregis utilitatem, omnem impendebat operam, minimum habens proſpectum proprii corporis circa curam. Ita ut beati patris noſtri ſequens veſtigia *Benedicti*, nulli omnino animum daret voluptati. Pro Eccleſiæ ſuæ libertate conſtanter ſe murum oppoſuit, & furores inſurgentium malignantiumque conatus, ſecundum jura Regni viriliter evacuavit. Plurima etiam in Curia Abbathiæ conſtruxit ædificia; aſt in reparandis maneriis ſuis & tenementis ad extra, omnes ejus anteceſſores ſingulari vicit prærogativa. Tanto ſiquidem cultu venuſtabat ſingula, ut dubitare videretur inſpector, an melius nova opera conſtrueret, an vetuſta repararet. Chartas inſuper & Privilegia vacationis Abbathiæ noſtræ, ac libertatis villæ *Croylandiæ* (ut prædictum eſt) noviter annullata, concedi denuo & ſigillo Regio communiri, ſolutis prius non minimis pecuniarum ſummis, magnifice perquiſivit. Diverſa itidem in villa *Croylandiæ* ædificavit tenementa, quibus libere collatis Conventui, eorum ſtuduit Communas non mediocriter ampliare. Ut etiam meliores in domo Domini ſemper inſtauraret perſonas, omnes fere qui ſui regiminis tempore religionem in hoc Monaſterio ſunt ingreſſi, in omni ſupellectili ac neceſſario veſtitu in eorum converſionis initio propriis ſumptibus exhibebat. Floruit equidem in hoc Monaſterio temporibus ejus obſervantia regularis, ita ut Caſtellum illud Evangelicum Domini *Jeſu* introitu dignum non immerito dici poſſet, ubi myſticæ *Martha* & *Maria* ſorores contubernales extiterunt, dum una pars officiariorum circa frequens miniſterium diligentius occupata reſiſteret; altera Divinis intenta ſervitiis inter myſticos *Rachelis* amplexus, quieti contemplationis inhæreret: dumque confratres ſinguli magiſtram regulam debite ſubſequentes, quaſi ad exemplar eis in monte divinitus demonſtratum, ſtudioſe ſe ſatagerent conformare. Nam ejus ſalutari inſtitutione commoniti, obedientiam, continentiam, & voluntariam paupertatem amplectentes, quaſi triplici Religionis funiculo, qui difficile rumpitur, in Dei cultum ſemetipſos alacriter accingebant. 1464. *Edward. 4.R.*

Poſtremo vero, quantum memoratus pater decorem dilexit domus Dei, quantumve Eccleſiam Veſtiariumve noſtrum pretioſis jocalibus adornaverit ac veſtimentis, ſermo mihi non ſuppetit explicare. Verum ut de multis in medium pauca proferam, novem ex panno aureo comparavit capas, opere plumario exquiſitiſſime præparatas, quæ ad valorem ducentarum & quadraginta librarum ab his qui arte callent, minus tamen debito, æſtimantur. Unum etiam veſtimentum inſigne rubeum auro contextum per totum, videlicet tres capas cum caſula ac tribus ejuſdem ſectæ tunicis, pro centum ſexaginta libris comparatum, tanquam memoriale perenne nobis reliquit merito principale. Ejus quoque laudabile præconium eſt, quod etiam tabulam ſuper ſummum altare deauratum, cum ſuo præcluſorio ante & retro decentiſſime præparato, conductis artificibus, ad Dei laudem fieri fecit & honorem. Ceterum quanta fuerit ejus magnificentia in agendis, ſolenne illud ac omni decore ſplendidum in inferiori baſilica cœlatorium, ſuis impendiis artificioſe conſtructum & deauratum, una cum vitriatione perſpicua omnium feneſtrarum, nec non & teſtudinibus lapideis, in ſubnixis eidem baſilicæ ex utraque parte alis, publice præconatur. Quid recenſere ſingula conor? Quid referam decimas & ſubſidia, aut taxas & tributa quid commemorem, quæ ante omnia velut annuum cenſum Regali fiſco, ut ita fatear, inutiliter exolvebat. Prætereo pannos aureos per venerabilem ejus prædeceſſorem Abbatem *Richardum* procuratos, quos aurifrigiis & pertinentiis aliis egregie venuſtando, in ſeptem capas conformis ornatus non parvis ſumptibus fecit adaptari. Omitto organa ſolennia in introitu Eccleſiæ ſuperius decenter ſituata, cum toto ſuo apparatu, quæ per eundem in hoc Monaſterio ad Dei laudem fabricata fuerant & conflata. Illa etiam minora interim *De bonis collatis Monaſterio per eundem.*

1464. *Edward.4. R.* interim in choro pertranſeo organa per eum comparata, quæ mercede conducti duo bajuli à *Londoniis* uſque *Croylandiam*, ſuis in humeris deportabant. Aliam vero tabulam ad altare beatæ Virginis pene omiſeram, quam ſimiliter per artifices inſculpi fecerat & depingi. Occurrunt etiam jam ſcribentis memoriæ alia quædam quæ in veſtiario pretioſa renovavit jocalia; videlicet Crux principalis pro proceſſionibus, calix æque ſolennis cum fialis, candelabra quoque immenſi ponderis, quæ omnia argentea & optime deaurata, ſuper-impenſa tamen magna pecuniarum copia, mutatis antiquioribus inſtauravit multo meliora.

De Monachis hujus loci, qui beneficia contulerunt Eccleſiæ tempore ejus.

Sed jam inter hæc, hiſtoriæ legi nequaquam repugnare credimus, ſi quorundam confratrum noſtrorum etiam ſcriptis mandentur nomina, ut ſic eos poſterorum notitiæ commendemus, qui in diebus præfati patris noſtri ad bonum commune conſiderationis intuitum dirigentes, aliquid de ſuo viderentur præ ceteris peculiariter, imo liberaliter contuliſſe. Horum unus frater *Johannes Lyeceſtr.* qui veſtimentum pretioſum oloſericum Veneti coloris deſuper auro contextum devotus obtulit Eccleſiæ, quadraginta libris pro eodem digno commercio recompenſatis; nec non ad renovandas in exteriori campanili majores campanas, & in perfectioris harmoniæ conſonantiam convertendas, pia ductus intentione ſponte contribuit quadraginta marcas.

Frater Johannes Lyeceſtr.

Frater Stephanus Swynſhed.

Similiter fratrem *Stephanum Swynſhed* memoratu cenſemus dignum, qui & ipſe capam unam cum alba conſimili veſtiario dedit egregiam, in ſuo pectorali nomen ejus ænigmatice præferentem, quæ ſi ab æſtimatore fideli juſto appenderetur pretio, vicenas & amplius adæquaret libras.

Frater Willielmus Swynſhed.

Sed & alius quidem confrater *Willielmus Swynſhed* piæ recordationis nequaquam erit expers, qui Capellam Sanctæ Trinitatis in Infirmaria jam jamque ruituram, à ſuis ſumptibus magnifice reparando, tectum illius cum coopertorio plumbeo de novo conſtruxit, ac interius condecentis admodum chori formis & tabulatis exculptis, una cum tabernaculo Trinitatis, ceteriſque ornamentis venuſtiſſime decoravit.

Frater Thomas Walden.

Horum etiam numero frater *Thomas Walden* merito debet aſſociari, qui ad tabulæ illius deaurationem ſupra ſummum altare eleganti ſculptura præparatæ viginti libras libera manu non diſtulit elargiri.

Frater Johannes Lexton.

Neque frater *Johannes Laxton* noſtræ memoriæ cadat à regiſtro, qui noviter adquiſitum in villa *Croylandiæ* tenementum reædificavit, & ad officium luminis beatæ *Mariæ* illud conferens, ad exhibendum hyemali tempore confratribus in Infirmaria recreationem, in illa refectione vulgariter dicta, *In nomine Domini*, per conſenſum capituli pro perpetuo ſtabilivit.

Frater Johannes Wyſbech.

Sic & frater *Johannes Wysbech* in ſingulis fere Monaſterii officiis exercitatus, poſtea ſuis exigentibus meritis à Prioratu de Freſton evocatus, in hujus Monaſterii Paſtoralis officii culmine conſtitutus, aliud conſimile in *Croylandia* tenementum Camerarii contulit officio, quatenus ad reparationem Conventus in eorum Minutionibus ad natale Domini per manus Camerarii, qui pro tempore fuerit, quatuor exinde ſolidi annuatim perſolvantur.

Frater Thom. Leverton.

Conformi ſiquidem devotionis commonitus voto frater *Thomas Leverton* aliud ibidem tenementum ſuis ſumptibus noviter ædificatum officio magiſtri operis aſſignavit, ut ſingulis annis caſeus ad cœnam conventus tempore æſtatis, & in hyeme ad *In nomine Domini*, in baſſa aula tantum per Magiſtri operis providentiam de redditu prædicti tenementi fideliter miniſtretur.

Richardus Benyngton.

Nobilem quoque ac induſtrium virum, Monaſterio noſtro in omnibus fideliſſimum, *Richardum Benyngton* benefactorum noſtrorum catalogo digne duximus aſcribendum, qui & ipſe ad Occidentalis feneſtræ in inferiori baſilica vitrationem, quadraginta libras liberaliter condonavit.

Sed

Sed & nunc rem noſtris geſtam temporibus poſteris in notitiam tradere 1464.
cupientes, eo quod narrationis ſeries admodum prolixa legentibus ingerit faſtidium, ex vecordia ab intento ſæpe retrahimur: Sed Dei timore *Henric. 6. R*
commoniti aggredi potius incitamur, potiſſime, ut ædificetur proximus, & ſequacibus exempla cautelæ præbeamus. Anno ſiquidem prædicto, videlicet Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo 1463.
tertio, vir erat quidam in villa *Croylandiæ*, *Johannes Wayle* vulgari nomine nuncupatus, quadrageſimum jam agens annum, qui quotidiani laboris impendio pauperem utcunque tranſigebat victum. Hic inſtinctu nefario crimen quoddam commiſerat enorme; quod nulli unquam hominum, ſolus ſibi rei conſcius, voluit indicare. Adveniente itaque celebri illo ſacræ inſtitutionis tempore, quo plebs fidelis ad deguſtandum ſalutares agni Paſchalis dapes per piæ confeſſionis lavacrum ſe emundat, etiam & ille cum cæteris, pudore jam actus, non voto, ad Eccleſiam feſtinavit. Ubi cum ad Confeſſionis ſacrarium fuerat admiſſus, quædam tenebrarum opera in lucem protulit; ſed mortiferum vulnus quo miſera conſcientia torquebatur, ſpirituali medico curandum nullatenus exhibuit. Super quo etiam ampliorem addens prævaricationem, in inſigni Dominicæ reſurrectionis die ad ſanctæ Communionis participium indigne ſeſe contulit; & reconciliationis noſtræ votivum ſacramentum in animæ ſuæ perniciem (proh dolor!) ſuſcipere minime formidavit. Deinde domum rediens, remordente ſcelerata nimirum conſcientia, tam horribili tremore concutitur, ut etiam de animæ ſuæ ſalute penitus deſperaret. Invaleſcente vero triſtitia hujuſmodi per ſequens triduum præ anguſtia ſpiritus jam ulterius ſuſtinere non valens, arreptus (ut creditur) à Dæmonio, in invincibilem furiam eſt prolapſus: Unde ſemetipſum vehementer conturbans, & veſtes proprias minutim dilacerans, uxorem & filios ad ſuam accedere præſentiam ſinebat. Videntes autem hæc vicini ejus & nimium contriſtati, violenter apprehenſum ferreis conſtrinxere manicis, & pedes ejus gravioribus incluſere cippis. Pernotuit mox viri fama cunctorum auribus, & infauſtus rumor ad rei intuitum plurimos evocavit. Accedentes autem & nos ad locum cum honeſto Comitatu ad viſendum infirmum, ex vehementi paſſione anhelantem, & nimio labore reperimus fatigatum. Primum ergo aſperſa ſuper eum ſacræbenedictionis aqua, famoſum ſancti *Joh.* proferre cœpimus Evangelium. Cerneres miſerum quatenus verba dicentis interrumperet, ſubito domum horriſonis replere clamoribus, & ne verba loquentis audire poſſet, multis elaborare conatibus; nunc ſtridere dentibus, nunc rictus beſtiales oſtendere, & quicquid attingere poſſet, morſu cœpit appetere. Corpus vero ejus cum omni ſupellectili ita contremuit per totum, ac ſi febribus aut paralyſi fuiſſet diſſolutum. Demum ceſſantibus nobis, & ſingulis in ſilentio conſtitutis; & ipſe paulatim ab inſanis motibus ſimiliter requievit. Iterum proponentibus ſibi nobis monita ſalutis, & ſpem veniæ promittentibus, conſimili paſſionis agonia ſemetipſum miſerabiliter conturbavit. Oſtenſam eminus ſibi imaginem Crucifixi, turbida indignatione exhorruit; & recitatam paſſionis *Chriſti* memoriam, aut alia ſanctorum nomina audire nullatenus adquievit. Poſt hæc coopertis linteo ejus oculis, nobis viſum eſt, in os ipſius apertum, aliquam aquæ benedictæ inſtillare portionem. Quod ut primum ſenſit, ſiniſtrum quiddam ſuſpicatus, cum horrore valido cœpit agitare, & quod oculis ipſi vidimus, cippos illos magnæ molis, in quibus, ut diximus, conſtricti fuerant pedes ejus, qui vix à quatuor viris poterant removeri, ipſe ſolus jacendo reſupinus ad ſe trahens ſuis à terra pedibus ſublevavit. Poſtera vero die propinqui ejus & amici ſalubre ſectantes conſilium, artatum funibus ad Eccleſiam perduxerunt; & coram imagine ſanctæ Dei genitricis, in eminentiori parte Borealis alæ ſolenniter conſtituta, ad columnam ligatum depoſuerunt. Deputantur interim ſibi Cuſtodes qui diei noctiſque vigilias obſervent, & excubias attente cuſtodiant ſuper eum. Profundunt

Yyy pro

1464. Henric. 6. R. pro eo preces ſinguli, & omnipotentis Dei gratiam, Matriſque miſericordiæ clementiam obnixis implorant inſtantiis. Occurritur itaque quotidie ſparſim à Monachis qui ſibi verba conſolationis ingerunt & remedium ſanitatis mentiſque reformationem dulciter repromittunt. Ille vero demiſſo capite graviter ſuſpirans, quietum præbebat auditum; ſed nullum eis omnino voluit dare reſponſum. Porro ex nimio clamore effectus erat raucus, & ex longa inedia multum debilis & attenuatus. Paucis itaque diebus excurſis, meritis ſanctæ Dei genitricis, jam quietius ſecum cœpit agere, ac aliorum inſtinctu ſignum ſibi crucis erecta manu protendere, ſummis tantum labiis quendam producere ſibulum; ſed ab eo nequaquam potuimus extorquere verbum. Semper tamen pectoris ab imo crebra trahens ſuſpiria, liquido nobis dedit intelligere, omnem ejus animi languorem ex rea turbataque nimium conſcientia provenire. Quamobrem proponantur ei exempla plurimæ pœnitentiæ, & ut ad confeſſionis remedium confugiat, multifaria ſuadetur ſuggeſtione. Erat ſiquidem ex confratribus unus, qui circa ejus animæ ſalutem peculiarem præ ceteris impendebat operam, qui ſecretioribus eum ſæpe conſolabatur alloquiis & exhortationibus privatis, ad fiduciam remiſſionis confovebat; proteſtans ei nullum in hac vita tam grande fore flagitium, quin Confeſſionis fonte, & lavacro contritionis eſſe poſſet ablutum. Inſuper ut eum lucrifacere poſſet, in tantum promiſſis conabatur hunc allicere, quod ſi ſibi adquieſcere vellet, etiam animam pro anima libenter obſidem daret. Movebant talia verba virum, & ecce tandem magno conatu manus extendens, ad id faciendum per ſigna paratum ſe eſſe demonſtrabat. Solutus interim à columna ſeorſum ducitur ad ſcabellum, ubi inchoata Confeſſionis forma, gemitus ſolum proferens & ſuſpiria, nulla omnino potuit exprimere verba. Cumque repetitis vicibus ad ipſum ſimul agerent, licet incaſſum; contriſtatus admodum frater ille, quod ejus conatus optatum non ſortiretur effectum, quaſi cum adjuratione quadam, commotus, ut ei alloqueretur, ardentius imperabat. Tandem ille non abſolute loquens, ſed quodammodo verba ſibilans, quæ vix auditu percipi poterant, ſe libenter velle confiteri dixerat, ſed omnino minime prævalere. Tum frater memoratus intellixit protinus, quod ex maligni ſpiritus infeſtatione peſtifera, ne palam confiteretur, vox ejus ſic fuerat faucibus intercluſa: Recolens illud Evangelium, quia *Jeſus* erat ejiciens dæmonium, & illud erat multum. Subiit proinde animum, ipſum ad ſanctiſſimi Patris noſtri *Guthlaci* præſentare memoriam. Nec inepte quidem: Nam ut cum reverentia & timore, ſalva ſanctorum pace, hæc loquamur; ſanctus iſte præ ceteris in hoc ſigno, videlicet in immundorum expulſione ſpirituum, prærogativa ſingulari ſemper extitit inſignis. Deductus igitur cuſtodum manibus per Boreale latus Eccleſiæ; cum primum à longe contuitus eſt feretrum, cœpit tremere, pedem figere, nec ulterius progredi voluit aſſentire; potiſſime, ubi patet introitus in ſanctuarium, ibi protenſis reſiſtebat pedibus, & ne ingrederetur totis viribus repugnabat. Requiſitus cur ſic ageret, cur ſe rebellem ſic exhiberet, profunda ut pridem voce, talia timidus efflabat verba; *Spiritus*, inquit, *malignus illinc me vult obruere*. Confortatum illico ab aſtantibus ne paveat à terrore inimici, hi qui eum traxerant, manibus violenter impellentes, ad gradus feretri accedere coegerunt. Ubi ſimul cum eo genua flectentes ſinguli, ad Deum qui facit mirabilia ſolus, prolixam funderant precem, quatenus Beati *Guthlaci* meritis, potentiæ ſuæ ſuper infirmum dignaretur oſtendere virtutem. Poſt hæc vero ſacræ crucis ſigna propria manu munitum, ad conſuetam ſibi reduxere columnam. In hunc itaque modum, ſingulis cum eo diebus frequentius actitabant. Si quidem una demum nocte poſtea quam matutinæ laudes in Conventu fuerant perſolutæ; frater ille, de quo paulo ſuperius fecimus mentionem, ſolus ad eum exiit; & ad pœnitentiæ remedium ipſum iterato ſeorſum revocans & exhortans

hortans, Remiſſionis gratiam ſibi à Deo conferendam fiducialiter repromiſit; [&] ſi ex corde pœnitendo, os ſuum in confeſſione plenius aperire poſſet. Sed cum eum cerneret ex propria relatione nequaquam ſibi reſpondere juxta votum; quæſtionibus plurimis ipſum ſollicite temtavit aggredi, diverſa ſibi proponens peccatorum genera, in quæ quorundam hominum inordinata brutalitas aliquoties incidere ſolet; ſi vel in eorum aliquo ſeipſum reum ſponte ſua recognoſcere vellet. Tandem Divina inſpirante gratia, ſolutum eſt vinculum linguæ ejus, & in uno recitatorum graviter ſe peccaſſe lamentabiliter fatebatur. Audiens autem hæc frater ille, & peccatum ejus ad tunc quodammodo alleviare volens ad cautelam, cum inſtantia exegit ab eo, ut in craſtino diei ſequentis curato ſuo proprio, tunc domini *Lincolnienſis* pœnitentiario, qui claves Eccleſiæ in eum rite de jure poterat excercere, hoc ipſum denuo peccatum apertiſſima proderet confeſſione. Hac itaque conventione inter eos confirmata, cum ingenti cordis exhilaratione ab alterutro ſic diſceſſum. Mane autem facto, cum jam excuſſis errorum tenebris, gratiæ lumen inclaruit, in ſeipſum reverſus, multo animæquior efficitur, & geſtu vultuque modeſtior plurimum invenitur. Deinde à vinculis omnibus expeditus, faciem lavit, veſteſque ſolito more compoſuit, & ad animæ ſuæ medicum confitendi gratia alacriter properavit. A quo pœnitentia recepta ſalutari, ſolus abinde per ſe rediit. Solus ſine duce, memorias ſanctorum ſollicite requiſivit. Per ſeptem quippe ſequentes dies ab Eccleſia non receſſit: ſed omnipotenti Deo & ſanctis Eccleſiæ patronis, continuatas gratiarum actiones impendere non ceſſavit. Et timens forte improperia proximorum, ad domum propriam declinare noluit; ſed de accidente ſibi infortunio admodum erubeſcens, priſtinæ tamen mentis tranquillitati, Deo laudes, per omnia reſtitutus; ad aliam viciniam ſuam tranſtulit habitationem; verum accepti beneficii nequaquam immemor, ſingulis ex tunc annis quoad viveret, *Croylandiam* repetit, ubi plena congaudens ſoſpitate, Deo & Beatæ *Mariæ*, ſanctoque *Guthlaco* devote gloriam reddit.

1463. Edward.4.R.

De captione Regis Henrici.

Sed nunc juxta hiſtoriæ ſeriem, hoc etiam videtur inſerendum, quod *Henricus* nuper Rex *Angliæ* dictus, qui à tempore introitus Illuſtriſſimi Principis nunc Regis *Edwardi*, prout ante retulimus, profugus in Regno *Scotiæ* ac in Caſtellis *Angliæ* eidem finitimis occultas hactenus fovebat latebras, hoc anno præſenti, qui eſt annus Domini milleſimus quadringenteſimus ſexageſimus quintus, in partibus captus eſt Borealibus, & ad uſque turrim *Londoniarum* cum manu forti deductus; ubi ſub ſalva cuſtodia omnem ei humanitatem Rex *Edwardus* uberrime juſſit impendi, & quæque ſibi neceſſaria congrua cum reverentia exhiberi. *1465.*

De proditione plurimorum.

His interea temporibus multi Nobiles & Regni Proceres, ſimiliter Epiſcopi & Abbates plurimi, apud Regem de proditione ſunt accuſati: eo quod *Margaretam* nuper Reginam, in partibus tranſmarinis jam degentem, ad regreſſum & Regni introitum in manu valida tum literis tum pecuniis, conſilium eidem & auxilium promittentes, ſecrete ſollicitarent. Quorum quidam aut morte intercedente ſunt ſublati, aut immenſis pecuniarum ſummis ad priſtinam gratiam reſtituti.

De nuptiis Regis Edwardi quarti. 1464.

Poſt hæc autem Rex *Edwardus* cum jam fervore juventutis urgeretur, propria fretus electione, cujuſdam militis relictam viduam, *Elizabeth* nomine, ex patre quidem Milite, matre vero Duciſſa progenitam; inconſultis Regni proceribus, clandeſtino ſibi deſponſavit matrimonio; atque poſt hæc ipſam ſolenniter in Reginam coronari fecit. Quod quidem Regni Optimates ægre tulerunt & indigne; quia de tam mediocri ſtirpe procreatam, ad Regni conſortium ſecum præpropere ſublimaret.

Domina de Somerſete effecta eſt ſoror noſtri.

Eodem vero anno, Domina *Margareta* Duciſſa, inclyti Ducis de Somerſete *Johannis* relicta, Monaſterio noſtro ſemper favorabilis & benigna

1464. *Edward.4.R* nigna; tunc apud Caſtellum ſuum de Maray moram contrahens, quæ manerium de Depynge, ut prædiximus, in ſortem ſuæ dotis acceperat; magna geſtiens devotione noſtris precibus commendari, in ſororem noſtri Capituli libenter eſt admiſſa. Quæ etiam dominam *Margaretam* Comitiſſam *Richmondiæ* filiam ſuam, & prædicti manerii de Depynge futuram hæredem; Illuſtris *Bukyngamiæ* Ducis filio, domino *Henrico*, prout longe ante retulimus, deſponſatam, ut & ipſa pariter ſecum ſoror effecta, eadem beneficiorum ſuffragia conſequeretur, pia induxit conſideratione, quatenus tali quodammodo conſtricta debito, benevolentior nobis in futurum & in ſingulis complacitior redderetur.

De continuatione poſſeſſionis ejus in Goggiſlound. His tamen non obſtantibus, ipſa Domina *Margareta* mater, à diebus mariti ſui quoad ea quæ de jure mariſci noſtri de Goggiſlound reſpicere nos videntur, poſſeſſionem continuavit uſq; in hodiernum. Sed & ante hæc tempora, paucis admodum tranſactis annis, cruces lapideæ, ac alia metarum ſigna, quæ in ultima perambulatione mariſci tempore Domini *Joh. Aſheby* Abbatis hujus loci facta, per conſilium & auxilium Illuſtriſſimi tunc Ducis *Lancaſtriæ* domini *Johannis Gaunt*, ad diviſionem Provinciarum de *Holandia* & Keſteven neceſſario fuerant ſituata; ut eorum de cetero cognitio tolleretur & memoria, per homines *Depyngenſes* diruta ſunt penitus & dejecta. Unde inter cetera, crucem unam lapideam apud Wodelodegreynes, alias dict. Oggote, in prædicto mariſco pro ultimo limite noſtro verſus Boream conſtitutam, violenter detraxerunt; ac in partes comminutam ſparſim in profundis foveis, lociſque abditis, ubi nulla inveniendi facultas eſſe poterat, nequiter intruſerunt. Hinc eſt quod præfata bunda, rarius hominum memoriæ commendata, paulatim communem effugit notitiam, & longo decurrente temporis intervallo, abolita eſt per incuriam.

De deſtructione Crucis lapideæ in Goggiſlound.

De Abbate Johanne. Sed in his omnibus memoratus Pater Venerabilis Abbas *Johannes*, licet diuturna ſenectute depreſſus, & continuo languore viribus corporis fuerat deſtitutus; ſtrenuiſſime tamen velut miles emeritus, conſilio & providentia Monaſterium rexit: & opera magnifica uſque in finem etiam ſuperaddere non ceſſavit. Nam in ſupremo ætatis ſuæ articulo conſtitutus, ſolenne & ſumtuoſum illud; quod inter Eccleſiam & portas Abbathiæ longo ſitu diſtenditur, à fundamentis uſque ad murorum altitudinem extruxit hoſpitium. Et ea ſiquidem conſideratione id egerat; ut quoties digniores advenirent hoſpites, quibus ex congruo cedere debeat & deferre, jam in præfatum hoſpitium eo oportunius quo vicinius de facili divertere poſſet & declinare. Et ne quicquam reſtaret quod ad divinæ laudis cumulum pertinere dignoſcitur, quinque ſolennes Campanas delectabiles, harmoniæ conſonantiam ſuaviter reboantes, pro tribus antiquioribus apud *Londonias* conflari fecit & mutari. Quarum utique pretium, cum expenſis in advectione earundem per terram & aquam uſque *Croylandiam*, ad centum ſexaginta librarum ſummam ſe extendit. Quæ quidem Campanæ ad terram ſubtus adhuc exiſtentes, antequam in ſublime ſuſpenderentur, à venerabili viro domino *Nicholao Elphinenſi* Epiſcopo, Reverendi tunc in Chriſto Patris domini *Johannis Lincolniæ* Epiſcopi ſuffraganeo, ſolenniter fuerant conſecratæ. Ad Sanctorum autem nomina patronorum in quorum honore devotiſſime dedicatæ conſiſtunt, videlicet, *Guthlaci, Bartholomæi, Michaelis, Mariæ, & Trinitatis*, à minori uſque ad maximam ſpecialiter intitulantur.

De magnis Campanis emptis.

De conſecratione Campanarum.

Miraculum de trabe cadente. Accidit autem hoc tempore in Monaſterio noſtro *Croylandiæ* res quædam perpetuo digna memoratu; quam nonnulli quidem ſenſatorum ſolenni nimirum aſcripſere miraculo. Campanile ſiquidem majus in occidentali Eccleſiæ plaga noviter conſtructum; in quo prædictæ Campanæ Carpentariorum ſolertia ſatagente dependere debeant; nullo ad tunc in ejus ſupremo cacumine tegebatur operimento; nullo etiam inferioris ſolarii in-

terſtitio claudebatur. Extructa igitur in terra ſubtus volvendi quadam ac torquendi machina, immenſam trabem totius operis ſuſtentatricem, trocleis & funibus innexam, ſummis muris applicare contendunt. Cumque magno torquentium conatu, trabes eadem pedibus ferme quinquaginta à terra librata, penderet in ſublimi, ponderis immenſi molem ferre non valentia, repente deficere cœperant inſtrumenta. Ruptis itaque ſimul funibus, deorſum trabes fragore vehementi ruit in terram, & totam illam ſubjectam in fruſtra comminuit fabricam. Subtus vero laborantibus viris, & jam jamque in mortis confinio conſtitutis, numero prope viginti, nulla ſpes affuit evadendi, nec alias diffugere eis potuit eſſe lucrum, cum trabes ipſa ſua dimenſione murorum æquabat quadrum. Sed tanto perplexos diſcrimine, ac inopinato eventu nimium conſternatos, Divina cito reſpexit miſeratio, ita ut illorum neminem prorſus obtrivit ruina tantæ molis, nulli caſus tam præceps quicquam intulit læſionis. O extollenda merito Divinæ gratiæ præconia! O etiam patris noſtri *Guthlaci* merita glorioſa! Quis ſe contineret à laudibus Dei? Excitatur interea clamor vociferantis populi, ingentem cuncti tulere vocem uſque ſydera cœli. Hi cœlum pulſant precibus, iſti terram præ gaudio profuſis rigant fletibus. Comitatus mox turbis Conventus procedit in oratorium, & *Ambroſianum* illum ſollenniter proſequitur laudis hymnum. Immenſas Deo ſinguli gratiarum referunt actiones, circa dicti patris noſtri feretrum humi devotiſſime procumbentes. In æternum benedictus omnipotens Deus, qui nobis in arcto poſitis contra malignantium inſidias miſericorditer erigit cornu ſalutis; qui ſic omnia nobis cooperatur in melius, ne unquam noſtris in adverſis rideat æmulus, ne quando de nobis ſupergaudeat inimicus.

1465. *Edward.4 R.*

Veruntamen iiſdem temporibus Divina longanimitas ita noſtris irritata peccatis, noſtris inquam fuerat injuſtitiis provocata, quod in ſingulis elementis quaſi quibuſdam ſupernæ animadverſionis flagellis inſenſatos in pugnam præparatis, *Anglia* tota duriſſime vapulabat. Nam aeris peſtiferi ſuper habitatores terræ in tantum prævaluit infectio, quod multa populorum millia etiam in omni ætate velut oves occiſionis, mors inopina miſerabili præcipitaret exitio. Similiter & ignis ſeverior, tum ex fulmine, tum ex incuria ſæpe proveniens, velut quoddam Divinæ indignationis prognoſticum per ſingula Regni confinia in villas & oppida vehementer deſævit; ſed potiſſimum in præcipuis ordinis noſtri Monaſteriis, Eccleſias & Campanilia, ceteraque miniſtrationum officia uſque in cineres edax flamma conſumpſit.

De peſtilentia.

De vaſtatione prima.

Anno vero Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, in menſe *Januarii*, tanta & tam grandis ex nivibus & pluviis inundavit aquarum copia, quantam nullus hominum ætate noſtra viventium potuit retinere memoria. Nam in hac tota Provincia, maxime in *Holandia*, vix erant domus aut ædificia, quin ea permearet & pervaderet fluens unda. Neque hoc raptim & quaſi in tranſitu actum eſſe noveris; ſed continue per totum menſem, aut ſine defluxu aqua ſtetit, aut ventis agitata validis, indies in tumorem magis ac magis excrevit. Nec obſtabant tunc temporis foſſata, ſed vel in modico profluit ad vallandum aliunde materia congeſta, cum quantacunque interdiu diligens impendebatur opera, intumeſcentis aquæ alluvione, de nocte fuerat evacuata. Tunc mœror & luctus omnium, tunc clamor & tumultus *Holandenſium*. Frequentantur interim ad Deum pro Eccleſia preces, quotidianæ celebrantur pro aeris ſerenitate proceſſiones. Anno vero eodem mira quædam in *Anglia* ſunt oſtenſa ſigna, & diverſis in locis tremenda pluribus non melioris auſpicii apparuere prognoſtica. Tres ſiquidem in cœlo quadam die apparebant ſoles, & imber ſanguineus, prout herbæ lineæque veſtes eo intinctæ intuentibus fidem dabant, quaſi levis

1467. *De inundatione ſecunda.*

De ſigno in ſole, de pluvia ſanguinea.

1467. *Edward. 4. R.* *De apparitione ſancti Georgii.* pluvia deſuper inſtillavit. Inſuper equites & armati per aera viſi ſunt diſcurrere, ita ut ſanctus iſte *Georgius* ſolita cruce rubea inſignitus, & armatorum comitatus manu multa, plerîſque viſibiliter apparebat. Unde ut jam dictis reluctari nequaquam debeamus, coram venerabili patre domino *Thoma Cantuarienſi* Archiepiſcopo hi quibus hujuſmodi revelata ſunt, *Puero in utero matris flente.* diſtrictiſſime fuerant examinati. Sed & mulier quædam in Comitatu Huntyngdon gravida, & partui jam vicina, fœtum in utero quaſi flentem & ſingultus quoſdam emittentem, ceteris audientibus mulieribus, & non modice mirantibus, multum ſibi reformidans ſentiebat. Quod utique raro novimus accidiſſe; ſanctiſſimum namque Domini Præcurſorem, adveniente ſalutis noſtræ gaudio, in utero ſuæ matris vehementer exultaſſe legimus: at nunc forte verſa vice, peccatis noſtris exigentibus, appropinquante Divinæ animadverſionis flagello, noſtræ futuræ calamitatis ærumnam, etiam innatos deplorare, haud injuria poterimus opinari.

1469. *Diſcordia inter Regem & Comitem Warwici.* Unde emenſis exinde duobus annis, anno videlicet Regis *Edwardi* nono, qui erat annus Domini milleſimus quadringenteſimus ſexageſimus nonus, inter ipſum Regem & illuſtriſſimum Comitem *Warwici Richardum* ejus cognatum, magna, & non ſine multorum ſanguine ſopienda, accidit diſcordia; eo quod Rex affectuoſis allectus nimium Reginæ ſuggeſtionibus, ſingulos ejuſdem Reginæ propinquos, & qui eam aliquo ſanguinis titulo contingebant, in ſpecialem ſibi admittens familiaritatem, immenſis ditabat muneribus, & ad digniora ſemper circa perſonam ſuam officia promovebat: fratres quoque ſuos & cognatos Regio de ſanguine progenitos, & ipſum Comitem *Warwici Richardum*, cum ceteris ſibi fidelibus Regni Proceribus, à ſua præſentia profligavit. Hac igitur arrepta tempeſtatis occaſione, ecce eodem anno, tempore æſtatis, ventus *De ſecunda inſurrectione Borealium.* turbinis iterato veniebat ab Aquilone. Inſurrectio videlicet magna Communitatum patriæ illius, quæ ſe taxis & tributis annuis per eoſdem Regis & Reginæ familiares, graviter oppreſſos emurmurabant, & Capitaneum ſibi quendam *Robertum* de *Redyſdale* ſtatuentes, ad dictum Comitem *Warwici*, qui tunc erat *Londoniis*, numero quaſi ſexaginta millia, iter arripere ſatagebant.

Rex vero his auditis rumoribus, ad Divinum primo præſidium, Sanctorumque ſuffragia ſe convertit; & peregrinationis gratia ſanctum primo viſitans *Edmundum* Martyrem, ad *Norwici* properavit civitatem. Deinde per Walſyngham rediens uſque *Lennam*, & ſic per villam de Wyſbech, uſque Dovesdale, cum ducentis equis ſuper foſſatum noſtrum equitando, *De adventu Regis ad Croylandiam.* apertis barruris & cunctis remotis obſtaculis, pervenit *Croylandiam*; ubi honorifice ſuſceptus, prout Regiam dignitatem decuit, lætus hoſpes gratanter pernoctavit. In craſtino autem, loci quiete, & exhibita ſibi humanitate multum delectatus, uſque ad Occidentalem villæ exitum per vicum pedibus incedendo, ac pontis lapidei domorumque vehementer collaudando ſitum, naviculam cum ſuis ibidem arripuit, & proſpero curſu verſus Caſtellum ſuum de Foderyngey, ubi Regina ſuum operiebatur adventum, transfretavit. Ubi paucis admodum diebus demoratus, donec ſibi ex Regni partibus undique confluerent copiæ bellatorum adverſus inſurrectores prædictos, partes aggredi Boreales viriliter ſe accinxit. Præfati vero Reginæ propinqui, videlicet pater ejus & tres fratres uterini, qui, ut diximus, Regis adhærebant lateri, multum ſibi metuentes ad diverſa Caſtrorum præſidia, quidam in *Walliam*, quidam in *Norfolchiam*, de Regis tamen (ut ferunt) conniventia, diffugerunt.

Rex vero cum veniſſet ſuo exercitu ad villam de Newarke, audiens quod hoſtilis cuneus in triplo ſuo præmineret exercitui, & voto remiſſiore quam ſperabat, plebs ſibi tardius adveniret, ad Caſtrum ſuum de Notyngham concito ſe divertit; ubi aliquantulum moram traxit, donec quidam dominus *Willielmus Herbert* Comes *Pembrochiæ* noviter ef-

fectus,

fectus, occurrendo ſibi procuratas de *Wallenſibus* ſuppetias exhiberet. Sed dum idem Comes *Pembrochiæ* cum ingenti pugnantium comitatu in campo de **Hegge-Cote** juxta **Banbury** in Comitatu *Northamptoniæ* ad Regem præpropere feſtinaret, ecce inopinate Borealium exercitus ſe in obviam ſibi dedit; ubi conſertis utriuſque partis aciebus, grande commiſſum eſt prœlium, & immaniſſima hominum maxime *Wallenſium* cædes ſubſecuta eſt, ita ut quatuor millia cecidiſſe de utroque exercitu referuntur. Ipſe vero Comes *Pembrochiæ* ceterique *Walliæ* Nobiles & Generoſi capti ſunt, & ad arbitrium præfati Comitis *Warwici*, nulla interveniente redemptione, apud *Northamptoniam* decapitati. Revera illis in partibus in *Wallia* celebris ac famoſa prophetia eſt, quod *Anglis* expulſis reliquiæ *Britonum* iterato Regnum *Angliæ* veluti cives proprii debeant obtinere. Quæ quidem prophetia in Chronicis de geſtis *Britonum*, tempore *Cadwaladi* Regis, Angelo dictante, credulitatis ſuſcipit argumentum. Unde temporis arridente occaſione, diu exoptatam ſibi opinantes jam affuiſſe horam, ad id perficiendum totis viribus operam dabant. Sed hoc alias fieri diſponente Deo, adhuc fraudati remanent à deſiderio ſuo.

1469. Edward 4. R.

De cæde Wallenſium.

Sed cum rumores hujuſmodi ad aures Regis perveniſſent, ille videns quod ex hoc facto tantum ſibi dedecus fuerat irrogatum, vehementi commotione turbatus eſt. Sed & hi qui ad ejus imperium ſibi adhæſerant, conſternati nimium, clandeſtina ab eo fuga per millenos turpiter receſſerunt. Archiepiſcopus autem *Cantuarienſis Thomas*, & *Eboracenſis Georgius*, & Dux *Clarentiæ* frater Regis, cum dicto Comite *Warwici* ad Regis colloquium jam cum paucis admodum derelicti, anguſtias ejus leniendi gratia cum magno Comitatu officioſiſſime properabant. Quibus ille in primo adventu ex indignantis animi rigore turbidum prætendebat vultum: ſed poſteaquam ei fidelis obſequii ſui intentionem, proditionemque eorum qui ſibi adhæſerant, conſtanter expoſuiſſent, complacitior jam effectus, eos in favorem & benevolentiam admiſit uberiorem.

Certitudo hujus hiſtoriæ ſub aliis terminis veritati ſubnixis inferius declarabitur.

Sed tempeſtatis hujus ingruente procella, nos interim in hac inſula degentes, non minimo terrore noveris circumſpectos fuiſſe. Nam per malignantes nobis aliquos, infauſta nimis & infelix quorundam de exercitu auribus fama pernotuit, quod hi quos inſequebantur, latebras *Croylandiæ* fovebant abditi, & quod in villa ac procinctu ejuſdem, theſauri reconditi fuerant infiniti. Hinc populus inanis & ad prædam libenter avidus, Monaſterium noſtrum & villam in ſuo reditu ad extremum perſcrutari ſe velle compromittens, tum crebris rumor nunciis, tum quotidianis minarum jaculis, non mediocrem nobis timoris materiam incutiebat. Sed benedictus Dominus qui non dedit nos in captione dentibus eorum, meritis ſiquidem ſanctiſſimi patris noſtri *Guthlaci*, ad cujus tumulum per noctes ſingulas in pſalmis & orationibus devotæ ſupplicationis libavimus holocauſta, gratioſe nobiſcum id egit Divina miſeratio, ut ſæpius memorati Comitis *Warwici* provido conductu, revertentes illi de exercitu ſinguli iter carpebant ultra *Trentam*, & per illam compendii viam in propriam ſunt reverſi regionem.

De timore in villa commorantium.

Interim vero (ut prædiximus) iſdem venerabilis pater Abbas *Johannes* quotidiano & incurabili herniorum laborabat incommodo, quod ex violento tempore quodam prolapſu, equitando ſibi contigit incurriſſe. Unde tanta quotidie in illis partibus cruciabatur diſſentione, quod etiam mille mortes videretur ſuſtinere. Continuis igitur probatus infirmitatibus, & mundi turbinibus & preſſuris expurgatus, poſteaquam ſupra Dominici gregis cuſtodiam per annos quadraginta duos & octo menſes, ſolicite pervigilans, Paſtoris officium laudabiliter impleviſſet, à terrenis ad cœleſtia citius tranſtolli ſummopere cupiebat. Conſummato tandem umbratilis hujus ſtadii laborioſo curſu, anno videlicet ætatis ſuæ octogeſimo quinto, in Religione vero ſexageſimo nono, terræ genetrici relinquens glebam corporis, ſpiritum

De obitu Johannis Abbatis.

1469. *Edwurd. 4. R.* tum cum *Chriſto* comprehenſurum mercedis æternæ bravium, devotiſſime commendavit in manus Patris. Clauſit itaque diem vitæ præſentis ſupremum, ſextodecimo die menſis *Januarii*, anno ab Incarnatione Domini millesimo quadringenteſimo ſexageſimo nono; ſceptra vero Regni *Angliæ* tunc ſtrenue gubernantis Regis *Edwardi* quarti anno nono. Verum ut prolixam vitæ ſuæ ſeriem ſub breviori compendio congeramus, utpote qui converſationis ejus eramus conſcii, hoc Epitaphium carmen, quod in ejus laudem utcunque edidimus, præſentibus inſerere minime credimus otioſum.

Secundum computationem Eccleſiæ Anglicanæ, 1469. Rom. Eccleſ. 1470.

Epitaphium verſificum.

En lux paſtorum, Clauſtri roſa, formula morum,
Nunc eclipſatur, marceſcit, & incineratur;
Litlyngton *pagus, cui felices dedit ortus,*
Gratis abinde datus, hinc gratia diva vocatus.
Gratus in alloquiis, ſed gratior in benefactis,
Cujus vita Deo placuit gratiſſima ſummo.
Ejus conductu dudum Croylandia *plauſit,*
Sed ſedet in luctu, quia mors metam ſibi clauſit.
Dux gregis effectus, hinc ſerius, inde ſerenus,
Et circumſpectus oculis fuit undique plenus.
In grege Conventus, erat ex illis velut unus:
Omnibus intentus charitatis ſolvere munus,
In medio ſpeculans, in circuitu ſua ſervans,
Intus & exterius ſine crimine vixit honeſtus;
Noſtra Syon *ſancta per eum fulſit ſpecioſa.*
Mente Maria *vacans, ſed membris* Martha *miniſtrans,*
Suſpirans Cœlis viſu gaudere Rachelis,
Dum Lya *progeniem genuit ſibi ſpiritualem,*
Prudens, ſenſatus, morum gravitate probatus,
Inſtabiles flatus mundi tolerare paratus,
Strenuus in factis, cum plebs adverſa fremebat,
Quam cito vincebat, inimicis lege ſubactis.
Dapſilis in menſis, in agendis conſilioſus,
Providus expenſis, fuit in placitis animoſus,
Pervigil in caſtris, ſupra gregis hujus ovile.
Martyrium carnis docuit decus eſſe virile;
Quæque Dei laudem ſapiunt, ſuper omnia fovit,
Sed reputat fraudem, quicquid proprium ſibi novit.
In victu ſolito ſic guſtus fræna regebat,
Quod nil pro libito, ſed pro ratione petebat.
Quam ſibi dilecta fuerant Domini ſacra templa,
Laudis in exempla demonſtrant aurea tecta:
Tot veſtimentis domus hæc ſplendet pretioſis,
Quæ dedit abſque pari, quod vix poſſint numerari.
Eccleſiæ rutilo decoravit lumina vitro;
Atque Deo celebres per eum dant organa laudes,
Quæ reſonant melos, pulſando per æthera cœlos.
Confert campanas ſolenni laude ſacratas.
Ædificans multa priſcos præcellit honore,
Et reparans cuncta, magno flagrabat amore:
Ædificare potens, ſua cuncta maneria ditat,
Sed reparare volens, diſpendia plurima vitat.
Sic moderans opera, quod gentes non cito noſcant,
An melius vetera reparentur, vel nova creſcant.
Cum ſenio fuerat fractus, feſſuſque labore,
Vivax ſemper erat animi ſenſuſque vigore.
Tempore quo rexit, hunc gratia ſpiritus unxit,

Et

Et quicquid geſſit, ſatis ad votum ſibi ceſſit, 1469,70.
Et licet e multis brevis hæc ſeries memoretur, *Edward.4.R.*
Congrua pro meritis, Cœlo ſibi gloria detur. Amen.

Claudatur & nunc à nobis hujus proceſſus ſeries, & hanc inepti ſtaminis telam huculque protendiſſe ſufficiat; ne curioſis inculta textura conſpectibus ſingula punctim carpentibus occaſionem præbeat ſubſannandi. Verum quum ea quæ multis jam retroactis effluxere ſæculis, per præcedentium incuriam ad agnitionem modernorum minime pervenerunt; exceptis paucis quæ à quibuſdam ſenioribus noſtris literis fuerant commentata; nec tamen juxta aliquam hiſtoriæ cohærentiam, ſed ſecundum quod aliqua nova diverſis annorum interſtitiis emergebant: igitur in hoc negotio intentionis noſtræ hactenus hæc ſumma fuit; juxta modum voluminis hujus initialem, concordantias Regum *Angliæ*, & hujus Monaſterii Abbatum, cum incidentiis plurimis, prout Regni vel loci concernunt ſtatum, ordine debito, longe tamen diſpari ſtilo notitiæ tradere poſterorum. Protenditur autem hujus operis noſtri longo tractatu progreſſus, ab introitu Regis *Stephani*, tempore Abbatis *Waldevi*; ubi vir eximius, & ſingularis eloquentiæ titulis inſignitus, Magiſter *Petrus Bleſenſis* hiſtoriæ ſuæ terminavit tractatum; uſque ad *Edwardi* nunc Regis (ut prædiximus) annum nonum. Cujus utique temporis intervallum ad trecentos triginta & amplius annos ſe extendit. Eorum vero quæ pro captu noſtræ penuriæ in hanc qualemcunque redigimus compagem; quædam relatione certa didicimus, pleraque etiam veteranis & corroſis reperimus in papyris. Cætera autem quæ in noſtro acta ſunt ſæculo, in experientiæ libro verius nos legiſſe profitemur. *Concluſio operis.*

At quum permittente Deo, Prioris officium, quanquam indigne & perfunctorie duntaxat adminiſtramus, multifariiſque regularis obſervantiæ præpediti ſumus exercitiis; præſens à nobis opuſculum attentione jugi ſtudioque propenſiori pro voto nullatenus eſt digeſtum, ſed furtivis admodum vicibus, momentiſque ſæpius interciſis, prout tardioris ingenii vena modo parcius, modo procurrebat uberius, utcunque conſtat eſſe lucubratum. At ſi ea quæ mentem ſubeunt, in lucem prodere non pigeret, revera voluminis hujus ab exordio uſque in præſens tota connexio, uti noſtra fert opinio, ſtatuæ illius ſimulachrum, ut olim in *Daniele* non incongrue videbitur effigiare. Cujus caput aureum, pectus & brachia de argento, pedes vero partim ferrei, partim fictiles deſcribuntur. Conſimili quidem parilitatis forma, pars illa prior in hujus libri capite à Venerabili Patre Abbate *Ingulpho* luculenter edita; quæ multo ceteris eminentior elegantiſſimo dictaminis jubare reſplendet; caput quodammodo nobis aureum haud injuria repræſentat. Sed & portio illa media, quæ ſatis egregii viri Magiſtri *Petri Bleſenſis* per induſtriam eloquentiæ *Tullianæ* dulciſonam refundit harmoniam; pectoris utique ſimilitudinem publice præfert ex argento. Poſtrema vero pars à nobis, prout facultas tulit, ſubnixa prioribus, imaginem videtur exprimere pedum, quæ ex impolita ſtyli ruditate merito ferrea, & pro ejus vulgariter trita & exſufflanda citius cænulenta congerie, fictilis & teſtea rectiſſime cenſeatur. Attamen id nobis ſolum ſpei ſupereſt, quod noſtra omnino non fruſtra nititur, nec incaſſum tendit intentio: ſed vel in hoc ſaltem credimus profuturam, ſi inſtructior quiſpiam, velut lapis inſignis de monte ſcientiæ ſublimioris abſciſus, hanc imaginariam reformando ſtatuam, percutere ſolum velit in pedibus pro zelo correctionis. Quod denique efficacius ab eo faciliuſque arbitramur poſſe fieri; ſi hanc à nobis informem è multis latebris paſſim congeſtam materiæ molem, cum eam in promtu jam habeat & ad manum, in elegantem dictaminis ſtudeat redigere formam. Qui etiam cum ea quæ poſteris eventura ſunt temporibus, ultro literis memoranda committere gratum duxerit, in *Excuſatio ſcripti.* *Comparatio principii libri ad ſtatuam.*

1469, 70. *Edward.4.R.* *Captatio piæ ſupplicationis.*

in monte virtutis amplioris fama creſcente in immenſum merebitur promoveri. In hujus utique calce laboris qualemcunque nominis noſtri memoriam, in voto habuimus reliquiſſe; ut ſaltem hæc legentes, charitatis intuitu, breviſſimo deprecationis eloquio animam noſtram recommendare dignarentur miſericordiæ Salvatoris: Sed hujus rei gratia ſponte id omiſimus, ne hic in patria propria acceptari velle videamur; aut immeritam laudem exinde inaniter appetere judicemur. Totum igitur Divinæ diſpoſitioni committentes, obnixis precibus exoramus, quatenus pro tantillo labore ex abundante ſua gratia nomen noſtrum in libro prædeſtinationis in perpetuum jubeat annotari.

[ALIA

[Alia

Hiſt. Croylandenſis

Continuatio.]

[Alia
Hiſt. Croylandenſis
Continuatio.]

[a] Sub obitu præfati Abbatis *Johannis*, qui, ut præfertur, accidebat ſexto decimo die menſis *Januarii*, anno nono Regis *Edwardi* quarti, qui fuit annus Domini milleſimus quadringenteſimus ſexageſimus nonus, ſecundum Computationem Eccleſiæ *Romanæ*; ſequitur Continuatio geſtorum tam in Republica *Anglicana*, quam alibi, ac præſertim in factis Monaſterii *Croylandiæ* contingentium. Et tamen ante introitum deſcribendarum rerum, quæ ab hoc anno in futurum accidiſſe dignoſcuntur, præſupponenda ſunt aliqua, quæ à dicto *Chronographo* priore, tum ſanctæ Religionis, quæ rerum profanarum ignara eſſe ſolet, tum brevitatis ſtudio, ſuper expreſſiore declaratione [b] præmiſſorum ſunt: ut clare ab exordio intellecto quam multis bellorum incurſibus Regnum *Angliæ* agitatum eſt, antequam ad poſtremo deſcriptam calamitatem incurſionis Borealium perventum fuit; id quod reliquum eſt ſecutum, uſque ad annum inferius annotandum, quam breviſſime poſſumus ſinceriuſque abſolvatur.

Cupimus enim prænotare, non bellum, ſed faciem belli, quod oppidum de **Ludlow** in Marchiis *Walliæ*, menſe *Octobris* anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono, inter Regem *Henricum* ſuoſque fideles ex una parte, & *Richardum* Ducem *Eboraci* ſuoſque filios & propinquiores, cognatos & affines, inter quos præcipui erant Comes *Sarum* & *Warwici*, pater & filius, ex altera parte plurimum formidabatur. Sed prævalentibus indies partibus Regis, ex coacta jam Procerum quam popularium multitudine infinita; & præſertim poſtquam *Andreas Trollop* & ſocii ſui ſtipendiarii *Caleſiæ*, per Comitem *Warwici* eorum Capitaneum tanquam ad Regis ſervitium ex partibus tranſmarinis vocati; videntes ſe contra vota poſitos adverſus Regem, præfato Duci defecerant, adhærentes Regi à quo victum & ſtipendia perceperunt: diſſoluta eſt acies Ducis; eo in *Hiberniam*, ac ſuo primogenito *Edwardo* Comite *Marchiæ*, una cum præfatis Comitibus patre & filio, in *Caleſiam* navigio deductis.

1459. Bellum de Ludlow.

Exilium Ducis Eboraci.

Interea habito Parliamento apud *Coventriam*, proſcripti ſunt Dux & Comites memorati, eorumque bona & hæreditates ad novos poſſeſſores tranſlata. Sed quia res *Anglicanæ* multis varietatibus, prout nimis nota experientia indies docet, ſubjectæ ſunt; ſequente anno ſcil. milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, appulſis dictis Comitibus ex *Caleſia* in *Cantiam*, factum eſt prælium magnum juxta *Northamptoniam*, menſe *Julii* in feſto ſeptem fratrum, inter Regem *Henricum* & dictos Comites, eorumque hinc inde fautores. Et ceciderunt de partibus Regis Dux *Bukhingamiæ*, Comes *Salopiæ*, Dominus & Vicecomes de *Bemond*, Dominus de *Egyrmond*, cum aliis Proceribus, & popularibus innumeris; ipſique Comites potiti victoria, Regi *Henrico* omnem Regium honorem exhibentes, cum ſolenniſſimo Comitatu *Londonias* uſque deduxerunt, præfato Comite *Warwici Richardo Nevyl*, enſem ante Regem nudato capite cum omni humilitate & reverentia deferente.

1460.

Bellum Northamptoniæ.

a Ab. *b* Prætermiſſa.

 Eodem

1459. Henric. 6. R. Eodem anno menſe *Octobris*, adveniens Dux *Eboraci* ex *Hibernia* uſque *Weſtmonaſterium* tempore inſtituti Parliamenti, mox ut Cameram ſuperiorem palatii Regii, ubi Domini Spirituales & temporales reſidebant, intraverat, accedens ad thronum Regium, ſedem illam vendicavit, tanquam ſuam; deſcribens genealogiam ſuam linealiter à *Leonello* Duce *Clarentiæ*, cujus, tanquam Prioris natu, ſucceſſioni *Regnum Angliæ* deberi dicebat, potius quam poſteris *Johannis* Ducis *Lancaſtriæ*, fratris ſui junioris, à quo Rex *Henricus* deſcenderat; proteſtatuſque eſt, injurias ſuo ſanguini per tres *Henricos* Uſurpatores tot annis irrogatas, ſe amplius non paſſurum. Et continuo interiora cœnacula Palatii penetrans, coegit Regem *Henricum* ſe transferre ad cameras Reginæ; ipſeque Dux omnia Regalia illic penetralia occupavit. Duravit hæc turbatio, abſque tamen cæde & ſanguine, quaſi per tres hebdomadas, uſque ad vigiliam *Omnium Sanctorum*, occupato interim univerſo Parliamento ſuper diſcuſſione genealogiæ & juris Ducis memorati. In ipſa autem vigilia, capta fuit concluſio differentiæ hujuſmodi; videlicet, quod Dux & filii ſui *Edwardus* Comes *Marchiæ*, ac *Edmundus* Comes *Rutlandiæ*, qui ambo diſcretionis annos attigerant, jurarent ipſi Regi fidelitatem, quodque ipſum recognoſceret eorum Regem, quamdiu ageret in humanis: id enim Parliamentum ipſum jam decreverat; addendo de ipſius Regis conſenſu, quod quamprimum Rex ille in fata diſceſſerit, licebit dicto Duci ſuiſque hæredibus Coronam *Angliæ* vendicare ac poſſidere. Quibus ita expletis, tranſtulit ſe Dux à Palatio *Weſtmonaſterii* ad hoſpitium ſuum *Londoniis*, dimittens Regem & ſuos in pace.

Dux Eboraci Richardus vendicat Coronam.

Compoſitio inter Regem & Ducem.

His diebus Regina *Margareta* cum filio ſuo Regis unigenito *Edwardo* Principe, in partibus Borealibus morabatur. Et quia Borealibus ipſis fautoribus Reginæ, decretum Parliamentale ſupradictum inviſum atque execrabile putabatur; facta inibi populi & Nobilium commotione, ea intentione, ut decretum ipſum reformarent, [a]

Cum Dux *Eboraci* habens in Comitiva ſua filium Comitem *Rutlondiæ*, ac *Richardum* Comitem *Sarum*, ſe uſque ad **Wakefeld** pro reprimendis eorum conatibus tranſtuliſſet. Bello ibidem ut ſupra memoratur, victus occubuit. Sicque ſubſecuta eſt dictorum Borealium in partes Auſtrales irruptio; donec ad ſanctum *Albanum* pervenientes, fugato Comite *Warwici*, qui illuc Regem *Henricum*, tanquam adverſus uxorem Reginam, & filium pugnaturum adduxerat; ipſos Regem & Reginam, poſt obtentam illic, & ulterius non proſecutam victoriam, ſecum in Boream reduxerunt.

Bellum de Wakefeld.

Bellum apud ſanctum Albanum.

Interea primogenitus Ducis, *Edwardus* Comes *Marchiæ* antedictus, adverſus ſimiles fautores Reginæ in partibus *Walliæ* conſtitutos bellum agens, profligatis hoſtibus apud Crucem *Mortimeri*, glorioſam de ipſis victoriam reportavit. Perlatoque deinde ad eum nuncio de morte patris, quamque avide populus Regni Auſtralis eum Regem futurum expectat; collecto exercitu *Londonias* venit; diffinitoque per maturam deliberationem cum conſilio, quod cum Rex *Henricus* interfectoribus patris ſui aſſociatus, decretum Parliamenti ſupradictum totis viribus rumpere ſatagit, atque rumpit; Comes ille ad ulteriorem ei fidem ſervandam obligatus non exi-
1460, 1. ſtit. Conclamatis ei ab omni populo Regiis laudibus, quarto die *Martii*, anno, ſecundum computationem Eccleſiæ *Romanæ*, milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, regnare cœpit, victoriamque & coronam modis quibus memoratus Chronographus ſupra deſcripſerat, magnifice meruit & accepit.

Conflictus apud Mortimers Croſſe.

Acceptatio Comitis Marchiæ in Regem.

Tranſeo hoc leviter, & ſequentia, videlicet obſidiones Caſtrorum *Northumbriæ*, particulareſque inſultus inter reliquias *Henrici* ſæpe irrum-

a Videtur deeſſe quid.

pentes,

pentes ex *Scotia*; atque *Johannem Nevyl* Dominum de *Montagu* noviter 1460,1.
creatum Comitem *Northumbriæ*; alioſque Regis *Edwardi* fideles in Mar- *Henric. 6. R.*
chiis *Scotiæ* variis ſucceſſibus, ſed ut ſæpius ad gloriam Regis *Edwardi*
multipliciter accidentes. In quibus inſultibus atque pugnis plurimi poſt-
ſcriptorum Nobiles de parte *Henrici*, videlicet *Henricus* Dux **Somerſete**, *Nex Henrici*
aliique domini videlicet de *Hungyrford*, de *Roos*, ac egregii milites *Radul-* *Ducis Somer-*
phus Grey & *Radulphus Percy*, cum aliis nonnullis, ſtrenuitate dicti Comi- *ſetiæ.*
tis *Northumbriæ* ſuperati, funditus deleti ſunt.

Venio ad ſextum ipſius Regis annum, quando ex matrimonio ipſius Re- *Naſcitur Eli-*
gis ſupratacto, *Elizabeth* filia ſibi primogenita naſcitur in menſe *Februa-* *zabeth pri-*
rii, Anno videlicet Domini ſecundum curſum computationem Eccleſiæ *mogenita Re-*
Anglicanæ, milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto Eccleſiæ vero *gis.* 1465, 6.
Romanæ, milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto. Hoc tempore
miſſi ſunt legati è *Flandriis* in *Angliam*, dominam *Margaretam* Regis *Ed-*
wardi ſororem in Conjugem domino *Carolo* Ducis *Burgundiæ Philippi* pri-
mogenito, (vivebat enim tunc pater) expetentes. Completum atque ſo-
lemnizatum eſt hoc matrimonium anno ſubſequenti menſe *Julii*, Anno
Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo. Super quo *Ri-* 1467.
chardus Nevyl Comes *Warwici*, qui partibus *Francorum* contra *Burgurdio-* *Matrimonium*
nes jam aliquot annis favere viſus eſt, magnam animi indignationem ce- *Ducis Bur-*
pit. Maluit enim maritum alium dictæ dominæ *Margaretæ* infra Re- *gundiæ.*
gnum *Franciæ* procuraſſe: Unde inter Reges utriuſque Regni favorabilis
aliqua intelligentia conſurgeret, quam *Caroli* jam Ducis *Burgundiæ* partes
per ullam *Angliæ* affinitatem juvare. Odio enim capitali proſecutus eſt
hominem illum.

Hanc ego reputo veriorem cauſam diſcidii inter Regem & Comitem, *Veriſſima cau-*
quam ipſum quod ſupra recitatum eſt, matrimonium Regis cum *Eliza-* *ſa diſſenſionis*
beth Regina. Quod quidem matrimonium Regis & Reginæ, poſt ali- *inter Regem*
quam nihilominus ſubmurmurationem Comitis, eo quod prius laborave- *& Comitem*
rat ut Rex haberet in conjugem Reginam *Scotiæ* relictam Regis ibi de- *Warwici.*
functi; longe ante hæc tempora ab ipſo Comite & ab omnibus Prælatis ac
dominis majoribus Regni apud *Radingham* ſolenniter laudatum & ap-
probatum eſt. Perduravitque favor Comitis in omnem ipſius Reginæ pa-
rentelam, quoaduſque ipſius Reginæ cognati & affines iſtud aliud matri-
monium, quod inter *Carolum* & *Margaretam* actum eſt pro voto Regis,
[a] amico Comite, ſicut & multa alia conſilia fieri [b] procurabat. Sicque
propter cauſas ejuſmodi in dicto conflictu apud **Hegecot** juxta *Bambiriam*, *Bellum de*
perierunt *Wallenſes* cum præfecto ſuo *Willielmo Herbert* noviter creato *Hegecot,*
Comite *Pembrochiæ*. Multum enim præeminebat ille hac tempeſtate in 14.8.
conſilio Regis & Reginæ. Nam ipſius primogenitus unam de ſororibus
Reginæ ante duxit. Perierunt & pater Reginæ, dictus *Richardus* Comes
de *Ripariis*, & filius ejus *Johannes Widevyle* Miles.

Interea captus eſt Rex *Edwardus* in quodam villagio juxta *Coventriam*, *Captio Regis*
& abinde uſque ad caſtrum *Warwici*, dimiſſis ad eo omnibus ſervitoribus *Edwardi.*
ſuis, deductus; ibique tunc detentus Captivus. Hanc enim Captivitatis
calamitatem induxerant frater ſuus *Georgius* Dux *Clarentiæ Richardus* Co-
mes *Warwici*, ipſiuſque Germanus *Georgius Eboracenſis* Archiepiſcopus, ea
æſtate quæ contingebat anno nono ipſius Regis qui erat annus Domini
milleſimus quadringenteſimus ſexageſimus nonus. Et ne fortaſſis fideles 1469.
dicti Regis de partibus Meridionalibus Regni tantum Regi irrogatam
contumeliam vindicaturi, ipſi à dicto caſtro & carcere liberarent; tran-
ſtulerunt eum in Aquilonem uſque ad caſtrum de [c] **Midlam**: à quo ta-
men præter omnem ſpem pæne miraculoſe, non tam evaſit, quam de ex-
preſſo ipſius Comitis *Warwici* conſenſu dimiſſus eſt. Surrexerunt namque

[a] Invito. [b] Procurabant. [c] Middleham.

1469. in *Anglia* juxta Marchias *Scotiæ*, multi de reliquiis partis *Henrici*, haben-
Henric. 6. R. tes Capitaneum quendam *Humfridum Nevyl* Militem: quibus ipſe Comes *Warwici* aliter reſiſtere non valebat, niſi faciendo publicas proclamationes nomine Regio, ut omnes Regis ligei in defenſionem Regis adverſus rebelles ſuos aſſurgerent. Populus autem videns Regem ſuum captivum, non prius edictis ejuſmodi parere voluit, quam ille apud Civitatem *Eboraci* pleniſſime datus libertati apparuiſſet. Ita & hoſtes potenter per Comitem fuſi ſunt, & Rex capta oportunitate liber *Londonias* uſque venit.

Liberatio inſperata Regis à carcere.

Ab eo die fiunt legationes & ambaſiatæ frequentes inter Regem & Dominos, ita ut præmittitur, diſſidentes. Convocatoque omnium Dominorum Regni grandi conſilio, comparent ad certum præfixum diem in magna Camera Parliamenti Dux *Clarentiæ*, Comes *Warwici*, & ceteri complices ſui: pax & omnium impacabilium abolitio foris conceditur. Manet tamen fortaſſis alta mente repoſita, illic deſpectæ Majeſtatis injuria; hic *nimis elati rea mens ſibi conſcia facti.* Tandem poſt tranſacta utcunque apud *Londonias* feſta natalia, cum tempus jejunii quadrageſimalis,
1470. anno Domini ſecundum computationem Eccleſiæ *Romanæ* milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, appropinquaret, Rex & dicti Domini ſubinvicem valefacientes; ipſe Rex adhuc ſe pauliſper tenet *Londoniis*, illi ad ſuas patrias ſinguli pro eorum libitu ſe divertunt.

Concordia Regis & Dominorum.

Interea vacanti Monaſterio *Croylandiæ* per mortem *Johannis Litlyngton* Abbatis, quæ accidit, ut præfertur, ſexto decimo die *Januarii* hoc inſtanti anno Regis *Edwardi* nono; per electionem Canonicam de domino *Johanne Wyſhbych*, viro utique provido & plurimum circumſpecto, ſalubriter proviſum eſt. Electus eſt namque de officio prioratus cellæ de Freſton, dicti Monaſterii *Croylandiæ* uſibus annexæ antiquitus & appropriatæ, in Abbatem ejuſdem Monaſterii, decimo tertio die *Febr.* anno Regis ſupradicto, qui
1469, 70. erat annus Domini milleſimus quadringenteſimus ſexageſimus nonus, ſecundum computationem Eccleſiæ *Anglicanæ*, *Romanæ* vero, ſeptuageſimus.

Electus Johannes Wiſbech in Abb. Croylandiæ.

Libet propter inſtructionem juvenum, qui forſan hujus computationis varietatem ſeu ſaltem cauſam ipſius non intelligunt, paucis verbis explanare, quomodo eſſe poterit, quod *Romani*, qui computant ab actu poſteriori, videlicet à Nativitate; præcedunt nos qui computamus à priori, videlicet ab Incarnatione, per omne id tempus quod à feſta Nativitatis uſque ad feſtum Annunciationis Dominicæ annis ſingulis intercurrit, omni reſidua parte anni nobis atque ipſis in numeri identitate per totum conſonantibus. Pro quo intelligendo notandum eſt, quod Chronographi qui Annalia ſive ſingulorum annorum geſta conſcribunt, duos habent modos terminandi annum: unus eſt quod ab initio actus quem notare volunt, computant integram revolutionem motus ſolis, donec pertranſierit Zodiacum (ſcil.) trecentos ſexaginta quinque dies; & ita computat Eccleſia *Anglicana*, non finiens primum annum alicujus rei quæ accidit, donec tot (ſcil.) trecenti ſexaginta & quinque dies ab initio actus effluxi ſunt: Et ideo finit & terminat ſingulos annos Incarnationis Dominicæ, ſuper qua computationem ſuam (ut plurimum) facit, ſemper in eodem die à quo myſterium actuale ejuſdem Dominicæ Incarnationis cœpit, (ſcil.) in feſto Annunciationis. *Romani* autem ob antiquam reverentiam quam debebant *Jano* Deo, à quo menſis *Januarius* nomen tulit, omnes annos ſuos incipiunt in primo die *Januarii*, & finiunt in ultimo die *Decembris*, quocunque menſe intermedio, ille actus quem notare voluerunt, accidebat: & ideo ſecundum eos, primus annus Nativitatis Domini, ſuper qua *Romani* de more compotum ſuum faciunt, finiebatur ab initio illius actus in ſeptem diebus: itaque in primo die *Januarii* proximo tunc ſequenti, apud eos incepit ſecundus annus. Cognito ergo iſto modo æquivoco terminationis anni, certum eſt quod in re ipſa non eſt error; ſed quod ſecundum

Digreſſio ad oſtendendum varietatem compoti Eccleſiæ Romanæ & Anglicanæ.

cundum primum modum computandi, jam eſt niſi annus Domini milleſimus quadringenteſimus ſexageſimus nonus, uſque ad feſtum Annunciationis; & tum juxta ſecundum modum, quo incipitur ſemper novus annus in *Januario*, poteſt dici quod eſt annus milleſimus quadringenteſimus ſeptuageſimus. Confirmatur is modus initiandi & terminandi ſingulos annos more *Romano*, ex compotis manualibus, & per conſuetum Calendarium Eccleſiæ, cum in primo die *Januarii* ſemper literæ Dominicales quæ per unum integrum annum deſerviunt, immutantur. 1470. *Edward.4.R.*

Sed redeamus ad dictum *Johannem Wysbech*, hoc tempore, ut præmiſimus, electum Abbatem *Croylandiæ*. Is erat homo ſane politicus in omnibus actibus ſuis, utpote qui tranſactis ſuperioribus annis in plurimis Monaſterii officiis exercitatus fuit: hic unum ſingulare fortunatumque ſibi conceſſum munus promeruit, quod nulli prædeceſſorum ſuorum contingebat. Quoties enim litis alicujus ſcintilla videbatur exurgere, eam ſagaciter ac cum diſcreto actuum ſuorum moderamine, antequam nimis efferveret, extinxit; in tantum quod per omnia paſtoralis ſui officii tempora tranquilla pace gaudebat. Dimittamus ad tempus hunc bonum patrem cum omnibus piis actibus ſuis, quos recitabimus cum pervenerimus ad geſta illius anni, quo ille ab hac luce ſubſtractus eſt, qui erat annus Domini milleſimus quadringenteſimus ſeptuageſimus ſeptimus; & ad prædictam profanam Regni hiſtoriam redeamus. *Redit ad hiſtoriam loci.*

Poſt receſſum autem dominorum prædictorum de *Londoniis*, paucis abinde exactis diebus, homines patriæ & Comitatus *Lincolnienſis*, quaſi jam noviter *Centenſium* ſocii effecti, patriis legibus & moribus adverſantes, armis ſe induunt, Duce & Præfecto ipſorum, filio & hærede domini *Fontanenſis*, de *Wellys* vulgariter nuncupati. Sed Rex *Edwardus* collecto exercitu, mox ut *Stamfordiam* venit, ſimul eos vidit atque vicit. Venerunt in poteſtatem ſuam omnes Capitanei exercitus adverſantis, in quos pro eorum demeritis capitaliter animadvertens, rudi atque innocenti multitudini gratiam fecit. Qua quidem tam [a] proſperus obtenta victoria ad aures præfatorum dominorum Ducis & Comitis perlata, ipſi ſibiipſis tanquam hujuſmodi inſurrectionis conſciis, per fugam conſuluerunt. Inſequitur eos Rex in omni itinere quod faciunt à patria *Lancaſtriæ* per eos interjacentes Comitatus, uſque perventum eſſet ad civitatem *Exonienſem* in comitatu *Devoniæ*. Illic autem ante Regem adventantes, paucis inventis navibus mare intrant; & quoſcunque *Holandrynos* ceteroſve Ducis *Burgundiæ* ſubjectos modo mercatorio navigantes obvios habent, eos rebus, mercibus, & navibus ſpoliantes, claſſem ſuam vehementer adaugent, ſeſeque atque complices ſuos in *Normanniam* trajiciunt. *Bellum Lincolnienſium apud Stamford.* *Fuga dominorum uſque in Normanniam.*

Ibi recepti humaniter à Rege *Ludovico*, tandem in gratiam Reginæ *Margaretæ*, ſuique filii Principis *Edwardi* admiſſi, eorum ac Regis *Henrici* partes ſe de cetero fideliter obſervaturos promittunt. Et ut tam dilectio quam fides ita renovata indubitatior futuris ſæculis appareret, contrahuntur ſponſalia inter dictum Principem & dominam *Annam* præfati Comitis *Warwici* filiam juniorem. Nam ſeniorem, *Iſabellam* nomine, Dux ipſe *Clarentiæ* ante ſibi uxorem devinxerat.

Vix agunt hi homines ſex menſes in exilio, & ecce theſauro *Francorum* Regis relevati, in eiſdem partibus *Angliæ* unde deceſſerant applicant. Compatiuntur *Anglici* omnes per circuitum, ſicut de more ſuo ſemper ſolent, reverſis exulibus, eiſque non tam commeatum quam comitatum & omne ſervitium exhibentes, tanta eorum exercitum multitudine roborant, quod milites Regis *Edwardi*, quos ille apud *Dancaſtriam* præſtolabatur, præſentias ſuas ab ancipiti bello ſubtrahebant. Affuit etiam propinquis in laribus apud *Pontem fractum*, *Johannes Nevyl*, germanus Comitis *Warwici*, dictus tunc Marchio de *Montagu*, à quo præ- *Reditus dominorum in Angliam.*

[a] Proſpera, ſive, propera.

1470. *Edward.* 4. R.

Fuga Regis in Holandiam.

ſtita Regi *Edwardo* fides, cognito adventu fratris ſui, in fraudem verſa eſt. Conſpiraverat enim ut per multitudinem quam ſub Regis edicto congregaverat, Regem ipſum caperet. Quæ res poſtquam ſecreti exploratoris induſtria ad aures Regis pervenerat, compulſus ille eſt ſaluti ſuæ & ſuorum per fugam uſque ad portum quæ appellatur **Lenne** *Epiſcopi* in *Norfolchia* conſulere. Ibi comparatis navibus ſe atque ſuos, ad numerum fere duorum millium hominum, uſque *Holandiam* transmarinam, patriam Ducis *Burgundiæ*, traduci fecit. Hæc acta ſunt circa feſtum *Michaelis*, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, dicti vero Regis *Edwardi* anno decimo.

Reſtitutio Regis Henrici.

His modis domini antedicti de præfato Rege *Edwardo* glorioſe, ſine tamen cæde aut ſanguine triumphantes, *Londonias* digna tantis ſucceſſibus pompa adveniunt, Regem *Henricum* ſextum de turri, ubi tam diu captivus tentus eſt, in ſolium Regni reſtituunt; atque in feſto tranſlationis ſancti *Edwardi* Regis & Confeſſoris de menſe *Octobris*, coronam in capite publice atque proceſſionaliter deferre faciunt. Jam omnia in hujus Regis *Henrici* nomine jura redduntur, literæ patentes, brevia, mandata, chirographa, & inſtrumenta quælibet, ſub duplici ſuſcepti regiminis Regii annotatione diſtribuuntur, hoc modo; anno ab inchoatione Regni Regis *Henrici* ſexti quadrageſimo octavo, & [a] readoptionis ejuſdem Regis anno primo.

Naſcitur primogenitus Regis Edwardi.

Hac tempeſtate natus eſt *Edwardus* primogenitus Regis *Edwardi* Exulis, in feſto *omnium Sanctorum*, intra Monaſterium *Weſtmonaſterii*, cujus loci tuitioni Regina *Elizabeth* ſe & tres filias ſuas ante commiſerat. Ex hac re nonnihil conſolationis atque ſpei fidelibus Regis *Edwardi* accreverat, quamvis benevoli Regis *Henrici*, qui tunc multo plures extiterant, ortum parvuli hujuſmodi parvi penſitabant. Vidiſſes populum innumerum hanc piiſſimi Regis *Henrici* reſtitutionem miraculo, mutationemque ipſam dextræ excelſi operibus aſcripſiſſe: & ecce, quam incomprehenſibilia ſunt judicia Dei, & inveſtigabiles viæ ejus, ut nemo ſe ejus conſiliarium profiteri audeat, intra ſex proximos ſequentes menſes, ſatis compertum eſt.

1470, 1. Nam dictus Rex *Edwardus* copiis ac navibus Ducis *Caroli Burgundiæ* adjutus, circa medium quadrageſimæ ſequentis expulſionem ſuam, in patria de **Holdernes**, eodem quidem in loco quo quondam *Henricus* quartus Regem *Richardum* depoſiturus applicuit, cum numero mille & quingentorum *Anglicorum* terram cepit. Pertranſiens autem per medium civitatis *Eboraci*, non aliter ſe intitulans niſi Ducem, tanquam hæredem patris ſui, ita enim propter illic adverſantes diſſimulare oportuit; venit ſine ulla reſiſtentia ante civitatem *Coventrenſem*, intra quam Comites *Warwici* & *Oxonii* cum ingenti numero bellatorum ſe incluſerant.

Regreſſus Regis Edwardi in Angliam.

Reconciliatio Ducis Clarentiæ cum fratre Rege.

Interea frater Regis *Edwardi* ſupradictus Dux *Clarentiæ*, per media ſororum Duciſſarum *Burgundiæ* & *Exoniæ*, quarum altera Regem extra, altera Ducem intra Regnum ad pacem confortabat, Regi dulciter conciliatus, cum maximo exercitu de occiduis partibus Regni venit in ſubſidium ejus; crevitque numerus bellatorum partis Regiæ indies, ita ut non auderent ipſi Comites apud *Coventriam* conſtituti, neque Regi bellum indicere, neque ab eo eis indictum campeſtri *Marte* ſuſcipere.

Progreditur itaque Rex ipſe uſque *Londonias*, ubi iterato captivum ſibi faciens dictum Regem *Henricum*, *Georgiumque* Archiepiſcopum *Eboracenſem* tunc Cancellarium Regni, vix duas ibidem tranſegit noctes quod non coactus ſit urbem egredi, cum hoſtibus qui ad eum in civitate capiendum feſtinabant, foris viriliter decertaturus. Imminebat enim dies
1471. Paſchalis in quo putabatur Regem potius orationibus quam armis vacare velle, ut cum ita devotioni intentus eſſet ſubito & abſque magno homi-

[a] Readeptionis.

num

num detrimento in ipſum irrueretur. Sed præcavens prudens Princeps hanc fraudem hoſtium, magiſque inſtanti neceſſitati, quam ſtultæ honeſtati morem gerens, in ipſo ſabbato ſancto *Paſchæ* cum exercitu urbem egreditur; atque in ipſa eadem nocte Dominicæ Reſurrectionis, villam *Barneti*, quæ decem ab urbe milliaribus diſtat, paulatim tranſiliens caſtra ibi metatur. Mane fit conflictus terribilis, in quo varii utriuſque partis Nobiles ceciderunt. Ex parte vero eorum qui partibus Regis *Henrici* favere videbantur, occubuerunt duo clariſſimi domini fratres germani, *Richardus* Comes *Warwici*, & *Johannes* Marchio de *Montagu*. Inter eos autem qui ex ea parte vivi à campo diſceſſerant, comperti ſunt *Henricus Holand* Dux *Exoniæ*, & *Johannes Vere* Comes *Oxoniæ*, quorum alter ſanctuario *Weſtmonaſterii*, alter mari fortunam iterum experturus ſe committit. Rex autem *Edwardus* duos Nobiles conſanguineos ſuos *Humfridum Bowcer* dominum de *Cromwell*, ac alium *Humfridum* ejuſdem cognominis, primogenitum & hæredem domini de *Barners*, ac alios multos in ipſo bello amiſit. Ipſi tamen ceſſit mirabilis, inſperata, & glorioſa victoria.

1471. *Edward.4. R.*

Bellum de Barnet.

Nex Comitis Warwici.

Regreſſus igitur cum triumpho *Londonias*, ipſo eodem die ſancto *Paſchæ* poſt meridiem, duobus germanis fratribus ſuis Ducibus *Clarentiæ* & *Glouceſtriæ*, proceribus & populis multipliciter atque honorabiliter comitatus, non multos dies ad refocillandum corpus variis percuſſionibus attritum ibi habere potuit. Sed poſt jam confectum (ut præmittitur) bellum quoddam Orientale, in aliud apud occiduas Regni partes ſub titulo Reginæ *Margaretæ* & filii ſui præparatum ſe atque ſuos totis viribus accingere oportebat.

Dum enim Rex *Edwardus* è *Flandriis* ſolvens, præter intentum ad pagum *Eboracenſem* vi tempeſtatis projectus eſt, Regina cum ſuis recto itinere navigans [a] ad *Normanniam* in patria *Cornubienſi Devonienſique* applicuit. Adaucto igitur quotidie Reginæ exercitu, (multi enim erant in illis partibus occiduis qui cauſam Regis *Henrici* omnium aliorum titulis præponebant) Dux *Somerſetiæ Edmundus*, qui jamdiu à puero exulabat, major poſt Principem *Edwardum* in tota ipſa Comitiva, ſuuſque frater *Johannes* dictus de *Beauford*, *Thomas* Comes *Devoniæ*, *Johannes* dominus de *Wenlok*, ac frater *Johannes Lancoſtrother* Prior ordinis ſancti *Johannis* in *Anglia*, inito conſilio deliberarunt, quam feſtinanter poſſent per oras ipſas maris Occidentalis, utpote per *Briſtolliam*, *Gloceſtriam*, atque *Ceſtriam*, partes *Lancaſtriæ*, ubi ſagittariorum hominum numerus viget, appetere. Confidebant namque quod Nobiles & populares illarum partium ſupra omnes alias nationes Regni, ſanguini *Lancaſtriæ* afficiebantur. Nec forſan fefelliſſet eos ipſa opinio, niſi Rex *Edwardus* tantæ agilitatis iter etiam cum paucis militibus è *Londoniis* in eos feciſſet. Unde ipſorum ulterior tranſitus, ſicut de facto accidit, in Comitatu ipſo *Glouceſtriæ* interciperetur.

Adventus Reginæ Margaretæ cum filio.

Itaque cum uterque exercitus juxta villam de **Tewkysbury** peditatu atque ſiti nimium defatigatus ultra progredi non poſſet, pugnam & conflictum diu ancipitem inierunt. Tandem potitus eſt Rex *Edwardus* præclara victoria, interfectis de parte Reginæ, tum in campo tum poſtea ultricibus quorundam manibus, ipſo Principe *Edwardo* unigenito Regis *Henrici*, victo Duce *Somerſetiæ*, Comiteque *Devoniæ*, ac aliis dominis omnibus & ſingulis memoratis. Capiturque Regina *Margereta*, ſervata incolumis, ut ante Regem triumphantem curru veheretur *Londonias*; quod & factum eſt.

Bellum de Teuchysbyry.

Nam dum hæc ita agerentur, & licet hac duplici victoria inſignitus Rex *Edwardus*, omnium judicio juſtitiam cauſæ ſuæ ſufficientiſſime declaraſſe viſus fuerit; non eſt averſus tamen multorum malignantium, maxime de partibus *Cantiæ* furor, ſed adhuc manus eorum extenta. Incitati enim homines hujuſcemodi per nonnullas reliquias Comitis *Warwici* ſtipendiarios *Ca-*

[a] A Normannia.

 leſiæ

1471. *Edward. 4.R.* *leſiæ* marinarios & piratas, præfecto ipſorum quodam *Thoma* baſtardo de *Facombrege* coeuntes in unum; pars terreſtri itinere, pars per fluvium *Thamaſis* de extremis partibus ipſius Comitatus *Londonias* uſque pervenerunt. Illic omnes introitus atque exitus civitatis explorantes, ſtudent quantis viribus poſſint quomodo opulentiſſimam urbem ſuæ prædæ ſubjiciant. Ad hoc naves paratas pene in portum advexerunt, ut univerſa ſpolia intromittentes, victum exinde ſibi in aliis regionibus propagarent. Coadunati igitur multi ex eis ſuper pontem *Londoniarum*, aliique ex parte adverſa civitatis ad portam quæ **Biſhopſgate** vocatur, terribiles inſultus faciunt, omnia ferro atque flamma conficientes, ut introitum aliquem inveniant. Videntur adhuc veſtigia maleficii eorum ſuper eundem pontem, conſumptis incendio omnibus illis domibus quæ inter pontem levabilem & portam exteriorem reſpicientem verſus magnam ſtratam de **Southwark**, ſumptuoſis impendiis fuerant ædificatæ. Deus autem nolens tam inclytam urbem, caput quidem totius Regni *Anglicani*, tam ſceleratorum manibus tradi in direptionem, dedit *Londonienſibus* cor validum ad reſiſtendum in die belli. Sed egregie cooperatus eſt huic actui ſubitus & inſperatus egreſſus *Antonii* Comitis de *Ripariis* de Turri *Londoniarum*. Ille enim cum ſuis equitibus in hoſtes, præfatam portam terribiliter aſſalientes, ad terga irruens, occaſionem *Londonienſibus* dederat, apertis januis manu ad manum cum hoſtibus decertandi; unde omnes & ſingulos neci atque fugæ viriliter deſtinarunt. Videres jam latronum ejuſmodi cunctas reliquias ad naves & alia latibula celerrime properare. Fuſis igitur atque ita fugatis perditis hominibus illis, gaviſi ſunt cives, hoſpites, & advenæ, atque omnes qui ad ipſum locum pro majori in hac tempeſtate tutela confugerunt. Acta ſunt hæc omnia menſe *Maii* paulo ante feſtum Aſcenſionis Dominicæ.

Inſultus Centenſium ad pontem Londoniarum.

Reditus Regis Edwardi triumphantis.

In vigilia autem ipſius feſti Rex *Edwardus* cum tertio Comitatu, majori aliquo præcedentium exercituum, *Londonias* ingreſſus, vexilla explicata ante ſe & omnem nobilitatem exercitus ſui portari fecit. Super quo multi in ſtuporem & admirationem verſi ſunt, videntes non ſupereſſe hoſtem, cum quo confligeret. Sed providus Princeps ſatis intelligens mutabilitatem vulgi *Centenſis*, ſtatuit non prius ſe arma deponere quam graſſatores hujuſmodi propriis eorum in laribus digno pro meritis afficiat ſupplicio. Hac itaque facie belli equitatum ſuum faciens in *Cantiam*, rediit præclariſſimus victor & Monarcha, cujus laudes de tam egregiis facinoribus, tam brevi, tam expedite peractis, ubique terrarum ſingulariter reſonabant.

Mors Regis Henrici.

Taceo, hoc temporum interſtitio, inventum eſſe corpus Regis *Henrici* in turri *Londoniarum* exanime: parcat Deus, & ſpatium pœnitentiæ ei donet, quicunque tam ſacrilegas manus in Chriſtum Domini auſus eſt immittere. Unde & agens, tyranni; patienſque, glorioſi martyris titulum mereatur. Oſtenſum eſt corpus per dies aliquot in Eccleſia ſancti *Pauli Londoniis*, atque abhinc per fluvium *Thamaſis* ad Eccleſiam conventualem Monachorum de **Cherteſey**, *Winton.* Diœceſi, quindecim ab urbe milliaribus, in quadam ad hoc cum luminaribus ſolenniter præparata barga, defertur humandum. Qui quidem quanti apud eum meriti pro vitæ innocentia, dilectione Dei & Eccleſiæ, patientia in adverſis, ac aliis egregiis virtutibus inventus ſit; teſtantur mirabilia quæ operatus eſt Deus ad preces eorum, qui ipſius implorant ſuffragia devoto corde.

Allatis itaque ad illuſtriſſimum Ducem *Burgundiæ* tantis Regalium victoriarum præconiis, quis eo lætior videri potuit? qui tunc cum communi adverſario Rege *Lodwico* bellum agens, ſuas egregie ex ſocialibus adjutis partibus juvandas partes dubitare nequivit. Quis triſtior *Lodwico*, de cujus ſolius aſtutia, tot toties domeſtici hoſtes in caput Regis *Edwardi*, nunc vero incaſſum, erecti ſunt. Mittuntur igitur legati quidam à Duce ad Regem, non tam Regiis fortunis congratulaturi, quam reducturi ad mentem Regis, quanta malignitate communis hoſtis in ſuam Serenitatem uſus eſt; ad-

moniturique

moniturique Majeſtatem ſuam, ut non tam pro ulciſcendis injuriis, quam ad vendicandum amiſſa in *Galliis* jura progenitorum ſuorum; præparamenta diſcenſus ſui in *Franciam* indies cogitet, faciat, & exequetur; habiturus profecto Ducem ſocium itineris in proſperis & adverſis. Capto ſuper tam ingenti oblatione diſerto conſilio, denique decretum eſt, ut Rex aliquem de ſuis mittat, qui mentem Ducis articularius intelligens, omnia Regi referat. 1471. *Edward.4. R.*

Miſſus eſt igitur unus ex conſiliariis Regis, Doctor in jure Canonico; miſſus eſt autem per *Boloniam*; *Caleſia* namque nondum ad obedientiam Regis redacta eſt: invenitque Ducem in quodam magno ac fortiſſimo oppido ſuper fluvium *Some* ſituato, quæ vocatur *Abbatis villa*, ſive *Abbevil*, in Comitatu de *Pontay*. Expletaque legatione rediit multo rogatu ſtipendiariorum per *Caleſiam*, quæ brevi poſt hæc, una cum omnibus Marchiis adjacentibus, pro Regiis votis *Willielmum* dominum de *Haſtyngys*, Regium Camerarium in generalem loci tenentem cum omni reverentia & ſubjectione admiſit. Per hanc brevem legationem jacta ſunt fundamenta maximorum conatuum de quibus infra dicetur, pro jure Regis in *Galliis* expetendo. His modis tranſacta eſt æſtas hujus anni undecimi Regis *Edwardi* quarti, qui fuit annus Domini milleſimus quadringenteſimus ſeptuageſimus primus. Et ventum eſt ad terminum *Michaelis*, ubi ſtatuto Parliamento multorum proſcriptiones & cetera plurima quæ ſingula deſcribere non eſt opus, acta ſunt. Duravit hoc Parliamentum ferme per biennium. *Ille qui hanc hiſtoriam compilavit.* *Reductio Caleſiæ.*

Libet inſerere turbationem ipſam quæ durante hoc termino *Michaelis*, inter dictos duos Reges germanos difficulter ſedanda contigerat. Nam poſtquam, ut præfertur, filius Regis *Henrici*, cui domina *Anna*, minor filia Comitis *Warwici* deſponſata fuit, in præfato bello de Tewkysbyry occubuit, *Richardus* Dux *Glouceſtriæ* ipſam *Annam* petiit ſibi dari in uxorem; quod quidem deſiderium non coveniebat votis fratris ſui Ducis *Clarentiæ*, qui ſeniorem ipſius Comitis filiam ante duxit: fecit igitur occultari puellam, ut ne à fratre ubi eſſet dignoſceretur, metuens diviſionem hæreditatis, quam ſibi ſoli ratione conjugis ſuæ applicari malluit, potius quam partitionem cum alio quovis inire. Verum aſtutia dicti Ducis *Glouceſtriæ* tantum prævaluit, quod filiam ipſam in habitu coquinario intra civitatem *Londoniarum* repertam, ad Sanctuarium beati *Martini* transferri fecerit. Quo facto, tantæ inter ipſos fratres diſcordiæ ſuſcitatæ ſunt, tot utrinque rationes acutiſſime allegatæ, in præſentia Regis ſedentis pro tribunali in camera conſilii, quod omnes circumſtantes mirabantur, etiam periti legum, eam rationis abundantiam ipſis Principibus in ſuis propriis cauſis adeſſe. Porro tres hi germani, Rex atque Duces, tam excellenti valebant ingenio, ut ſi diſcordare non potuiſſent, funiculus ille triplex difficillime rumperetur. Interveniente tandem utriuſque amantiſſimo fratre Rege *Edwardo*, & ne tantorum Principum diſcordia rebus *Gallicis* ſuo Regali propoſito impedimentum afferret, lis omnis ita ſopita eſt, ut conſtante matrimonio Ducis *Glouceſtriæ* cum *Anna* ſupradicta, haberet ille tot & tales terras de quibus per medium arbitrorum inter eos conventum eſt, omni reſiduo in poſſeſſione ipſius Ducis *Clarentiæ* remanente; quod parum aut nihil veræ dominæ & hæredi, Comitiſſæ *Warwici*, cui in vita tota ipſa *Warwicenſium* & *Diſpenſatorum* nobiliſſima hæreditas debebatur, ad ſuam diſpoſitionem relictum fuit. Tranſeo faciliter rem incurabilem ſine cura, & dimittens homines voluntarios voluntati; reſiduum hiſtoriæ quoad menti occurrit, libera voce, nullo ſcienter admixto mendacio, proſequi dignum duxi. *Diſſidium ſubortum inter fratres Regis.*

Durante hoc Parliamento (quod . . . . . . Cancellariorum varietati ſubnixum eſt: nam in principio erat *Robertus Bathonienſis*, qui nihil niſi per diſcipulum ſuum *Johannem Alkok Wigornienſem* Epiſcopum fecerat: ſecundo *Laurentius Dunelmenſis*, qui ſeipſum tœdio inextricabilis operis fatigavit: tertio *Thomas Lincolnienſis*, qui rem omnem ad finem uſque deduxit,) *Tres Cancellarii.* 1473.

1473. *Edward.4.R.* potiſſima ſtudia Regis conſiſtebant in animando Proceres atque populum ad bellum *Gallicanum*: qua in re multæ orationes elegantiſſimæ, tam domeſticæ quam forenſes, præſertim ex parte Ducis *Burgundiæ*, in facie ejuſdem Parliamenti recitatæ ſunt. Denique applaudentibus omnibus Regiis votis, ſuumque Regale propoſitum ſumme collaudantibus, conceſſæ ſunt decimæ ac quintedecimæ multiplices, ſeparatim ut res exigebat, in cœtibus Clericorum & Laicorum, habentium in faciendis conceſſionibus hujuſmodi intereſſe. Præterea hæreditarii ac poſſeſſionati omnes de rebus immobilibus decimam ſuarum poſſeſſionum partem libere concedebant. Cumque nec omnia prædicta tantis oneribus ſufficere viſa ſunt, inducta eſt nova & inaudita impoſitio muneris, ut per *benevolentiam* quilibet daret id quod vellet, imo verius quod nollet. Aſcendebant pecuniæ de tot & tantis conceſſionibus elevatæ ad eas ſummas quarum ſimiles neque antea viſæ, neque in futurum de veriſimili ſimul videndæ ſunt.

Novæ conceſſiones pro transfretatione Regis in Gallias.

Benevolentia nota bene.

Præterea ne conatus is Regius multiplici hoſtilitate impediretur, ſalubriter proviſum eſt ne *Scoti* remanerent hoſtes à tergo, neve homines de *Hanſa Teutonica*, qui jamdudum mare *Anglicorum* infeſtabant, non reconciliati noſtratibus, ſeſe naveſque ſuas adverſum nos admiſcerent. Pacantur igitur hæc duo climata noſtris viciniora, tranſmiſſa primum legatione in *Trajectum* per tres varias dietas, atque ultimo in *Scotiam*.

1474. Sequenti anno videlicet milleſimo .... Regni vero dicti Regis *Edwardi* decimo quarto, per menſes *Maii* & *Junii* Rex omnem armatam ſuam nobiliſſimo ac potentiſſimo apparatu *Caleſiam* uſque tranſvexit, ubi illuſtriſſimus Princeps *Carolus* Dux *Burgundiæ* cum paucis adveniens, de decurſu utriuſque exercitus Regii atque ſui, quoquam loco ſeſe aptius invicem conjungerent, cum Regio conſilio protenſam deliberationem habuit. Vidiſſes lætari aliquos noſtræ partis, qui domum libenter rebus infectis redirent, quaſi Dux fuiſſet in culpa, quia ſuos bellatores jam continuo promptos non haberet. Alii quorum ſanior mens erat, & qui potius gloriæ quam otio ſtuduerunt, arbitrati ſunt Ducem factum prudentis ac optime confidentis Principis in iſto ſuo facto perfeciſſe. Nam ut ille ſatis intellexerat, ſufficiebat ſolus exercitus Regis, ſi quid hoſtile incontinenti ingrueret, atque ita ſibi ſufficiebat, ut ſi homines illi eſſent ſui, majorem numerum non optaret ad conquærendum per medium *Franciæ* uſque ad portas urbis *Romæ*, ipſaque eadem verba publice locutus eſt. Adde quia ſi Ducis exercitus totus fuiſſet in viſu noſtratum, de veroſimili, primam inter ſeſe pro victualibus, hoſpitiis, aut ceteris indigentiis pugnam iniiſſent; qua re nulla potuiſſet communi hoſti gratior inveniri.

Transfretatia Regis & exercitus ſui.

Procedunt nihilominus [a] Princeps iter inſtitutum; cumque dietim vicinius ac vicinius hoſtium limitibus appropinquant, Duce viciſſim ad ſua oppida divertente, neſcio quomodo de tractatu pacis ineundæ motio ab hoſtibus ad nos pervenit. Neque ut aſſeruerunt, vilis aut noſtratibus dedecoroſa videri debet conditio appoſita, quæ inter multa alia ſui *Delphini* matrimonium cum dote ampliſſima pro Regis primogenita, tributumque annuum decem millium librarum eidem pro inſtituti belli impendiis exolvendum, una cum treugis ſeu judiciis ſeptem annorum, pollicetur atque offert. Refutante vero Duce Regi pacem cum adverſario intendenti morem gerere, qui ſolum cum eo pactus eſt, ut in communem hoſtem communis utriuſque potentia bellum continuaret, receſſit non contentus. Noſtri autem Comiſſarii pacem in forma & ad effectum præmiſſorum cum parte adverſa concludentes, referunt Regi & conſilio quæ geſta ſunt; quæ quidem multis ex cauſis reputata convenientia tempori, & conditionibus perſonarum; homines enim noſtri univerſa ſua ſtipendia conſumpſerunt, accepta ab omnibus & laudata, finem

Diſceſſio Ducis Caroli.

[a] Principes.

ei

ei bello fecerunt; quod incredibili ſumptu ac inauditis à ſeculo diligentiis atque induſtriis præparatum, nunquam ad initium poterat pervenire. 1477. *Edward.* 4. *R.*

Poſtea venerunt ambo Reges ad colloquium ob majorem eorum quæ inter ipſos concluſa ſunt firmitatem. Nullum enim genus fidei, pollicitationis, aut ſacramenti publici prætermiſſum eſt, quod libenter Rex ipſe *Lodovicus* non præſtaret ad executionem concluſorum. Rediit ergo dominus Rex verſus *Angliam* cum honorificis conditionibus pacis. Ita enim à ſuperioribus Regii exercitus reputabantur, quamvis nihil tam ſanctum aut decorum eſt, quod non male dicendo depravari poſſit. Cœperunt enim aliqui hoc factum ſtatim reprobare; ob quod dignas præſumtionis ſuæ pœnas dederunt. Alii ad furta & rapinas domum reverſi ſe contulerant, ita quia mercatoribus aut peregrinis nulla per *Angliam* ſecura via patebat. *Rex inita inter Reges.*

Coactus eſt igitur ipſemet dominus Rex Regnum ſuum una cum Juſtitiariis ſuis perluſtrare, nemini etiam domeſtico ſuo parcens, quo minus laqueo penderet, ſi in furto aut homicidio deprehenſus exiſteret. Qua rigoroſa juſtitia ubilibet emandata executioni, publica latrocinia jam diu poſtea quieverunt. Nam ſi providus Princeps talibus malorum principiis viriliter non reſtitiſſet, tantus creviſſet numerus populorum conquerentium ſuper male diſpenſatis Regni divitiis, ex abraſo de omnium ſcriniis tanto theſauro tam inutiliter conſumto, ut neſciretur quorum conſiliariorum capita incolumia remanerent; eorum præſertim qui familiaritate muneribuſve *Gallici* Regis inducti, pacem modis ſupradictis initam perſuaſiſſent. *Severitas Juſtitiæ Regis.*

Non eſt dubitandum, perplexitatem hujus caſus altiſſime in corde Regis reſediſſe, ſeſeque non ignorare conditiones populi ſui, quamque leviter trahi poſſent, ſi Capitaneum invenerint, ad inſurrectiones & novitates inducendas. Videns igitur ſe jam deveniſſe ad hos terminos, ut amodo in neceſſitatibus ſubſidia populi *Anglicani* non auſit exigere; quodque ob defectum pecuniarum (id enim veriſſimum erat) profectio iſta *Gallicana* tam brevi tempore in nihilum venit: jactavit omnem cogitatum ſuum, quomodo de propria ſubſtantia propriaque induſtria ſua, theſauros Regio ſtatu dignos in futurum recolligat. Statuto igitur Parliamento, omne ferme patrimonium Regale, cuicunque ante collatum fuiſſet, ipſe reſumens, ſupportandis Coronæ oneribus id totum applicat. Theoloneorum ſuperviſores exquiſitiſſimos homines, mercatoribus, ut fama tulit, nimis duros, per ſingulos Regni portus præfecit. Ipſeque idem Rex comparatis navibus onerariis, ſubtiliſſimiſque lanis, pannis, ſtagno & aliis commoditatibus Regni intromiſſis, quaſi unus hominum viventium per mercaturam, merces pro mercibus, tam apud *Italos* quam *Græcos*, per ſuos factores commutat. Vacantium Prælaturarum proventus qui ſecundum Magnam Chartam vendi non poſſunt pro ſumma per eum inſtituta, nec aliter ullo pacto de manibus ſuis liberat. Scrutatur Regiſtra rotuloſque Cancellariæ, & ab his, quoſcunque ſe hæreditatibus intruſiſſe abſque proſecutione in forma juris requiſita, comperit, pro interim perceptis graves redemtiones exigit. Hæc & ſimilia plura quam ab homine inexperto excogitari poſſunt, aucupii genera; Addito tributo annuo decem millium librarum debitarum ex *Galliis*, unaque cum frequentibus Decimis Eccleſiarum à quibus Prælati & Clerici excuſari non poterant; paucis ſubſecutis annis locupletiſſimum ipſum Principem effecerunt; ita ut in comparandis vaſis aureis & argenteis, tapiſſeriis, ornamentis tam Regalibus quam Eccleſiarum pretioſiſſimis, Caſtrorum, Collegiorum, & aliorum locorum inſignium ædificationibus, terrarum & poſſeſſionum perquiſitionibus novis, nullus anteceſſorum ſuorum ejus egregia facinora æquare potuerit. *Reſumptio facta in Parliamento.* *Practica Regis pro adquirendis divitiis.*

Interea

1477. Edward. 4. R.

Interea & dum in cumulandis tantis divitiis Rex aliquot annis, ut præmiſimus, intentus fuit; magnam earum portionem in repetitis ſolenniſſimis genitoris ſui *Richardi* Ducis quondam *Eboraci* funerabilibus expendebat. Ad memoriam namque reducens ſapientiſſimus Rex humilem nimis locum ſepulturæ in domo fratrum Mendicantium villæ *Pontisfracti* exiſtere, ubi corpus tanti Principis in ea qua occubuit turbatione humatum eſt: tranſtulit tam oſſa Patris, quam fratris ſui *Edmundi* Comitis *Rutlandiæ*, ad illud inſigne Collegium **Fodringame** in *Lincolnienſi* Diœceſi conſtitutum, ſub utraque, Eccleſiaſtica Prælatorum, & mundana Dominorum & Procerum, pompa excellenti & admiranda. Perfecta eſt hæc ſolennitas per nonnullos dies menſis *Julii*, anno ejuſdem Regis decimo ſexto, qui fuit annus Domini Milleſimus quadringenteſimus ſeptuageſimus ſextus.

Repetita funerabilia Ducis Eboraci.

Obitus & merita Johannis Wysbech Abb. Croylandiæ.

Quo anno præfatus *Johannes Wysbech*, qui Monaſterio *Croylandiæ* ferme per ſeptennium laudabiliter præfuit, decimo nono die *Novembris* viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. Libet hujus venerabilis patris præclaros quoſdam, à tempore ſuſcepti regiminis Paſtoralis, actus ad memoriam & exemplum poſterorum referre. Primus enim ejus poſt ſuſceptam Abbatis dignitatem actus is erat; fecit namque reædificari Capellam ſanctæ *Pegæ*, de **Paylond** vulgariter nuncupatam, quæ per multos ante annos ſolo æquata jacebat; prudenter animadvertens locum illum Evangelicum, *Primum quærite Regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis.* Magnumque ornamentum officiis Divinis præſtitit, tam organa antiqua debite reparando quam procurando nova. Ædificia vero egregia tam infra ſitum Abbathiæ quam extra, plurima de novo inchoavit; & non tam ipſa, quam cetera omnia per prædeceſſorem ſuum inchoata, diligenter perfecit. Inter quæ ſupereminent univerſis ad decus & gloriam Curiæ Abbatialis, Cameræ illæ ſolennes inter occiduam partem Eccleſiæ & Eleemoſynariam, per Abbatem *Lytlyngton* incœptæ, ſed ingentibus poſtea hujus Patris ſumtibus conſummatæ. Fecit quoque fieri granarium ipſum magnum quod prope piſtrinum ſituatum eſt. Quatuorque prope clauſtrum pro officiariis Abbatis, ex cavernis obſcuris lucidas cameras fieri fecit; atque quod nullo modo prætermitti debet pto Scholaribus hujus loci deſtinandis *Cantabrigiam*, in Collegio Monachorum *Bokynghamiæ* cameras ad quieſcendum & ſtudendum convenientes erexit. Ejus induſtria & tractatu benigno, villæ illud ſervitium, ne homagium dicam, de quatuor petris ceræ, ratione cujuſdam finis, Monaſterio de *Burgo* annuatim in die ſancti *Petri* ſolvi conſuetum; ut inter fratres utriuſque Monaſterii ſincerior de cætero charitas initiatur, in penſionem viginti ſolidorum commutavit. Hic eſt qui prior omnium venuſtam illam conſuetudinem, ſive potius corruptelam, de dando ſingulis adventantibus in die ſancti *Bartholomæi* cultellos, ſagaciter abrogavit. Unde tam Abbates quam Conventus à magnis & ſuperfluis ſumtibus pro perpetuo ſe gaudent liberari. Obtinuit inſuper bullam diſpenſationis à Papa, de eſu carnium in Septuageſima. Vir in omnibus factis ſuis eximiæ per omnia pietatis, tam erga fratres ſuos, quam ſimarios & tenentes loci. Accidit in diebus ſuis ignis infortunium in villa *Croylandiæ*; unde licet proventus hujus Monaſterii decreverunt ad ſummam viginti marcarum per annum; ille tamen pius Pater compaſſionis viſcera erga pauperes ſuos tenentes gerens, diverſas pecuniarum ſummas damnificatis eiſdem, ut animum habeant reædificandi, gratioſa largitate diſtribuit: feciſſetque ille reædificationes ſpectantes Monaſterio: ſi diutius vitam protraxiſſet. Obiit ergo, ut præfertur, dicto decimo nono die *Novembris*, anno decimo ſexto Regis *Edwardi*.

Reædificatio Capellæ ſanctæ Pegæ de Paylond.

Quatuor petræ Ceræ ſolutæ Monaſterio Burgi.

Infortunium ignis.

1476.

Electio Richardi Croyland in Abbatem Croylandiæ.

In cujus locum per Canonicam electionem ſubſtitutus eſt frater *Ricardus Croyland*, in ſacra Theologia Baccalaureus, decimo ſeptimo die *Decembris* anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, & anno Regis ſupradicto, antea ejuſdem Monaſterii Seneſcallus; de cujus vita

vita & fortunis aliqua ſcribens, cum ad annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum tertium calamum divertens. 1476. Edward. 4. R.

Redeundo ad hiſtoriam Regni, & ad memoriam reducentes quanta pace & gloria Rex *Edwardus* effulſit, poſtquam ex tributo *Gallico* cæteriſque prærecitatis innumerum ſibi theſaurum congeſſit; ſubjiciamus id quod veriſſimum fuit. Nam hanc providiſſimi Regis gloriam plurimum deturbavit nova ſimultas inter eum & fratrem ſuum Ducem *Clarentiæ* ſucceſſive ſuboriens. Viſus eſt enim Dux ille paulatim magis & magis à Regis præſentia ſe ſubtrahere, in conſilio vix verbum proferre, neque libenter manducare aut bibere in domo Regis. Hanc priſtinæ familiaritatis alienationem multi putabant ideo cor Ducis tetigiſſe, quod occaſione reſumtionis illius generalis quam Rex dudum in Parliamento fecerat, Dux ipſe honorabile illud dominium de **Tutbury**, ac alias terras quam plurimas, quas ex Regia conceſſione prius obtinuerat, amiſit. *Turbatio inter Regem & Ducem Clarentiæ fratrem ſuum.*

Interea Dux *Burgundiæ Carolus* poſtquam ita ut præmittitur diſcedens à Rege totam *Lotharingiam* ſibi armis ſubjugaverat, nimis animoſe, ne temerarie dicam, ultra progreſſus, tertio quod cum .... hodie communiter appellatis, bellum egit in ipſo *Epiphaniarum* die, patulo campo victus occubuit, anno Domini ſecundum computationem Romanam milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Quam hiſtoriam peregrinam ideo hoc loco inſerui, quoniam divulgato poſt mortem ipſius *Caroli* quod domina *Margareta* Duciſſa ejus relicta, cujus animus fratri ſuo *Clarentiæ* ſupra omnem aliam parentelam afficiebatur, omnes vires & omnia ſtudia ſua interponit, ut *Maria* unica filia & hæres dicti defuncti *Caroli* Ducis, Duci *Clarentiæ*, cujus uxor nuper obiit, matrimonio jungatur. Diſplicuit Regi tanta futura exaltatio fratris ingrati. Unde impedimenta quæ poterat interjecit, ne matrimonium prolocutum ejuſmodi ullum ſortiretur effectum; ſed magis favit, ut *Maximiliano* filio imperatoris, ſicut poſtea accidit, ipſa hæres conjux daretur. 1476,7. *Nex Ducis Caroli.*

Aucta eſt igitur eo magis fortaſſis indignatio Ducis. Jamque alter alterum non ſatis fraternis oculis reſpicere cœpit. Videres intercurrere, ſicut in omnium Principum Curiis tales homines inveniuntur, ex unis & alteris partibus adulatores, qui verba amborum fratrum, etiamſi in ſecretiſſimo conclavi prolata eſſent, hinc atque inde ferrent atque referrent. Captivatio autem ipſius Ducis qua ad reſpondendum ſibi objectis cogeretur, his modis intervenit. Quidam Magiſter *Johannes Stacy*, dictus Aſtronomus, cum etiam magnus Necromanticus extiterat, [a] conſideratus cum quodam *Burdet* Armigero uno familiarium ejuſdem Ducis, in multis accuſatus, quia imagines plumbeas, atq; alia finxiſſet in exterminium *Ricardi* Domini de *Beauchamp* ad requiſitionem adulteræ conjugis ſuæ, acerrimo examine ſuper exercitio damnatæ artis hujuſmodi quæſtionatus, confeſſus eſt plurima tam contra ſeipſum quam adverſus dictum [b] *Thomam*. Unde & ipſe *Thomas* ſimul capitur. Et tandem apud *Weſtmonaſterium* in Banco Domini Regis, aſſidentibus una cum Juſtitiariis pene omnibus dominis Temporalibus Regni, ſuper utrumque capitale judicium promulgatur. Trahuntur ad furcas **Tiburne**, & permiſſi breviter loqui quod vellent ante mortem; declararunt innocentias ſuas: *Stacy* quidem tenuiter, *Burdet* vero magno ſpiritu & verbis multis, tanquam finaliter cum *Suſanna* diceret, *Ecce morior, cum nihil horum fecerim.* *Stacy & Burdet.*

Die ſequente venit Dux *Clarentiæ* ad cameram Conſilii apud *Weſtmonaſterium*, afferens ſecum famoſum Doctorem ordinis Minorum, M. *Willielmum Godard*, ut confeſſionem & declarationem innocentiæ ſupradictæ coram dominis in eodem conſilio congregatis recitaret; quod & fecit, atque receſſit. Rex hoc tempore fuit apud *Windeſoriam*. Cui poſtquam hæc res

[a] Confœderatus. [b] Sc. Burdet.

 innotuit,

1477. *Edward.4 R.* innotuit, valde factum ipſum diſplicuit; & mente recolligens informationes, quas diu ſervavit in pectore, factas ſibi adverſus fratrem ſuum; ſummonito Duce ad comparendum certo die in palatio Regio *Weſtmonaſterii*, præſentibus Majore & Aldermannis Civitatis *Londoniarum*, cœpit Rex ore ſuo inter alia factum Ducis prælibatum, quaſi legis Regni reprobativum, periculoſumque nimis Judicibus & Juratis Regni vehementiſſime aggravare. Quid plura? Poſitus eſt Dux ſub cuſtodia, & ab eo die uſque ad mortem non eſt inventus liber.

Quæ autem in Parliamento proximo ſecuta ſunt, mens refugit enarrare: tam triſtis viſa eſt diſceptatio ea habita inter duos tantæ humanitatis germanos. Nam nemo arguit contra Ducem, niſi Rex; nemo reſpondit Regi, niſi Dux. Introducti autem erant nonnulli, de quibus à multis valde dubitabatur an accuſatorum an teſtium officiis functi ſunt. Utraque enim officia ſimul in eadem cauſa eiſdem perſonis non congruunt. Diluit omnia objecta Dux ille per inficiationem, offerens ſi exaudiri poſſet, manuali defenſione tueri cauſam ſuam. Quid multis immoror? Parliamentales reputantes auditas informationes ſufficere, formarunt in eum ſententiam damnationis, quæ ab ore *Henrici* Ducis *Bukynghamiæ*, pro tempore noviter creati *Angliæ* Seneſcalli, prolata eſt. Dilata eſt poſtea diu executio, quoad uſq; Prolocutor communitatis in ſuperiorem Cameram cum ſociis ſuis adveniens, novam ejus conficiendæ rei requiſitionem fecerat: & conſequenter infra paucos dies factum eſt id qualecunque erat genus ſupplicii ſecrete *Nex Ducis Clarentiæ.* infra Turrim *Londoniarum* (utinam finis mali) anno Domini milleſimo 1478. quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo, Regni vero Regis *Edwardi* decimo octavo.

Ab hoc actu multi Regem *Edwardum* perſuaſum relinquebant, quod ad libitum dominari poſſet ſuper totum Regnum, exterminatis nunc idolis univerſis, in quorum facies popularium oculi novarum ſemper rerum cupidi, tranſactis temporibus reſpicere conſueverunt. Idola hujuſmodi reputarunt Comitem *Warwici*, Ducem *Clarentiæ*, & ſi quis alius eſſet major in Regno, à Regia familiaritate ſe ſubtrahens. Rex autem, licet intra ſe (uti arbitror,) ſæpiſſime pœnitens facti, ita magnifice tamen de cetero fecit officium ſuum, ut ab omnibus incolis formidari, neminem ille metu- *Ecce cautelam Regis.* ere videretur. Diſtributis namque in omnes partes Regni, ad caſtrorum, maneriorium, foreſtarium, & parcorum cuſtodias, fiducialioribus ſervitoribus ſuis, nihil ab ullo homine quantumcunque excellenti tam ſubdole in aliqua parte Regni poterat attemtari, cui ſtatim in faciem reſtitum non fuiſſet.

Incipiunt vacillare res Gallicæ erga Angliam. Hac tempeſtate, & fere biennio ante mortem Regis, Rex *Lodovicus* promiſſiones ſuas, quas de treugis & tributo ante fecerat, male ſervavit, ſerviens tempori, quod à metu *Anglicorum* ipſum liberaverat. Poſt conventionem namque notam cum *Flandrenſibus*, per quam filia *Maximiliani* Ducis data eſt *Delphino* futura conjux: fraudatus eſt Rex unius anni tributo, atque interim cœperunt accidere captiones navium & perſonarum utriuſque Regni. *Scoti* inſuper his turbinibus & *Anglorum Francorumque*, quibus ab ævo fœderati exiſtunt, animati, tricennales quas cum eis contraximus treugas, impudenter infringunt; eo non obſtante, quod pro matrimonio *Ceciliæ* unius filiarum Regis primogenito Regis *Scotorum* antea ſolenni legatione promiſſæ, Rex *Edwardus* mille marcas annuas pro *Bellum Scotis indictum.* dote jam diu perſolviſſet. Indicitur ergo ab *Edwardo Scotis* tremendum & exitiale bellum, ſub præfecto totius exercitus *Richardo* Duce *Glouceſtriæ*, Regis germano.

Quid autem ille in ea profectione profecerit, quantas pecunias, iterato ſub titulo *benevolentiæ* extortas, inaniter conſumſerit; exitus ipſius rei ſatis demonſtravit. Nam ſine ulla reſiſtentia cum univerſo exercitu veniens uſque *Edingburgam*, ditiſſimum oppidum dimittens incolume, rediit

diit per *Berwicum*: villa namque ipſa in primo patriæ introitu capta fuit: 1479.
ac caſtrum quod diutius tenuit, tandem non ſine cæde & ſanguine in *Edward. 4. R.*
Anglicorum poteſtatem venit. Parva hæc, neſcio an verius dicam adqui- *Reconquæſtus*
ſitio, ſeu perditio, (abſorbet enim annuatim cuſtodia *Berwici* decies mille *Berwici.*
marcas) diminuebat hoc tempore de ſubſtantia Regis & Regni plus quam
centum millia librarum. Doluit Rex *Edwardus* frivolum tantarum exi-
tum expenſarum; tametſi dolorem ipſum tantiſper alleviaverit recupe-
ratio *Berwici* ſupradicti. Hæc ſunt quæ in *Scotia* Dux ille confecerat per
eam æſtatem quæ accidit anno Domini milleſimo quadringenteſimo 1482.
octogeſimo ſecundo, qui fuit annus Regni Regis *Edwardi* viceſimus ſe-
cundus.

Sequentia feſta Natalia tenuit Rex *Edwardus* apud palatium ſuum
Weſtmonaſterii, indutus ſæpiſſime precioſiſſimarum varietate veſtium, longe
alterius formæ quam temporibus noſtris antea videri conſuevit. Nam
manicæ togarum erant pendentes ampliſſimæ, in modum flocci monacha-
lis, atque intus ita ſumtuoſiſſimis foderaturis duplicatæ, ut revolutæ ſu-
per humeros, Principem illum (qui ut erat elegantiſſimæ ſtaturæ, præ-
eminebat univerſis) quaſi novum ac ſingulare intuentibus ſpectaculum ex-
hiberent. Videres diebus illis Regiam Curiam non aliam quam quæ ex-
cellentiſſimum Regnum deceat, repletam divitiis, omnium pene natio-
num hominibus; & quo tranſcendit univerſa, ſpecioſis ac dulciſſimis libe-
ris ex antedicto matrimonio cum *Elizabeth* Regina procreatis; decem e-
nim liberos habuerunt, ex quibus, poſt trium deceſſum, ſeptem hoc tem-
pore ſupererant: quorum duo maſculi, *Edwardus* videlicet Princeps *Wal-*
liæ, ac *Richardus* Dux *Eboraci* & *Norfolchiæ*, pubertatis annos nondum at- *Nomina libe-*
tigerant. Quinque autem virgines pulcherrimæ filiæ hoc ætatum ſuarum *rorum Regis*
ordine nominantur: prima *Elizabeth*, ſecunda *Cecilia*, tertia *Anna*, quarta *Edwardi.*
Katherina, quinta *Dorothea*. Et licet pro ſingulis iſtarum filiarum matri-
moniis, ſolennes legationes promiſſioneſque in fide & verbis Principum,
ſubque conventionalibus literis in optima forma confectis, ſuperioribus
annis fuerant expeditæ; non eſt creditum tamen hoc tempore, aliquod
unum prælocutorum matrimoniorum debere ſubſiſtere: ita quidem rebus
Gallicanis, Scoticanis, Burgundiæ, & *Hiſpanis* erga *Angliam* vacillantibus,
omnia mutabilitati ſubjecta erant.

Videns igitur animoſus Princeps, nimiſque anxie dolens ſe per Regem
Lodowicum finaliter jam illudi, qui non tam promiſſum tributum ſubtra-
hit, quam *Delphini* ſui matrimonium pro dicta Regis primogenita ſo-
lenniter inſtitutum negat; qui *Scotis* ut inducias rumperent, ut noſtræ *Ce-*
ciliæ connubium ſpernant, favit; qui partes Ducis *Auſtriæ*, Regis amici,
Gandenſilibus fœderatus, omnium conatu diſturbat; ac alia quæcunque
malignitatis genera quibus hoc Regnum adnihilet, mari terriſque omnibus,
ſingularibus aſtutiis ſuis attemtat. Cogitat Rex aliquam fidens dederit,
rem ulciſci. Vocatoque iterum Parliamento, totam tantarum rerum
fraudium ſeriem aperit; animos omnium, quotieſcunque rerum ac tem-
porum oportunitas id indulſerit, ad aſſiſtendum ſibi ultori conciliat. Ni-
hil adhuc tamen à Communitate ſubſidii pecuniarii expetere auſus, erga
Prælatos neceſſitates ſuas non diſſimulat, blande exigendo ab eis præ mani- *Exitium ma-*
bus, Decimas quæ proximo concedentur; quaſi ſemel comparentibus *lum pro Ec-*
Prælatis & Clero in eorum Convocatione, quicquid Rex petit, id fieri *cleſia.*
debeat. O ſervile pernicioſum exitium Eccleſiæ! avertat Deus ab omni-
um Regum ſuccedentium animis, factum ejuſmodi in ullam trahere con-
ſequentiam; ne forſan ipſis ea mala, ſive deteriora, excogitari poſſint,
eveniant, quæ mox huic Regi & ſuæ clariſſimæ poſteritati miſerabiliter e-
venerunt.

Brevi enim poſt hæc omnia ita, ut præmittitur, expedita, diſſolutoque
Parliamento; cum Rex ille neque ſenio, neque quovis intellecto certo

1483. Edward. 4. R. genere morbi, cujus cura in minori perſona facilis non videretur, affectus eſſet; decidit in lectum, circiter feſtum *Paſchæ*, ac nono die *Aprilis* Creatori ſuo ſpiritum reddidit, apud Palatium ſuum *Weſtmonaſterii*, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octageſimo tertio, & anno Regni ſui viceſimo tertio.

Is Princeps licet diebus ſuis cupiditatibus & luxui nimis intemperanter indulſiſſe credatur, in fide tamen Catholicus ſumme, hæreticorum ſeveriſſimus hoſtis, ſapientium & Doctorum hominum Clericorumque promotor amantiſſimus; ſacramentorum Eccleſiæ devotiſſimus venerator; peccatorumque ſuorum omnium pœnitentiſſimus fuit. Teſtantur id qui affuerunt tempore deceſſus ſui; quibus maxime his quos relinquebat executores ſuæ ultimæ voluntatis, modo ſingulari & Catholico declarabat, eam ſibi mentem eſſe, ut ex bonis mobilibus quæ ſuperabundanter poſt ſe dimiſerat, omnibus hominibus quibus aliquo ex contractu, fraude, extorſione, ſeu alia quavis cauſa debitor erat, integre, aut cum eorum voluntaria & inextorta compoſitione, ſatisfieret. Is erat optimus hujus mundani Principis finis. Quo melior nunquam poſt tantam humanæ conditionis fragilitatem, poterat excogitari. Unde omnibus fidelibus ſuis firma ſpes data erat, quod ille æterno retributionis præmio non fraudaretur. Poſtquam enim more *Zachei* expreſſerat animum ſuum eum eſſe, ut quaſi dimidium bonorum ſuorum pauperibus dari vellet, & ſi aliquem defraudaret, potius reddi quadruplum *** .... hac nimirum certa intentione huic domui animæ ſuæ ſalus facta eſt, eo quod ipſe ſit filius *Abrahæ*, prædeſtinatus ad lucem quam olim *Abrahæ* promiſerat Deus & ſemini ejus. Non enim legitur quod ad opera illius *Zachei Chriſtus* reſpexerat, ſed ad mentem. Illi fortaſſis illud ſuum propoſitum, cum tunc æger non eſſet, poſtea executus eſt. Ille ſuæ optimæ intentionis mercede dignus, ſtatim raptus eſt, ne ſuperveniens malitia mutaret intellectum illius. Taceo quod ſupra aptiori in loco dictum fuiſſet, miratos fuiſſe homines cujuſcunque ſtatus, conditionis, & experientiæ Regni; potuiſſe in homine tam corpulento, tantis ſodalitiis, vanitatibus, crapulis, luxui, & cupiditatibus dedito, tantam omnium rerum memoriam eſſe ut omnium pene hominum per Comitatus Regni diſperſorum, ſi in patriis ubi degebant etiam in conditione Valecti alicujus [a] compoti erant, nomina & fortunæ ſibi tanquam eos quotidie proſpicienti innoteſcerent. Teſtamentum ampliſſimum longe ante ægritudinem ſuam ut cui ſatis divitiarum ſuppetebat ad explendum, matura deliberatione multis deſignatis ſuæ voluntatis executoribus fecit. In morte codicillos nonnullos adjecit; cujus omnis tam ſagax diſpoſitio quam miſerum & infelicem exitum ſortita fuit, ſequens tragœdia declarabit.

Dum enim Conſiliarii Regis defuncti, tunc aſſiſtentes Reginæ apud *Weſtmonaſterium*, diem certum præſtitiſſent, quo primogenitus Regis *Edwardus*, qui iis diebus in *Wallia* erat, ad inſignia Coronationis ſuæ recipienda properaret *Londonias*; inter aliquos varie certatum eſt, qualis hominum numerus huic novello Principi in faciendo itinere hujuſmodi ſufficere crederetur: aliis majorem, aliis minorem limitantibus: aliis vero relinquentibus arbitrio ejus qui legibus ſolutus eſt, quantumlibet fideles ſui numerum vocare voluiſſent. Differentiæ autem hujuſmodi occaſio idem erat. Omnes autem qui aderant ſumme cupiebant Principem iſtum genitori ſuo in omnia gloria ſuccedere. Regimen tamen circa juvenilem perſonam ſuam uſquequo ad ætatem provectam perveniſſet, Avunculis & fratribus ex ſanguine matris, prudentiores de Conſilio cenſebant penitus interdicendum. Quod quidem facile non potuiſſe fieri putabunt, ſi illis de ſanguine Reginæ qui apud Principem potiores erant liceret ſine moderato equitum numero perſonam ejus ad coronationis hujuſmodi feſta deducere. Valuit & prævaluit *** .... de *Haſtings*, Capitanei *Caleſiæ*,

leſiæ, qui fugam ſuam illorſum potius proteſtabatur, quam expectare adventum novi Regis, ſi non veniret cum moderaro numero. Metuebat enim ne, ſi ſuprema poteſtas ad eorum de ſanguine Reginæ manus accederet, ipſi prætenſas in eos ab illo Domino illatas injurias jam acerrime vindicarent. Duravit enim jamdiu malevolentia grandis inter ipſum Dominum de *Haſtyngs* atque eos. Benigniſſima autem Regina cupiens omnem murmuris & turbationis ſcintillam extinguere; ſcribit filio ſuo ut in veniendo *Londonias* numerum duorum millium hominum non excedat. Placuit is numerus præfato Domino. Satis enim conſtabat ſibi, ut videtur, quod Ducis *Glouceſtriæ* [&] *Bukynghamiæ*, in quibus maxime confidebat, non minorem ſecum numerum afferrent. 1483. *Henric. 6. R.*

Rex Edwardus ſepelitur apud Windeſore.

Corpore igitur Regis defuncti in nova Capella Collegiata de *Windeſore*, quam ipſe ſolenni opere è fundamentis extruxerat, honorifice prout decuit Eccleſiaſticæ tradito ſepulturæ; expectabant omnes deſideratiſſimi diem Coronationis novelli Regis, viz. primam diem Dominicam menſis *Maii*, accidentem ex anno quarto die ejuſdem menſis. Interea ſcribit Dux *Glocestriæ* ad conſolationem Reginæ dulciſſimas literas; promittit adventum, obſequium, fidelitatem, & omne debitum ſuum Regi & domino ſuo *Edwardo* quinto, fratris ſui defuncti Regis atque ipſius Reginæ primogenito. Veniens itaque *Eboracum* cum decenti familia, ſingulis veſte lugubri indutis, ſolennes atque lachrymis plenas Regis exequias facit. Omnem Nobilitatem illarum partium ad fidelitatem filii Regis ſacramentis conſtringens: ipſe prior omnium jurat. Cumque *Northamptoniam*, ubi Dux *Bukynghamiæ* ſeſe ei aſſociavit, applicuit; venerunt illuc præſtaturi ſibi reverentiam *Antonius* Comes de *Riparis* avunculus Regis, & *Richardus Grey* generoſiſſimus Miles, ejuſdem Regis frater uterinus, atque alii miſſi à Rege nepote, ut omnia agenda arbitrio patrui ſui Ducis *Glouceſtriæ* ſubmitterent. Recepti ſunt in primo adventu, jocundo nimis atque hilari vultu: ſedenteſque ad cœnam in menſa apud Ducem, omne id temporis gratioſis valde colloquiis tranſegerunt. Tandem pariter illic applicuit *Henricus* Dux *Bukinghamiæ*, & quia ſero erat, ſinguli ad ſua hoſpitia declinabant.

Captio conſanguineorum Regis Edwardi 5.

Mane autem facto, & peſſimo, ut poſtea viſum eſt, hac nocte capto conſilio, egreſſi ſunt omnes domini ſimul, ut novi Regis præſentiæ apud **Stone-Stratford**, villam paucis miliaribus à *Northamptoniæ* diſtantem, ſe repræſentarent. Et ecce Duces illi ambo cum pene accederent ad introitum ejuſdem villæ, dictum Comitem de *Riparis*, & *Richardum* nepotem ſuum, fratrem Regis, ac quoſdam alios qui venerunt cum eis, Areſtantes, juſſerunt captivos in partes Boreales adduci. Et confeſtim, hac re nihil apud proximam villam ubi Rex erat intellecta, in locum ubi tenellus Rex accepit hoſpitium ſuum ſubito irruentes, nonnullos alios ſervientes ſuo lateri aſſiſtentes ſimiliter captivarunt. Inter quos unus erat *Thomas Vaghan*, Miles ſenilis ætatis, Camerarius Principis antedicti. Dux tamen ille *Glocestriæ*, qui hujus factionis Princeps erat, nihil reverentiæ quod capitis nudatio, genuflectio, aliuſve quilibet corporis habitus in ſubdito exigit, dicto nepoti ſuo Regi facere diſtulit aut recuſavit. Tantum dicebat ſe proſpicere tutelæ corporis ſui, cum certo ſciebat hujuſcemodi homines aſſiſtere lateri Regis, qui in honoris vitæque ſuæ exterminium conjurarunt. His dictis, fecit publice proclamari, ut omnes familiares Regis ſeſe incontinenti à villa ſubtraherent, & quod non accedant prope loca ad quæ Rex ſe diverteret, ſub pœna mortis. Hæc acta ſunt apud **Stone-ſtratford** die *Mercurii*, ultimo die *Aprilis*, anno quo obiit Rex pater ſupradicto.

Proclamatio ut ſervitores tenelli Regis recedant.

Regina intrat ſanctuarium.

Nocte ſequenti perlatis his rumoribus uſque *Londonias*, Regina *Elizabeth* ſe tranſtulit infra ſanctuarium *Weſtmonaſterii*, cum omnibus liberis ſuis. Vidiſſes eo mane fautores unius & alterius partis alios vere, alios diſſimu-

1483. Edward. 5. R. lanter, propter eventus dubios, his aut illis partibus adhærentes. Nam aliqui apud *Weſtmonaſterium* ſub titulo Reginæ, alii apud *Londonias* ſub umbra domini de *Haſtyngs*, ſocietates ſuas congregaverunt & tenuerunt.

Rex Juvenis deducitur Londonias. Paucis exinde elapſis diebus, Duces antedicti Regem iſtum novellum uſque *Londonias* more Regali recipiendum deduxerunt; locanteſque eum in palatio Epiſcopi apud ſanctum *Paulam*, coegerunt omnes Dominos ſpirituales & temporales, Majoremque ac Aldermannos Civitatis *Londoniarum*, eidem Regi fidelitatis juramentum præſtare. Quod tanquam optimum futuræ proſperitatis præſagium, glorianter atque libentiſſime ab omnibus factum eſt. Inchoatoque ibidem & aliquot diebus obſervato conſilio, cum de remotione Regis ad aliquem alium laxiorem locum ſermo in Senatu fieret; aliis domum ſancti *Johannis*, aliis *Weſtmonaſterium*, Duce *Bukynghamiæ* nominante Turrim *Londoniarum*; in ejus ſententiam ab omnibus, etiam qui id nolebant, verbis itum eſt. Accepitque dictus *Richardus* Dux *Gloceſtriæ* illum ſolennem magiſtratum, qui Duci *Humfrido Gloceſtriæ*, ſtante minore ætate Regis *Henrici*, ut Regni Protector appellaretur, olim contingebat. *Dux Gloceſtriæ factus eſt Protector.* Ea igitur auctoritate uſus eſt, de conſenſu & beneplacito omnium dominorum, præcipiens & prohibens in omnibus tanquam alter Rex, prout caſus exigebant. Statutoque feſto nativitatis ſancti *Johannis* Baptiſtæ pro die certo in quo coronatio prædicti Regis infallibiliter perficeretur, *Statuitur dies Coronationis.* ſperabant & expectabant univerſi pacem & proſperitatem Regni. Maximum autem quod dubietatis ſcrupulum ingerebat, erat detentio conſanguineorum & ſervientium Regis in carcere; & quod dictus Protector non ſatis humaniter reſpiciebat honori & ſecuritati Reginæ.

Vana lætitia Domini de Haſtyngs. Dominus autem de *Haſtyngs*, qui Ducibus iſtis modis omnibus deſervire, atque eorum ſingulares favores promeruiſſe viſus eſt; prorumpens in lætitiam ex novitate hujus mundi dicebat nihil aliud hactenus actum, in tranſlatum regimen Regni à duobus de ſanguine Reginæ ad duos nobiliores Regii ſanguinis. Idque confectum ſine ulla cæde, nec tantum cruoris pro ipſa re effuſum, quantum ex fiſſuræ unius digiti erupiſſet. Sed pauculis poſt hæc verba elapſis diebus, extrema hujus gaudii luctus occupavit. Nam pridie per Protectorem ſingulari aſtutia diviſo conſilio ut pars apud *Weſtmonaſterium*, pars in Turri *Londoniarum*, ubi Rex erat, mane Conventum faceret. *Decapitatio Domini de Haſtyngs.* Dominus ille de *Haſtyngs*, decimo tertio die menſis *Junii* feria ſexta, veniens in Turrim ad conſilium, juſſu Protectoris capite truncatus eſt. Duoque Prælati majores Archiepiſcopus *Eboracenſis Thomas*, & *Johannes Elienſis* Epiſcopus, pro reverentia ordinis à capitali ſupplicio abſoluti, *Captivatio prælatorum.* Captivi ad diverſa caſtella in *Walliam* ducti ſunt. Ita ſublatis ſine juſtitia aut judicio tribus fortioribus funibus novelli Regis, cæteriſque omnibus fidelibus ejus ſimilia formidantibus; fecerunt amodo hi duo Duces quicquid cupiebant.

Die *Lunæ* ſequenti venerunt cum multitudine maxima navigio advecti uſque ad *Weſtmonaſterium* cum gladiis & fuſtibus; & cogentes Dominum Cardinalem *Cantuarienſem* cum aliis multis intrare ſanctuarium, ad interpellandum benevolentiam Reginæ, ut filium ſuum *Richardum* Ducem *Eboraci* permitteret exire, venireque ad Turrim pro ſolatio Regis fratris ſui. *Richardus frater Regis transfertur Weſtmonaſterio in Turrim.* Illa verbis gratanter annuens, dimiſit puerum, qui per dominum Cardinalem ad Regem in dictam Turrim *Londoniarum* perductus eſt.

Ab eo die ambo iſti Duces non clanculo ſed palam ſua propoſita oſtendebant. Nam evocatis ab Aquilone, *Wallia*, & ceteris quibuſvis partibus ſub eorum ditione & poteſtate conſtitutis, hominibus armatis in numero terribili & inaudito; *Vendicat Protector ſibi coronam.* dictus *Richardus* Protector, viceſimo ſexto die præfati menſis *Junii* Regimine Regni ſub titulo Regii nominis ſibi vendicavit; ſeque eodem die apud magnam aulam *Weſtmonaſterii* in cathedram marmoream ibi intruſit. Color autem introitus & captæ poſſeſſionis hujuſmodi

juſmodi is erat. Oſtendebatur per modum ſupplicationis in quodam rotulo pergameni, quod filii Regis *Edwardi* erant Baſtardi, ſupponendo illum præcontraxiſſe cum quadam Domina *Alienora Boteler* antequam Reginam *Elizabeth* duxiſſet uxorem; atque inſuper, quod ſanguis alterius fratris ſui, *Georgii* Ducis *Clarentiæ*, fuiſſet attinctus, ita quod hodie nullus certus & incorruptus ſanguis linealis ex parte *Richardi* Ducis *Eboraci* poterat inveniri, niſi in perſona dicti *Richardi* Ducis *Gloceſtriæ*. Quocirca ſupplicabatur ei in fine ejuſdem rotuli, ex parte dominorum & communitatis Regni, ut jus ſuum in ſe aſſumeret. Divulgatum enim tunc erat, quod rotulus iſte in partibus Borealibus, unde tantus populus *Londonias* venire debet, conceptus fuit, cum tamen qui fuit unicus tantæ ſeditionis & infamiæ auctor continue apud *Londonias* conſtitutus, à nemine ignorabatur. 1483. *Edward.5.R.*

Proficiſcente igitur populi multitudine hujuſmodi ab Aquilone verſus Auſtrum, ſub principali conductu & regimine *Richardi Ratclyff* Militis, cum eſſent apud oppidum *Pontisfracti*, mandato dicti *Richardi Ratclyff*, abſque ulla alia forma judicii obſervata, *Antonius* Comes de *Ripariis*, *Richardus Grey* ejus nepos, ac *Thomas Vaghan* ſenex Miles, in conſpectu ejuſdem populi decapitati ſunt. Et is eſt ſecundus ſanguis qui in hac ſubitanea mutatione innocenter effuſus eſt. *Decapitatio aliorum Dominorum.*

His itaque geſtis, dictus *Richardus Gloceſtriæ*, accito *Thoma Cantuarienſi* Archiepiſcopo Cardinali, ſexto die menſis *Julii* proximo ſubſequentis, in Eccleſia conventuali ſancti *Petri* apud *Weſtmonaſterium*, Regalis unctionis coronationiſque munus accepit, ſimulque eiſdem die & loco, coronam accepit conjux ſua *Anna* Regina. Ab eo die dum viveret, homo iſte appellatus eſt Rex *Richardus* à conquæſtu tertius.

Volens igitur hunc ſibi his modis acquiſitum tam excellentem Regium ſtatum in Aquilone, ubi ſuperioribus annis maxime converſabatur, quam diligentiſſime poterat oſtentare, Regiam *Londoniarum* urbem egreditur: facienſque tranſitum per *Windeſoram, Oxoniam*, & *Coventriam*, tandem apud *Eboracum* applicuit. Ibi ad ſtatutum diem iterandæ coronationis ſuæ infra Eccleſiam Metrapolitanam, oſtenſo etiam filio ſuo unico *Edwardo*, quem eodem die in Principem *Walliæ* cum inſigniis virgæ aureæ & ſerti in capite erexerat; pompoſa ſumptuoſiſſimaque tam feſta quam convivia, ad alliciendum ſibi tanti populi animos, fecit & executus eſt. Non deerant tunc theſauri ulli quibus tam elevatæ mentis ſuæ propoſitum adimpleret, cum ea quæ glorioſiſſimus Rex *Edwardus* frater ſuus defunctus, ſummo ingenio ſummaque induſtria multis ante annis, ut ſupra retulimus, collegerat, quæque ad complementum ſuæ ultimæ voluntatis ſuorum executorum diſpoſitioni commiſerat, iſte quamprimum de ſua intruſione in Regnum cogitavit, omnia diripuit. *Iterum coronatur apud Eboracum.*

Interim & dum hæc agerentur, remanſerunt duo prædicti Regis *Edwardi* filii ſub certa deputata cuſtodia infra Turrim *Londoniarum*, pro quorum ab hujuſmodi captivitate liberatione, cœperunt populi Auſtrales & Occidentales Regni plurima ſubmurmurare, inire cœtus & conventicula; multa ſecreto, aliquaque palam innotuerant in hunc finem tractare, maxime hi qui per Francheſias & Sanctuaria propter metum diſperſi ſunt. Fama etiam fuit, quod adviſatum eſt ab hominibus illis qui ad Sanctuaria confugerunt, ut aliquæ de filiabus Regis in habitu diſſimulato *Weſtmonaſterium* egrederentur ad partes tranſmarinas, ut ſi quid dictis maſculis humanitus in turri contingeret, nihilominus per ſalvandas perſonas filiarum Regnum aliquando ad veros rediret hæredes. Quo comperto, ſolennis illa Eccleſia Monachorum *Weſtmonaſterii*, ipſeque totus locus circumadjiciens, in formam caſtri & fortalicii verſa eſt; deputatis ibi per Regem *Richardum* cuſtodibus, maximæ ſeveritatis viris. Inter quos tanquam capitaneus & princeps præſidebat quidam *Johannes Neffeld* *Murmuratio populi ſuper invaſione Regni.* *Eccleſia in modum caſtri.*

4184. *feld* Armiger. Iſte obſervabat omnes introitus & exitus Monaſterii, ut
Richard.3. R. nemo incluſorum exire, nemo forinſecus ingreſſum ibi ſine eo facere potuerit.

Cumque tandem populus per circuitum civitatis *Londoniarum* tam in *Cantiæ, Eſſexiæ, Suthſexiæ, Hamptoniæ, Dorſetiæ, Devoniæ, Somerſetiæ, Willithſchiriæ*, & *Barkſchiriæ*, aliiſque nonnullis Comitatibus Auſtralibus Regni, ad ulciſcendum præmiſſas ſuas conſiderationes iniret, factis proclamationibus publicis quod Dux *Bukynghamiæ Henricus*, qui per id temporis habitabat apud Brekenok in *Wallia*, facti pœnitens, Capitaneus in hac re principalis exiſteret, vulgatum eſt, dictos Regis *Edwardi* pueros, quo genere violenti interitus ignoratur, deceſſiſſe in fata. Quamobrem hi omnes qui hanc commotionem incœperant, videntes quod ſi novum ſuæ conqueſtionis Capitaneum invenire non poſſent, brevi de omnibus actum eſſet, meminerunt *Henrici* Comitis *Richmundiæ*, qui jam multis annis exul morabatur in *Brittannia*. Ad hunc miſſum eſt per dictum Ducem *Bukynghamiæ*, de conſilio domini *Elienſis*, captivi ſui apud Breknok, ut ille feſtinaret in Regno *Angliæ* quam citiſſime poſſet applicare, habiturus in conjugem *Elizabeth* ſeniorem filiam defuncti Regis, ſimul & cum ea univerſi Regni poſſeſſionem.

Dux Bukynghamiæ factus eſt pœnitens facti.

Fama de morte puerorum.

Satis per exploratores hæc tota conjuratio Regi *Richardo* innotuit, qui ſicut omnia ſua non ſomniculoſe ſed acerrime ac cum ſumma vigilantia exequebatur, procuravit tam in *Wallia* quam in omnibus partibus Merchiarum ibidem, in circuitu dicti Ducis, ut quamprimum Dux pedem de domo ſua moveret, eſſent in promptis parati armigeri qui in omnem ſupellectilem ſuam irruentes, tantis Ducis divitiis, quas ideo Rex eis contulerat, animati, tranſitum ejus modis omnibus impedirent. Quod & factum eſt; nam ex ea parte caſtri de Breknok, quæ *Walliæ* interiora reſpicit, *Thomas* filius *Rogeri Vaghan* Militis defuncti, adjunctis ſibi fratribus & cognatis ſuis, totam illam patriam circumjacentem diligentiſſime obſervavit. Pontes autem & paſſagia quibus tranſitur in *Angliam*, *Humfridus Stafford* partim dirupit, partim adhibitis ſtrenuis cuſtodibus clauſit.

Interea Dux ille apud Webley domum *Walteri Devereux* domini de *Ferrers*, una cum dicto Epiſcopo *Elienſi* cæteriſque conſiliariis ſuis morabatur. Et videns ſe in arcto conſtitutum, ut ex nulla parte incolumem egreſſum invenire poſſet, mutato habitu clanculo à ſuis diſceſſit, qui tandem in cujuſdam pauperis tugurio per uberiorem ſolito proviſionem victualium illic allatorum, diſcoopertus capitur, & uſque ad civitatem *Sariſburienſem*, quo Rex ſe cum maximo exercitu contulerat, perductus in die commemorationis Animarum, eo non obſtante quod anno in Dominica accidebat, in publico mercato ejuſdem civitatis, capitalem ſubiit ſententiam.

Captio Ducis Bukynghamiæ.

Dux decapitatur.

Poſtridie Rex cum univerſo exercitu verſus Occidentales partes Regni, quo hoſtes ſui omnes, exceptis his, qui ex *Cantia* venientes apud *Gilfordiam*, rei exitum expectantes, ſubſtiterant, progrediens ad *Exonienſem* civitatem uſque pervenit. Cujus terribilis adventus metu perculſi tam *Exonienſis* Epiſcopus *Petrus Courtnay*, quam *Thomas* Marchio *Dorſetiæ*, ac alii diverſi Nobiles partium vicinarum, qui in eam rebellionem conjurarunt, quotquot eorum naves in promptu invenire potuerant, mare intrantes, tandem ad optata *Britannica* littora appulſi ſunt. Alii locis in abditis ſub amicorum fide ſeſe pro tempore reponentes, ſanctorum locorum tuitioni poſtea ſe committunt. Periit unus nobiliſſimus Miles in eadem civitate, *Thomas Saintleger* appellatus, pro cujus vita ſalvanda innumeræ pecuniarum ſummæ fruſtra oblatæ extiterant. Nam & ille capitalem ibidem ſententiam perpeſſus eſt.

Nex Thomæ Saintleger militis.

Dum his perplexitatibus fugandi hoſtes & rebelles Rex *Richardus* in partibus

1483, 4.

Richard. 3. R.

Nova de meritis hujus Abbatis Richardi.

partibus occiduis nimis intentus eſſet, venerabilis pater *Richardus Croyland,* Abbas hujus Monaſterii *Croylandiæ*, qui jam per ſeptem annos locum iſtum religioſiſſime gubernavit, decimo die *Novembris,* anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo tertio, primoque anno Regni dicti Regis *Richardi,* turbidam hujus ſeculi vitam pro æterna quiete mutavit. Nec decet tradere oblivioni mores & merita hujus patris, patientiamque animi, quibus (ut ſperamus) æternæ beatitudinis præmia conſecutus eſt. Sua enim naturalis diſpoſitio ſtudio & Scripturæ librorum longe inclinatior erat, quam inſiſtendis litibus & turbinibus ſæcularium occupationum; adeo ut in ipſo Monaſterio nonnulli codices tam ſuis expenſis quam propriis manibus exarati bibliothecam loci vehementer adauxerunt.

Depingenſes inſultum faciunt in villam Croylandiæ.

Videntes itaque potentes vicini, ne inimicos appellem, ſimplicem innocentiam innocentemque ſimplicitatem hominis, ex omni latere ſimul in piiſſimum virum inſurgunt. Alii, utpote *Depyngenſes*, in numero trecentorum hominum congregati, in mariſcum Goggyſlound, qui de dominio proprio iſtius Monaſterii indubitanter exiſtit, irruentes, rapuerunt arundines collectas per homines & tenentes Monaſterii, quoſcunque obvios invenerunt, aut aquis aut verberibus affligentes. Tandem inſultum facientes in villam *Croylandiæ*, tanto metu hunc piiſſimum Patrem affecerunt, quod coactus eſt cameram ſuam exire, & deſcendere in navem Eccleſiæ, eorum importunitatibus ſua clementi ſacerdotalique manſuetudine reſponſurus. Cumque aliquem oportebat ad evitandum immerſionem *Holandiæ*, maxime per hyemem, ſi aliqua inviſa inundatio emergat, ripam mariſci de Goggiſlound abſcindere, quod quidem hac tempeſtate ſemel factum eſt, unde ſaluberrime proviſum fuit dictæ patriæ de *Holand*: Officiarii illi *Depyngenſes* tanquam mittentes falcem in meſſem alienam, amerciamenta in dictum Abbatem, non tam præſumptuoſe quam inique, importabilia ſtatuerunt. Diſtringentes & capientes grana venientia de Langtoft & Balton, per aquam quæ currit de *Depinga*. Et quod magnæ inhumanitatis indicium erat, canem celerarii cuſtodem .... ſagittis crudeliter transfoderunt.

Nec defuerunt aliis in partibus ingratæ laicorum hominum (quamvis etiam proximi hujus loci tenentes exiſterent) factiones, qui iſtius optimi patris quietem multipliciter infeſtarunt. Tenentes enim & Parochiani de Waplode, hujus Monaſterii poteſtati utroque juri ſubnixi, in fratrem *Lambertum Foſſedyk*, Seneſcallum loci, prohibentem ne arbores creſcentes in cœmiterio ſuſtollerent; inaudita violentia irruerunt, & niſi ſe intra Eccleſiam, imo Eccleſiæ ſacrarium, firmiter intro ſeratis foribus tenuiſſet, de vita ſua haud mediocriter timebatur.

Will. Ramſey Abbas de Burgo contra Abbatem Croylandiæ pro mariſco de Alderlond.

At parva ſunt hæc omnia turbationum genera in comparatione ... . quas *Willielmus Ramſey* Abbas de *Burgo*, utinam bonus, nimis autem tunc propinquus, vicinus fecerat, ſuper mariſco de Alderlond, & aliis indubitatis terris & juribus hujus Monaſterii. In quibus rebus quæ diu in diſceptatione pendebant, vidiſſes agnum cum lupo, murem cum murelego cauſam agere. Verum quia tandem lis omnis per compromiſſum & laudum domini *Thomæ Rotheram* dudum *Lincolnienſis* Epiſcopi, loci Ordinarii, tunc cum *Eboracenſis* Archiepiſcopi, certum finem accepit, prout in quibuſdam literis teſtimonialibus inde confectis pleniſſime continetur; ex quibus ſatis apparet, cujus partis utilitatibus & honori uberius providebat: finem toti huic tragœdiæ imponere decrevimus cum fine & obitu dicti patris *Richardi* Abbatis.

Electio Lamberti Foſſedyke in Abbatem Croyland.

In cujus locum ſucceſſit & electus eſt præfatus *Lambertus Foſſedyk*, in decretis Baccalaureus, decimo ſecundo die *Januarii*, anno Regni Regis [a] *Edwardi* tertii primo, cum tunc Eccleſia *Romana* computabat annum

[a] Richardi

1483, 4. Richard. 3. R. Domini milleſimum quadringenteſimum octogeſimum quartum, per rationem ſupra tactam. Vir iſte ſane religioſus prudenſque extiterat, multaque ſine dubio bona Monaſterio procuraſſet & feciſſet, ſi Deus eum ab hoc ſeculo infra tam breviuſculum temporis ſpatium non vocaſſet; non enim ad duos annos in ſtatu Abbatiali vivens pervenerat. Et ecce ſubito ingruente lue ſeu peſte ſudatoria, quæ paucis diebus in civitate *Londoniarum* duos Majores, quinque aut quatuor Aldermannos, atque alibi per totum Regnum plures de ſuperioribus valentioribuſque perſonis extinxit. Is bonus Pater eadem ægritudine tactus, non exceſſit octodecim horas quod non reddiderat Creatori ſpiritum ſuum, decimo quarto die *Novembris*, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quinto, parum poſt finitum Regnum Regis *Richardi*, quo cum reliqua deſcribentes pervenerimus, univerſæ hujus à nobis promiſſæ hiſtoriæ ſeriem concludemus.

Nova de infirmitate ſudatoria.

Redit ad Regem Richardum.

Sed redeamus interim ad ea quæ poſt fugam rebellium Regis prædictorum ſecuta ſunt. Dum enim hæc quæ ſupra tacta ſunt, in illis partibus occiduis ultro citroque agerentur, & Rex ille adhuc in dicta civitate *Exoniæ* permaneret, *Henricus* Comes *Richmundiæ* harum turbationum ignarus, cum certis navibus infra ora portus de **Plymouth** ſe atque ſuos cum quibus ex *Britanniis* navigaverat, rerum certitudinem exploraturus reponebat. Denique perlato ad eum quomodo ſe res habebant, tam de morte Ducis *Bukynghanniæ*, quam de fuga tenentium partem ſuam, levatis velis, in alta maria denuo ſe commiſit.

De Henrico Comite Richmundiæ.

His itaque actis Rex paulatim exercitum ſuum diminuens, atque dimittens eos qui procul à Marchiis Borealibus in iſtam expeditionem vocati ſunt, venit *Londonias* triumphans de hoſtibus ſine bello, ſed non cum minoribus expenſis quam ſi utraque acies manibus decertaſſet. Ita cœperat brevi conſumi tota illa ditiſſima gaza quam Rex *Edwardus* ad alios longe uſus poſt ſe relictam æſtimabat. Protracta eſt tota hæc noviſſime deſcripta turbatio à medio *Octobris* uſque ad prope finem *Novembris*, quum Rex, ut præfertur, rediit *Londonias*, anno Regni ſui primo, & Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octogeſimo tertio.

Reditus Regis Richardi Londonias cum triumpho.

Pertranſeo pompam feſti Natal. & venio ad Parliamentum, quod circa viceſimum ſecundum diem *Januarii* cœptum eſt: in eo ſiquidem conſilio, præter & ultra corroborationem tituli quo Rex ad iſtius coronæ faſtigium tranſacta æſtate aſcenderat, cujus tamen quamvis diffinitionem, cum de viribus matrimonii diſputatur, Curia illa Laicalis facere non potuit, & tamen propter ingentem in conſtantiſſimos cadentem metum, facere præſumpſit & fecit; tot & tantorum Dominorum, Nobilium, Procerum, & popularium, etiam trium Epiſcoporum, proſcriptiones factæ ſunt, ut à triumviratu *Octaviani*, *Antonii*, & *Lepidi*, factum ſimile nuſquam emanaſſe legatur. O quanta in iſtius Regis fiſcum ex hoc actu prædia patrimoniaque congeſta ſunt, quæ omnia ille inter Boreales ſuos diſtribuens, plantaverat eos in omni loco dominationis ſuæ, in opprobrium & murmur perpetuum omnium Auſtralium populorum, qui magis quotidie ad veterum dominorum ſuorum ſperatum reditum, quam iſtorum præſentaneam tyrannidem reſpexerunt.

Proſcriptiones Dominorum & Procerum inauditæ.

Pendente hoc ſupremo Regni conſilio, & poſtquam frequentibus interceſſionibus terribilibuſque minis adhibitis, ad id ſollicitata Regina *Elizabeth* omnes filias ſuas ad Regem *Richardum* de prædicto ſanctuario *Weſtmonaſterii* emiſiſſet, accidit ut uno die poſt meridiem in menſe *Februarii*, omnes pene domini ſpirituales & temporales Regni, majoreſque milites & armigeri hoſpitii Regis, inter quos omnium major eo tempore viſus eſt *Johannes* de *Howard* noviter per iſtum Regem creatus Dux *Norfolchiæ*, in quodam inferiori cœnaculo, juxta ambitum qui ducit ad cameras Reginæ, ad ſpeciale mandatum Regis pariter congregati, quoddam

Omnes filiæ Reginæ exeunt Sanctuarium.

dam formatum à quibus neſcio, novum ſacramentum de adhærendo Regis filio unico *Edwardo*, tanquam ſupremo domino, ſiquid patri humanitatis contingat, ſinguli ſua nomina ſubſcribentes præſtiterunt. 1484. *Richard. 3. R.*

Sed quam vana eſt cogitatio hominis cupientis res ſuas ſtabilire ſine Deo, brevi poſtea compertum eſt. Nam ſequenti menſe *Aprilis*, die non multum vario ab anniverſario Regis *Edwardi*, puer ille unicus, in quo tantis ſacramentis tota Regalis ſucceſſionis ſpes reponebatur, in caſtro de *Midlam* breviſſimo languore correptus occubuit, anno Domini Milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quarto, & Regni dicti *Richardi* Regis primo. Vidiſſes tantiſper patrem & matrem, iis novis apud *Nottinghanniam* ubi tunc reſidebant auditis, præ ſubitis doloribus pene inſanire. *Obitus unici filii Regis Richardi.*

Pater tamen Rex nihilominus ſuarum partium defenſioni vacavit: fama enim tunc erat, quod proſcripti & exules ſupramemorati cum ſuo Capitaneo Comite *Richmundiæ*, cui omnes illi abſentes ſub ſpe matrimonii cum filia Regis *Edwardi* contrahendi, tanquam ſuo Regi fidelitatem præſtiterant, brevi applicarent in *Angliam*. Ad quorum reſiſtentiam Rex ille cum ex theſauro quem habebat ad manus, (nondum enim omnia Regis *Edwardi* relicta conſumpta ſunt) tum ex particularibus conceſſionibus factis & diſtributis per totum Regnum, paratior eo anno erat quam ullo poſtea unquam tempore inveniri potuerat. Obſervabat enim practicam illam novam, per Regem *Edwardum* ultimi in *Scotia* belli inſtituti tempore adinventam, ut ad ſingula vicena milliaria ſinguli deputentur curſores equeſtres, per quos diligentiſſime peragrantes, & non tranſgredientes limites ſuos, nuncia decentorum milliarium intra duos ſemper dies per literas de manu ad manum tranſlatas afferebantur. Nec ſibi defuerant pro quantocunque conduci poterant pretio exploratores tranſmarini, à quibus univerſos pene conatus adverſariorum didicerat. *Nota practicam ad cito intelligendum rumorem de longinquo.*

Adde quod licet maritimis rebus quamprimum ſecundi anni Regni ſui initium attigerat, intentus, naves aliquas cum duobus ferociſſimis Capitaneis *Thoma Everingham* Milite, & *Johanne Neſſefeld* ſupranotato Armigero, juxta villam & caſtrum de Scarborch in manus *Francigenarum* amiſerat: ſuper *Scotos* eiſdem maritimis artibus mirum in modum eadem tempeſtate prævaluit. In tantum quod licet illi terreſtri pugna magnam à noſtratibus cladem eadem æſtate ſuſcipientes, non minorem nobis in eadem pugna intulerant, (venerunt enim tunc temporis in eorum ditionem ultra multos *Anglicos* in bello captos, fugitivi ex *Scotia*, dominus *Jacobus* de *Douglas*, & alii plures coexules ſui;) ſupplices tamen & honoratiores qui in illo Regno inveniri poterant, legatos ad Regem uſque ad villam & caſtrum ſuum *Nottinghanniæ* ſeptimo die menſis *Septembris*, pacem & bellifinem prolixa & diſerta oratione devotiſſime poſtulantes tranſmiſerunt. Compoſitis itaque inter utriuſque Regni Commiſſarios pro voto Regis pactionibus, de quibus agendum præcipue videbatur, diſſoluto conſilio, Rex rediit *Londonias* in termino *Michaelis*; & hactenus durat annus Domini milleſimus quadringenteſimus octogeſimus quartus. *Varia hoc anno fortuna belli maritimi.* *Innuit bellum in Weſtmarchia in quo Dux Albaniæ præcipuus erat contra Scotos de parte noſtra.*

Tentoque ſolenniter feſto Natalis in palatio *Weſtmonaſterii*, ipſoque Rege die *Epiphaniarum* incedente coronato, ſuumque convivium in aula majori tanquam in primordio coronationis ſuæ, egregie celebranti, dictum eſt ei ab exploratoribus ſuis maritimis eodem die, quod tam potenti & ſplendido ſtatu ſuo Regio non obſtante, adverſarii ſui abſque ulla dubitatione ſequenti jam æſtate Regnum intrabunt, aut intrare conabuntur. Qua quidem re cum nullam ſibi gratiorem cupiat evenire, tanquam quæ omnibus his dubiis atque malis finem imponere credenda ſit: aſtute nihilominus penſans, quod pecunia quæ ſibi jam plurimum deficere cœpit, ſit nervus belli, ad Regis *Edwardi* exactiones, quas in pleno Parliamento damnavit, *Benevolentiæ* tamen vocabulum modis omnibus *Benevolentiæ tributum.*

 aſpernatus,

1484, 5. Richard. 3. aſpernatus, ſe convertit; mittitque homines prælectos, filios hujus ſeculi prudentiores filiis lucis in generationibus ſuis, qui precibus atque minis per fas & nefas maximas pecuniarum ſummas de omnium pene ſtatuum Regni archivis abraderent. O Deus, quid diutius immorabimur, multiplicando narrationem inconvenientium, quæ tam multa fuerant, ut vix numerari poſſint; tam pernicioſi exempli, ut ea perfidorum mentibus ingeſſiſſe non expediat. Sint & alia multa quæ non ſunt ſcripta in libro hoc, quæque loqui piget; tametſi id tacendum non ſit, quod per hæc feſta Natalia choreis aut tripudiis, vaniſque mutatoriis veſtium *Annæ* Reginæ atque Dominæ *Elizabeth* primogenitæ defuncti Regis eiſdem colore & forma diſtributis, nimis intentum eſt; unde & populus obloqui Proceresque & Prælati vehementer mirari videbantur: dictumque à multis eſt, ipſum Regem aut expectata morte Reginæ, aut per divortium, cujus faciendi ſufficientes cauſas ſe habuiſſe arbitratus eſt, matrimonio cum dicta *Elizabeth* contrahendo mentem omnibus modis applicare. Non aliter videbat Regnum ſibi confirmari, neque ſpem competitoris ſui auferri poſſe.

Exactio malivolentiæ.

Paucis enim poſt hoc elapſis diebus, Regina vehementiſſime ægrotare cœpit, cujus languor ideo magis atque magis excreviſſe cenſebatur, quod Rex ipſe thori ſui conſortium omnino aſpernabatur. Itaque à medicis ſibi conſultum, ut faceret, judicavit. Quid plura? Circa medium *Martii* ſequentis, in die magnæ ecclipſis ſolis, quæ tunc temporis accidebat, obiit præfata *Anna* Regina, & ſepulta eſt apud *Weſtmonaſterium*, non cum minore honore quam ſicut Reginam decuit ſepeliri.

Ecclipſis ſolis in die obitus Annæ Reginæ

Denique dicto Regis propoſito, ſuoque animo contrahendi cum conſanguinea ſua germana *Elizabeth* memorata, ad quoſdam qui id non vellent, perlato, coactus eſt Rex convocato conſilio ſeſe multis verbis excuſare, quod ea res nunquam venerat in mentem ſuam. Aderant in eodem conſilio qui ſatis noverunt contrarium. Illi vero qui potiſſime hoc matrimonium fieri nolebant, & quorum ſententiis vix unquam Rex ipſe auſus fuit reſiſtere, fuerunt *Richardus Ratclyft* Miles, & *Willielmus*
1460. *Catesby* Armiger pro corpore. Ab his enim Regi in faciem dictum eſt, quod ſi propoſitum hujuſmodi non abnegaret, atque id coram Majore & Communitate civitatis *Londoniarum*, vivæ vocis oraculo non conteſtaretur; Boreales in quibus maxime confidebat, omnes in eum exurgerent, imputantes ei mortem Reginæ, filiæ & unius hæredum Comitis *Warwici*, per quam primum ſuum honorem obtinuit, ut luxum inceſtuoſum cum dicta conſanguinea ſua germana in odium Divinum expleret. Adde quod induxerunt pluſquam duodecim Doctores in Theologia, qui aſſererent Papam in iſto gradu conſanguinitatis diſpenſare non poſſe. Putabatur à multis ideo hos homines cum aliis ſibi ſimilibus tantos obices conjeciſſe, ob metum, quod ſi dicta *Elizabeth* ad ſtatum Reginalis dignitatis accederet, poſſet aliquando eſſe in ejus poteſtate, mortem avunculi ſui Comitis *Antonii* fratriſque *Richardi* in præcipuos hos ejus rei conſultores ulciſci. Rex igitur parum ante *Paſcha*, in aula magna apud ſanctum *Johannem*, in præſentia Majoris & Civium *Londoniarum* conſtitutus, conſilium abnegationis hujuſmodi clara & elevata voce per omnia exequebatur; magis, ut multi putabant, pro voto conſultorum hujuſmodi, quam pro ſuo.

Denique creſcentibus indies rumoribus quod Regis rebelles adventum ſuum in *Angliam* maturant & accelerant; Rex autem dubius in quo portu applicare intendunt, id enim per nullos exploratores ſibi certitudinaliter afferri potuit; ſe transfert verſus Aquilonem, parum ante feſtum *Pentecoſtes*: relicto domino de *Lovell* Camerario ſuo prope *Suthamptoniam*, ut claſſem ſuam ibi diligenter inſtruat, ut omnes portus illarum partium fida obſervet cuſtodia, ut ipſos hoſtes ſi inibi applicare curarent,

rent, coadunatis viribus omnium circum incolentium, debellare non præ- 1485.
termitteret. *Richard. 3.*

Perditis illic ſub hac non neceſſaria politia victualibus & pecuniis *** .... quo Rex tot expenſas faceretur, unde non falleret æquivocationem vocabuli portus illius, qui à multis pro eorum deſcenſu deſcribebatur. Aiunt aliqui eſſe portum in partibus *Suthamptoniæ* appellatum *Milfordiam*, ſicut eſt in *Wallia*. Et quia nonnulli quaſi eſſent prophetico ſpiritu præditi, prædixerunt homines iſtos in portu de Milford appulſuros, conſueveruntque prophetiæ hujuſmodi non in famoſiori ſed in alio ſæpiſſime ejuſdem nominis loco ſuum ſortiri effectum: [a] Præterea viſus eſt Rex tot propugnacula in illa Auſtrali parte Regni hoc tempore conſtituiſſe. Sed fruſtra. Illi enim primo die *Auguſti* in nominatiſſimo illo portu Milford juxta *Pembrochiam* proſpero flatu, nulla inventa reſiſtentia, applicuerunt.

Appulſus Comitis Richmundiæ in Milfordiâ.

Gaviſus eſt Rex, audito eorum adventu, ſeu ſaltem gaudere diſſimulavit, ſcribens ubique, jam ſibi diem veniſſe deſideratum, quo de tam exili comitiva facile triumphaturus, ſubjectos amodo indubitatæ pacis beneficiis recomfortet. Interea mandata terribilia multiplicibus literis ad omnes Regni comitatus dirigit, ne ulli hominum, eorum ſaltem quotquot ad aliquas in Regno hæreditates nati ſunt bellum futurum detractent, cum ea interminatione, quod quicunque poſt obtentam victoriam inveniretur in aliqua parte Regni, ei in campo præſentialiter non abſtitiſſe nihil aliud ſperaturi ſunt, quam bona omnia, poſſeſſiones, & vitam amittere.

Parum ante iſtorum hominum appulſum, *Thomas* de *Stanley*, ſeneſcallus hoſpitii Regis, accepta licentia, ut in patriam ſuam *Lancaſtriæ*, domum & familiam ſuam unde diu aberat viſurus, tranſiret, non aliter ullam ibi moram trahere permittebatur, niſi filium ſuum primogenitum, *Georgium* dominum *Leſtrange*, *Notinghamiam* ad Regem loco ſuo tranſmitteret; quod & fecit. Deinde hominibus iſtis, ut præfertur, apud *Milfordiam Walliæ* appulſis, facientibuſque iter ſuum per aſpera & indirecta partium Borealium illius Provinciæ; ubi *Willielmus Stanley* frater ejuſdem Domini Seneſcalli, utpote Camerarius de Northwales, ſingulariter præſidebat: miſit Rex ad dictum dominum de *Stanley*, ut omni poſtpoſita mora, ſeſe Regis conſpectui apud *Notinghamiam* præſentaret. Timuit enim Rex id quod accidit, ne mater dicti Comitis *Richmundiæ*, quam dictus dominus de *Stanley* habuit in uxorem, maritum ad partes filii tuendas induceret. Ille autem mirabili .... peſtem ſudatoriam qua laborabat allegans, venire non potuit. Filius autem ejus qui clanculum à Rege diſceſſum paraverat, diſcoopertus ab inſidiis capitur, conjurationem ſuam & patrui ſui *Willielmi Stanley* ſupradicti, ſimul & *Johannis Savage* Militum, ad partes Comitis *Richmundiæ* defenſandas, aperit, miſericordiam poſtulat, promittitque patrem ſuum cum omni potentia in Regis auxilium quam citiſſime adventurum. Et ſuper hoc, periculum in quo erat, ſimul cum deſiderio hujuſmodi præſtandi auxilii, literis ſuis patri denunciat.

Captio domini Leſtrange.

Interim dictis duobus aliis Militibus pro proditoribus Regis apud *Coventriam* & alibi publice denunciatis, feſtinantibuſque inimicis, ac dirigentibus vias ſuas die ac nocte recte in faciem Regis: opus erat omnem exercitum, licet nondum integre congregatum, à *Notinghamia* dimittere, venireque ad *Leiceſtriam*. Ibique compertus eſt numerus hominum pugnatorum ex parte Regis major quam antea viſus eſt unquam in *Anglia* pro una parte. Die autem Dominico ante feſtum *Bartholomei* Apoſtoli, Rex maxima pompa diadema portans in capite, cum Duce *Norfolchiæ Johanne* de *Howard*, ac *Henrico Percy* Comite *Northumbriæ*, ceteriſque magnificis

Rex equitat coronatus.

[a] Propterea viſum eſt Regi.

 Dominis,

1485. Richard. 3. Dominis, Militibus, & armigeris, populariumque multitudine infinita, opidum *Leiceſtrenſe* egreſſus, ſatis per intercurſores edoctus, ubi hoſtes ſequenti nocte de veriſimili manere volebant, ad octo miliaria ab eo opido diſtantia, juxta Abbathiam de *Mirivall.* caſtrametatus eſt.

Nomina ſummorum partis adverſantis Regi. Majores autem exercitus adverſantis hi erant: imprimis *Henricus* Comes de *Richmond*, quem illi ſuum Regem *Henricum* ſeptimum appellabant; *Johannes Vere* Comes *Oxoniæ*, *Johannes Wellys* dominus, de *Wellys*, avunculus Regis *Henrici* ſeptimi, *Thomas* dominus de *Stanley* & *Willielmus* frater ejus, *Edwardus Widevyll* frater *Elizabeth* Reginæ, valentiſſimus miles, *Johannes Cheyne*, *Johannes Savage*, *Robertus Willoughby*, *Willielmus Berkeley*, *Jacobus Blunt*, *Thomas Arundell*, *Richardus Egecombe*, *Edwardus Ponyngs*, *Richardus Gilford*, & alii plures, tam ante hanc turbationem, quam in iſto ingreſſu belli, militari ordine inſigniti. De Eccleſiaſticis vero affuerant conſiliarii, qui ſimile exilium perpeſſi ſunt, venerabilis Pater *Petrus* Epiſcopus *Exonienſis*, flos militiæ patriæ ſuæ, Magiſter *Robertus Moreton* Clericus Rotulorum Cancellariæ, *Cryſtoferus Urſwyk*, & [a] *Johannes Fox*, quorum alter Eleemoſynarii officium poſtea conſecutus eſt, cum aliis multis.

Mane die *Lunæ* illuceſcente aurora, cum non eſſent Capellani de parte Regis *Richardi* parati ad celebrandum, neque jentaculum ullum paratum, quod Regis tabeſcentem animum refocillaret; illeque ut aſſeritur, ea nocte terrenda ſomnia quaſi multitudine dæmonum circundatus eſſet, viderat, ſicut de mane teſtatus eſt; faciem uti ſemper attenuatam, tunc magis diſcoloratam & mortiferam præ ſe tulit, affirmans quod hujus hodierni belli exitus, utrivis parti victoria conceſſa fuerit, Regnum *Angliæ* penitus diſtruet: & expreſſit mentem ſuam eam fore, ut ſi ille victor evadit, omnes fautores adverſæ partis confundat: idque ipſum idem prædicebat, adverſarium ſuum ſuper benevolos ſuæ partis executurum, ſi victoria illi ſuccedat. Denique ingrentibus moderato paſſu Principe & militibus partis adverſæ ſuper exercitum Regis; mandavit ille ut prædictus dominus *Leſtrange* illico decapitaretur. Illi autem quibus hoc officium datum eſt, videntes ancipitem rem nimis, majoriſque ponderis quam unius hominis exterminium in manibus eſſe differentes crudele Regis mandatum exequi, dimiſerunt hominem ſuo arbitrio, & ad interiora belli reverſi ſunt.

Inita igitur acerrima pugna inter ambas partes, Comes *Richmundiæ* cum militibus ſuis directe ſuper Regem *Richardum* proceſſit: Comes autem *Oxoniæ*, major poſt eum in tota ipſa ſocietate, valentiſſimus miles, in eam alam ubi Dux *Norfolchiæ* conſtitutus erat, magno tam *Gallicorum* quam *Anglicorum* comitatu ſtipatus tetendit. In eo vero loco ubi Comes *Northumbriæ* cum ſatis decenti ingentique militia ſtabat, nihil adverſi neque datis neque ſuſceptis belli ictibus cernebatur. Ad poſtremum, glorioſa Dicti Comiti *Richmundiæ*, jam ſoli Regi victoria, una cum pretioſiſſima Corona quam Rex *Richardus* ante geſtavit in capite, cœlitus data eſt.

Nex Richardi Regis. Nam inter pugnandum, & non in fuga, dictus Rex *Richardus* multis letalibus vulneribus ictus, quaſi Princeps animoſus & audentiſſimus in campo occubuit. Deinde præfato Duce *Norfolchiæ*, *Richardo Ratclyff* Milite, *Roberto Brakenbury* Milite, Conſtabulario Turris *Londoniarum* *Johannem Kendall* Secretario, *Roberto Percy* Milite, Controrotulatore hoſpitii Regii, ac *Waltero Deveereux* Domino de *Ferreis*, & multis, maxime Borealibus, in quibus Rex *Richardus* adeo confitebat, ante ullas conſertas manus fugam ineuntibus: nullæ partes dignæ ſive habiles remanſerunt, in quas glorioſus victor *Henricus* ſeptimus alicujus pugnæ experientiam denno renovaret. Pace igitur ex hoc bello univerſo Regno conceſſa, inventa inter alios mortuos corpore dicto *Richardi* Regis, . . . Multaſque alias contu-

[a] Richardus.

melias

melias illatas, ipſoque non ſatis humaniter propter funem in collum adjectum uſque ad *Leiceſtriam* deportato; novus Rex Corona tam inſigniter conquæſita decoratus *Leiceſtriam* vadit. Dumque hæc ita ſe haberent, multi nobiles atque alii in captivitatem redacti ſunt. Atque in primis *Henricus* Comes *Northumbriæ*, *Thomas* de *Howard* Comes *Surrei*, primo genitus dicti defuncti Ducis *Norfolchiæ*: captus eſt etiam *Willielmus Catesby*, qui inter omnes conſiliarios defuncti jam Regis præminebat; cujus caput apud *Leiceſtriam* pro ultima remuneratione tam excellentis officii ſui abſciſum eſt. Duo autem valecti partium occiduarum Regni, pater & filius ſub *Brecher* vocabulo appellati, qui poſt finitum prælium ad victorum manus devenerant, laqueo ſuſpenſi ſunt. Et cum neque auditum, neque lectioni aut memoriæ commendatum eſt, aliquos alios poſt receſſum à bello, ſimilibus ſuppliciis deputatos; ſed Principem hunc novum in omnes ſuam clementiam impartiſſe; cœpit laudari ab omnibus, tanquam Angelus de cœlo miſſus, per quem Deus dignaretur viſitare plebem ſuam, & liberare eam de malis quibus hactenus afflicta eſt ſupra modum.

1485. *Henric.* 7. *R.*

Et ita finit hiſtoria, quam uſque ad exitum dicti Regis *Richardi*, quoad veritas geſtorum ſe menti offerebat, ſine ulla ſcita intermixtione mendacii, odii, aut favoris, declarare promiſimus. Incepimus enim ſummatim, adjuvantes religioſam laudabilemque ignorantiam Prioris hujus loci qui cetera compilavit, & quemque tanquam peritiſſimum rerum Divinarum, facta humana rectiſſime aliquando fallebant: ab eo quod timebatur fieri apud Ludlow in Marchiis *Walliæ*, bello inter Regem *Henricum* ſextum & Ducem *Eboraci* anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono; & pervenimus uſque ad hoc bellum *Mirivallenſe*, quod actum eſt viceſimo ſecundo die menſis *Auguſti*, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quinto, intercurrentibus annis viginti ſex. His ita actis & geſtis, viſo per chronicas, quod ſimilis exitus alicujus Regis *Angliæ*, ut in Regno ſuo aperto campo interficeretur, non eſt auditus, à tempore *Heraldi* Regis, qui fuit intruſor, & victus in bello per *Willielmum* Conqueſtorem, venientem de *Normannia*, unde & iſti homines advenerant: Conſideratiſque ſignis & bagis hodierni victoris atque victi, ſimul & puerorum Regis *Edwardi*, quorum cauſa hoc bello potiſſime vindicata eſt; quidque acciderit omnibus tribus Regibus ſub vocabulo *Richardi*, à conqueſtu *Angliæ* nominatis; quidam metriſta reliquit hos verſus in ſcriptis.

Verſus Richardi de tribus Regibus ejuſdem nominis.

Tres ſunt Richardi, *quorum fortuna ſit æqua*
In tribus, aſt aliis ſuæ cuivis propria ſors eſt;
Nam concors horum finis, ſine poſteritate
Corporis, atque rapax vitæ modus & violentus
Interitus fuerat; ſed major gloria primi,
Prælia quod terra ſancta gerit; & redeuntem
Baliſtæ tela feriunt apud extera Regna.
Alter depoſitus Regno, cum carcere clauſus
Menſibus extiterat certis, fame velle perire
Elegit potius, quam famæ probra videre.
Tertius exhauſto ſatis amplo divitiarum
Edwardi *cumulo non contentus, niſi fratris*
Opprimeret proles, proſcribens auxiliares
Illarum partes; poſt annos denique binos
Invaſi Regni, bello congreſſus eiſdem,
Ille trucem vitam jam perdidit atque coronam:
Anno milleno, C. quater, quater atque viceno,
Adjunctis quinque, cum lux Sextilis *adeſſet*

Duplex

1485.
Henric. 7. R.

Duplex undena, dentes Apri *ſtupuerunt*,
Et vindex albæ, roſa rubra refulget in ore.

In his primordiis novi Regis invaluit peſtis ſudoris de qua ſupra tetigeramus: & qua præfatus Abbas *Croylandiæ Lambertus* deceſſit in fata, decimo quarto die *Octobris*, ut præfertur: cui ſucceſſit in Abbatiali dignitate *Edmundus Thorp*, antea Prior ejuſdem loci, in ſacra Theologia Baccalaureus, electus in feſto ſancti *Theodori* ...... die menſe *Novembris*, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſeptimo.

Electio Edmundi Thorp. in Abbatem Croylandiæ.

Qui quidem in principio ſui magiſtratus prudenter recogitans turbationes quas prædeceſſores ſui ab ingratis, ſuperbis & pene indomitis vicinis ſuis & proximis ſuſtinuerunt, nihil induſtriæ prætermiſit, quo minus rem omnem ex omni parte pacatam fieri atque reddi curaret. Tres namque ſupererant potiſſimæ quæſtiones; prima de procinctu *Croylandiæ*, cui maxime adverſabantur homines de *Multona* & *Weſtona*: ſecunda de finibus, de dominio, & de modo communæ, paſturæ in Gogeſland, inter tenentes Monaſterii & eos de *Depynge*: tertia pro mariſco de Aleyrlond, cui ſumtuoſus nimis, licet imperfectus finis per dictum arbitrium ſtatim videbatur. Onus autem præfatæ primæ quæſtionis in humeros *Lamberti* Abbatis, quamlibet brevi tempore, ut præmiſimus, præſidebat, totum & omne converſum eſt. Nam adeo ingruebat malitia popularium illarum partium, ut jam terribilibus minis, jam factis ferocibus omnem Monaſticorum quidem diſturbarent: atque ubi tandem viderant non impune ſe illis modis potuiſſe laqueos raptæ pacis Regni diffugere, quaſi cauſæ ſuæ ſatis confidens præſumtuoſe nimis coram conſilio Regis contra hoc Monaſterium querelam ſuſcitarunt, Judices itineraturos ad patriam procurant; *Willielmum Huſſey* & *Guydonem Fayrefox*, Milites, coram eis recognitiones ſimul & acquietationes per fines, ſub vocabulis Prioris de Spaldyng ac cæterorum Ducum de *Multona*, ſuper Communa dicti procinctus Abbati & Conventui factas de *Croylandia* allegant; utpote rem quæ hujuſcemodi Communam præſupponere videbatur, & quam Domini antedicti relaxare non poterant in præjudicium tenentium ſuorum. Judices autem prudenter advertentes qua cautela cum multitudine clamoſa quodque modeſte agendum ſit, quodque exilis inventa fuerit allegatio hominum prædictorum, eo quod nunquam poſſeſſionem prætenſæ communæ hujuſmodi nacti fuerint: Dimiſſa quæſtione principali, decernebant ſuper his quæ incidere videbantur gravaminibus, decurrentis nimietatis aquæ ex altitudine procinctus in baſſiorem *Hollandiam*; atque ita pro tempore pacatos homines, ſingulos in ſua, inoffenſo jure Monaſterii, remiſerunt.

His eum finem *Lamberti* Abbatis tempore conſecutis, cum ſua ingenti laude, *Edmundus* qui ſucceſſit, pollicitas valde vires adjecit, dum principales habitatores *Multonæ*, ſub vocabulo *Welby* bene nobilis generoſitatis appellatos, quibus populares illi reluctari non ſolebant, in favorem & aſſiſtentiam loci multis præclaris devotionibus aſcivit.

Secunda vero quæſtio quæ *Depingenſes* concernit, utcunque populus innati furoris ſui metas ſemper ſervare nititur, cum patientia dicti Abbatis *Edmundi* ſuorumque Monachorum, cum prudentia conſilii inclytiſſimæ matris domini Regis, ad quam dominium de Depynge pertinere dignoſcitur, eum hactenus tractum cepit, ut Deo protegente neque Monaſterium ſua jura amittere, neq; indignationem potentiorum, quibus æquari non poterit, incurrere videatur.

Tertia autem quæ major omnium nodoſiorque quæſtio ſemper inventa eſt, ita in manus hujus *Edmundi* Abbatis pervenit, ut ipſe id omne ſine quo nihil primus perficere dignus inventus ſit. Summa enim præfati arbitrii hæc erat: Primo, utriſque partibus ſe ſummittentibus judicio dicti

Domini Archiepiſcopi ſub pœna mille librarum; ille inter cetera hoc onus 1485, 6.
impoſuit Monaſterio *Croylandiæ*, ut Abbas & Conventus ejuſdem, ſolverent unam annuam penſionem decem libras dicto Monaſterio de *Burgo*, quouſque ad proprias expenſas dicti Abbatis & Conventus fuiſſent terræ dicti valoris perquiſitæ & traditæ in perpetuam poſſeſſionem Monaſterii de *Burgo* ſancti *Petri*, vel quouſque ad ſimiles expenſas Eccleſia de Brynkehurſt ſive Eſton in Comitatu *Leiceſtriæ*, quæ eſt de patronatu dicti Monaſterii de *Burgo*, fuiſſet appropriata & unita eidem Monaſterio. Data igitur per arbitrium hujuſmodi optione, unum aut alterum exequendi, præfatus *Edmundus* de conſilio conſenſu capitalium, ſtatuit omnibus modis attemtare atque aggredi ſecundum viam, videlicet faciendo appropriationis dictæ Eccleſiæ de Brynkehurſt in perpetuos uſus Monaſterii de *Burgo*; quodque obſtante Regni ſtatuto fieri non potuit, niſi licentia Regia primitus præhabita & obtenta; ille quicquid ſtudii, laboris, & impenſarum ad hoc opus neceſſarium videbatur, tam caute tamque diligenter per medium amicorum proſecutus eſt, ut tandem ad propoſiti ſui complementum pervenire meruerint. Impetravit enim literas patentes Regis de hujuſcemodi licentia directas Abbati & Conventui de *Burgo*; de quibus & toto proceſſu inde ſecuto ſcribetur fortaſſe per aliquem alium inferius latius loco ſuo. Cum mos ſcribentium hiſtorias viventium geſta reticere ſolet, ne vitiorum deſcriptio odium pariat, virtutum autem recitatio adulatorio crimini detur: ſtatuit præfatus ſcriptor una cum morte *Richardi* Regis ſuo labori finem imponere. Id ſolum commemorans, quod poſt victoriam dicti Regis *Henrici* ſeptimi, ſuæque unctionis ſimul & coronationis inſignia, penultimo die menſis proximi ex tunc ſequentis, apud *Weſtmonaſterium*, de manu Reverendiſſimi Patris *Thomæ* Cardinalis *Cantuarienſis* Archiepiſcopi, uti de more fieri conſuevit; expletum eſt id quod ab initio ſperabatur, matrimonium inter eum & Dominam *Elizabeth* Regis *Edwardi* quarti primogenitam, ad inſtantiam & ſupplicem requiſitionem omnium trium ſtatuum Regni, habitaque eſt in facie Eccleſiæ debita ejuſdem ſolemnizatio decimo octavo die menſis *Januarii*
Anno Domini ſecundum computationem Eccleſiæ *Romanæ* milleſimo qua- 1486.
dringenteſimo octogeſimo ſexto, præobtenta diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ ſuper duplici quarto conſanguinitatis gradu, quo ſeſe ipſi Principes mutuo attingebant. Et quia poſt pacem his mediis gratioſe redditam, adhuc non eſt averſus furor aliquorum malignantium, ſed in Aquilone unde panditur omne malum, cœpit ſtatim poſt *Paſcha*, etiam Regi in eiſdem partibus conſtituto, quædam ingrata ſeditio commoveri; addidit ergo præmiſſæ hiſtoriæ, ille qui hæc ſcripſit, verſus pauculos pacis aut patientiæ, ſecundum effectus quos Poſteritas viſura eſt, exhortatorios in his verbis:

Henric. 7.

Decem libræ ſolutæ annuatim Monaſterio Burgi per Abbatem Croyland pro mariſco de Alderlound.

Eccleſia de Brin.hurſt addita Monaſterio de Burgo.

Qui legis hæc hominum tot mutatoria rerum
Magnorum, cur non mundi mutabilitatem
Totam contemnis? cur vanæ gloria pompæ
Te mentemve tuam tangit? cum ſuccubuere
Reges, qui ſubigi nolebant Regibus, & qui
Oſtia linquentes per poſticum facientes
Introitum, ſua ſeque ſimul confundere niſi,
Publica miſcebant privatis, ut neque ſanguis,
Ætas, aut virtus in bellica poſtea Regem
Efficiat; caveant ſuccedentes quia plebi
Non ni ſollicitæ ſimul & cupidæ novitatis
Præſunt & videant.

Ubi alludit Metriſta ...... defectionem tanti apparatus per Regem *Edwardum* quartum facti in *Gallias*, cujus ſimilis nunquam reperietur.

 --- *Vires*

1486.
Edward.4.R.

------ *Vires* Gallia *noſtras*
Vincit, ne propria ſcindamus viſcera ferro.
Nunc victi, nunc victores, heu quomodo Regni
Regnum vaſtavit! ſed cum Deus ultima primis
Jam junxit, pariterque duo confecerat unum,
Contenti ſimus; melior fortuna ſequetur,
Si volumus tam grata Dei modo munera recto
Acceptare animo: ſin autem pendeat enſis
Et nondum Jupiter *ſua ſpargere fulmina ſiſtat,*
Turbam quam mittet Deus, æqua mente feramus.

Deinde ſubjunge verſus de laude hujus Monaſterii qui ſic incipiunt.

Dulce patri fratrem fore, quo cœtu vacat omnis
Fraterna invidia; decus hoc Croylandia *ſola*
Se ſua concordia ſemper voto celebraſſe
Vendicet ut proprium, diſcedant jurgia, rixæ.
Hic nihil hoſpitii poſcant, ſunt omnia plena
Hoſpitibus gratis, libet id narrare quod ipſi
Vidimus, ut virtus creſcat laudata; quid illa
Alliciens hominum mentes devotio ſancta
Efficit in templo, quantum proſtratio parva
Mens humilis, rectus oculus, pes ſobrius, & vox
Continuæ laudis, juvat his nimis aſſociari
Collegiis, quorum pia vita repercutit ipſa
Culmina cœlorum, ne ſancta precamina votis
Fruſtrentur precibus fratris, ego nunc mea veſtris
Omnia commendo, valeant qui veſtra valere
Exoptant, etiam vos in Chriſto valeatis.

Acta ſunt hæc & expleta apud *Croylandiam*, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto, per ſpatium decem dierum quorum poſtremus fuit ultimus dies menſis *Aprilis* ejuſdem anni.

ALIA

ALIA

Hiſt. Croylandenſis

CONTINUATIO.

Alia ejusdem

Hiſt. Croylandenſis

Continuatio.

QUAMVIS ille quicunque ſit immediate ſuperioris deſcriptor hiſtoriæ, ibi operi ſuo finem impoſuit, ubi atque unde ulterius ſibi progrediendum; ex cauſis per eum aſſignatis non videbatur: ego tamen qui nonnihil indies notatu dignum comperio, quodque ſi non ſtatim literis mandetur, aut oblivioni, aut non ſatis fideli recitationi ſubjectum iri non dubito ex continuatione ſequentium ad præcedentia, occaſionem ſuccedentibus dare inſtitui, ut noſtro more cetera quæ ſuis temporibus evenient ſcriptis illico proſequantur.

Poſtea quidem quam Regis *Henrici* coronatio die ſupra deſcripta ſolenniter expleta eſt, tentum eſt Parliamentum apud *Weſtmonaſterium*, in quo tam multa tractata ſunt, utinam omnia bene, ut hujus hiſtoriæ compendium ea non ſatis comprehendere dignum ſit. Inter cetera factæ ſunt proſcriptiones, quas vulgares *attincta* vocant, de triginta perſonis; quæ res tametſi longe modeſtior quam aliqua ſimilis quæ aut Regis *Richardi* aut Regis *Edwardi* temporibus viſa fuerint, non tranſiit tamen ſine multa diſputatione, ſeu, ut verius dicam, increpatione geſtorum. O Deus! quam ſecuritatem habituri ſunt deinceps Reges noſtri, ut in die belli ſuorum ſubditorum præſentiis non fraudentur, qui vocati ad terribile nimis Regis mandatum, Regia quidem parte, ut [a] cœpit viſum eſt, fortaſſis declinante, ſeſe vita, fortunis, atque omni hæreditate nudatos intelligent. In hoc Parliamento confirmatum eſt Regnum domino Regi, tanquam ſibi debitum non ex uno ſed ex multis titulis, ut non tam ſanguinis quam victoriæ bellicæ conquæſtuſque jure rectiſſime populo *Anglicano* præſidere credatur. Fuerunt qui conſultius æſtimabant, verba ejuſmodi ſilentio potius quam edicto committi; eo potiſſime, quod in iſto eodem Parliamento tractatum eſt, atque per Regem aſſenſum, ſuper matrimonio dominæ *Elizabeth* primogenitæ Regis *Edwardi*: in cujus perſona viſum omnibus erat poſſe ſuppleri, quicquid aliunde ipſi Regi deeſſe de titulo videbatur. Sed de his fortaſſis inferius.

Finito hoc generali atque Parliamentali conſilio, Rex tenuit feſtum *Paſchale* apud *Lincolniam*, quo rumor perlatus eſt de morte nobiliſſimi patris *Thomæ Bourchier* Cardinalis, *Cantuarienſis* Archiepiſcopi, qui deceſſit in hebdomada *Paſchæ*, anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto, litera Dominicali A, ſicut anno triceſimo nono proxime precedente, ſub eadem litera Dominicali, atque eadem ſeptimana *Paſchalis* feſtivitatis, magnus Cardinalis *Angliæ* dictus *Henricus Beauford*, *Wintonienſis* Epiſcopus, diem ſuum clauſit extremum, anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo. Hæc eſt utriuſque eorum nobilitas, & genealogia utrique profecto deſcendit linealiter à Rege *Edwardo* tertio. *Henricus Wintonienſis* ſecundo gradu per medium patris ſui de *Gandano*, Ducis *Lancaſtriæ*, filii dicti *Edwardi*. *Thomas Cantuarienſis* tertio gradu per media matris ſuæ Comitiſſæ *Stafford*, & patris ejuſdem Comitiſſæ, *Thomæ* de *Wodſtoke* Ducis *Glouceſtriæ*, etiam filii præfati Regis *Edwardi* tertii. 1486.

[a] Sæpe.

Hæc

1486. *Henric. 7. R.* Hæc quidem mihi in præſentiarum commemoranti, occurrit inter ſcribendum, unum notabile atque utinam ab aliis imitandum factum glorioſi & catholici viri, dicti Cardinalis *Wintonienſis*, qui dum langueret in extremis in palatio ſuo de **Wolneſey**, juxta Eccleſiam ſuam Cathedralem ſancti *Switthuni*, dicto anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo, convocatis in magnam cameram ejuſdem Palatii omnibus Eccleſiaſticis, Religioſis, & Secularibus partium adjacentium, die illa *Sabbati* qua cantatur officium *Sitientes*, ante Dominicam in paſſione Domini, habuit ſolennes exequias ſuas decantatas in præſentia ſua tunc decubantis in lecto, cum miſſa de *Requiem*; die ſequenti quinta celebravit in pontificalibus executor totius officii Prior ipſius Eccleſiæ Cathedralis. Sero poſt exequias, recitatum eſt publica voce coram omnibus ſuæ ultimæ voluntatis teſtamentum, adjectiſque per eum certis correctionibus & codicillis, mane poſt functam miſſam omnem rem illam teſtamentariam denuo recitantem publice atque voce audibili confirmavit, ſicque omnibus valefecit & deceſſit tempore ſupra deſcripto. Qui enim hæc ſcripſit, affuit, & hæc omnia vidit & audivit, & ſcimus quod verum eſt teſtimonium ejus. Ita paulatim digreſſi, regreſſum acceleremus ad facta & fortunam Regis.

Tranſiens quidem de *Lincolnia* verſus *Eboracum* per caſtrum ſuum *Notinghamiæ*, accepit ibi varios rumores de commotione quadam Borealium, quapropter pro majori tutela ſtatus ſui, fecit convocari & adduci de Comitatu *Lincolniæ* magnam multitudinem hominum ſine armatura, cum ut populum adverſum pacificare magis quam exaſperare videretur. Cum autem eſſet *Eboraci*, feſtivitati ſancti *Georgii* devote intentus, ſubdole per adverſarios pene interceptus eſt. Comes autem *Northumbriæ* his principiis prudenter occurrens, fecit affigi patibulo nonnullos hujus commotionis incentores; quo facto rediit dominus Rex in pace verſus partes Auſtrales.

Dum hæc commotio in Aquilone pendula remanſit, venit ad domum *Croylandiæ* reverendus vir *Johannes Ruſſel* Epiſcopus *Lincolnienſis*, & ibidem per ſpatium unius menſis continue perhendinavit, ſatisfaciens ſingulis ſeptimanis pro ſe & viginti perſonis, eo modo quo ambæ partes reputaverunt ſe contentas. Inter quod tempus habito prius colloquio cum Abbate Monaſterii de *Burgo* ſancti *Petri*, apud **Singleſholt**, ſuper modo & ordine præcedendi in negotio appropriationis Eccleſiæ de **Brynkehurſt** alias **Eſton**, quantumque annuatim ex illa Eccleſia debebitur pro indemnitatibus Epiſcoporum, Archidiaconorum, & Eccleſiæ Cathedralis; dictus Epiſcopus de expreſſa voluntate & conſenſu præfati Abbatis, aſſignavit diem & locum in Eccleſia, videlicet parochiali *Croylandiæ*, quando & ubi Procurator Abbatis & Conventus de *Burgo* cum ſufficienti procuratorio compareret. Quod & factum eſt; dictumque unionis ſive appropriationis negotium per ſententiam dicti Epiſcopi judicialiter in omnibus diſcuſſum & definitum, ad petitionem dicti Procuratoris, ipſo præſente, & ſuum in omnibus conſenſum adhibente, præfato *Edmundo* Abbate *Croylandiæ* omnes & ſingulas expenſas in hac parte neceſſarias, juxta vim & effectum dicti arbitrii, per omnia ſubeunte & ſupportante; cujus quidem actus impropriationis tenorem ecce immediate ſequentem.

De conceſſione Eccleſiæ de Brinkehurſt ſive Eſton Abbati de Burgo.

Univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſentes literæ noſtræ pervenerint ſive hoc præſens publicum inſtrumentum pervenerit, Johannes *permiſſione Divina* Lincolnienſis *Epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. Decet omnes Epiſcopos Catholicos infra terminos ſuarum juriſdictionum, his præcipue rebus intendere quæ pacem & tranquillitatem religioſorum Cœnobiorum, eorum maxime quæ confinia cauſam & occaſionem faciliorem diſſentionis invenerint, concernunt, ſimul & pro tutela pacis & tranquillitatis hujuſmodi modis omnibus providere. Hinc eſt quod ad univerſitatis veſtræ notitiam*

titiam deducimus & deduci volumus per præſentes, quod nos in infraſcripto 1486.
negotio unionis, annectionis, appropriationis, incorporationis, & conſolidatio- Henric. 7. R.
nis Eccleſiæ Parochialis de Brynkhurſt, *alias dict.* Eſton, *noſtræ* Lincolnienſis *Diœceſis, Monaſterio ſancti* Petri *de* Burgo *ejuſdem noſtræ Diœceſis, tunc movendo & habendo anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto, indictione quarta, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini* Innocentii, *Divina providentia Papæ octavi anno ſecundo, menſis vero* Aprilis *die viceſimo ſecundo, in Eccleſia Parochiali de* Croyland *infra Eccleſiam Conventualem Monaſterii ſanctorum* Bartholomei *Apoſtoli &* Guthlaci *Confeſſoris de* Croyland *dictæ noſtræ Diœceſis, ex parte Boreali ejuſdem Eccleſiæ Conventualis notorie ſituat. coram nobis ibidem judicialiter & pro tribunali ſedentibus, comparente perſonaliter in judicio, religioſo viro domino* Johanne Croyland *dicti Monaſterii de* Burgo *ſancti* Petri *Commonacho ac Procuratore, & procuratorio nomine venerabilium & religioſorum virorum Abbatis & Conventus Monaſterii ſancti* Petri *de* Burgo *prædicto, præfatæ parochialis Eccleſiæ de* Brinkhurſt, *alias dict.* Eſton, *patronorum, nedum ſuæ procurationis mandatum ſigillo communi dicti Monaſterii de* Burgo *ſigillatum, verum etiam literas Regias licentiam Regiam procedendi in negotio antedicto conceſſam in ſe continentes, in manibus ſuis habente, ac realiter oſtendente, fuimus per eundem dominum* Johannem Croyland *Procuratorem prædictum ſæpe & ſæpius non modica cum inſtantia requiſiti, quatenus in dicto unionis, annectionis, appropriationis, incorporationis, & conſolidationis Eccleſiæ paroch. prædictæ negotio, prout canonicum foret, inquirere & procedere, ac unionis, annectionis, appropriationis, incorporationis, & conſolidationis hujuſmodi fiendarum cauſas examinare, ac negotium illud debite expedire dignaremur. Nos igitur* Johannes *Epiſcopus antedictus ibidem judicialiter ſedentes, ac attendentes hujuſmodi requiſitionem juſtam fore & conſonam rationi, inquirendum & ulterius prout canonicum foret, procedendum fore in negotio antedicto, ad inſtantiam & petitionem Procuratoris memorati: decrevimus, præſentibus tunc ibidem magiſtris* Thoma Hutton *Decretorum Doctore,* Willielmo Spencer & Willielmo Miller *Clericis, Notariis publicis, Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis; præmiſſiſque omnibus & ſingulis ſic expeditis, nos* Johannes *Epiſcopus antedictus adhuc ibidem judicialiter ſedentes, præfatum diſcretum virum magiſtrum* Willielmum Spencer *Clericum, Notarium publicum in noſtrum & hujuſmodi negotii niſi non agendorum in eodem actorum ſcribam nominavimus & aſſumpſimus, ac eum ad fideliter conſcribendum omnia & ſingula acta tunc in præſenti negotio gradatim & ſucceſſive expediendam, fecimus nobiſcum inibi remanere. Et incontinenti præfatus dominus* Johannes Croyland *procurator prædictus, ac nomine procuratorio quo ſuper ſuæ procurationis mandatum in ſcriptis redactum, de quo ſupra ſit mentio, ſigillo communi dicti Monaſterii in cera alba impreſſo ſigillatum; tunc ibidem realiter exhibuit, ac ſe partem fecit pro ipſis Abbate & Conventu Monaſterii de* Burgo *dominis ſuis in negotio antedicto; cujus quidem procuratoris procurationis mandati tenor ſequitur, & eſt talis:*

Pateat univerſis per præſentes, quod nos *Willielmus Ramſey* Abbas Monaſterii ſancti *Petri* de *Burgo*, ordinis ſancti *Benedicti*, *Lincolnienſis* Diœceſis, & ejuſdem loci Conventus, Eccleſiæ parochialis de Bryngſhurſt alias Eſton dict. Diœceſis, advocationem & jus patronatus habentes, ejuſdemque parochialis Eccleſiæ patroni notorie exiſtentes, dilectos nobis in Chriſto confratres noſtros *Johannem Gente*, *Johannem Croyland*, & *Richardum Sutton*, dicti Monaſterii noſtri Commonachos, conjunctim & diviſim, ac quemlibet ipſorum per ſe & in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed quod unus eorum intercepit, quilibet eorundem id per ſe liber proſequi valeat, mediare pariter, & finire, noſtros veros & legitimos procuratores, actores, factores, negotiorumque noſtrorum

1486. noſtrorum geſtores, & nuncios ſpeciales, nominamus, ordinamus, faci-
Henric. 7. R. mus, & conſtituimus per præſentes, dantes & concedentes, ac tenore præſentium damus & concedimus eiſdem procuratoribus noſtris conjunctim, ac eorum cuilibet per ſe ut præfertur diviſim & in ſolidum poteſtatem generalem & mandatum ſpeciale pro nobis ac noſtrorum & dicti Monaſterii noſtri nominibus, in quodam unionis, annectionis, incorporationis, & conſolidationis negotio Eccleſiæ parochialis de **Bryngհurſt** alias **Eſton** prædict. præfato Monaſterio de *Burgo* ſancti *Petri* canonice fiendarum, coram reverendo patre & domino, domino *Johanne* Dei gratia *Lincolnienſi* Epiſcopo, ipſiuſve Commiſſario ſive Commiſſariis in hac parte deputatis ſive deputandis, comparendi, necnon articulum ſive articulos, & alias quaſcunque petitiones ſummarias, ſolennes, & ſimplices dandi & proponendi, & admitti petendi, & obtinendi, cauſamque & cauſas unionis, annectionis, incorporationis, & conſolidationis prædict. declarandi, alligandi, proponendi, & probandi: deque illarum cauſarum veritate fidem de jure requiſitam faciendi, nec non pro ipſis cauſis & earum valore pronunciari & declarari petendi & procurandi; teſtes quoque, literas, & inſtrumenta tam publica quam privata, ac alia quæcunque probationum genera producendi & exhibendi ac admitti petendi: teſteſque in hac parte producendos jurari & examinari, eorumque dicta & teſtimonia publicari poſtulandi & videndi: quodcunque etiam juramentum licitum neceſſarium ſive in hac parte requiſitum, in animas noſtras jurandi, præſtandi, & faciendi, præfatamque parochialem Eccleſiam de **Brynghurſt** alias **Eſton** una cum omnibus terris, tenementis, redditibus, juribuſque, & pertinentiis univerſis eidem Eccleſiæ pertinentibus ſive quoviſmodo ſpectantibus præfato Monaſterio de *Burgo* ſancti *Petri*, nobiſque Abbati & Conventui prædictis & ſucceſſoribus noſtris, præfati reverendi patris auctoritate uniri, annecti, incorporari, illaque Monaſterium & parochialem Eccleſiam, ſalva portione perpetui Vicarii in ipſa Eccleſia antiquitus aſſignata, limitata, & dotata, conſolidari petendi, ſententiamque ſive decretum finale unionis, annectionis, incorporationis, & conſolidationis prædictarum ferri & promulgari petendi, audiendi, & videndi: conſenſuſque pariter & aſſenſus quorumcunque in hac parte intereſſe habentium prædict. unioni, annectioni, incorporationi, & conſolidationi, illarum fini & decreto, necnon toti & integro in hac parte habendo ac gradatim & ſucceſſive expediendo proceſſui, realiter & affectualiter præberi & adhiberi petendi & obtinendi. Quodque poſt præmiſſas unionem, annectionem, incorporationem, & conſolidationem factas: nos prædicti conſtituentes ſive procuratores noſtrum pro nobis in prænarratæ parochialis Eccleſiæ de **Bryngհurſt** alias **Eſton** ac omnium noſtrum & pertinentium ſuorum, ſalva portione Vicarii perpetui, ut præfertur, realem & corporalem poſſeſſionem inducendos & imponendos fore decerni, ac cum effectu ſic induci & imponi petendi & videndi, poſſeſſionemque hujuſmodi nanciſcendi, & nactam continuandi & conſervandi. Literaſque teſtimoniales ſive inſtrumenta publica de & ſuper præmiſſis unione, annectione, incorporatione, & conſolidatione illarumque ſecreto fieri, ac præfati Reverendi patris ſigillo muniri poſtulandi, & procurandi hujuſmodi unionis, annectionis, incorporationis, & conſolidationis negotium uſque ad & in finalem & effectualem expeditionem ejuſdem, & executionem decreti prædicti debite proſequendi, pertractandi, & finiendi, deque & pro indempnitatibus præfato reverendo in Chriſto patri & domino, domino *Johanni* Dei gratia *Lincolnienſi* Epiſcopo, illiuſque ſucceſſoribus jam futuris, necnon dominis Decano & Capitulo Eccleſiæ Cathedralis beatæ *Mariæ Lincolniæ*, & Archidiacono *Leiceſtriæ* modernis, & eorum ſucceſſoribus, dictarum unionis, annectionis, incorporationis, & conſolidationis prætextu debitis, tractandi & communicandi,

necnon

necnon quarumcunque penſionum annuarum de & pro indemnitatibus 1486.
hujuſmodi aſſignationi, limitationi, & moderationi, per præfatum reve- Henric. 7. R.
rendum in Chriſto patrem & dominum dominum *Johannem* Dei gratia *Lincolnienſem* Epiſcopum, & ipſius auctoritate in hac parte fiend. nomine noſtro conſentiend. & aſſentiendi. Noſque & Monaſterium noſtrum ac Eccleſiam parochialem prædictam, cum ſic ut præmittitur [a] vivatur, ad quaruncunque penſionum, nomine indemnitatum prædictarum præfati reverendi patris autoritate aſſignandarum & limitandarum, ſolutionem per nos & noſtros in dicto noſtro Monaſterio ſucceſſores fideliter faciend. obligandi: necnon pro earundem penſionum ſolutione, ut prætertur, facienda, cautiones tam juratorias quam fidejuſſorias, ac alias quaſcunque in hac parte neceſſarias & ſufficientes, nomine noſtro præſtandi, exponendi & exhibendi, provocandi & appellandi, Apoſtolos petendi & recipiendi, alium vel alios procuratorem ſive procuratores loco ipſorum, & eorum cujuſlibet, ſubſtituendi ac ſubſtitutum ſive ſubſtitutos hujuſmodi revocandi, & procuratoris officium in ſe reaſſumendi & exercendi, quoties & quando eis vel eorum alicui melius videbitur expedire, præſente procuratorio ſuo in ſuo robore nihilominus duraturo. Et generaliter omnia alia & ſingula faciendi, exercendi, & expediendi, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodo libet opportuna, licet mandatum de ſe exigant magis ſpeciale quam præſentibus eſt expreſſum, & quæ noſmetipſi conſtituentes faceremus, exerceremus, vel expediremus, ſeu facere, exercere, ſive expedire deberemus, ſi præmiſſis præſentes perſonaliter intereſſemus. Promittimus quoque inſuper nos præfati Abbas & Conventus conſtituentes, nos ratum, gratum, & firmum perpetuo habituros totum & quicquid dicti Procuratores noſtri, ſive ab ipſis ſubſtituendi, fecerint, vel eorum aliquis fecerit in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum: judicioque ſiſti, & judicatum ſolvi ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium & futurorum, & in ea parte cautionem exponimus per præſentes. In cujus rei teſtimonium, ſigillum noſtrum commune præſentibus appoſuimus, datis in domo noſtra Capitulari viceſimo primi die menſis *Aprilis*, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto.

Et conſequenter coram nobis adhuc tunc ibidem judicialiter ſedentibus, in præſentia procuratoris dictorum Abbatis & Conventus Monaſterii de Burgo *prædict. Comparens perſonaliter in judicio diſcretus vir Magiſter* Willielmus Miller *Clericus, Notarius publicus, procurator (ut aſſeruit) venerabilium virorum Dominorum Decani & Capituli Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Beatæ* Mariæ Lincolnienſis, *procurationis ſuæ mandatum a dictis Dominis ſuis ſibi conceſſum, ſigillo eorum communi in cera viridi impreſſo ſigillatum, coram nobis realiter exhibuit, ac ſe partem fecit pro eiſdem dominis ſuis in negotio antedicto. Et tunc ibidem conſequenter comparens perſonaliter in judicio in præſentia Procuratorum prædictorum diſcretus vir Magiſter* Rogerus Wood, *Artium Magiſter, ac honorabilis viri Magiſtri* Richardi Langueder, *Decretorum Doctoris, Archidiaconi noſtri* Leiceſtr. *in Eccleſia noſtra Cathedrali prædicta, infra cujus Archidiaconatus præcinctum ſita eſt Parochialis Eccleſia de* Brynghurſt *alias* Eſton .... *procuratorem ſe dicens, ſuæ mandatum procurationis in ſcriptis redactum, ſigillo quo præfatus Magiſter* Richardus Langueder, *Officialis noſter* Lincolnienſis *in hujuſmodi officialitatis ſuæ officio utitur, in cera rubrea impreſſo ſigillatum, tunc ibidem realiter exhibuit, ac ſe partem fecit pro ipſo Archidiacono domino ſuo in negotio prælibato. Tenores vero eorundem Decani & Capituli, necnon Archidiaconi Procuratorum procurationum, mandatorum, de quibus ſupra ſit mentio, ſequuntur ſub his verbis:*

Pateat univerſis per præſentes, quod nos *Philippus Lipyat*, in Decretis licentiatus, Subdecanus Eccleſiæ Cathedralis Beatæ *Mariæ Lincolnienſis*, Decano ejuſdem Eccleſiæ abſente, & ipſius Eccleſiæ Capitulum unanimi conſenſu & aſſenſu noſtris dilectos nobis in Chriſto Magiſtros

[a] Uniatur.

 Thomam

1486. *Thomam Hutton* Decretorum Doctorem, Canonicum Eccleſiæ Cathedralis
Henric. 7. R. prædictæ, *Andream Benſted*, in artibus Magiſtrum, *Will. Spencer*, *Johannem Bevyll*, & *Will. Miller*, Clericos Notarios publicos, conjunctim & diviſim, ac quemlibet ipſorum per ſe & in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed quod unus eorum inceperit, quilibet eorundem id per ſe libere proſequi valeat, mediare pariter & finire, noſtros veros & legitimos procuratores, actores, factores, negotiorumque noſtrorum geſtores, & nuncios ſpeciales ordinamus, facimus, nominamus, & conſtituimus per præſentes; dantes & concedentes eiſdem procuratoribus noſtris conjunctim, & eorum cuilibet per ſe ut præfertur diviſim & in ſolidum, poteſtatem generalem & mandatum ſpeciale, pro nobis ac noſtro & dictæ Eccleſiæ Cathedralis nominibus, coram Reverendo in Chriſto Patre & domino domino *Johanne* Dei gratia *Lincolnienſi* Epiſcopo, aut ipſius Commiſſario in hac parte deputato ſive deputando quocunque, comparendi, ac in quodam unionis, annectionis, incorporationis, & conſolidationis Eccleſiæ Parochialis de Bryngburſt, alias Eſton *Lincoln.* Diœc. Monaſterio ſancti *Petri* de *Burgo*, dicta diœceſi, ac Abbati & Conventui ejuſdem modernis, ac ipſorum in eodem Monaſterio ſucceſſoribus quibuſcunque futuris canonice fiend. negotio procedendi, & procedi videndi; Teſtes quoque literas, inſtrumenta, & alia probationum documenta in hac parte neceſſaria & requiſita, produci, ipſoſque teſtes admitti & jurari, ac eorum dicta & atteſtationes publicari videndi & intereſſendi; nec non ut præfata Parochialis Eccleſia de Bryngburſt alias Eſton cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis prædicto Monaſterio ſancti *Petri* de *Burgo*, Abbatique & Conventui ejuſdem modernis, & eorum ſucceſſoribus quibuſcunque futuris, canonice unitur, annectitur, incorporetur, & conſolidetur, ac in eorum proprios uſus perpetuo poſſidenda concedatur, noſtros conſenſum pariter & aſſenſum præbendi, ac nomine noſtro realiter & cum effectu conſentiendi & aſſentiendi; & ſi opus fuerit, diſſentiendi eiſdem, ſalva omnino nobis & ſucceſſoribus noſtris quadam annua penſione ſex ſolidorum & octo denariorum de & ex fructibus & proventibus Eccleſiæ Parochialis de Bryngburſt prædictæ, annuatim ad feſtum ſancti *Michaelis* Archangeli de & pro noſtra & ſucceſſorum noſtrorum indemnitate in perpetuum ſolvenda; Eccleſiam quoque Parochialem de Eſton prædict. ac fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, oblationes, decimas, & emolumenta omnia & ſingula ejuſdem Eccleſiæ, pro ſolutione ac ſecuritate ſolutionis annua penſionis præditæ, obligari, ac ipſos Abbatem & Conventum & eorum Succeſſores quoſcumque futuros cum ſolutione ejuſdem penſionis nobis & ſucceſſoribus noſtris, ut præfertur, in perpetuum ſolvendæ onerari petendi & videndi; nec non alias quaſcunque ſecuritates & cautiones in hac parte ſufficientes nomine noſtro recipiendi. Sententias quoque tam interlocutorias quam diffinitivas ferri & promulgari, ac alia ſtatuta, ordinationes & decreta in hac parte requiſita ſtatui, decerni & ordinari petendi & audiendi, & eiſdem conſentiendi, vel alias ſi opus fuerit, diſſentiendi; nec non hujuſmodi unionis, annectionis, incorporationis, & conſolidationis negotium uſque ad & in finalem expeditionem ejuſdem incluſive perſequendi & finiendi, alium vel alios procuratorem ſive procuratores, loco ipſorum & eorum cujuſlibet, ſubſtituendi ac ſubſtitut. hujuſmodi revocandi, & procuratoris officium in ſe reaſſumendi, quoties & quando eis vel eorum alicui melius videbitur expedire. Et generaliter omnia alia & ſingula faciendi, exercendi, & expediendi, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet oportuna, licet mandatum exigant magis ſpeciale quam præſentibus eſt expreſſum. Promittimus inſuper nos gratum, ratum, & firmum perpetuo habituros, totum & quicquid dicti Procuratores noſtri, ſubſtitutive aut ſubſtituendi ab eiſdem, fecerint, aut eorum aliquis fecerit, in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum; nec non judicio ſiſti, & judicatum

ſolvi,

ſolvi, ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum noſtrorum, & in ea parte cautionem exponimus per præſentes. In cujus rei teſtimonium, ſigillum noſtrum commune præſentibus appoſuimus, datis in domo noſtra Capitulari primo die menſis *Aprilis*, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto. 1486. *Henric. 7. R.*

Pateat univerſis per præſentes quod nos *Ricardus Langueder* Decretorum Doctor, Archidiaconus *Leiceſtriæ* in Eccleſia Cathedrali *Lincolnienſi*, ac Officialis Conſiſtorii *Lincolnienſis*, dilectos nobis in Chriſto Magiſtros *Thomam Hutton*, Decretorum Doctorem, *Andream Benſted*, *Rogerum Wood*, Artium Magiſtros, *Will. Spencer*, *Johannem Bevil*, & *Will. Miller*, Clericos, Notarios publicos, conjunctim & diviſim, ac quemlibet ipſorum per ſe & in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed quod unus eorum inceperit, quilibet eorundem id per ſe libere proſequi, mediare pariter & finire, noſtros veros & legitimos Procuratores, actores, factores, negotiorumque noſtrorum geſtores, & nuncios ſpeciales, nominavimus, ordinavimus, fecimus, & conſtituimus, ſicque tenore præſentium nominamus, ordinamus, facimus & conſtituimus; damuſque & concedimus eiſdem procuratoribus noſtris conjunctim, & eorum cuilibet per ſe, ut præfertur, diviſim & in ſolidum, poteſtatem generalem & mandatum ſpeciale pro nobis & noſtro & dicti Archidiaconatus noſtri nominibus, coram Reverendo in Chriſto Patre & Domino, domino *Johanne* Dei gratia *Lincolnienſi* Epiſcopo, aut ſuo in hac parte Commiſſario quocunque, in quodam negotio unionis, annexionis, incorporationis, & appropriationis & conſolidationis Eccleſiæ Parochialis de Bryngħurſt alias dictæ Eſton *Lincolnienſi* Diœceſi, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis, Monaſterio ſancti *Petri* de *Burgo* dictæ diœceſi canonice fiend. comparendi, ipſarumque unionis, annexionis, appropriationis, & conſolidationis cauſas audiendi, ipſarumque cauſarum admiſſionum pro eiſdem quoque & earum valore pronunciationum habend. nec non quod præfata Parochialis Eccleſia de Bryngħurſt alias Eſton cum ſuis terris, tenementis, redditibus, ſervitiis, fructibus, proventibus, commoditatibus, cæteriſque juribus & pertinentiis quibuſcunque, præfato Monaſterio de *Burgo* illiuſque Abbati & Conventui, ac eorum ſucceſſoribus quibuſcunque futuris canonice uniatur, annectatur, & incorporetur: ſalva nobis omnino & ſucceſſoribus noſtris *Leiceſtrenſibus* Archidiaconis, quadam annua penſione ſingulis annis futuris de & pro indemnitate ejuſdem dignitatis noſtræ, cum ipſa Parochiali Eccleſia de Bryngħurſt alias Eſton prædicta, infra noſtri Archidiaconatus prædicti procinctum & ambitum notorie ſit conſtituta, fideliter perſolvenda, conſentiendi, & noſtroſque conſenſum pariter & aſſenſum præbendi & adhibendi; dictam quoque Parochialem Eccleſiam ac illius fructus annuos pro ſecuritate ſolutionis annuæ penſionis hujuſmodi, perpetuis futuris temporibus onerari & obligari petendi, videndi, & obtinendi; negotium unionis, annexionis, incorporationis, & conſolidationis prædict. uſque ad & in finalem expeditionem ejuſdem incluſive debite proſequendi, pertractandi, & finiendi, cæteraque omnia & ſingula faciendi, exercendi, & expediendi, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet oportuna, licet talia ſint quæ ſui natura mandatum exigunt magis ſpeciale quam præſentibus eſt expreſſum, & quæ noſmetipſi faceremus, exerceremus, ſive expediremus, ſi præmiſſis perſonaliter intereſſemus. Promittimus inſuper nos Archidiaconus prædictus pro nobis & ſucceſſoribus, nos ratum, gratum, & firmum perpetuo habituros, totum & quicquid præfati Procuratores noſtri fecerint, ſeu eorum aliquis fecerit, in præmiſſis aut aliquo præmiſſarum, nec non judicio ſiſti, & judicatum ſolvi, ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum noſtrorum, & in ea parte cautionem exponimus per præſentes. In cujus rei teſtimonium,

1486. nium, quia ſigillum Archidiaconatus noſtri prædicti ad manus non habe-
Henric. 7. R. mus, ideo ſigillum officialitatis noſtræ prædictæ præſentibus appoſuimus. Datum quo ad præſentium ſigillationem apud Stamford quinto die menſis *Aprilis*, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto.

Poſt quæ præmiſſa ſic peracta, præfatus Dominus Johannes Croyland *Procurator Abbatis & Conventus Monaſterii de* Burgo *prædicti, eorumque nominibus, literas Regias licentiam Regiam ipſis Abbati & Conventui pro negotio unionis, annexionis, appopriationis, incorporationis & conſolidationis prædictæ expediendo conceſſam continentes, ſigillo magno Regio in cera viridis coloris impreſſo ſigillatas, in præſentia præfatorum Dominorum Decani & Capituli & Archidiaconi, de quibus ſupranarratur, procuratorum adhuc ibidem conſtitutorum & perſonaliter remanentium coram nobis judicialiter & realiter exhibuit, hujuſmodi tenorem in ſe continentes:*

Henricus Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ*, & Dominus *Hiberniæ*, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Sciatis quod nos de gratia noſtra ſpeciali, necnon ad humilem ſupplicationem *Edmundi* Abbatis & Conventus *Croylandiæ*, conceſſimus & licentiam dedimus, ac per præſentes concedimus & licentiam damus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Abbati de *Burgo* ſancti *Petri* & ejuſdem loci Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi Eccleſiam de Bryngthurſt alias dictam Eſton in Comitatu *Leiceſtriæ Lincolnienſi* Diœceſi, cum omnibus ſuis juribus & emolumentis tam ſpiritualibus quam temporalibus quibuſcunque, eiſdem Abbati & Conventui & ſucceſſoribus ſuis, ac domui & Eccleſiæ ſuæ prædictæ, appropriare, unire, annectere, & conſolidare, & ipſam ſic unitam, appropriatam, annexam, & conſolidatam in proprios uſus ſuos habere, poſſidere, & tenere, ſibi & ſucceſſoribus ſuis valeant & poſſint in perpetuum, abſque aliquo fine ſeu feodo inde ad opus noſtrum quoviſmodo capiendo, faciendo, ſeu ſolvendo; & abſque aliquo brevi *Ad quod damnum*, ex cauſa præmiſſorum quoviſmodo habend. ſeu proſequend. & abſque aliqua impetitione, occaſione, vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſtit. Eſchaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum vel hæredum noſtrorum quorumcunque; velimus tamen quod vicaria ſeu vicarius Eccleſiæ prædictæ, vel in Eccleſia prædicta ſufficienter .... ac quædam ſumma pecuniæ de fructibus & proficuis ejuſdem ſingulis annis ſolvend. & diſtribuend. per Diœceſanum loci illius, inter pauperes Parochianos dictæ Eccleſiæ aſſignetur juxta formam Statuti in hujus caſu editi & proviſi. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus Patentes. Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto die *Februarii*, Anno Regni noſtri primo.

Ipſa quoque Regia licentia a nobis tunc ibidem inſpecta atque intellecta, præfatus Dominus Johannes Croyland *Procurator prædictus, ac eo nomine, in præſentia aliorum, videlicet dominorum Decani & Capituli & Archidiaconi Procuratorum, adhuc ibidem remanentium quendam articulum ſive quandam petitionem in ſcriptis redact. tunc ibidem realiter propoſuit, & admitti, nec non inquirendum fore, ſeque, ad probandum deducta & contenta in eodem, admittendum fore decerni, ac ſic cum effectu admitti, inſtanter poſtulavit. Cujus quidem articuli ſive petitionis tenor ſequitur in hac forma verborum:*

In Dei nomine Amen. Coram vobis Reverendo in Chriſto Patre & domino domino *Johanne* Dei gratia *Lincolnienſi* Epiſcopo, veſtrove Commiſſario in hac parte ultime deputato, ſive in poſterum deputando quocunque, pars Religioſorum virorum Abbatis & Conventus Monaſterii Sancti *Petri* de *Burgo*, ordinis ſancti *Benedicti*, veſtræ *Lincolnienſis* Diœceſis, Eccleſiæ parochialis de Bryngthurſt alias dict. Eſton, ejuſdem veſtræ Diœceſis, patronorum, juſque advocationis & patronatus in ipſa Eccleſia canonice obtinentium, in negotio infra ſcripto, via, modo, & forma, quibus

bus melius, utilius, & efficacius de jure poterit, dicit, allegat, & in his ſcriptis in jure proponit; Quod præfati Abbas & Conventus fuerunt & ſunt veri & legitimi Eccleſiæ Parochialis de Bryngĥurſt prædictæ Patroni, juſque patronatus & advocatio ejuſdem ad prædictum Monaſterium Abbatemque & Conventum ejuſdem pro tempore exiſtentes, antiquitus & ab antiquo, nec non à tempore & per tempus cujus contrarii memoria hominum non exiſtit, pacifice & inconcuſſe pertinuerunt, pertinent, & pertinere debent etiam in futurum. Ipſique Abbas & Conventus moderni, præmiſſorum prætextu & occaſione, fuerint, ſicque adhuc ſunt, pro patronis veris & legitimis, ac dictorum juris patronatus & advocationis canonicis poſſeſſoribus communiter dicti, tenti, habiti, nominati, & reputati, palam, publice, & notorie; quodque inter venerabilia Monaſteria ſancti *Petri* de *Burgo* & ſanctorum *Bartholomei* Apoſtoli & *Guthlaci* de Croyland ordinis ſancti *Benedicti*, veſtræ *Lincolnienſis* diœceſis, habentia terras & territoria non ſatis diſtinctis paſſibus invicem contigua, jam diu valuerunt, & nunc ex una, nunc ex altera parte prævaluerunt lites, diſſenſiones, jurgia, & quæſtiones, quæ omnem utriuſque Cœnobii congregationem plurimis vexationibus, expenſis, & damnis notorie affecerunt pariter & afficiunt: cultum Divinum ac hoſpitalitatem in eiſdem plurimum impediendo pariter & diminuendo, in tantum, ut niſi per moderationem ſani conſilii, utrarumque partium indemnitatibus provideatur, de unius aut alterius Monaſterii, ſeu forſan utriuſque, quod abſit, commodis & proſperitate actum ſit. Quodque etiam pro litibus, diſſenſionibus, jurgiis, & quæſtionibus hujuſmodi ſedandis, paceque concordia inter partes prædictas fovendis pariter & nutriendis, cum non niſi tempore pacis auctor pacis bene colitur; utque eo amplius tam hoſpitalitas quam cultus Divinus in utroque augmentetur Monaſterio: quod commodius fieri non poterit, utiliuſque provideri, quam ut Eccleſia Parochialis de Bryngĥurſt antedicta, cum ſuis terris, tenementis, redditibus, ſervitiis, fructibus, & proventibus, nec non commoditatibus univerſis eidem Eccleſiæ ſpectantibus; ſalva portione ad ſuſtentationem vicarii perpetui ejuſdem Eccleſiæ ab antiquo aſſignata & limitata, dictis dominis Abbati & Conventui Monaſterii ſancti *Petri* de *Burgo* & eorum Monaſterio ſuorumque ſucceſſoribus, ſumtibus & expenſis dictorum Dominorum Abbatis & Conventus Monaſterii *Croylandiæ*, rite & canonice uniatur, annectatur, incorporetur, ac in eorum proprios uſus perpetuo poſſedend. concedatur. Quæ omnia & ſingula fuerunt & ſunt vera publica, notoria, manifeſta, & famoſa; ac ſuper eiſdem diu laborarunt & laborant publica vox & fama. Unde facta fide quæ requiritur in hac parte, petit pars dictorum Dominorum Abbatis & Conventus Monaſterii de *Burgo* ſancti *Petri* Patronorum prædictorum, cauſas unionis, annexionis, incorporationis, & appropriationis prædictas, & ſuperius allegatas, admitti, ac pro eiſdem & earum valore pronunciari & declarari; nec non præfatum Parochialem Eccleſiam de Bryngĥurſt alias Eſton, cum ſuis terris & tenementis, redditibus & ſervitiis, fructibus, proventibus, & commoditatibus univerſis, præfato Monaſterio de *Burgo* ſancti *Petri* Abbatique & Conventui ejuſdem, ac eorum Succeſſoribus quibuſcunq; futuris, de & cum licentia Regiæ Majeſtatis, conſenſuque aſſenſu omnium & ſingulorum in hoc negotio intereſſe habentium rite & canonice uniri, annecti, incorporari & appropriari, ac ſalva vicarii perpetui portione prædicta, in ipſorum Abbatis & Conventus de *Burgo* ſuorumque ſucceſſorum proprios uſus perpetuo poſſidend. concedi, illudque Monaſterium & Parochialem Eccleſiam, ſalva portione vicarii perpetui antedicta, conſolidari; Abbatemque Conventum Monaſterii de *Burgo* prædict. pro tempore exiſtentes, in dictæ Parochialis Eccleſiæ de Bryngĥurſt alias Eſton, ac ſuorum terrarum, tenementorum, redituum, ſervitiorum, fructuum & proventuum, quam cito ipſam Eccleſiam Parochialem per

1483. *Edward.5.R.*

1486. Henric. 7. R. Magiſtri *Johannis Tapton*, Rectoris ejuſdem moderni, reſignationem, ceſſionem, mortem, aut aliam quamcunque Juris viam, ex tunc proximo vacare contigerit, realem, corporalem & actualem poſſeſſionem per ſe vel Procuratorem ſuum inducend. fore decerni, ac ſic cum effectu induci, licentiamque ipſis Abbati & Conventui de *Burgo* ipſam Parochialem Eccleſiam, cum ſic ut præmittitur primo & proximo ex nunc eam vacare contigerit, ingrediendi, illiuſque poſſeſſionem apprehendendi, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis ſupradictis, ac ipſam poſſeſſionem ſic apprehenſam conſervandi & continuandi, cum effectu concedi & impartiri per vos & veſtram ſententiam ſive decretum, Reverende Pater antedict. ulteriuſque fieri ſtatui & decerni in præmiſſis, & ea concernentibus quibuſcunque, quod juris fuerit & rationis. Quæ proponit & fieri petit pars dictorum Abbatis & Conventus Monaſterii de *Burgo* Sancti *Petri* prædict. conjunctim & diviſim, non artans ſe ad omnia & ſingula præmiſſa probanda, nec ad onus ſuperflue probationis, de quo proteſtatur: ſed ad ea duntaxat quæ ad ipſorum intentionem de jure fundando ſufficiant in hac parte juris, beneficio in omnibus ſemper ſalvo, veſtrum officium, Reverende Pater antedicte, in hac parte humiliter explorando.

Noſque Johannes *Epiſcopus antedictus videntes meritorium fore petentibus annuere quod eſt juſtum, attendentes continentiam & tenorem Articuli ſive petitionis hujuſmodi, quem ſive quam ibidem habuimus & fecimus pro declaratis & intellectis ad inſtantiam & petitionem ipſius Procuratoris ſic proponentis, ut præmittitur, & petentis de dictorum Magiſtrorum* Willielmi Miller, *Dominorum Decani & Capituli, &* Rogeri Wood *Archidiaconi noſtri* Leiceſtriæ *Procuratorum ſuperius nominatorum, conſenſu pariter & aſſenſu, eundem articulum ſive petitionem admittendum, deque & ſuper veritate in ipſo articulo ſive petitione contentorum inquirend. ipſumque dictorum Abbatis & Conventus Monaſterii de* Burgo *Procuratorem ad probandum contenta ipſius articuli ſive petitionis admittend. fore judicialiter decrevimus, ac præfato domino* Johanni Croyland *Procuratori prædicto ad producendum teſtes & alia quæcunque probationum genera, ſibi in hac parte competentia, diem* Lunæ *ex tunc proxime ſequentis & horam octavam ante meridiem ejuſdem diei, ac Eccleſiam Parochialem de* Croyland *antedictam, ad petitionem ipſius Procuratoris Abbatis & Conventus prædictorum, præfiximus & aſſignavimus hujuſmodi negotium in ſtatu quo tunc fuerit, in eoſdem diem & horam ac locum continuantes & prorogantes.*

Adveniente vero dictis die Lunæ, *ac hora octava ante meridiem ejuſdem diei, in Eccleſia prædicta coram nobis tunc ibidem judicialiter ſedentibus in præſentia Dominorum Decani & Capituli ac Archidiaconi prædicti procuratorum ibidem etiam perſonaliter conſtitutorum, præfatus dominus* Johannes Croyland *Abbatis & Conventus Monaſterii ſancti* Petri *de* Burgo *Procurator, ac eo nomine quoſdam* Johannem Hyeremouth, Johannem Douht-fiere, Will. Digle, Johannem Slyng, Will. Spencer, de Croyland, Thomam Grace, & Robertum Auſthorp, *de* Petyrburgh, *teſtes ad deponendum de & ſuper veritate contentorum in dicto articulo ſive petitione ſuperius ſpecificatis, nec non ſubeundum inquiſitionem per nos & noſtra autoritate in ea parte fienda produxit, ac eoſdem per nos recipi, admitti, ac in forma jurandorum teſtium jurari, & examinari, inſtanter poſtulavit. Ad cujus Procuratoris petitionem & inſtantiam, cum conſenſu & aſſenſu dictorum Magiſtrorum* Willielmi Miller & Rogeri Wood, *Procuratorum ſupra nominatorum, prædictos teſtes omnes & ſingulos, ſic ut præmittitur, in hoc negotio coram nobis productos, recepimus & admiſimus in ipſo negotio teſtimonium perhibituros veritati, ac eoſdem jurari fecimus. Ipſique* Johannes Hyeremouth, Johannes Douthfiere, Willielmus Digle, Johannes Slyng, Will. Spencer, Thomas Grace, & Robertus Auſthorp, *teſtes prædicti, tactis per eoſdem tunc ibidem Sacroſanctis Dei Evangeliis de mandatis noſtris ad ea jurarunt de dicendo & omnem &*

omni-

omnimodam in hac parte quam ſciverunt veritatem; omnibus amore, odio, timore, prece, & pretio, aliiſque ſimilibus quibuſcunque penitus poſtpoſitis & ſemotis. Quorum quidem teſtium omnium & ſingulorum examinationem in hac parte fiendam, nos aliis tunc præpediti negotiis quominus hujuſmodi teſtimonii examinationi perſonaliter attendere valeamus, venerabili viro Magiſtro Thomæ Hutton Decretorum Doctori, tunc ibidem præſenti ac onus examinationis teſtium hujuſmodi in ſe gratanter acceptanti & aſſumenti, de conſenſu & aſſenſu tam præfati Domini Johannis Croyland dictorum Abbatis & Conventus de Burgo Procuratoris, quam præfatorum Magiſtrorum Willielmi Miller & Rogeri Wood, Procuratorum prædictorum, plenarie commiſimus, ac eidem Magiſtro Thomæ ad hoc faciendum vices noſtras & plenam facultatem vivæ vocis oraculo attribuimus & conceſſimus tunc ibidem; ac præfatum negotium in hujuſmodi ſtatu uſque in horam ſecundam poſt meridiem ejuſdem diei Lunæ, ac Eccleſiam Parochialem de Croyland prædict. continuavimus & prorogavimus tunc ibidem. 1486. Henric. 7. R.

Qua quidem hora ſecunda poſt meridiem dicti diei Lunæ adveniente, in Eccleſia Parochialis de Croyland prædicta, nos Johannes Epiſcopus antedictus tunc ibidem judicialiter ſedentes, ad petitiones & inſtantias præfatorum Domini Johannis Croyland & Magiſtrorum Willielmi Miller & Rogeri Wood Procuratorum prædictorum tunc ibidem coram nobis comparentium ac perſonaliter conſtitutorum, dicta & teſtimonia teſtium prædictorum ſic ut præmittitur coram nobis productorum, ac noſtra auctoritate ſufficienter examinatorum, publicavimus, ac ea publice declarari fecimus tunc ibidem: poſt quorum quidem dictorum & teſtimoniorum publicationem ut præfertur factam, diſcreti viri Magiſtri Will. Miller Dominorum Decani & Capituli, ac Rogerus Wood Archidiaconi noſtri Leiceſtriæ Procuratores, dicentes coram nobis cauſas in articulo ſive petitione prædictis, unionis, annectionis, appropriationis, incorporationis & conſolidationis prædict. fuiſſe, ſecundum quod eis videbatur, ſatis ſufficienter probatas; ad præfati Domini Joh. Croyland Dominorum Abbatis & Conventus de Burgo prædictorum Procuratoris petitionem & inſtantiam, unioni, annexioni, appropriationi incorporationi & conſolidationi prædict. ut præmittitur, fiend. tunc ibidem ſponte & voluntarie conſenſerunt & aſſenſerunt, ac ſuos in ea parte præbuerunt conſenſus pariter & aſſenſus. Quo facto idem Dominus Johannes Croyland Procurator prædictus eoque nomine Eccleſiam Parochialem de Bryngburst alias Eston prædict. uti ſuperius in præfato articulo eſt petitum, Monaſterio de Burgo antedicto uniri, annecti, appropriari, & incorporari, decretumque ſive ſententiam unionis, annexionis, appropriationis, & incorporationis hujuſmodi per nos ferri & in hac parte promulgari, aliaque fieri, ſtatui, & decerni, prout in prædicto articulo ſive petitione eſt petitum, nec non juſtitiam ſibi miniſtrari in præmiſſis ſæpe & ſæpius inſtantiis poſtulavit. Nos igitur Johannes Epiſcopus Lincolnienſis antedictus attendentes cauſas unionis, annexionis, appropriationis, & incorporationis prædictorum plene & effectualiter coram nobis probatas; illaſque rationabiles ac tales etiam fuiſſe & eſſe per quas præmiſſorum occaſione utrique Cœnobio ſupradicto multipliciter poterit expediri, volentes qua potuimus congrua celeritate negotium prædictum, in quo Abbas & Conventus Monaſterii de Croyland prædicti, quod nos non latet, totales expenſas ſubierunt ac etiam ſupportarunt, terminare & finire, ac ſic utriuſque Monaſteriorum de Croyland & de Burgo ſancti Petri commoditatibus in præmiſſis debite providere; ad præfati Domini Johannis Croyland Procuratoris prædicti petitionem & inſtantiam, in præſentia præfatorum Magiſtrorum Willielmi Miller Dominorum Decani & Capituli, & Rogeri Wood Archidiaconi noſtri Leiceſtriæ, Procuratorum ibidem perſonaliter conſtitutorum, & de eorum conſenſu pariter & aſſenſu expreſſis, ad noſtrum decretum ſive noſtram ſententiam in hac parte ferendam procedend. fore decrevimus, ac proceſſimus, noſtrumque decretum ſive ſententiam noſtram tunc ibidem legimus, tulimus, & promulgavimus in ſcriptis, ſub eo qui ſequitur tenore verborum.

In

1486. Henric. 7. R. In Dei nomine, Amen. Auditis, intellectis, ac plenarie diſcuſſis per nos Johannem Permiſſione Divina Lincolnienſem Epiſcopum, meritis & circumſtantiis cujuſdam cauſæ ſive negotii unionis, annexionis, appropriationis, atque incorporationis Eccleſiæ Parochialis de Brynghurſt, alias dictæ Eſton, noſtræ Diœceſis, cum ſuis terris, tenementis, redditibus, ſervitiis, fructibus, & proventibus, nec non commoditatibus quibuſcunque Monaſterio ſancti Petri de Burgo Diœceſis noſtræ prædictæ, ac Abbati & Conventui ejuſdem Monaſterii, eorumque ſucceſſoribus quibuſcunque futuris canonice fiendarum, quæ ſeu quod coram nobis vertitur, & adhuc perpendet indeciſum & indiſcuſſ. comparente coram nobis perſonaliter diſcreto viro fratre Johanne Croyland dicti Monaſterii de Burgo confratre & commonacho, nec non & ejuſdem Monaſterii Abbatis & Conventus ſupradictæ Eccleſiæ Parochialis de Brynghurſt alias dictæ Eſton Patronorum, juſque patronatus & advocationem ejuſdem Eccleſiæ notorie obtinentium, Procuratore ſufficienter conſtituto: ac in præſentia diſcretorum virorum Magiſtri Willielmi Miller Clerici, Notarii publici, venerabilium virorum Dominorum Decani & Capituli Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Beatæ Mariæ Lincolnienſis; ac etiam Magiſtri Rogeri Wood in Artibus Magiſtri, venerabilis viri Magiſtri Richardi Lavynder Decretorum Doctoris, Archidiaconi noſtri Leiceſtriæ, infra cujus Archidiaconatus procinctum & ambitum dicta Eccleſia Parochialis de Brynghurſt alias Eſton fore dignoſcitur ſituata, procuratorum ibidem perſonaliter etiam comparentium, ſufficienter & legitime conſtitutorum; de quorum quidem Procuratorum coram nobis in negotio ſupradicto per ipſos Procuratores diviſim & realiter exhibitis procurationum mandatis in actis negotii ſive cauſæ hujuſmodi legitimo conſtare dignoſcitur documento unionis, annexionis, appropriationiſq; cauſas per nos auctoritate noſtra ordinaria admitti, approbari, ac pro eiſdem & earum valore declarari & pronunciari, præfatamque Eccleſiam Parochialem de Brynghurſt alias dictam Eſton cum ſuis terris, tenementis, redditibus, ſervitiis, fructibus & emolumentis quibuſcunque, Monaſterio ſancti Petri de Burgo prædicto, illiuſque Abbati & Conventui modernis, & ſuis ſucceſſoribus futuris, in eorum proprios uſus perpetuo poſſidend. canonice uniri, appropriari, annecti, & incorporari, ipſaque Monaſterium & Parochialem Eccleſiam conſolidari; & ſententiam ſive decretum finale per nos in hac parte ferri & promulgari, juſtitiamque fieri ſæpius & inſtanter poſtulante; ad noſtræ ſententiæ ſive noſtri decreti finalis prolationem in hujuſmodi negotio ferendam ſive interponendam duximus procedendum, & procedimus in hunc modum:

Quia per inquiſitionem diligentem per nos & noſtra auctoritate, de & ſuper præmiſſorum unionis, annexionis, incorporationis, appropriationis, & conſolidationis cauſis coram nobis in hac parte allegatis & propoſitis, plene, ſufficienter, & canonice factis, teſtiumque probationes ſufficientes & legitimas coram nobis in hac parte habitas atque factas, & alia probationum genera & teſtimonia ſufficienter coram nobis in hoc negotio exhibita & producta, comperuimus & invenimus unionis, annexionis, incorporationis, appropriationis, & conſolidationis ſuperius ſpecificatorum cauſas fuiſſe veras, rationabiles, ac ſatis ſufficientes, & in hac parte admiſſibiles: ipſoſque Abbatem & Conventum Monaſterii de Burgo ſancti Petri, & eorum partem, intentionem ſuam in quodam articulo ſive quadam petitione pro parte eorundem Abbatis & Conventus coram nobis in negotio antedicto realiter propoſitis atque datis; in quo quidem articulo ſive petitione, unionis, annexionis, incorporationis, appropriationis, & conſolidationis cauſæ hujuſmodi plenius deducuntur: qui quidem articulus ſive quæ quidem petitio, ſic incipit, ac tenore talis eſt:

In Dei nomine, Amen. Coram vobis Reverendo in Chriſto Patre & domino domino Johanne &c.

Quem quidem tenorem habemus pro lecto & totaliter inſerto, deductam quoad infra ſcripta ſufficienter & ad plenum fundaſſe pariter & probaſſe, nilque aliud interveniſſe quo minus ad ſententiam ſive decretum prædictum procedere,

cedere, ac illam vel [a] aliud in hac parte ferre & interponere deberemus: nos 1486. igitur Johannes Epiſcopus antedictus attendentes, quam pium & merito- Henric. 7. Re rium fore, inter præfata Monaſteria de Burgo & Croyland, ad utriuſque ipſorum gravia & quaſi importabilia damna, lites, jurgia, quæſtiones, & diſſenſiones a diu continuata ſedare & pacificare, ac ipſis litibus, jurgiis & quæſtionibus finem, ut firmiter ſperamus, perpetuum ponere; eaque peragere quæ pacem, unitatem, & caritativam amicitiam inter partes prædictas confovere & nutrire valeant, ut eo quietius divinus cultus in ipſis Monaſteriis & Religionis obſervantia excerceantur: propterea qua valemus induſtria, officii noſtri debitum in his interponere volentes; licentia Regiæ Majeſtatis ad unionem, annexinem, appropriationem, incorporationem, & conſolidationem prædict. fiend. dictiſq; Abbati & Conventui de Burgo, ad ſupplicationem & inſtantiam ſupradictorum Abbatis & Conventus Monaſterii de Croyland, ut præfertur, gratioſe conceſſa in hac parte pariter & obtenta, ac coram nobis in præſenti negotio realiter exhibita: Chriſti nomine prius invocato, ac ipſum ſolum Deum oculis noſtris præponentes, de conſilio Juriſperitorum cum quibus communicavimus in hac parte, nec non de venerabilium virorum Dominorum Decani & Capituli Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Beatæ Mariæ Lincolnienſis, cum quibus pro hujuſmodi unione, appropriatione, annexione, conſolidatione, & incorporatione fiend. & eorum Capitulari conſenſu in hac parte habend. tractamus; nec non venerabilis viri Magiſtri Richardi Lavynder decretorum Doctoris, Archidiaconi Leiceſtriæ, infra cujus Archidiaconatus procinctum & ambitum conſiſtit Eccleſia Parochialis de Brynghurſt alias dicta Eſton antedict. notorie ſituata, procuratorum prædict. ſic ut præmittitur coram nobis comparentium, ac eorum utriuſque Procuratoris voluntate, conſenſu pariter & aſſenſu expreſſis, unionis, appropriationis, annexionis, incorporationis.

a illud.

Cetera deſunt.

[a] ANNALIBUS
MELROSENSIS
Cœnobii (Mſſ. in Bibliotheca *Cottoniana*) ſequentia ſuis locis inſerta ſunt alia manu.

[b] ANno DCCXLI. Obiit *Ewain* Rex *Scottorum,* cui ſucceſſit [c] *Murezaut* filius ejus. 741.

Anno DCCXLIV. Obiit *Murezaut* Rex *Scottorum*, cui ſucceſſit *Ewen* filius ejus. 744.

Anno DCCXLVII. Obiit *Ewen* Rex *Scottorum*, cui ſucceſſit *Hed* Albus, filius ejus. 747.

Anno DCCLXXVII. Obiit *Hed* Rex *Scottorum*, cui ſucceſſit *Fergus* filius ejus. 777.

Anno DCCLXXX. Obiit *Fergus* Rex *Scottorum*, cui ſucceſſit *Seluad* filius ejus. 780.

Anno DCCCIV. Obiit *Seluad* Rex *Scottorum,* cui ſucceſſit *Eokal* venenoſus. 804.

Anno DCCCXXXIV. Obiit *Eokal* Rex *Scottorum,* cui ſucceſſit *Dungal* filius ejus. 834.

Anno DCCCXLI. Obiit *Dungal* Rex *Scottorum*: *Alpinus* filius *Eokal* ei ſucceſſit. 841.

Anno [d] DCCCXLIII. Obiit *Alpinus* Rex *Scottorum,* cui ſucceſſit *Kined* filius ejus, de quo dicitur, 843.

Primus in Albania *fertur regnaſſe* Kinedhus
Filius Alpini, *prælia multa gerens.*
Expulſis Pictis *regnaverat octo bis annis*,
Atque [e] Fortemet *mortuus ille fuit.*

Iſte vocatus eſt Rex *primus*, non quia fuit, ſed quia *primus* Leges *Scoticanas* inſtituit, quas vocant Leges *Mac-Alpin.*

Anno DCCCLIX. Obiit *Kinedus* Rex *Scotorum*, cui ſucceſſit *Dovenaldus*, de quo dicitur, 859.

Rex Dovenaldus *ei ſucceſſit quatuor annis:*
In bello miles ſtrenuus ille fuit.
Regis prædicti frater fuit ille Kinedi,
Qui Sconæ *fertur ſubditus eſſe neci.*

Anno DCCCLXIII. Obiit *Dovenaldus* Rex *Scottorum.* 863.

Fit Conſtantinus *poſt hunc Rex quinque ter annis:*
Regis Kinedi *filius ille fuit.*
In bello pugnans Dacorum *corruit armis,*
Nomine nigra ſpecus *eſt ubi pugna fuit.*

Anno DCCCLXXVIII. Occiditur *Conſtantinus* Rex *Scotorum.* 878.
Rex *Scotorum Hed* frater ejus.

a Hæc Inſcriptio eſt a manu Reverendiſſ. *Armachani*; cui in margine adſcripſit alia manus, *Ex Libro MS. Melroſſenſi cui titulus ſuppoſitus recenti charactere,* Rog. Hovedenus *Et temporis & ſucceſſionis ratione variat ab Hectore Boetio* (*Camden*) cujus nomen ſic addidit Armachan. cujus & reliquæ notæ ſunt. *b* Altius non incipit; quia Melroſenſes Annales ſunt Continuatio Bedæ. *c* Murdac. *d* Ita 16. tantum annos regnaſſet Kinedus poſt mortem patris, cum totidem annos poſt deletum Pictorum imperium eum exegiſſe omnes Conſentiant. *e* Vel, Forteivet.

Ejuſdem frater regnaverat Albipes Edhus
Qui Grig Doſnalidæ *ſaucius enſe perit.*
Hic poſtquam primum Regni compleverat annum,
[a] Juſtam calun *vitam vulnere finierat.*

879. Anno DCCCLXXIX. Rex *Scotorum Het* [b] occidentur: poſt quem [Rex *Scottorum Grig* filius *Dovenald.*]

Grig *ſua jura gerens annis deca Rex fit & octo:*
In [c] Dunduren . . . . *morte retentus erat.*
Qui dedit Eccleſiæ libertates Scoticanæ,
Quæ ſub Pictorum *lege redacta fuit.*
Hujus ad Imperium fuit Anglica *tota peracta,*
Quod non leva dedit ſors ſibi bella terens.

897. Anno DCCCXCVII. Obiit *Grig Scottorum* Rex [Rex *Scottorum Dovenaldus* filius *Conſtantini.*

Poſt hunc in Scotia *regnavit Rex* Dovenaldus;
Hic Conſtantino *filius ortus erat.*
In villa fertur Rex iſte periſſe Forenſi,
Undecimo Regni ſole rotante ſui.

908. Anno DCCCCVIII. Periit *Doſnaldus* Rex *Scottorum*: poſt quem [Rex *Scottorum Conſtantinus* filius *Hedi.*]

Conſtantinus *idem cujus Pater* Hed *fuit Albus,*
Bis deca Rex annis vixerat atque decem:
Andreæ *ſancti fuit hic quinquennis in urbe;*
Religionis ibi jure fruens obiit.

843. Anno DCCCCXLIII. Obiit *Conſtantinus* Rex *Scottorum.*

Huic Rex Malcolmus *ſucceſſit ter tribus annis,*
Regis Doſnaldi *filius ille fuit.*
Interfecerunt [d] in ulum *hunc* Moravienſes:
Gentis Apoſtaticæ fraude doloque cadit.

952. Anno DCCCCLII. Rex *Scottorum Malcolmus* interficitur.

Poſt hunc Indulfus *totidem regnaverat annis:*
Ens Conſtantini *filius* Edſaydæ.
In bello pugnans ad fluminis oſtia Collin,
Dacorum *gladiis protinus occubuit.*

961. Anno DCCCCLXI. Rex *Scottorum Indulfus* occiditur: Poſt quem

Quattuor & ſemis Rex Duf *regnavit ariſtis,*
Malcolmo *natus, Regia jura gerens.*
Hunc interfecit gens perfida Moravienſis,
Cujus erat gladiis cæſus in urbe Fores.
Sol abdit radios, ipſo ſub ponte latente,
Quo fuit abſconſus, quoque repertus erat.

965. Anno DCCCCLXV. Rex *Duf Scottorum* interficitur. Poſt quem

Filius Indulfi *totidem quoque Rex fuit annis,*
Nomine Culenus: *vir fuit inſipiens.*
Fertur apud Lovias *illum truncaſſe* Radhardus,
Pro rapta nata, quam ſibi Rex rapuit.

969. Anno DCCCCLXIX. Rex *Scottorum Culenus* perimitur. Poſt quem

Inclytus in Scotia *fertur regnaſſe* Kinedus,
Malcolmi *natus, quattuor & deca bis.*

a In Stratalun. *b* [f. occiditur.] *c* MS. in Dunduren p̄b̄s̄ i. e. probus. *d* MS. ī ūlū hc̄

Iſte

Iſte Fotherkernæ *telis fit & arte peremtus*,
Natæ Cuncari Fimberhele *fraude cadens*.

Anno DCCCCXCIV. Rex *Scottorum Kined* occiditur. Poſt quem [Rex *Scottorum Conſtantinus* Calvus, filius *Culini.*] 994.

Rex Conſtantinus Culeno *filius ortus*,
Ad caput amnis Aven *enſe peremtus erat.*
In Tegalere *regens uno Rex & ſemis annis:*
Ipſum Kinedus Malcolonida *ferit.*

Anno DCCCCXCV. Rex *Scottorum Conſtantinus* necatur. Poſt quem [Rex *Scottorum Grim*, ſive *Kinedus*, filius *Duf.*] 995.

Annorum ſpatio Rex Grim *regnaverat octo*;
Kinedi [a] *n. . . . . qui genitus* Duf *erat.*
Quo truncatus erat, Bardorum campus *habetur*,
A nato Kined *nomine* Malcolomi.

Anno M. III. Rex *Scottorum Grim* necatur. Poſt quem 1003.

In vico [b] Glannis *rapuit* [*mors*] *libera Regem*;
Sub pede proſtratis hoſtibus ille perit.
Abbatis Crini *jam dicti filia Regis*
Uxor erat [c] Bethoc *nomina digna ſibi.*

Anno M. XXXIV. Obiit *Malcolomus* Rex *Scottorum*: & *Dunecanus* nepos ejus ei ſucceſſit. Iſte *Malcolmus* non habuit filium, ſed filiam; quæ erat uxor Abbatis *Duncaneli Crini*, & 1034.

Ex illa genuit Duncanum *nomine natum*,
Qui ſenis annis Rex erat Albaniæ.
A Finleg *natus percuſſit eum* Macabeta;
Vulnera lethali Rex apud Elgin *obit.*

Anno M. XXXIX. Obiit *Dunecanus* Rex *Scottorum*: cujus Regnum *Macbet* ſibi uſurpavit. 1039.

Rex Macabda *decem* Scotiæ *ſeptemque fit annis*:
In cujus Regno fertile tempus erat.
Hunc tamen in Luſnant *truncavit morte crudeli*
Duncani *natus, nomine* Malcolomus.

Anno M. LV. *Lulach* quatuor menſes & dimidium regnavit. 1055.

Menſibus infelix Lulach *tribus extiterat Rex*:
Armis ejuſdem Malcolomi *cecidit.*
Fata viri fuerant in Stratbolgin *apud* Eſſeg:
Heu ſic incaute Rex miſer occubuit.
Hos in pace viros tenet inſula Jona *ſepultos*
In tumulo Regum, Judicis uſque diem.

Anno M. LVI. *Malcolmus* filius *Dunecani* ſuſcepit Regnum *Scotiæ* jure hæreditario. 1056.

Ter deca ſexque valens annis & menſibus octo
Malcolmus *decus Rex erat in* Scotia.
Anglorum *gladiis in bello ſternitur Heros*:
Hic Rex in Scotia *primus humatus erat.*

Anno M. XCIII. *Dovenaldus* Regnum *Scotiæ* invaſit: de quo dicitur, 1093.

Menſibus in Regno ſex regnavit Dovenaldus,
Malcolmus *Regis frater, in* Albania.
Abſtulit huic Regnum Duncanus Malcolomides;
Menſibus & totidem Rex erat in Scotia.

a An, nato? *b* Slannis. *c* Bechoc.

 Hic

Hic fuit occiſus Mernenſibus *in* [a] Monodedhno:
De male vivendo plebs premit omnis eum.

Rurſus Doſnaldus, Duncano *Rege peremto*;
Ternis Rex annis regia jura tenet.
Captus ab Edgaro *vita privatus at ille*
Roſcolpin *obiit*; *oſſaque* Jona *tenet.*

Poſt hunc Edgarus *regnavit ter tribus annis*:
Rex Edenburgo *fertur obiſſe probus.*

Regis Alexandri *Regnum duravit ariſtis*
Quinque bis & ſeptem, menſibus atque octo.
In Scotia *tota poſtquam pax firma vigebat*,
Fertur apud Strivelin *mors rapuiſſe Regem.*

Bis deca Rex annis David *fuit atque novenis*
In Scotia, *caute provida proſpiciens.*
Poſtquam caſtellis Regnum munivit & armis,
Rex Carduillæ *fertur obiſſe ſenex.*

Inclytus in Scotia *regnavit* Malcolomus *Rex*
Bis ſenis annis, menſibus atque tribus.
Non ſatis in Regno jam tunc pax firma vigebat:
Fertur apud Gedewrhe *Rex ſine labe mori.*

Quattuor hi Reges jam tunc in pace ſepulti
In tumba reſident Rex ubi Malcolomus.

a Alii appellant Monethefoen.

Errata

Errata.

PAg. 9. Marg. b Rubeum *Leg.* Auleum, vel Aubeum, MS. *p* 10. *l* 7 [filii Northlang. *l* repone in marg *l* 20. Item donum] Hæc verba, *Item donum* uſque ad *carucatas terræ l* 23. uncis includenda; deſunt enim in Impreſſ. *p.* 17. *l.* 9. inventus *l.* juventus *p.* 21. *l.* 11. imminutum *l.* immunitum. *p.* 23. *l.* 31. Incarig. *l.* Ancarig. ut & *p.* 24. *l.* 14. *p.* 29. *l.* 33. revelatione *l.* relevatione *l.* 48. ſtemmatis, ad. in marg. c. ſcematis *p.* 32. *l.* 19. Ceowlpho *l.* Ceolwlpho *p.* 41. *l.* 6. ſoliciti *l.* ſoliti *l.* 49. autem] poſt autem adde] huc uſque enim deſunt in Impreſſ. *p.* 59. *l.* 27. Leſſius *l.* Leſſius *p.* 63. Marg. b. Helpeſton *l.* Helyeſton *p.* 67. *l.* 18. Radini *l.* Radulfi *p.* 72. *l.* 37. dele & conmartyrizatus *p.* 74. *l.* 9. Witono *l.* Winoto, vel Winoco *p.* 80 *l.* 11. Audivi *l.* Adivi *p.* 81. *l.* 14. Ivelound *l.* Avelound *p.* 111. *l.* 4. ſi *l.* ſed *p.* 112. *l.* 26. in marg. 1108. *l.* 54. 1109. Apr. 8. *p.* 114. *l.* 27. docuerit *l.* nocuerit *p.* 118. *l.* 33. vera *l.* vere *p.* 129. *l.* 11. exſulat *l.* exſuat *p.* 135. *l.* 40. major *l.* quatuor *p.* 136. *l.* 37. Dom. *l.* *Dun* *p.* 138. *l.* 2. Totto *l.* 38. Kinothus *p.* 141. *l.* 41. Nordwalanos 146. *l.* 43. Doven. *p.* 148. *l.* 6. Weſtan *l.* Wlſtan *l.* 27. Indictione IV. *l.* 45. Cudes *l.* Cudel. *l.* 52. Walthevo *l.* Walchero *p.* 152. marg. a Roſæ *l.* Roſæ *p.* 153. *l.* 2. Fronte *l.* Frome *l.* 19. XXIV. *l.* XXIV. M. ut & *p.* 154. ſæp. *p.* 154. *l.* 13. Danorum *p.* 156. *l.* 6. Perforenſis *l.* Perſorenſis. *l.* 7. Dimecanus *l.* Dunecanus. *l.* 30. Aldwino *l.* Baldewino *l.* 34. Edſius *l.* Edſius *l.* 55. feria III. *p.* 158. *l.* 1. Ros *l.* Res. *l.* 19. Dulach *l.* Lulach *l.* 22. Devegarus *l.* Levegarus l. 31. Boloniæ *l.* 36 Kal. Decembris *l.* 42. Mernes. *p.* 162 *l.* 29. Menanias *l.* Mevanias *p.* 164 *l.* antepenult. per *l.* Rex *p.* 165. *l.* 23. Kelchehon *l.* Kelchehou. & ſic ſæp. *p.* 166. *l.* 5. Tutteenemor *l.* Cuttenemor *l.* 24 Heubotle *l.* Neubotle *l.* 31. Dunenſe *l.* Dunelmenſe *p.* 167. *l.* 28. Kilremunt *p.* 168. *l.* 30 Pert. *l.* Epiſcopis *l.* 53. Adam Florentio Comiti *p.* 169. *l.* 28. Gallias *l.* Guallias *p.* 170 *l.* 40. II. kal. *p.* 171. *l.* 29. legationem *p.* 173. *l.* 51. Kalconenſem *p.* 175. *l.* 28. Robertus *l.* Rogerus *p.* 176. *l.* 20. in marg. 1185. *l.* 36. Gillepatricium *p.* 177. *l.* 8. III. Kal. *l.* 30. Inverius f. Innernis *p.* 179. *l.* 45. Epiſcopo *l.* Epiſcopi *p.* 180. *l.* 30. Reinerus *l.* 31. Ernaldo *l.* 33. XIII. Kal. *p.* 183. *l.* 5. Willielmus de *l.* Willielmus Prior de *p.* 186. *l.* 9. Roſenſis *l.* Roſenſis *l.* 31. Adam *l.* 35. Willielmus *p.* 187. l. 43. XXX. CC. *l.* XXX. CC *p.* 189 *l.* 37. Germanum *p.* 193. l. 15. ſingulæ *l.* lingulæ *l.* 25. legi *l.* tegi *l.* 51. ſepties f. ſexties *p.* 194. marg. 1216. *l.* 1217. *l.* 40 Renesb. *l.* Revesb. *p.* 196. *l.* 19. Cypro *l.* Cupro, & ſic ſæpius *p.* 200. *l.* 30. Stephanus *l.* obiit Stephanus *l.* 52. de *l.* le *p.* 201 *l.* 10. Lenlini *l.* Leulini *l.* 35. Muref. *l.* 55 Walterus *p.* 202. *l.* 8. Gilbertum *l.* 24. Roſenſis *l.* Roſenſis *p.* 204. *l.* 29. Calcon *l.* Calcou, & ſic ſæp. *l.* 30. Herbertus f. Hugo *l.* 14. a fine, Eodem anno in ſede ſua *l.* eodem anno in die ſancti Vincentii conſecratur Dominus David de Bernam in ſede ſua *p.* 207. *l.* 14. Mardo f. Muſarde *p.* 209 *l.* 52. confici *l.* conſiſi *p.* 212. *l.* 8. mirifica . . .] deſunt multa *p.* 214. *l.* 27. b. Eccleſiaſticis] nota b. pertinet ad vocabulum Eccleſiaſticis linea ſuperiori *p.* 216. *l.* 41. Divina poſſit *l.* Divina ſibi vel humana lege legitur conceſſum, quod transferre libito poſſit *p.* 217. *l.* 29. natalibus aliæ contumaciam panæ *l.* talibus aliæ contumacium pœnæ *p.* 221. *l.* 1. in marg. 1248. *l.* 7. Gamelinus. *l.* 8. Manereth *l.* Maneteth. *l.* 46. Robertus. *p.* 222. *l.* 38. Diaconus *l.* Archidiaconus *p.* 230 *l.* 8. Glaſconia *l.* Gaſconia *p.* 231. *l.* 45. Gloſtete. *l.* Groſtehte *p.* 232. marg. Tabulæ *l.* Fabulæ *p.* 235. *l.* 1. occupaverat *p.* 238 *l.* 16. delectus *l.* detectus. *l.* 22. fideliter *l.* feliciter. *p.* 240. *l.* 27. ni palam utrumque *l.* in palam utcunque *p.* 247. *l.* 19. bellum *l.* celum *p.* 253. *l.* 35. amiſſam *l.* aſſiſam *l.* 43. aſſiſtant *l.* aſſiſam *p.* 256. Tolisbury *l.* Totisbury *l.* 36. VII. Kal. *p.* 258. *l.* 38. Haniſam *l.* Haviſam *p.* 259. *l.* 40. Eboracenſi *l.* Ebroicenſi. l. 42. hæredibus ſuis de hoc quod *l.* hæredibus noſtris: Idem autem Epiſcopus reſpondebit Regi Angliæ & hæredibus ſuis de hoc *p.* 260. *l.* 9. prædictus *l.* ſi prædictus *p.* 261. *l.* ult. Ulneſtre *l.* Ulveſtre *p.* 267. *l.* 20. Igitur *l.* agitur *p.* 270. *l.* 27. l. cadat] nota l. delenda, & reponenda lin. ſequ. loco m, & ſic reliquæ mutandæ. *p.* 272. *l.* 8, 9. a fine, fuerit ſtatim *l.* fuerit aſſignata, vel niſi domus illa ſit Caſtrum. Et ſi de Caſtro receſſerit, ſtatim *p.* 273. *l.* 34. viſueto *l.* viſneto *p.* 278. *l.* 11. Scotta *l.* Socca *p.* 281. *l.* 42. Rex illo *l.* vexillo. *p.* 282. *l.* 12 dilatus *l.* dilatatus *p.* 284. *l.* 11. parvos *l.* per vos *p.* 292 *l.* 5. Regis *l.* Regi *p.* 293. *l.* 1. a ſanctiſſimo, in marg. leg. a v. Mat. Par. *p.* 631. *p.* 312. *l.* 24. Joh. *l.* Philipp. *p.* 367. *l.* 11. Menlenge *l.* Meuleng *p.* 377. *l.* 13. dominum *l.* dominium *p.* 482. marg. 1281. Edw. 3. R. *l.* repone ad *l.* 5. *p.* 493. *l.* 51. Scrones *l.* Scrope *p* 529. *l.* 33. inducitur *l.* indicitur *l.* 34. præditorum *l.* prædiorum *p.* 574. *l.* 17. Eleemoſynarii Officium. *l.* Eleemoſynarii, alter Secretarii Officium.

F I N I S.

INDEX.

A.

Aliz, uxor Henr. 1. R. 164
Abbates in Regum Curiis, 63
Abel, Epiſc. S. Andr. 220 ob. ibid.
Abendonia Monaſter. 41
Acca Epiſc. Haguſtald. 135 ob. 136
Accamanni Civitas, 150
Acharius, Abbas Burgenſ. 471
Achym. Soldanus, 74
Ada, Comitiſſa de Hoyland, 168
Ada, filia Wil. Conqueſt. 130
Ada, f. Wil. Reg. Scot. uxor Patricii Comitis, 176
Ada, f. Wil. Com. Warenn. 166. uxor Henr. Com. Huntingd. ib. ob. 174
Adam, Abb. Alnwic, depoſitus, 182
Adam, Abb. Bulmurinac, ceſſit, 229 alius ib.
Adam Abb. de Cupro, 178
Adam, Abb. Dundraynan, ob. 219
Adam, Abb. S. Edwardi, 220
Adam, Abb. Holmcultr. ceſſ. 200
Adam, Abb. Melros, 128 Epiſc. Cathen. 186 cæſ. 199 201 204
Adam, (de Harcarres, 223 226) Abb. Neubotil, 191 196 fit Abb. Melr. 197
Adam, Abb. Neubot. 222 fit Abb. Melr. 223 depoſit. 229
Adam, Abb. Neubot. 181 ceſſ. 186.
Adam, Epiſc. Aberden. 182
Adam, Epiſc. Caten. 197
Adam de Hythuſum, 129
Adam de Kilconcath, Com. Karric, 242
Adam Monachus Glorioſus, 223
Adam de Smalham, Abb. Dere, ceſſ. 230
Adam de Tilletai, Abb. Rievall. 204
Adelardus, Rex Weſt-ſaxon. ob. 136
Adelbald, Rex Mercior. v. Ethelbald.
Adelbertus, R. Northumbr. 137
Adeldun, Conſul, 137
Adelhardus, Archiep. Cant. ob. 141
Adelhunus, Epiſc. Wiccior. 147 ob. ibid.
Adelmus, Abb. Adendun. 93
Adelredus Dux, 20
Adelſtanus, Epiſc. Schirburn. 11
Adelwald, Epiſc. Lincoln. v. Ethelwald.
Adelwaldus Mol, R. Northumbr. 137 138
Adelwardus, 44
Adelwlphus Com. 20 25
Adelyngia, Monaſter. 26 27
Adewlfus R. v. Athelwlf.
Adimarus, Epiſc. Podienſ. ob. 162
Adrianus 1. Papa, 138 139 ob. 140
Adrianus IV. P. 167 ob. 168
Adulphus, Epiſc. Carleol. 165
Adulphus, Epiſc. Crid. 36
Adulphus Epiſc. Roffenſ. 135 ob. 136
Adulphus, ſive Ædulphus, Abb. Burg. 46 48 52 152 Archiep. Eborac. ibid. ob. 153
Ædelnothus, 48
Ædelredus, R. Northumbr. 138 expulſ. ibid. reſtitut. 139 cæſ. ib.
Ægbaldus, Epiſc. Wint. 6
Ægydius, Epiſc. Sariſb. 376
Ægyptiaca dies, 252
Ælf. fil. Elfwaldi, cæſ. 139
Ælferus Dux, 48
Ælfricus, Abb. Malmsb. 47
Ælfſige, Epiſc. Wint. ob. 156
Ælfſtanus, Epiſc. Lond. 45 47 48
Ælfſtanus, Epiſc. Shirb. 15 16 141 142 ob. 143
Ælfwinus, Epiſc. Wint. 156
Ælfwoldus, Epiſc. Donevon. 44 45
Ælgiva, Hamtonienſ. 156
Aeſe Capella (i. e. Aquiſgran.) 255
Æthelardus, Archiep. Cant. 6
Æthelbaldus, R. Merc. v. Ethelbald
Æthelgarus, Abb. Wint. 44 48 49
Æthelred R. Merc. v. Ethelred.
Æthelwardus, Miniſt. 36
Æthelwoldus, Epiſc. Wint. 44 45 47 48 149 150 ob. 53 151 v. Athelwold.
Æthulphus Epiſc. 47
Agelnothus, Archiep. Cant. 59 155 ob. 156
Agelricus, Epiſc. Dunelm. v. Egelric.
Agelricus, Epiſc. Southſax. ob. 156
Agelwardus, fil. Alfredi R. 144
Agelwinus, Epiſc. Dunelm. 64 70 158 159
Agge de Neuton, 100 101
Agyncourt prælium, 500
Agnes, ux. Wil. Com. Derb. ob. 310
Aigulphus, 36
Ailaphus, 154
Ailtritha, v. Alſtritha
Ailwinus Comes, 39, Dux, 45 47 54
Aie, Monach Croyl. 29 32 48 ob. 51
Alanus primus Abb. Balmorinac, 200 ob. 203
Alanus Abb. Glenlus, 207
Alanus, Abb. Neubot. 186 ceſſ. ib.
Alanus Croun, ſive de Credona, 112 117 118 119 125 ſeneſchall. Reg. 112 Dapifer, 120 cellam Freſton Croyland. dedit. 126
Alanus Epiſc. Ergad. ob. 223
Alanus de Fulbek, 119
Alanus de Galwethia, fil. Rolandi, 183 200 ducit fil. Davidis Com. 183 Conſtab. Scot. 201 ob. ibid.
Alanus oſtiarius, 219 220 221
Alanus fil. Walteri, ob. 181
Albericus de Ver, cæſ. 166
Albertus Abb. Rip. 139
Albertus Archiep. Ebor. 138 ob. 139
Albertus Eſtangl. 137
Albertus R. & Mart. 158 ejus Monaſter. ib.

b

Albertus

Albertus Hoſtienſis, legat. 166
Albigenſes, 185
Albinus, Epiſc. Brechin. ob. 241
Albius Comes, 148
Alchere Dux, 142
Alchmundus Epiſc. cæſ. 144
Alchmund. Epiſc. Haguſtald. 138 ob 139
Alchmund. fil. R. Northumbr. cæſ. 140
Alchſtanus, Aleſtan. Epiſc. Shirb. v. Ælfſtan.
Alchwinus, v. Alcwinus
Alcinus Com. 36
Alcmundus Com. 20
Alcwinus, Epiſc. Wig. 19 ob. 144
Aldredus, Abb. Rievall. ob. 170
Aldredus, Com. Northumbr. 158 160
Aldredus Epiſc. Cuncaceſtr. 150
Aldredus Epiſc. Wig. 157 158 Jeruſal. viſit, 159 Archiep. Eborac. 66 68 69 159 160. ob. ibid.
Aldredus, R. Northumbr. 138. exul, ib.
Aldulfus, Epiſc. Lindiſ. 137. ob. 138
Aldulfus Epiſc. 139
Aldulfus fil. Boſæ, cæſ. 138
Aldunus, Epiſc. Dunelm. 155
Aldwich Epiſc. ob. 137
Aldwinus, Epiſc. Cuncaceſtr. & Dunelm. 152
Aldwinus, Epiſc. Eſtangl. 135. ob. 136
Aldwinus, Prior Dunelm. ob. 161
Alexander, Abb. Ciſt. 170
Alexander, Abb. Cupr. 183 196 ceſſ. 204
Alexander, Abb. Der, 198 ob. 199
Alexander, Epiſc. Ceſtr. ob. 204 292
Alexander Epiſc. Linc. ob. 167
Alexander II Papa, 92
Alexander III P. 168 169 172 337 ob. 175
Alexander IV P. 220 ejus Epiſtola de electione ſua, 339 340. ob. 223 446
Alexander R. Scot. 158 163 ob. 164
Alexander R. Scot. 159 nat. 181 182 Miles 185 Rex, 186. 189 Ludovici Franc. Homo fit, 191 excommunicatus, 192 abſolutus, 195 fit Homo Henr. R. Angl. ibid. ducit Johannam ſoror. R. Angl. 198 200 ducit Mariam fil. Ingerami de Couci, 204 159 ob. 219
Alexander fil. Alex. R. Scot. nat. 159 206 Rex 219 ducit Margaritam fil. Henr. III R. 219 captus Edinb. 220 221 222 Manniam Inſ. emit. 229
Alexander fil. R. Scot. nat. 225
Alexander de Santrea, ob. 182
Alexander de Setun, 242
Alexis Imp. 74
Alexis Subdiac. Nuntius in Scot. 174
Alfer, Vicecom. 36
Alferus Dux, 44 45 48 52 54
Alfgetus, 59
Alfleda, fil. Celwlphi R. 7. 11.
Alfleda, ux. Edgari R. 54
Alfredus Epiſc. Shirb. 35
Alfredus, fil. Topi, 86
Alfredus fil. Ethelwlphi R. 17 142 18 19 25 R. Wexſax. 25 144 in Æthelingea latet, 26 27 ejus vita, & inſtituta, 27 28 86 Angliam deſcribit, 80 ob. 28 140
Alfricus Archiep. Cant. 152 246 ob. 153
Alfricus Putta, Archiep. Eborac. 59 155 157 ob. ibid.
Alfricus Dux, 56 153
Alfricus, Dux Merc. 151 ob. 64
Alfricus, Epiſc. Eſtangl. 45
Alfunus, Epiſc. Lond. 154
Alfwoldus, R. Northumbr. 138 139
Algarus Com. 10 14
Algarus ejus fil. 14 18 20 96 Danos cædit, 20 cæſus, 21
Algarus Epiſc. Leofrici, 59 66 86 95 158 159 ob. 66
Algarus Epiſc. Eſtangl. ob. 155
Algarus Miles, 10 14 19
Alicia ux. Radulfi Toenac. 73
Alienor, Reg. ob. 181. v. Elienor, & Helionor.
Alina, Com. Dunbar. ob. 174
Almariciani, 184
Alnewic, Monaſter. 167 233
Alpherus Com. 39
Alpinus, Abb. Scot. 142
Alſtanus Abb. Glaſt. 144
Alſtanus Epiſc. v. Ælfſtan.
Alſtritha, ux. Edgari R. 151
Alveredus, v. Alfred.
Alvredus, ſive Alwredus, Clito, 156
Alwine Dux, 44
Alwinus, Epiſc. Merc. 135 v. Aldwin.
Alwinus, Epiſc. Wint. ob. 157
Alwinus, frat. Pendæ, 2 33
Alwordus, Epiſc. Lond. 157
Amauri oſſa excommunic. 184
Ambertus, Abb. Rip. 11
Ambresbiri, Monaſt. 151
Amfridus, Abb. Neubot 174
Analaphus, 37 56
Analaphus, R. Norw. 148 152
Analaphus, R. Hibern. 147
Anagus, Com. Murav. cæſ. 165
Anaſtaſius Imp. 109
Anaſtaſius P. ob. 167
Andreas, Epiſc. Caten. ob. 176
Andreas de Murevia, Epiſc. Murev. 199 201 ob. 206
Anglorum Schola Romæ, 27
Anlafus, v. Analaph.
Anna, fil. Rich. Com. Warw. ux. Edw. Pr. Wall. 553. inde Ric. D. Glouc. 557 ob. 572
Anſegiſus, Pipini Pater, 109
Anſelmus, Archiep. Cant. 111. 162 exul, 110 162 iterum, 163 redit, 111. ſex Epiſcopos conſecr. 126 163 ob. 163
Anſelmus legat. 164
Antiochia a Chriſtianis capta, 162
Appropriationes, 441
Apuliæ Infans, ſive Puer, v. Frederic. Imp.
Araldus Com. ob 182 v. Harald Com.
Ardnotus de Spaldyng, 99
Arlotus, 387
Arnaldus, Abb. Bonevall. 130
Arnoldus de Beleſmo, 163

Arnulphus, Abb. Burg. Epiſc. Roff. 129
Arnulphus Imp. 28
Arſnulph, 47
Arturus, fil. Gaufridi D. Brit. nat. 177 Hæres Ric. 1. R. 179 256 fit Homo Joh. R. 258 260 capt. 263
Arwinus, Abb. Burg. 62
Aſcelinus, primus Abb. de Kinlos, ob. 173
Aſcerus Com. 20
Aſcerus, Epiſc. Shirb. 28
Aſcwi, Abb. 47
Aſfordus de Helyeſton, 76 collum confregit, 77
Askerus, v. Aſcer.
Aſſiſa Menſurar. 253 265
Aſſiſini, 377
Athelbaldus, v. Ethelbald.
Athelmus Dux, 11
Athelmus Epiſc. Fontan. 36 Archiep. Cant. 147
Athelſtan, ſive Godroun, 134 ob. 145
Athelſtanus, frat. Athelwlfi, R. Cant. 142
Athelſtanus, R. Weſtſax. 29 37 147 ob. 38 147
Athelſtanus, Epiſc. Cornub. 36 45
Athelſtanus ſacerdos, 27
Athelwinus Dux, 48
Athelwoldus, Abb. Abend. 35 41. Epiſc. Wint. 45 v. Æthelwold.
Athelwoldus Com. 39
Athelwoldus, frat. Edwardi R. 146 Rex Northumbr. ibid.
Athelwlfus, ſive Athewlfus, fil. Egberti, 9 10 Rex Weſtſax. 11 15 17 142 Decimas Eccleſiæ conceſſ. 17 143 Roma redit, & Juditham ducit, ibid.
Athulfus Com. 146
Avenal, v. G. Avenel.
Avicius, Prior Eveſh. 57 123 124
Aurelianenſe ſtudium, 114
Aurelianenſis Dux capt. 500 liberatus, 525.

B.

Baddeby, 57 85 123 124 125
Badulfus, Epiſc. Cand. Caſæ, 139
Baillol, 194
Baldewinus, v. Baldwin.
Baldocus, Abb. Pegeland. 58
Baldred R. Cant. 141
Baldwinus, primus Abb. Alnwic. ob. 167
Baldwin. Abb. S. Edmundi, 93
Baldwin. Abb. Ford. Epiſc. Wigorn. 174 Archiep. Cant. 176 178 ob. ibid.
Baldwin, fil. Euſtachii Com. Bolon. 111 162 Rex Hieroſol. 163 capt. 164 red. 165
Baldwin. fil. Euſtachii Vicecom. Huntingd. 100
Baldwin. Com. Flandr. 156 156
Baldw. Com. Flandr. Imp. Conſtantinop. 182
Baldw. Com. de Inſula, ob. 447
Baldwin. Wake, 458
Ballioli Colleg. Oxon. 241
Balmorinac, Monaſter. 200
Balnea, 230
Bardeney, Monaſter. 14 deſtruct. a Danis, 20 25 84 reſtitut. a Gilberto de Gaunt, 127 ad Barnet Prælium, 555
Barones, contra Johann. R. 181 contra Henr. III. Reg. 226 227 407 410 eorum Proviſiones, 428 434 447
Baſeg, R. Dan. 21 143 cæſ. 25
Baſrechg, v. Baſeg.
Beardea, Monaſter. 6
Beccenſes Monachi, 127
Beda Venerab. 13 ob. 136
Bega, 53
Benedictus, Abb. 108 122
Benedictus Papa, 66 151
Benevolentia, 558 571
Benna, Abb. Medeſhamſt. 6
Beornredus, ſive Bernred. Merc. 5 137
Beornulphus, ſive Bernulph. Rex Merc. 7 141
Beorredus, R. Merc. 17 18 20 25 142 Regno relicto Romam petit, 26 27 144
Berengaria, uxor Rich. 1 Reg. 262
Berfertus, fil. Regis Merc. 11
Berchctwaldus, v. Britchtwald.
S. Bernardus, 108 112 130 ob. 167 Canonizat. 173
Bernardus Abb. Cerne, fit Abb. Burtun 249 ob. 250
Bertramus de Gurdon, Regem Rich. vulner. 255 cæſus, 256
Bertram. de Verdon, 256
Bertrudis Comitiſſa Ceſtr. ob. 284
Bertulphus R. Merc. 11 12 15 16 17 142
Bettelmus, 5 53
Blanchia, fil. Alfonſi R. 258
Blanchia, ſoror Henrici Lancaſtr. uxor Thomæ Wake, 483 485
Blandunum Monaſtr. 149
Blankechartre, 493
Bleothgentus, ſive Blethgent. Wallenſ. 68 159
Boamundus, ſive Bomundus, Dux Apuliæ, 112 162
Bohemorum Papa, 297
Bokingham Coll. Cantabr. 560
Bonefacius Archiep. Cant. 292 322 341
Bonifacius Winfridus, Archiep. Martyr, 137
Bordeb. Monaſter. 249
Boſa, ſcriba Reg. 11
Bothwinus, Abb. Rip. 139
ad Bovinas Prælium, 187
Bowheri provincia, 138
Brandus, Abb. Burg. 70 71
Bregwinus, Archiep. Cant. ob. 138
Brianus Abb. Dundrain. 219
Brian. de Inſula, 195
Britchtegus, Abb. Perſ. 59 156 Epiſc. Wicior. ibid. ob. ib.
Brichtmerus, Abb. Croyl. 58 61 ob. 62. 122
Brichtmer. Epiſc. Lichf. 59 ob. 156
Brichtricus R. Weſtſax. 139 ob. 140
Brichtwaldus, Archiep. Cant. 4. 109 ob. 135

Bricius, Epiſc. Morav. 181 191 197 ob. 199
Briciſtanus, 28
Brictricus, Abb. Burton. 247 ob. ibid.
Brihtelmus, Epiſc. Dorc. 149
Brinſtanus, Epiſc. Wint. ob. 147
Briodum, Monaſter. 135
Brithegus, v. Brichteg.
Brithmarus, Ep. Lichf. v. Brichtmer.
Brithnodus Dux 36 44 45 47 48
Brithwaldus, Epiſc. Wint. ob. 157
Britmotus, Dux Eſtangl. 152
Britones, 25 135
Brittannia magna, 32
Budinus, Braccarenſ. Antipapa, 164
Burch, ſive
Burg S. Petri, 41 combuſt. a Danis, 56 maximæ opinionis, 83
Burchredus, v. Beorred.
Burkardus Comes, 20
Burton Monaſter. 246 281 Abbatum Catalogus, 447 448
Byngulph, 36

C.

Caerwiſc, Exanceſtre, 144
Calceo, ſive Calcoe, Abb. mitrat ſive Calko, 170
Calixtus P. 164 ob. 165
Cancellarii munus, 36
Cantabrig. Schola, 114 115 560
Cantuaria a Danis capta & combuſta, 154
Cantuar. primatus, totius Britanniæ, 92
Canutus, v. Cnutus.
Carl, 160
Carlel inſtaurat. 162
Carleolenſis Archiep. 287
Carolus Calvus, 142. ob. 144
Carolus magnus, Imp. & R. Franc. 138 140 ob. 141
Carolus R. Franc. ab Apro cæſ. 145
Carolus Martellus R. Franc. 147
Carolus Comes Flandr. cæſ. 165
Carolus Comes Provinc. 337
Carolus D. Burg. duc. Margar. ſor. Edw. IV. R. 555 cæſ. 561. 558
Carolus R. Sicil. 242
Catharina ux. Henr. V. R. 514
Cedda, Ep. Heref. 11
Celeſtinus P. 166
Celeſtinus III. P. 179. ob. 181
Celeſtinus IV. P. ob. 206
Celfreda, ux. Witlafi R. 11 22
Celnothus, ſive
Ceolnothus, Archiep. Cant. 10 15 16 19 ob. 143
Ceorl. Com. Domnan. 142
Ceolwlfus, 7 96 Rex Merc. 7 141
Ceolwlfus R. Merc. 27 144
Ceolwlfus R. Northumbr. 135 Monachus, 136 ob. 137
Ceolwlfus, Epiſc. Dorcac. 32 35 36
Ceolwlfus, Epiſc. Lindiſ. 138
Celred., Abb. Burg. 7
Celredus, Rex Merc. 2 84 109
Celwlfus, v. Ceolwlf.
Centuriæ, 28
Cenwlfus, R. Merc. 140 141
Ceſtrenſis Epiſc. 284 ſive Coventr. ſive Lichf. 206
Charta Magna, 271 323 de Foreſta, 271 323 a Papa confirmat. 331
Chartæ, 70
Chriſtiana Corbet, ob. 206
Chriſtianus Epiſc. Candidæ Caſæ, ob. 177
Chriſtina, ſor. Edgari Ethel. Monialis, 155 160 161
Ciceſtrenſ. Epiſc. 93
Cilwardus, v. Eilward.
Cinibrichtus, Epiſc. Lindisfar. 135
Ciſſa Eremita, 5
Ciſtellenſes, ſive
Ciſtercienſes Monachi, 112 162 196 197 248
Clemens, Epiſc. Dunblan. 201 221 ob. 222
Clemens IV. P. ob. 179
Clementis Hiſtoria, ſive Itinerarium, 235 236 237 238
Clementia, ux. Ranulf. Com. Ceſtr. Comitiſſa de Rependun, ob. 322
Claravallis Monaſter. 112
Clarenbaldus, 51
Clericorum Privilegia Canonica, 398
Cluniacenſ. Monachi, 127
Cnutus, R. Angl. & Dan. 57 58 154 155 247 Romam adit, 59 155 red. & ob. 61 156 247
Cnutus, R. Dan. 79
Cometa, 169
Comitatus, inſtituti, 28 immutati, 83
Comprofeſſi, 76 116 121
Computationis Anglicanæ & Romanæ differentia, 552
Conanus, D. Brit. 168 ob. 171
Concilia, ſive Conuocationes Cleri,
 Berwic. 196
 Lond. 290 382 385
 Lugdun. 296 299
 Merton. 388
 Pariſ. 184
 Pert. 198
 Rom. 174 185 189
Confeſſio, 115
Conkeceſtre, v. Cunakec.
Conſiliariorum jurament. 378
Conradus, Abb. Ciſt. Cardinal. Epiſc. Port. 197
Conradus, Abb. Villiac. fit Abb. Clarevall. 186 in Angl. 188 fit Abb. Ciſterc. 192
Conradus Imp. 59 60
Conradus fil. Freder. Imp. 313 ob. 250
Conſtantia, fil. Marg. uxor Gaufr. D. Brit. 177 256 ob. 262
Conſtantinopolis a Turcis capta, 528
Conſtantinus, Abb. Neubot. ceſſ. 203
Conſtantinus P. 109
Conſtantinus, R. Scot. cæſ. 144
Conſtant. R. Scot. 29 37 cæſ. ib.

Conſtant.

Conſtant. R. Scot. 147 ob. 148
Conſtant. fil. Culini, 152
Copſi, v. Coſpi.
Coraſmini, ſive
Coroſmini, 207 293 Hieroſol. capiunt, 208 209 210 293 294
Coſpatric, Com. 148
Coſpatric, Com. (ut vid. Dunbar.) ob. 170
Coſpi, al. Copſi, Com. Northumbr. 148
Cotenham. 82 114
Coventr. ſive Conventr. Epiſc. v. Ceſtr. Monaſt. 57 159 Monachi expulſi, 251 reſtituti, 254
Crokeſden, Monaſt. 250
Croyland, cruda terra, 2 Inſula, ib. Villa 3 508 fines, 12 13 33 42 43 81 82 83 451 507 Terræ, 80 Divitiæ, 51 53 63 Monaſt. fundat. 2 exuſt. a Danis, 22 84 reſtitut. 32 iterum combuſt. 96 97 98 52 452 Abbatum Inſtallatio, 513
Croyland Curteys, 30 76 109
Cruce ſignatorum redemtio, 349
Crucibolum, 9 27 98
S. Crucis Monaſt. 220
Cumbriæ Regn. 37 147 153 165
Cunakeceſtre, ſive
Cuncaceſtre Epiſc. 145 152 ubi Ceſtre dic.
Cudredus, R. Weſtſax. 136 137 ob. ib.
Culenus, R. Scot. 150
Cupre, Monaſter. 169
Curſores Equeſtres, 571
Cuthbertus, Archiep. Cant. 136 ob. 137
Cuthbertus Epiſc. 26 136 144
Cuthfridus, Epiſc. Merc. 138
Cuthred, R. Cant, 7 140 ob. 141
Cuthredus, Epiſc. Lindisfarn. 146

D.

DAci, 141
Damieta a Chriſtianis capt. 197 amiſſa, 199 iterum capt. 219 & amiſſ. ibid. v. Ludovic. R. Franc.
Dani in Northumbr. & Norfolc. 28 29 v. 26
Danici piratæ, 10 11 17 55
Daniel Epiſc. Went. 135 ob. 137
Danigeld, 152. relaxav. Edw. R. 65 157
David de Bernam, Epiſc. S. Andr. 204 205 ob. 220
David Com. Athol. ob. 241
David de Haſtinges, 206
David R. Scot. 158 164 Imperatrici jur. Lond. 165 ob. 167
David, frat. R. Scot. 170 174 256 ducit Matild. ſoror. Com. Ceſtr. 179 182
David R. Wall. 204
Decimæ, Eccleſiæ conceſſ. 17 61 143
Decimæ ad ſuccurſ. Terræ ſanctæ, 177
Denarii S. Petri, 61 89
Denelae, 88 98
Depynge, 78
Der, Monaſter. 198
Dinewlphus, Epiſc. Wint. 3
Domeſday, 79 80 124
Donevonia, 44
Dovenaldus, fil. Macwill. 188
Dovenaldus, fil. Malcolmi, capt. 167
Dovenaldus R. Scot. 143
Dovenaldus fil. Conſtantini, R. Scot. 146
Dovenaldus R. Scot. 162
Draco antiquus ſolutus, 262
Drieburc. ſive Drieburg, Monaſt. 167 fundat. ab Hugone de Morevill, 168
Duf, R. Scot. 149
Dun, Epiſc. Roff. 136
Duncanus Com. ob. 181
Duncanus, fil. Gileberti de Galew. 179
Dunecanus R. Scot. 156 ob. ib.
Dunecanus, nothus Malcolmi R. Scot. 158 161. cæſ. 162
Dunelmenſ. Epiſc. 93 152 Monaſt. 160
Dungal. R. Scot. 142
Dunholm. v. Dunelm.
Dunſtanus, Abb. Glaſt. 29 35 38 41 148 Exul. 41 149 Epiſc. Wicc. inde Lond. inde Archiep. Cant. 41 42 44 45 46 48 149 151 ob. 53 54 55 152
Duvenaldus, Scot. 158 162

E.

EAdbertus, Epiſc. Eſtangl. 135
Eadbertus, Epiſc. Merc. 138
Eadbrich, Pren, R. Cant. 140
Eadbrich, R. Northumb. 136 Monach. 137 ob. 138
Eadburga, fil. Edwardi ſen. R. 146
Eadburga, ux. Etheldredi Com. 143
Eadburga, fil. Offæ R. uxor Brithrici, 140
Eadgarus, 148 v. Edgar. R.
Eadhelacus, Epiſc. Eſtangl. 135
Eadulfus Dux, 138
Eanbaldus Archiep. Ebor. 9 139 ob. 140 alius, 140
Eardulfus, Epiſc. Lindisfarn. 142 144 ob. 146
Eardulfus R. Northumbr. 139 140 fug. 141
Earnredus, 138
Earnulfus, v. Eardulf.
Eathelingeia, Monaſt. 145
Eborac. Metropol. 92. Curiæ Reg. eo tranſlatæ, 493 Monaſter. ſuccenſ. 136 reſtaur. 160
Ebrulphi Monaſt. 112
Eccleſ, Monaſt. 167
Eccleſiæ, & Eccleſiaſticor. Gravamina, 290 297 305 306 309 356 358 374 384 385 389 397
Ecgewinus, Epiſc. & Abb. Eveſh. 123
Eda, ſive Edwinus, D. Northumbr. Abb. ob. 140
Edbrichtus, R. Cant. 137. v. Eadbr.
Edelbertus, R. Cant. ob. 137
Edelſtanus, Ep. Heref. ob. 158

Edelwald, Edwald, v. Athelwald.
Edelwold v: Æthelwald.
Edeſſa v. Roeis.
Edgarus R. 40 41 149 coronatur, 150 octo Regulos ad Remos locat, 150 Monachorum Patronus, 45 149 150 ejus Claſſis, 150
Edgarus Etheling, ſive Clito, 68 155 160 161 in Scot. 162
Edgarus R. Scot. 158 162 ob. 163
Edgiva, ux. Edwardi Sen. R. 146
Editha, ux. Edwardi Confeſſ. 62 64 159 v. Egitha.
Ediva, ux. Leofrici Com. 67
Edmerus, Monach. Cant. elect. Epiſc. S. Andr. 164
Edmerus de Holbrok, 63
Edmundus, v. Edmer.
Edmundus, Archiep. Cant. ob. 204 205 480 Canoniz. 218 285 299
Edmundus Com. Richm. 519
Edmundus, D. Somerſ. cæſ. 555
Edmundus Epiſc. Dunelm. 155 ob. 157
Edmundus Epiſc. Shirb. 19
Edmundus Ferreum latus, R. 58 154 155
Edmundus fil. Edgari R. ob. 150
Edmundus fil. Edmundi R. 155
Edmundus fil. Edwardi Sen. 146 Rex, 29 38 147 cæſ. 148
Edmundus, fil. Henr. III R. 343 Rex Siciliæ dictus, 344 348 363 379
Edmundus R. Eſtangl 17 19 143 cæſ. 24 143 ejus Monaſt. 155
Edmundus Beaufort, March. Dorſ. 499
Edmundus Holand, Com. Cant. 499 ducit Luciam Mediolanenſ. ibid.
Edmundus Langley, D. Eborac. 490 Regni Protector, 493 494
Edmundus, fil. Ric. D. Ebor. Comes Rutland. 550
Edmundus Thorp, Abb. Croyl. 576
Edolfus Cudel, Com. Northumbr. 148
Edredus R. 25 30 38 41 148 ob. 41 146 149
Edricus Streone, 56 57 154 cæſ. 155 247
Edſius, Archiep. Cant. 64 156 157 ob. ib.
Edwardus Abb. Croyl. 451 ob. 452
Edwardus Epiſc. Aberden. ob. 172
Edwardus Senior, fil. Alfredi, 144 Rex, 28 146 ob. 29 147
Edwardus fil. Edgari, R. 52 54 150 cæſ. 151
Edward. (Confeſſ.) fil. Ethelredi, 61 156 Rex 62 65 84 157 247 ejus leges, 88 ob. 68 159 160 247
Edwardus, ejus patruelis, 158 Agatham ducit, 155 ob. 66 159
Edward. fil. Malcolmi R. Scot. 158 cæſ. 162
Edwardus I. fil. Henr. III. R. nat. 204 292 ducit fil. Reg. Caſtell. 220 233 411 427 446 capt. apud Lewis, 227 240 evadit, 230 victor apud Eveſham, 231 in terra ſancta, 241 ejus periculum, 242 243 redit, 242
Edwardus fil. Edmundi D. Ebor. Com. Rutl. 490
Edwardus IV. fil. Ric. D. Ebor. 549 550 532 coronat. 533 reſumit Patrimon. Reg. 533 559 Elizabetham ducit, 539 diſcordia inter eum & Com. Warw. 542 capt. 551 liberat. 551 552 in Franc. 558 ejus liberi, 563 ob. 564
Edwardus V. fil. Edw. IV. nat. 554 563 Rex, 564
Edward. fil. Henr. VI. R. 533 550 ducit Annam fil. Ric. Com. Warw. 553 cæſ. 555
Edward. fil. Rich. III. R. 571
Edward. Widevyll, 574
Edwinus Clito, 155
Edwinus Com. 59 66 69 cæſ. 70
Edwinus frat. Athelſtani R. 147
Edwinus, ſive
Edwius R. 41 47 146 149
Egberth, Archiep. Ebor. 136 137 ob. 140
Egbertus, Eremit. 5
Egbertus, R. Merc. 6
Egbertus, Northumbr. 143 144
Egbertus, ſive
Egbirtus, R. Weſtſax. 79 10 141 ob. 142
Egelnothus, Archiep. Cant. 59 v. Egelnoth.
Egelricus, 32 40 51 Abb. Croyl. 40 52 ob. 53
Egelricus Abb. Croyl. 53 ob. 54
Egelricus Epiſc. Dunelm. 64 70 157 158
Egelwardus R. 147
Egfridus R. Cant. 137 ob. 139
Egfridus R, Merc. 140
Egga, Com. Linc. 4
Egitha, v. Editha
Eguinna, ux. Edwardi Sen. R. 146
Eilredus, v. Ethelred.
Eilwardus, 30
Eilwinus, Abb. Ramſ. 93
Eldredus, v. Ethelred.
Elephas, 337
Elfegus, Abb. Bath. Epiſc. Wint. Archiep. Cant. 57 153 246 cæſ. 154 246
Elfegus Dux, 44 45
Elfegus D. Merc. 151
Elfgiva Northant. 61
Elfgiva, v. Emma
Elfinus, v. Elffin.
Elfleda, ux. Ethelredi R. 139
Elfleda, ſive
Elfletha, fil. Alfredi R. 144 Mercior. Domina, 146 147 Virago, 28 ob. 147
Elfſius Epiſc. Conkaceſtr. 150 ob. 152
Elfredus, fil. Ethelredi R. cæſ. 247
Elfredus, Præpoſit. Cantuar. 154
Elfricus Arch. Cant. v. Alfric.
Elfricus D. Merc. 151 expulſ. 152
Elffinus, Abb. Burg. 62
Elfſius, Epiſc. Wint. 148 Archiep. Cant. 149
Elfſtanus, Abb. Glaſt. 45
Elfthritha, fil. Alfredi R. 44
Elfwaldus, R. Eſtangl. 137 ob. ib.
Elfwaldus, R. Innocent. 139

Elfwardus, Epiſc. Lond. 59
Elfwinna, fil. Elfledæ, 147
Elgiva, ux. Edmundi R. 148
Elherus Com. 15
Elianora, v. Helianor.
Elienor, Mat. Ric. 1. R. 252 256 v. Alienor,
Elienſis Monaſt. excid. 24 48 Epiſc. 117 163
Elizabetha, ux. Edwardi IV. R. 539 542 565 570
Elizabetha fil. Edwardi, nat. 551 572
Elnothus, Abb. Glaſt. 93
Elnothus, Epiſc. Linc. 154
Elpinus, v. Alpin.
Elphegus, Archiep. Cant v. Elfeg.
Elphus, Ep. Wint. 147 ob. 148
Elrichefvode, 64
Elſinus de Pincebek, 99
Elſtanus Epiſc. Lond. 19
Elſtanus, Epiſc. Shirb. 15 v. Ælfſtan.
Elſthrida, ux. Edgari R. 149
Elſthrida, v. Alſthritha.
Elſwitha, ux. Alfredi R. 146
Elwinus, 38
Elwinus, Abb. Eveſh. 93
Elwoldus D. Eſtangl. 149
Emma, 63 ux. Ethelredi, 153 inde Cnuti, 155 exul, 156 ob. 65 157
Enbaldus, v. Eanbald.
Enulphus D. 15
Eokal, R. Scot. 141 ob. 142
Epiſcopi de villis in Civitates tranſlat. 93
Eraclius Patriarch, Hieroſol. in Angl. 176
Erchinbaldus, Abb. Dunferm. ob. 181
Ercus, Abb. Novi Monaſt. 197
Ermengard. Regin. Scot. 176 ob. 201
Ernaldus, Abb. Calcoe, Epiſc. S. Andr. 168 legat. ib. ob. ib.
Enaldus, Abb. Ciſterc. Archiepiſc. Narbon. 186
Ernaldus, Abb. Font. Joh. fit Abb. Ciſterc. ib.
Ernaldus Abb. Melr. 17 fit Abb. Rievall. 178 ceſſ. 181
Erniſius, Abb. Ruford, ob. 181
Ernulfus R. Franc. 145
Ernulphus, 44
Eskilus, Archiep. Lundenſ. 173
Eſtanglia, i. e. Norfolchia, 26
Etelgarus, v. Ethelgar.
Ethelbaldus, Archiep. Ebor. 146
Ethelbaldus, exul, 2. R. Merc. 2 5 6 84 106 135 136 137 Croyland. Monaſt. Cond. 2 cæſ. 5 137
Ethelbaldus, R. Weſtſax. 17 142 143 novercam ducit, 17 18 143 ob. ibid.
Ethelbertus, Epiſc. Candidæ Caſæ, 138
Ethelbert. Epiſc. Haguſt. 140
Ethelbert. Epiſc. Heref. 9
Ethelbert. R. Eſtangl. 7
Ethelbert. R. Weſtſax. 17 18 143
Etheldritha, 7 8 10 11
Ethelelmus Com. 142
Ethelfleda, v. Elfleda
Ethelfridus Epiſc. 136
Ethelgarus Epiſc. Seoleſig, Archiep. Cant. 152
Ethelgiva, fil. Alfredi R. 144 Abbatiſſ. Scaſt. 145
Ethelmarus, Elect. Wint. 410 419
Ethelmund, 45 47
Ethelredus, Archiep. Cant. 139
Ethelred Archiep. Cant. 143 ob. 145
Ethelred. Com. Gainor. 143
Ethelred. Com. Merc. 145 Dux Lond. 28 ob. 146
Ethelredi tres, Reges, 84
1 Ethelred. R. Merc. 1 46 84 Abb. Barden. 4 84 ob. ib.
2 Ethelred. R. Weſtſax. 18 19 24 84 143 ob. 25 84 144
3 Ethelred. R. Angl. 54 84 151 246 in Normann. 247 ob. 57 247
Ethelredus R. Northumbr. v. Æthelred.
Ethelredus, v. Ethelſtan.
Ethelſtanus fil. Ethelwardi, 38
Ethelwaldus, Epiſc. Lindisfarn. 135 ob. 136
Ethelwardus frat. Edwardi R. 36 38
Ethelwardus Miniſt. 45
Ethelwinus, D. Eſtangl. 152
Ethelwold. Epiſc. Wint. v. Æthelwold.
Ethelwlf, v. Athelwlf.
Ethelwlfus Com. 143
Ethelwlphus R. Merc. 20
Ethelredus R. Northumbr. v. Ædelred.
Eva de Galwcia, ob. 194
Everardus, primus Abb. Holmcultr. 179
Eveſham. Monachi ejecti 54 57 tres Monachi Eveſh. in Eboracenſ. 160
Eveſhamenſe prælium, 230 231
Eugenius P. 112
Eugenius R. Cumbr. 37
Euſtachius Com. Bolon. ducit Mariam ſor. Matild. R. 163
Euſtachius Vicecom. Hunt. 99
Euſtachius fil. Steph. R. 451 ob. 167
Euſtachius Monachus, cæſ. 193
Euſtacius de Veſci ducit Margar. ſor. R. Scot. 179 268 cæſ. 191
Ewan, R. Scot. 136
Ewen R. Scot. 136 ob. 137
Exanceſtre, 144
Eyneſham Monaſt. 127
Eyricus, R. Northumbr. 148 v. Hircius.

F.

FArceus, 36
Felix, Ep. Eſtangl. 108 109 ob. 109 110
Felix alius, de vita Guthlaci, 108 109
Ferchet, Com. de Strathern, 171
Fereteatht Com. 168
Fergus R. Scot. 138 ob. 139
Fernodus, 25
Fernothus de Boſworth, 63
Ferrant, Com. Flandr. 270
ad Ferrybrigge. Prælium, 532
Florentius, elect. Glaſc. ceſſit, 182
Floriacum, 29 102
Fontenell. Monaſt. 74 99 102

de Foreſta, charta; 276 289
Fortherus, Ep. Weſtſax. 135
Francorum origo, 83. eor. mores, & idioma in Angl. 62 70 71 83
Fregiſtus, Miles, 10 14
Frehelmus, Abb. ob. 138
Frena, ſive
Freona, Com. Dan. 21 cæſ. 25 144
Freſton, cella Croyl. 126
Fredericus Imp. 168 170 173 175 ob. 180 250
Fredericus Imp. 196 204. Infans, ſive Puer de Apulia, 211 Henrici III. ſoror Iſabelam ducit, 287 Excommunicat. 212 deprivat. 216 299 ejus Reſponſ. ad Anglos miſſ. ibid. Cleri Anglic. Reſp. ad Papam de eo, 297 ob. 219 313
Frethebertus, ſive
Frithebert. Epiſc. Haguſtald. 136 ob. 138
Frethewaldus, ſive
Frithewaldus, Epiſc. Cand. Caſæ, 138
Fridericus, Abb. S. Alb. 93
Frideſtanus, ſive
Fritheſtanus Epiſc. Wint. 36 ob. 147
Frithegiſtus, 45 47
Frithewaldus, Epiſc. Ceſtr. ob. 138
Fugitivi Croyland 8 9 12 13 a Turketulo non admiſſi, 40
Fulco, Archiep. Dubl. 386
Fulco Baſſet, Epiſc Lond. ob. 427
Fungus, Comes, 25
Fures ſuſpendio plect. 163

G.

G. Avenel, ob. 197
G. Galfridus Mala terra, Abb. Burt. 248 expulſ. ibid.
Galfridus, Prior Wint. Abb. Burt. 248 ob. 249
Galfrid. Abb. Clarevall. 130
Galfrid. Abb. Driburc, fit Abb. Alnwic. 183
Galfrid. Archiep. Ebor. 253 & Vicecom. ib.
Galfrid. de Lyſingan, 411
Galfrid. de Muſchamp. Epiſc. Coventr. 255
Galfrid. fil. Petri, 256 269 454 Com. Eſſex, 465 Juſtitiar. 469 470
Gallicana Lingua, 264 333 Manus, 86
Galo Cardin legat. 191
Galterus, Abb. Thorn. 117
Galterus Olifard, Juſtitiar. Laudon. ob. 206
Galweienſes, 201 202
Gamelinus, Canc. Epiſc. S. Andr. 220 221 exul. 221 reſtit. 222 225 ob. 238
Gaucherus, Abb. de longo Ponte, fit Abb. Ciſt. 197
Gaufridus, Abb. Dundrain. 199
Gaufrid. Abb. Dunferm. 174
Gaufrid. alius, Abb. Dunf. 203 ob. 205
Gaufrid. Abb. Kelchou, 181
Gaufrid. Rievall. 181
Gaufrid. Abb. S. Servani, 218 ob. 220
Gaufrid. de Clintun, 165
Gaufrid. Com. Andegav. ducit Imperatric. 165 257 ob. 167
Gaufrid. fil. Henr. R. nat. 249 Com. Brit. ob. 176
Gaufridus, Canc. Epiſc. Dunelm. 165 ob. 166
Gaufridus, Epiſc. Dunkeld, 203 ob. 219
Gaufrid. de Nevile, Camerar. Angl. 195
Gedewrthe, v. Jeddewrth.
Gelaſius P. 164
Georgius, Archiep. Ebor. 543 551
Georgius, D. Clarent. 543 551 ducit Iſab. fil. Rich. Com. Warw. 553 557 561 ob. 562
Georgius Dom. Leſtrange, 573
Gerardus Epiſc. Engoliſm. 128
Gerardus puella, Epiſc. Coventr. 250 ob. ib.
Gerbertus v. Silveſt.
Gerendon, Monaſt. 249
Geroldus de Romara, 125
Gerſon, Gerſun, vel Gerſum, 101
Gilbert. v. Gillebert vel Gilebert.
Gilbertus Abb. Glenlus, ceſſ. 201
Gilbertus, Abb. Holmcultr. 201. ob. 203
Gilbertus, Abb. Weſtm. 130
Gilbert. Com. Glouc. 226 227 230
Gilbert. de Gaunt, Com. Linc. reſtit. Monaſt. Bardeny, 127
Gilbert. Epiſc. Brehin. ob. 219
Gilbert. Epiſc. Lond. ſuſpenſ. a Papa, 171
Gilda, 527 528
Gilebertus, Abb. Alnwic. ob. 183
Gilebertus, Abb. Ciſterc. ob. 170
Gilebertus, Com. Strangbow, 170
Gilebertus de Galeweie, 179
Gilelm. vel Guilelm. v. Wilhelm.
Gillebertus, Abb. Cupr. 204 ob. 207
Gillebertus, quond Abb. Glenlus, Epiſc. Candidæ Caſæ, 201 ob. 220 226
Gillebertus, Epiſc. Haberden. ob. 204
Gillebert. de Humframv. ducit Comitiſſ. de Angus, 206
Gillebert. Mareſcall. Angl. ob. 205
Gillecolmus, 176
Gillepatricius, 176
Gimketel, vel Grimketel, Epiſc. Southſax. 156
Girardus, Abb. Drieburc, 174
Girardus, Archiep. Ebor. 126 129 162
Girardus Epiſc. Heref. 167
Girvii, 25 43 64 83
Giſlebertus, S. T. Prof. 114
Giſo, Epiſc. Well. 92
Gladius Ducat. Normann. 256
Glaſguenſis Archidiaconat. diviſ. 203
Glaſtonia Monaſt, 29
Goda, ſor. Edwardi R. 67
Godefridus, Decan. Ebor. fit Archiep. 222
Godefrid. fil. Euſtach. Bolon. 111. R. Hieroſol. ob. 162
Godefrid. de Luci, Epiſc. Wint. ob. 181
Godini, 184
Godiva, ux. Leofric. Com. 57 86 159
Godricus, Abb. Croyl. 24 25 27 29
Godric. alius, Abb. Croyl. 55 57 ob. 58
Godricus Eremit. in Finchal. 163 ob. 170

Godroun, R. Dan. 21 26 144 bapt. ib. ob. 145
Goiffridus, Abb. Weſtm. 93.
Goiffridus Epiſc. Conſtant. 93
Godwinus, Abb. Thorn. 52
Godwinus Epiſc. Roff. 11 15 45 154
Godwinus Dux, 56 58 59 62 156 157 ob. 66. 158
Hoſpatric, v. Coſpatr.
Gregorius Abb. Holmcultr. 179
Gregor. Archidiac. Brechin. Epiſc. Brech. 196
Gregor. Epiſc. Dunkeld. ob. 170
Gregor. Epiſc. Roſmark. 168 ob. 180
Gregor. P. 17 27 108
Gregor. P. Hildibrand. 160 161
Gregor. VIII. P. 177
Gregor. IX. P. 200 280. ejus querela de Romanis in Anglia male mulct. 281. ob. 206
Griffinus, R. Wall. 66 68 158 159
Griffin. Wall. fractis cervicibus ob. 292 386
Grig, ſive Gregor. R. Scot. 144 ob. 146
Grim, ſive Kinedus, R. Scot. 152. cæſ. 153
Grimbaldus, 27 ob. 146
Grimketel, v Gimket.
Gualo, Cardin. legat. 194 195 271 receſſ. 196
Guarnerius, Abb. Altæ Rip. fit Abb. Clarevall. 177
Guido de Balliolo, 231 cæſ. ib.
Guido de Fayrefax, 576
Guido de Lyſingan, 411
Gundulfus, Epiſc. Roff. ob. 163
Gunnilda, fil. Cnuti, 155
Gunterus Siworth, 101
Gurmound, v. Godroun
Gurtha, 69
Gutferthus, fil. Sihtrici, 147
Guthlacus, 2 16 502 nat. 109 ob. ib. tranſlat. 136 ejus Vitam ſcripſ. Felix, 108 & Ingulf. 2
Guthred, R. Mann. 261
Guthred, fil. Macwill. 185
Guthredus, R. Ebor. 145 ob. 146
Guydo v. Guido.

H.

H. de Baillol, 194
H. Haco de Multon, 99
Haco R. Norweg. 225
Hadwinus Epiſc. ob. 138
Haldena, ſive
Halfdena, R. Dan. 21 143 144
Hamo, fil. Com. Glouc. ob. 168
Hamond. R. Dan. 21
Haraldus Com. 180 capt. 181 v. Arald.
Hardecnutus R. 61 155 156 ob. 62 156 247
Hardingus de Rehale, 21
Haroldus, Com. Dan. 25 144
Haroldus Com. fil. Godwini, 59 66 68 158 Regnum occupat, 68 160 247 cæſ. 69
Haroldus Rex. 156 ob. ib. 247
Haroldus R. Dan. 61 ob. 62 68
Haroldus R. Norw. 69 cæſ. ib.
Haroldus Harfahger, (Harfauh, 162) R. Norw. 157 cæſ. 160
Haviſa, ux. Joh. R. dimiſſa, 258
Headredus, Epiſc. Haguſt. 140. ob. ib.
Hed, R. Scot. 137 ob. 138. alius, 144
Hedabbus, (potius Hed Albus) v. Hed
Hedda, Abb. Medeſhamſt. 11 15 19 cæſ. 23
Heggecote Prælium, 543 551
Helianora, ux. Henr. III. R. 249 290 ex Anglia fugit, 226 242
Helielendeſchira, 174
Helias, Abb. Rievall. 184. ceſſ. 188 v. 194
Helmſtanus, Epiſc. Wint. 10
Hely, Monaſter. 84 Epiſc. 117
Hemeli, Epiſc. Merc. ob. 130
Hemingus, Dan. 154
Henricus, Abb. Ciſterc. 194
Henricus, Abb. Clarevall. Epiſc. Alban. 174 ob. 177
Henric. Abb. S. Cruce. Epiſc. Candidæ Caſæ, 220 221
Henric. Abb. Dere, 220
Henric. Abb. Gedewrth, ceſſ. 204
Henric. Abb. Holme, 221
Henric. Abb. Kelchou, 182 190 ob. 197
Henric. de longo Campo, Abb. Croyl. 108 109 457 ob. 477
Henric. Abb. Novi Monaſt. ob. 197
Henric. Abb. Ward. fit Abb. Rievall. 188 ob. 191
Henric. Archidiac. Hunt. 127
Henric. Archiep. Dublin. 191
Henric. Archiep. Ebor. 112
Henric. Murdac, Abb. Font. Archiep. Ebor. 167 ob. ib.
Henric. de Balolf, 218
Henric. de Bathonia, 342
Henric. Beaufort, D. Somerſ. 551
Henric. Beaufort, Epiſc. Wint. Cardin. 516 ob. 521 581 582
Henric. Bleſenſ. Epiſc. Wint. 165 legat. 166 167
Henric. Epiſc. Wint. 130
Henric. de Bohun, Com. Heref. 262
Henric. Bolynbrok, Com. Derb. fil. D. Lanc. 483 489 490 exul, 493. redit, 494 Regn. occupat, ib. ob. 499
Henric. D. Bukyngh. 562 565 cæſ. 568
Henric. fil. D. Buck. 519
Henric. de Bellomonte, 496
Henric. Chichley, Archiep. Cant. 516
Henricus Com. fil. David R. Scot. 165 Com. Northumbr. 167 ob. 158 167
Henric. Com. Northumbr. 494 495
Henric. Percy, Com. Northumbr. 573 575
Henric. D. Lancaſtr. 483
Henric. D. Sax. 251 255
Henric. Imp. 37 50 51 128
Henric. Imp. 155 157 161 ob. 163
Henric. Imp. 163 ducit fil. Henr. R. 163 excommun. 164 ob. 165
Henric. Imp. 179 251

Henric. fil. Fred. Imp. gener Henr. II. R. 175
Henric. fil. Freder. Imp. 313
Henric. Holand, D. Exon. 555
Henric. de Hengham, Epiſc. Lond. 427 ob. 447
Henric. de Lambden, Abb. Calcou. 223 225
Henric. de Leſſington, Epiſc. Linc. 330 366
Henric. I. R. nat. 247 94 161 Rex. 111 162 248 D. Norm. 111 126 163 cond. Monaſt. Radings, 126 Matildem ducit, 162 Aalizam ducit, 164 ob. 165 249
Henric. II. R. fil. Imperatric. Arma Milit. a Davide R. Scot. recep. 167 Com. Andegav. 167 in Angl. venit, 145 a Stephano adopt. 167 451 Rex, ib. 249 452 in Hibern. 172 ſepulcr. Thomæ Cant. viſit, 173 Homo R. Franc. 175 cruce ſignatus, 177 ob. 178 250 455
Henric. fil. Henr. II. R. nat. 249 Rex coron. 170 452 in Patrem inſurg. 172 250 ob. 175 453
Henric. III. R. 191 271 474 ducit Eleonoram, 290 Franc. R. viſit, 336 capt. apud Lewis, 226 227 ejus pericul. in prælio Eveſh. 231 232 ob. 242
Henric. fil. Rich. R. Rom. 410
Henric. IV. R. v. Henr. Bolynbr.
Henric. de Monmouth, Princ. Wall. 494 R. coron. 499 in Franc. 500 ob. 514
Henric. de Windſor, nat. 514 Rex ibid. coronatur Pariſ. 516 diſcordia inter eum & Rich. D. Ebor. 529 Croylandiæ, 530 ſolo nomine Rex, 532 in Scotiam fugit, 533 capt 539 Regno reſtitut. 554 ob. 556
Henric. Com. Richm. 571 in Angliam venit, 573 Victor, 574 Elizabetham ducit, 577
Henric. R. Franc. 82 156 ob. 159
Heordwaldus Epiſc. 136
Herbertus Abb. Der, 220 ceſſ. 223
Herbertus Marchio, 112
Herbertus Maunſel, Abb. Kelcou, 198 ceſſ. 203 iterum elect. 204
Herbert. Abb. Kynlos, ceſſ. 219
Herebertus Abb. Kelhou. Epiſc. Glaſc. 167
Herebert. Epiſc. Glaſc. 168
Heredbertus Com. 142
Herefaſtus, Epiſc. Helm. 92
Herenbrichtus, 11
Herewardus, Heros, exul, 67 red. 68 70.
Herewinus, Epiſc. Lichf. 11
Herfordia, 7
Herleva, Abb. Sceaſt. 45
Hermannus Epiſc. Shirb. 97 & Wilt. 157
Herveus, primus Epiſc. Eli. 117 121
Heſteng, R. Dan. 146
Heſtingi. 138
Hieroſolym. Peregrinatio, 73 74 Iter, 162 112 248
Higbaldus Epiſc. 139
Hildibrandus, ſive
Hiltibrand. P. Gregor. 160
Hircius Northumbr. 30 v. Eyric.
Hoilandenſ. 94 Croylandiæ infeſti, 453 501 eorum mariſci exſiccati, 453 481 deaforeſt. 456
Holandia ſubmerſ. 174 543
Holme, Monaſt. 229 230
Holmecultre, Monaſt. 167
Honorius P. 165 ob. ib.
Honorius P. 191 ob. 200 280
Horehirſt, Monaſt. 152
Hoyland. v. Hoiland.
Hubba, Dan. 143
Hubertus, v. Humbert.
Hubertus Archiep. Cant. 180 253 256 257 459 460 ob. 182
Hubertus de Burc, ſive Burgo, Camerar. Reg. 262 Juſtit. Angl. ducit Margar. ſor. R. Scot. 198 280 capt. 285
Huda, Com. Surr. 15 142
Hugo Abb. Calcov. 203 ob. 219
Hugo Abb. Der, 201 ceſſ. 202
Hugo alius, Abb. Der, 230
Hugo, Abb. S. Edmund. Epiſc. Eli. 200 284 ob. 330
Hugo, primus Abb. Kilinros, 194 196
Hugo, Abb. Neubot. ceſſ. 181
Hugo Abb. S. Servani, 196 v. 200
Hugo alius, Abb. S. Serv. 201 ob. 211
Hugo Bigod, Juſtitiar. 410
Hugo de Boves, 188. ſubmerſ. 189
Hugo de Brun, 258
Hugo Cancellar. ob. 181
Hugo Capeht, 152
Hugo Clippeſtun, Abb. Melr. 186 ceſſ. 190
Hugo Diſpenſator, Juſtit. Angl. 231 232
Hugo Epiſc. S. Andr. 174 177 ob. 178
Hugo Epiſc. Dunelm. 167 Juſtit. 455 ſuſpenſ. a Papa, 171 ob. 180
Hugo Epiſc. Dunkeld. 186 191
Hugo Epiſc. Linc. 258 453 ob. 465
Hugo puer Linc. crucifix. a Judæis, 344
Hugo de Eſſartis, 121
Hugo Evermue, 67 77
Hugo de Hoveden, v. Roger.
Hugo de Laſcy, 182
Hogo de Morevill. ob. 168
Hugo de Nonant, Epiſc. Coventr. 250 457 Monachos expell. 251 252 253 254 ob. 255
Hugo de Patiſhil, Epiſc. Ceſtr. 204 292 ob. 206 292
Hugo de Pottun, vel Potter, Archidiac. Glaſc. 200 ob. 203
Hugo R. Franc. 37 38 51 152 ob. 153
Hugo Wake de Deping, 475
Hugolinus, Theſaurar. 63
Hulba Com. 23
Humbeam, Eſtangl. 137
Humbertus, 92
Humbertus Epiſc. 71 125 cæſ. 143
Humbra, Conſ. 137
Humbrichtus, Epiſc. Helm. 11
Humfridus Bourchier, Dom. Cromwell, cæſ. 555

Humfrid. Bourchier, fil. Dom. Berners, cæſ. 555
Humfrid. D. Glouc. 517 ob. 521
Humfrid. Nevyl, 552
Humfrid. Prior Weneloc. 170
Hundredæ, 28
Huwal, R. Briton. 147, alius 150

I.

Jack Cade, 526
Jacob, Regulus, 150
Jacobus Abb. Ciſt. depoſit. fit Archiep. Narbon. 230
Jacobus de Douglas, 571
Jacobus Dom. Say, 525
Ibi & Ubi, 515
Jeddeworth, Monaſter. Jeruſalem, v. Hieroſolym.
Incendium Croyland. 52 96 97 98
Indulfus, R. Scot. 149
Indulgentiæ, 99 113 120
Ingeramus de Couchi, 159 204
Ingeramus Epiſc. Glaſc. 171 ob. 173
Ingulphus, 62 545 ejus genus, & vita, 73 Abb. Croyl. 75 110, ejus ordinationes, 102 3 4 5 6, Lib. de Vita Guthlaci, 2 ob. 112
Ingulphus Presbyt. 4
Ingwaldus, Epiſc. Lond. 135 ob. 136
Innocentius P. 165 ob. 166
Innocent. III. P. 181 189 257 267 ob. 191
Innoc. IV. P. 207 292 Lugdunum venit, 207 299 ob. 220 337
Inquiſitiones de Clericis & laicis, 323
de Religioſis, 437
coram Juſtitiar. 337 342
Interdict. Angl. 182 263 473 ceſſ. 187 473 Scot. 195 ceſſ. 196 Franc. 258
Inveſtitur. Epiſc. & Abb. per Annul. & Bac. 6 ab Henr. Imp. vendicat. 128 ab Henr. I. R. remiſſ. 111 120 163
Jocelinus, Abb. Mailr. 170 Epiſc. Glaſc. 173 175 179 226 ob. 181
Jocelinus Epiſc. Bath. ob. 204
Joffridus Abb. Croyl. 112 fundamenta Eccleſiæ ſuæ ponit, 118 124 ejus ſtatuta, 127 129 legat. ad Theobald. Bleſ. 130
Joffridus Ridel, 118
Johanne, fil. Joh. R. Regina Scot. 159 198 ob. 203 204
Johanna ſor. Rich. I. R. 179 nat. 250 Reginæ Siciliæ, ux. Com. S. Ægyd. 253
Johanna Wake, 483
Johannes de Anagnia, legat. 178
Johann. Abb. Calcoe, 168 Mitrat. 170 173 ob. 174
Johann. Abb. Ciſt. ceſſ. 204
Joh. Abb. Croyl. 489 491 ob. 492
Joh. Abb. Drieburc, 204
Joh. Abb. S. Edwardi, 219 ceſſ. 220
Joh. Abb. Holme, ob. 221
Joh. Abb. de Jugo Dei, 200 fit Abb. Holmcultr. 203
Joh. Abb. Saviniac. fit Abb. Ciſt. 230
Joh. Alkok. Epiſc. Wig. 557
Joh. Archiep. Meſſen. 371
Joh. de Bailol, ducit fil. Alani de Galw. 201 411 414 Fund. Coll. Ball. Oxon. ob. 241
Joh. de Balolf, 222
Joh. Beaufort, Com. Somerſ. 499
Joh. Beauf. Dux Somerſ. 499 capt. 513 redit, 518 ob. 519
Joh. de Beaufort, frat. Edm. D. Somerſ. 555
Joh. Beverlac. 29
Joh. Biſeth, 206
Joh. de Brene, R. Hieroſol. 220 in Angl. ib.
Joh. Buſſy, 527
Joh. de Chyum, Epiſc. Glaſc. 222
Joh. Com. de Kathenes, cæſ. 201
Joh. Cremenſ. legat. 165
Joh. Cumin, Com. Angus, ob. 206
Joh. Cumin, capt. apud Lewis, 227
Johannis de Curci, capt. 182
Joh. de Ederham, Abb. Melr. 230 cæſ. 241
Joh. Epiſc. Abeden. ob. 182
Joh. Epiſc. Candidæ Caſæ, ob. 183
Joh. Epiſc. Dunkeld. ob. 181
Joh. Epiſc. Dunkeld. 184 ob. 186
Joh. Epiſc. Elienſ. 566
Joh. Epiſc. Glaſc. 164 ob. 167
Joh. Epiſc. Glaſc. ob. 238
Joh. Epiſc. Lincoln. 540
Joh. Gaunt, D. Lancaſtr. 483 486 490 ob. 493
Joh. de Gray, 411 Epiſc. Norw. 465
Joh. de Howard, D. Norf. 570 573 cæſ. 574
Joh. Lancoſtrother, Prior S. Joh. 555
Joh. de Leſſington, Seneſcall, R. 346 ob. 366
Joh. Litlyngton, Abb. Croyl. 516 534 535 540 ob. 543 549
Joh. Maunſel, 222 333 412 ex Anglia fug. 226 ob. 239
Joh. Nevyl, Dom. Montagu, Com. Northumbr. 551 March. Montag. 553 cæſ. 555
Joh. de Normanvill, ob. 204
Joh. Oldcaſtell, 499
Joh. xv. Pap. 59
Joh. Papirus, legat. 167
Joh. Presbyter, 237
Joh. fil. Henr. II R. nat. 250 Com. Moreton, 251 252 464 Rex, 181 255 256 463 coronat. 257 uxore dimiſſa, aliam ducit, 258 Pariſiis, 262 Scoto occurrit, 183 in Hibernia, 183 263 270 inter illum & Barones diſcordia, 188 270 Colloquium inter eum & Nuncios Papæ, 263 Excommunic. 265 fit Homo Papæ, 187 270 ob. 191 271 474
Joh. Ruſſell, Epiſc. Lincoln. 582
Joh. de Salerno, Cardinal. in Scot. & Hibern. ibid.
Joh. Scotus, 27
Joh. Scotus, Com. Hunt. 200 & Ceſtr. 201 ob. 290
Joh. Scottus, Epiſc. S. Andr. 174 conſecr. 175

Joh. Stafford, Archiep. Cant. 521
Joh. Vere, Com. Oxon. 555 574
Joh. de Warenna, 410
Joh. Wellys Dom. Well. 574
Joh. Dom. de Wenlok, 555
Joh. de Weſey, 233
Joh. Wiſebych, Abb. Croyl. 536 552 553 ob. 560
Joh. Witham, Armig. 527
Jopinus, Judæus, 344 cæſ. 346
Jordanus, Abb. Dundrain. depoſit. 203
Iſabel, ſor. Henr. III. R. ux. Freder. Imp. 287
Iſabel, fil. Will. R. Scot. uxor Rob. Brus, 175 & poſt, Rob. de Ros, 175
Iſabel, fil. Will. R. Scot. 200
Iſabel, fil. Ric. Com. Warw. ux. Georg. D, Clarent. 553
Judæi, 9 111 114 115 cæſi, 179 183 190 puerum crucifig. 344 a Rich. Com. Cornub. ſervati, 348 363
Juditha, ux. Waldevi Com. 72 73
Juditta, ux. Ethelwlfi R. 17 18 143
Juſtitiarii, 28
Iwar, Dan. 143 144

I.

Kaerlegion, legaceſtria, 146
Kalco, v. Calcoe.
Karolus, v. Carolus.
Kelchehou Eccleſ. fundat. 165 v. Calcoe.
Kenelmus R. Merc. 7
Kenelmworth, 230
Kenredus, R. Merc. I. Romæ ob. 2 84
Kenric, fil. Cudredi R. Weſtſax. cæſ. 137
Kenulfus, Epiſc. Wint. 153
Kenulphus, primus Abb. Croyl. 2
Kenulphus, R. Merc. 6 96 140 Cond. Wynchelumb. 7
Kilinros, Monaſt. 193
Kimwlfus, v. Kiniwlf.
Kineardus, Abb. Middilt. 149
Kined, R. Scot. 142 ob. 143
Kined, Kineth, R. Scot. 150 cæſ. 152
Kinedus, ſive Grim, R. Scot. 152
Kinewaldus, Epiſc. Wicc. 147
Kinewldus, ſive
Kinewlfus, R. Weſtſax. 137 138 cæſ. 139
Kinewlfus R. Merc. v. Kenulph.
Kiniwlfus, Epiſc. Lindisfarn. 137 ceſſ. 139
Kinlos, Monaſt. 167
Kinſius, Archiep. Ebor. ob. 159 v. Kynſ:
Kynebertus, Epiſc. Lichf. 19
Kynebertus, Epiſc. Wint. 7
Kynenburga, 1 23
Kyneſwitha, 1 23
Kynewaldus, Epiſc. Wig. 35
Kynewinus, Abb. Barden, 11
Kynſius, Archiep. Ebor. ob. 66 159
Kynſius, Epiſc. Lichf. 35 45
Kyrkeſet, 61

L.

Lambertus, Archiep. Cant. 138 ob. 139
Lambertus Foſſedyke, Abb. Croyl. 569
Lamfrancus, ſive
Lanfrancus, Archiep. Cant. 69 72 78 86 92 94 160 161 Wil. II. R. nutritius, 95 106 ob. 96 161
Langferus, 25
Laodowic. v. Ludovic.
Laurentius, Abb. Burt. 364
Laurent. Abb. Mailr. 173 ob. 174
Laurent. Archidiac. S. Andr. 183
Laurent. Epiſc. Dunelm. Canc. 557
Ledo, 72
Leſſius, ſive
Leſlius, Epiſc. Wig. 59
Leſwina, 55
Leſwinus Abb. Thorn. 87
Leſwinus Com. 20 57 69
Leſwinus Epiſc. Dorc. 44 45 48 54
Legaceſtria, Kaerlegion, 146
Legerecenſ. Epiſc. 15
Leo III. P. 140 ob. 141
Leo IV. P. 17 25
Leo IX. P. 157
Leofricus Abb. Burg. 58 62
Leofricus de Brunne, 67
Leofricus Com. Leyceſtr. 57 59 88 ob. 66 159
Leofricus Miles, 20
Leofrunna Abb. 154
Leofricus Epiſc. Wicc. 156
Leofwinus Com. 159
Leonellus, D. Clarent. 532 550
Leonius, Abb. Dundrain. fit Abb. Rievall. 204 ob. ibid.
Letherwyte, 101
Leuca Franc. 82 83
Levegarus, Epiſc. Heref. 158
Levericus, Abb. Burt. 247 ob. 248
Levingus, v. Living.
Leulinus, 200 201 204
Leuricus Com. Leyceſtr. 4
Leuthfridus Epiſc. 138
Lewelinus, Princ. Wal. 234 386
Lewinus Com. 39
Lewys, Prælium, 226 227
Lichfeldenſ. Epiſc. 93 v. Ceſtr.
Limpoldus D. Auſtr. 179 250
Lincolnienſ. Epiſc. 93 162
Lincolnienſ. Prælium, 194 271
Lindisfarnenſ. Epiſc. 93 tranſlat. ad Cunca-ceſt. 145 Monaſt. a Norw. deſtruct. 139
Lindisfarorum (i. e. Sidnaceſtr.) Epiſc. 135
Lionell. v. Leonell.
Livingus, Abb. Taviſtok 59
Livingus, Abb. Winch. 15
Livingus, Archiep. Cant, 154 ob. 155
Livingus Epiſc. Wig. 156 246
Lollardi, 499
Londonia igne conſumpt. 140

Londonienſes,

Londonienſes, 226 227 228
Loquutorium, 102
Lora, Com. Athol. ob. 241
Lotharius Imp. 165
Lotharius R. Franc. 152
Lucas Archiep. Dublin. ob. 360
Lucia, fil. Algari Com. 66 ux. Yvonis Taylboys, 71 94 125 inde, Rogeri de Romara, 125
Lucius II. P. 175 ob. 176
Ludecanus R. Merc. 7 141
Ludenſe Monaſt. 138
ad Ludlow prælium, 549
Ludovicus Aquitan. 37 38 51
Ludovicus Imp. 141 ob. 142
Ludovicus R. Franc. 129
Ludovic. R. fil. Caroli Calvi, ob. 144 145
Ludovic. R. fil. Lotharii, 152
Ludovic. R. Franc. Londini, 163
Ludov. Groſſ. R. Franc. 163 ob. 165
Ludovic. R. Fr. in terra ſancta, 167 249 red. ibid. regno ceſſ. & ob. 175
Ludovic. fil. R. Fr. in Angl. 191 194 270 receſſ. 195 271 R. Franc. 200 ob. ibid. 280
Ludovic. R. Franc. cruce ſignat. 211 299 in Cypro, 218 Damietam cap. 219 310 capt. ibid. 312 liberat. 313 redit, 220 330 ob. 241
Ludovic. XI. R. Franc. 553 556 559 563
Lulac, (Macbeth fil.) 158
Luminaria nocturna, 105
Lundenſ. Archiep. 173
Lywing, v. Living.

M.

Macbet, Scot. 156 157 158
Maccus Rex Inſular. 150
Machentagar, 188
Macwilliam, 177
Magna Charta, 271 290
Magnus R. Norw. 157 162
Mahumetes Conſtantinop. capit, 528 533
Mailros Monaſt. 165
Abbatum Catalog. 226
Epiſcopor. qui inde ib.
Makinſagait, Com. Roſ. 202
Malachias, Armachan. 108 ob. 167
Maldred Com. 148
Malcolmus Com. Fif, 193 ob. 200
Malcolmus Com. Fif, 200 ducit fil. Leulini, ib.
Malcolm. R. Cumbr. 150
Malcolm. R. Scot. 79
Malcolm. R. Scot. 148 ob. 156
Malcolm. R. Scot. 158 159 160 fit Homo Will. Conq. 160 161 v. p. 168 cæſ. 162
Malcolm. R. Scot. 167 fit Homo Henr. II. R. Angl. 168 Miles ib. ob. 169
Malmesbyria, 38 Monaſt. 47
Mandatum Pauperum, 102 127 152
Manniæ Inſ. Regn. 229 a R. Norw. Scoto trad. 229
Manus Gallicana, 86 Saxonica, ibid.
Marca, 260 Marcadeus, 255 256
Margareta, fil. Alexand. R. Scot. nat. 223
Margareta fil. Henr. III. R. ux. fil. R. Scot. 317
Margaret. D. Somerſ. 539 540
Margareta Holand, ux. Johann. Beaufort, Com. Somerſ. 419 inde, Thomæ D. Clarent. ib. ob. 518
Margar. fil. Joh. D. Somerſ. 519 ux. Edmundi Com. Richmont. 519 540
Margar. fil. R. Sicil. ux. Henr. VI. R. 520 550 in Franciam fugit, 533 redit, 555
Margar. ſor. Alexand. R. Scot. ux. Huberti de Burc, 198
Margar. ſor. Edwardi IV. R. ux. Caroli D. Burg. 551 561
Margar. ſor. Malcolmi R. Scot. ux. Conani Brit. 168 ob. 262
Margar. ſor. Will. R. Scot. ux. Euſtac. Veſci, 179
Margar. Reg. Scot. 155 158 160 ob. 162
Maria Com. Bolon. 158 ux. Euſtachii Com. 163
Maria fil. Ingerami de Couci, ux. Alexandri R. Scot. 159 204
Marinus P. 145
Marjoria ſor. R. Scot. ux. Will. Com. Mareſcall. 202
Matheus Archidiac. S. Andr. Epiſc. Aberd. 172
Matheus Epiſc. Aberd. 174 ob. 181
Matheus de Habirden, Archidiac. Glaſc. 203
Matheus Scotus, Cancel. Scot. 200
Matheus, Abb. S. Servani, 211 depoſit. 218
Matheus, Abb. Melr. 218 221 ceſſ. 223 depoſit. ab Abb. Rievall. 225
Mathias, v. Matthias,
Matilda, ſive Matildis, ux. David. Scot. 179
Matild. ux. Will. Conq. 92 ob. 94
Matild. ux. Henr. I. R. 158 ob. 129 164
Matild. fil. Henr. I. R. ux. Henr. Imp. 163 red. 165 inde ux. Gaufridi Com. Andegav. 165 in Angl. 166 ob. 170
Matild. fil. Henr. II. R. nat. 249
Matild. fil. Waldevi Com. 73
Matthias R. Hungar. 534
Mauritius, Abb. Eveſh. 122 123 124
Mauritius, Abb. Rievall. 166
Mauritius de Credona, 118
Mauritius, Epiſc. Lond. 161 162
Mediſhamſted, Monaſt. 1. 4. exciſ. a Danis, 23 25 84 reſtitut. 45 52 v. Burg.
Mellus, R. cæſ. 146
Memfredus, 350
Menſurarum Aſſiſa, 253 365
Mercelmus, 1
Merchenelae, 88 89 90
Merciorum Regnum deficit, 47
de Merton, Leges, 287
Merwaldus, 1
Merwenna, Abb. Rumſ. 44 45 150
Mevaniæ Inſ. 162
Michael, Abb. Glenl. 203 ob. 207
Michael, Abb. S. Servani, ceſſ. 223
Milites, 70

Milliare Anglic. 83
Milo, Com. Heref. 124 125
Minores, in Angl. 347 474 495
Modwenna, Burt. 263
Mol Adelwaldus, v. Adelwald.
Moliſmenſe Monaſt. 112
Moll Dux, 140
Mommyng, 495
Monachorum tres gradus, 48 105
Monetarii male mulct. 165
Monetæ mutatio, 218
Morcardus, Miles, 19 Dom. de Brunne, 20 21
Morkarius Com. 66 69 148 161 cæſ. 70
ad Mortimers Croſſe Prælium, 550
Murezant, ſive
Murezaut, R. Scot. 136
Muriel, ux. Alani de Credona, 118
Myrevall. Monaſt. 249

N.

NAder, 98
Naſſarus, Soldanus, 211
Natalis Abb. Andegav. 72
S. Neotus, 27 55 76
Nicetis(Nicea) civitas,a Chriſtianis capta, 162
Nicholaus Abb. Burt. 250 ob. 253
Nicholaus Abb. Gedew. 219
Nicholaus Abb. de Jugo Dei, 203
Nicholaus, Archidiac. Tevidal. elect. Epiſc. Glaſc. non adm. 222
Nicolaus Ciſterc. 187
Nich. de Clifton, 488
Nicholaus de Farneham, Epiſc. Dunelm. ceſſ. 219
Nichol. Epiſc. Elphin. 540
Nicholaus 2. P. 66
Nicol. Spenſer, Epiſc. Norw. 494
Nigellus, Abb. Burt. 248 ob. ib.
Nigellus, Epiſc. Eli. 165
Non obſtante, 310 326
Norbertus, 164 Præmonſtrat. Inſtit. ib.
Nordwalani, 141
Normanni in Angl. 62 3
Normanniæ Ducatus Franco cedit, 438
Normannia, 144
Normannus Vicecom. 10 19 85
Normannus f. Lefwini, 57
Northanton. Caſtr. conſtruct. 73
Northantonienſ. Prælium, 549
Northumbriæ Comites, 148
Nothelmus, Archiep. Cant. 136 ob. ib.
Nothus, R. Pict. ob. 138

O.

OCtavianus Antipap. 168 excom. 169
Odo, Arch. Cant. 35 148 ob. 149
Odo de Duaco, 403
Odo Epiſc. Bajoc. Com. Cant. 78 92 160 in carc. 161
Odo Grammatic. 114
Offa R. Merc. 5. 137 138 cond. S. Alb. ib. ob. 6. 140
Offord, 47
Ogerus Presb. de Repyngale, 100
Olavus, R. Norw. 155
Olfric, v. Wlfric.
Oliſipo, civit. a Chriſt. capt. 167
Oliverus Abb. Drib. 240
Ordgarus. D. Domnan. 44 45 149
Ordmerus, D. 149
Orguil, R. Dan.
Orkenwaldus, Ep. Lichf. 15 16
Osbaldus Northumbr. 139 Abb. ob. 140
Osbern, Com. 25 144
Osbertus primus Abb. de Jeddew. 173
Osb. Abb. de Kalco, 174 ob. 181
Osb. Epiſc. Exon. 92
Osbertus Dux, 20
Osbrich, R. Northumbr. 143
Osbrichtus D. 139
Osburga mat. Ælfredi R. 142 26
Oſgotus Clapa, 156 expulſ. Anglia, 157
Oſgotus Vicedom. Linc. 20 21
Osketulus, ſive Oskitellus,
Osket. Abb. Croyl. 54 55 ob. 55 150
Osket. Archiep. Ebor. 41 42 44 45 149
Osket. R. Dan. 22 144
Oſlac, 15 35 39 44 45 67 142
Oſlac, Com. Northumbr. 148
Oſmodus, D. 141
Oſredus R. 139
Oſulfus Com. Northumb. 148
Oſulf. R. Northumbr. 137 138
Oſwaldus Archiep. Ebor. 47 150 151 152 ob. 54
Oſwald. Ep. Wicc. 44 45 149 150
Oſwald. R. Northumb. 1 140
Oſwardus Abb. Eveſh. 45
Oſwinus, cæſ. 137 138
Oſwius Abb. Thorn. 59
Oſwius Miles, 10 14 19
Oſwius R. Northum. 1
Otho f. Henr. Imp. 39 38
Otho IV. Imp. 184 255 257 258 excom. 185 cum Franc. pugn. ad Bovinas, 187 ob. 196
Otho legat. 203 290 359 in Scot. 204 Epiſc. Port. 207
Ourlop, 115
Owein, Regul. Wall. ob. 171
Oxonienſe ſtudium, 73 182 290 405 442

P.

PAllium Archiepiſc. 6 Pallia quatuor in Hiberniam miſſa, 167
Pandulfus, 187 264 legat. & Epiſc. Norwic. 196
Papelardi, 184
Papias, 223
Parliamentum, 103 104 131

Buriæ

Buriæ, 521
Cantabrig. 483
Coventr. 549
Oxon. 407 410 412 418
Weſtmonaſt. 306 322 341 355 376 483 486 489 500 524 525 533 550 552 557 559 561 570 581
Pariſienſem Academ. turbant Fratr. Prædicat. 347 348 401
Paſchalis P. 117 128 162 Regi vices ſuas conced. 164 ob. ib.
Paſſelet, Monaſt. 170
Paſtorum Dux, Clero infeſtus, 313 cæſ. 314
Patricius Abb. Alnwic, 167 ob. 170
Patricius Abb. Calcou. 222 ceſſ. 223 ex mandat. Pap. 225
Patricius Abb. Croyl. 6
Patricius Abb. Melr. 182 ob. ib.
Patricius Com. Dunbar. 175 ducit Adam fil. Will. R. Scot. 176 ob. 201. alius, ejuſd. fil. 201 ob. 218 219. alius, ejus fil. 219 & ut vid. 220 221
Patricius de Athedle, cæſ. 206
Patroci Monaſt. 151
Paulus Com. Orcad. 69
Paulus 11. P. 534
Peada R. Merc. 1
Pecthwine, v. Pictwin.
Pega, ſoror Guthlaci, 5 53 ejus Monaſt. ſc.
Pegelandia, 25 560 Cella, 40 a Danis deſtruct. 56 58 Monachi ejecti, 63 83
Penda R. Merc. 1 5 109
de Perche, Com. cæſ. 195
Peregrinatio Hieroſol. 73 74
Petrus Abb. Clareval. ob. 177
Petrus Abb. Weburn, 182
Petrus de Alingtun, Archid. Thevidal, 203 ob. 206
Petrus Archiep. Ruthenus, 302
Petrus Bleſenſ. Vicecanc. 108 545
Petrus Courtnay, Epiſc. Exon. 568 574
Petrus de Egeblanch, Epiſc. Heref. 348
Petrus Epiſc. Aberden. ob. 221
Petrus Epiſc. Lichf. 247 ob. 248
Petrus Epiſc. Wint. 191 ob. 204
Petrus Eremita, 186 187 cæſ. ib.
Petrus Leonis, 128
Petrus de Pontiniaco, Abb. Ciſterc. 175 Epiſc. Araz, 176
Petrus de Ramſeya, Epiſc. Abeden. 218
Petrus de Vinea, 213 217
Peykirk, 63 83
Philippus, Abb. Gedw. 204 ob. 219
Philippus Apoſt. apud Scythas, 83
Philippus Com. Flandr. 175 177 Meſſanæ, 178 ob. in terra Sancta, 179
Philippus, D. Burgund. 534 551
Philip. Epiſc. Dunelm. legat. in Aleman. 255 ob. 182
Philip. nomen apud Franc. 82
Phil. R. Franc. 159 160 161
Phil. R. Franc. 175 177 Meſſanam venit, 178 redit e terra S. 179 180 251 256 257 460
Phil. R. Fran. 187 ejus periculum, ib. ob. 199
Phil. R. Franc. 241
Phil. Lovel, 342
Phil. de Monteforti, 207 295 312 361
Phil. de Stichil, ob. 198
Phil. de Valoniis, ob. 190
Phil. de Ullecotes, 194
Pictelmus, primus Epiſc. Candidæ Caſæ, 135
Picti, 135
Pictwinus, Epiſc. Cand. Caſæ, 138 ob. ib.
Pipinus R. Franc. ob. 138
Pippinus Senior, 109
Pius 11. P. 533 ob. 534
Plegimundus, ſive
Plegmundus, Archiep. Cant. 28 36 145
Poncius Abb. Clarevall. Epiſc. Clari Mont. 172
Pontfract, Monaſt. 166
Prædicatores Fratr. 347 401 404
Præmonſtrat. Ordo inſtitut. 164 166 167
Presbyter Johannes, 237
Primarium, 236
Primatus Cantuar. 92
Procuratione Viſitator. 319
Proviſiones Baronum, 428 434
Proviſiones Pap. 328 & Excuſationes, ib. 441
Punfreit, v. Pontfract.

Q.

Quendreda, Merc. 7

R.

R. fil. Walteri, 268
R. Rachtrida Regina, & Abb. ob. 139
Radbodus Com. 36
Radbotus Vicedom. Linc. 12
Radings, v. Redinges.
Radulfus, ſive Radulphus,
Radul. Abb. Balmurin. 203
Radul. Abb. S. Crucis, 220
Radul. Abb. de Cupro, ob. 178
Radul. Abb. S. Edwardi, ob. 219
Radul. Abb. Gedewurth, 179 ob. 182
Radul. Abb. de Jugo Dei fit Abb. Holmcult. 200
Radul. Abb. Kynlos, 178 fit Abb. Melr. 180 Epiſc. Dunenſ. 181 226
Radul. Abb. Kinlos, 196 ob. 198
Radul. Abb. Melr. 191 ob. 197
Radul. Merſhe, Abb. Croyl. 480 ob. 481
Radul. de Bernak, 119
Radul. Com. Heref. 65
Radul. Com. de Perona, 166
Radul. Com. Suff. 70
Radul. Epiſc. Brecc. 181
Radul. Epiſc. Roſ. 163 Archiep. Cant. 128 163 164 ob. ib.
Radul. Grey, 551

Radul. de Lamley, Abb. Haberbr. Epiſc. Glaſc. 204
Radul. de Nevill, Canc. Epiſc. Ciceſt. 359
Radul. fil. Nicholai, ob. 387
Radul. Percy, 551
Radul. R. Franc. 147
Radul. de Sempingham, Canc. Oxon. 330
Radul. Toenac. 73
Rameſey, Monaſt. 54 109 152
Randulfus, Archidiac. S. Andr. ob. 183
Ranulf. Archidiac. Dunelm. 166
Ranulf. Com. Ceſtr. 179 271 ob. 285
Ranulf. Epiſc. Dunelm. 110 111 162 e carcere fugit, 111 163 ob. 165
Ranulf. de Sules, cæſ. 182
Redinges Monaſt. fund. 126
Regalis Mons, Monaſt. 241
Reginaldus Abb. Eveſh. 124
Reginaldus de Irewin, Archidiac. Tevid. 206
Reginaldus Monach. Melros, in Norweg. 229
Reimundus, v. Reymund.
Reinaldus, Abb. S. Thomæ, ob. 174
Reinald. de Caſtellione, cæſ. 177
Reinald. Epiſc. Roſmark, 180 226 ob. 186
Reinaldus R. Dan. 147
Reinerius Abb. Kinlos, 173 fit Abb. Melr. 178 ceſſ. 180
Remigius Epiſc. Dorc. 92 Linc. 99 162
Res, Wallenſ. ceſſ. 158
Rethunus Epiſc. Legerec. 15 16
Reymundus Com. Tholoſ. 112
Reymundus, fil. Com. S. Ægyd. nat. 253
Reynardus Com. 20
Reynerius de Bathe, 119
Richardus Bardenay, Abb. Croyl. 477 ob. 479
Richardus, Abb. Burt. 250 ob. ib.
Richard. Abb. de Cupro, 171
Richard. alius Abb. de Cupr. 182 ob. 183
Rich. Croyland, Abb. Croyl. 561 ob. 569
Rich. Abb. Dundrein. 204
Rich. ultimus Abb. Eli. 117
Rich. de Cane, Abb. Kelchou. 182 ob. ib.
Rich. Abb. Kelchou, 197 ob. 198
Rich. Abb. Jedw. 173. ob. 179
Rich. Abb. Kynlos, 219
Rich. primus Abb. Melroſ. 165 ob. 167
Rich. Abb. Neubot. 186 ceſſ. 191
Rich. alius, Abb. Neub. 197 ob. 198
Rich. alius, Abb. Neub. 198
Rich. Archiep. Cant. ob. 175
Rich. de Graunt, (vel le Graunt) Archiep. Cant. 200 ob. 201
Rich. fil. Henr. II. R. nat. 249 Com. Aquit. 277 Rex, 178 250 455 Meſſanam venit, 178 in terra S. 250 251 naufrag. 251 capt. 179 251 459 in Angl. red. 180 vulnerat. 255 ob. 181 256 463
Rich. fil. Joh. R. 195 Com. Cornub. 204 Hieroſolymæ, 292 Imp. Alemann. 221 371 375 378 in Angl. red. 421 v. 425 426 447 ducit Sanchiam Reginæ ſoror. 292 337 348 capt. 229
Rich. II. R. 483 493 in Hibern. 493 red. 494 capt. ib. 532 cæſ. 495 499
Rich. D. Eborac. 527 549 cæſ. 530 531 550
Rich. D. Glouc. 555 ducit Annam fil. Com. Warw. 557 Protector, 566 regnum occupat, 567 cæſ. 574
Rich. fil. Edw. IV. R. D. Eborac. 563 566
Rich. Com. Penbrok. ſive Strangbow, 170 in Hibern. 171 ob. 173
Rich. Dux Normann. ob. 152
Rich. II. D. Norm. 152 ob. 155
Rich. III. D. Norm. 155
Rich. Epiſc. S. Andr. 169 170 ob. 174
Rich. Epiſc. Ciceſtr. ob. 322
Rich. Pecche, Epiſc. Coventr. ob. 250
Rich. Epiſc. Dunkeld. 170 ob. 174
Rich. de Prebenda, Epiſc. Dunkeld. ob. 183
Rich. Epiſc. Lond. 163
Rich. de Mariſco, Epiſc. Dunelm. 193 ob. 200
Rich. Epiſc. Murev. 177 ob. 181
Rich. Epiſc. Sarisb. fit Epiſc. Dunelm. 200 ob. 203
Rich. Fox, R. Secretar. 574
Rich. Inherketyn, Epiſc. Dunkeld. 219
Rich. de Pottun, Epiſc. Abeden. 221
Rich. Mareſcall. cæſ. in Hibern. 285
Rich. de Morevia, 174
Rich. de Morevile, Conſtab. Scot. 176 178 ob. ib.
Rich. de Morevile, idem, p. 179
Rich. Nevyl, Com. Sar. 549 550
Rich. Nevyl, Com. Warw. 542 543 549 551 cæſ. 555
Rich. Ratcliff, 572 cæſ. 574
Rich. de Rulos, 77 95 99 118 Reg. Camerar. 78
Rich. Scrope, Archiep. Ebor. 494 cæſ. 496
Rich. Talebot, Epiſc. Lond. 447
Rich. Upton, Abb. Croyl. 499 513 ob. 515
Rievalle, Monaſt. 165
Riemont, Monaſt. 167
Ripadium, Ripedune, Ripun, 5. 11, a Danis deſtruct. 26 combuſt. 148
Ris, Rex Wall. 169 v. Res
Rithwalanus, Walenſ. 159
Robertus ſive Rodbertus,
Robertus, Abb. Burt. 249 depoſit. ib. reverſ. 250 ob. ib.
Robert. Abb. Calcou, ob. 222
Rob. primus Abb. Der, fit Abb. Kinlos, 198
Rob. alius, 202 ob. 220
Rob. Abb. Dunferm. 205
Rob. Abb. Thorn. 117 118 119
Rob. Archidiac. Brehin. Epiſc. Breh. 219
Rob. Archidiac. Glaſc. ob. 199
Rob. de Avenel, 175 ob. 170
Rob. de Beleſmo, 163
Rob. de Berewich, Abb. Dunferm. 181
Rob. de Bigham, Epiſc. Sar. ob. 204
Rob. Bloeth, Epiſc. Linc. 162
Rob. Braybroke, Epiſc. Lond. 493
Rob. de Brus, ducit Iſabel. fil. R. Scot. 175

Rob. de Brus, Capt. apud Lewis, 227
Rob. Com. Glouc. 166
Rob. Com. Leyceſtr. 118 119 166 ob. 170
Rob. Com. Leyc. capt. 172 ob. 178
Rob. Com. Leyc. capt. 180
Rob. Cumin, cæſ. 160
Rob. de Curri, 218
Rob. de Curtenei, 193
Rob. de Curcim. vel Curzun, 184 185 Cardin. legat. ib. ob. 198
Rob. Curthoſe, D. Normann. 94 161 contra patrem, 160 in terra ſancta, 111 162 Regnum Hieroſol. recuſ. ib. red. ib. in Anglia, 163 248 capt. 125 162 163 248 ob. 165
Rob. D. Norm. 155 ob. 156
Rob. Norm. v. Rollo.
Rob. Epiſc. Bath. Cancell. 557
Rob. Epiſc. Dunelm. 223
Rob. Epiſc. Lond. 62 Archiep. Cant. 16 68 157 receſſ. 157
Rob. Prior Scon. Epiſc. S. Andr. 164 ob. 168
Rob. de Ferrar. 249 alius, 310 441
Rob. Flandrenſ. 162
Rob. Foliot, Epiſc. Heref. ob. 170
Rob. Epiſc. Linc. 112 121 127 ob. 128
Rob. Groſteſt, Epiſc. Linc. 290 ejus inquiſit. in Clericos 317 Literæ contra Papæ Proviſiones, 326 v. 405 Articuli de Gravam. Eccleſ. 396 ob. 220 231 328
Rob. de Gyſeburn, Abb. Gedew. 219 ob. ib.
Rob. Harynton, 516
Rob. de Keldeleht, Canc. Scot. Abb. Dunferm. fit Abb. Melroſ. 241
Rob. Prior de Lanton, Epiſc. Heref. ob. 170
Rob. de Limeſi, Epiſc. Ceſtr. 161 248 ob. 249
Rob. de Mariſco, 398 Decan. Linc. 446
Rob. de Maturſal, Abb. Dundrain. 200
Rob. de Malum Epiſc. Heref. ob. 170
Rob. de Molbreio, ſive Mulbreio, 148 capt. 162
Rob. de Nonant, 252 ob. 253
Rob. Peccat. Epiſc. Linc. 249
Rob. de Prebenda, Decan. Dunblein. fit Epiſc. Dunbl. 222
Rob. Rex, (i. e. Neapol.) 60
Rob. R. Franc. 153 ob. 156
Rob. de Redinges, Abb. Croyl.
Rob. de Redyſdale, 542
Rob. de Ros, 342
Rob de Ros ducit Iſabel. fil. R. Scot. 179
Rob. Epiſc. Roſ. 186
Rob. de Schaldel, 280
Rob. de Smalhame, Abb. Kelchou, 219
Rob. de Stutevill, 163
Rob. de Turneham, 256 262
Rob. de Veteri Ponte, 195
Rob. Wiſcard, Epiſc. Glaſc. 238
Rob. Wylughby, 484
Rodbertus, v. Robert.
Rodbert. v. Rollo.
Rodericus, fil. Haraldi Com. cæſ. 180
Roeis, olim Edeſſa, capta, 167
Rogerius, ſive Rogerus,
Roger. Primus Abb. de Driburc, 167 ceſſ. 174 175
Roger. Abb. S. Edmundi, Epiſc. Eli. v. Hugo
Roger. Abb. Neubot. 203 ob. 221
Roger. Abb. Ward. 188 fit Abb. Rievall. 220 ceſſ. 204
Roger Archidiac. Cant. Archiep. Ebor. 167 170 ſuſpenſ. a Papa, 171 ob. 175
Roger. Avenel, 207
Roger. Bigot, Juſtitiar. 462
Roger. Canc. Epiſc. S. Andr. 178
Roger. fil. Com. Lierc. Epiſc. S. Andr. 181 ob. ib.
Roger. Claryngdon, 495
Roger. Com. Clare, 468
Roger. de Clinton, Epiſc. Ceſtr. 165 249
Roger. Com. Heref. 70
Roger. Epiſc. Sariſb. 128
Roger. de Hoveden, Chronic. 250
Roger. de Lacy, Conſtab. Ceſtr. 262
Roger. Malebranche, Abb. Burt. 250 ob. ib.
Roger. de Meulenge, Epiſc. Lichf. 366 367 386
Roger. de Montealto, 411
Roger. Niger, Epiſc. Lond. 200 ob. 206
Roger. Prior Dunelm. 166
Roger. de Quincy, Com. Wint. 201
Roger. de Riule, 231
Roger. de Romara, 125
Roger Walden, Archiep. Cant. 494
Roger. de Weſeham, Epiſc. Coventr. 299 ceſſ. 366 ob. 386
Rolandus, 176
Rollo, Robertus, Rodbertus, Dan. 144 146 ob. ib.
Romani in Anglia male mulƈt. 280 1
Roſa aurea a Lucio 111. P. ad R. Scot. miſſ. 175
Roſarum aurear. circulus, Duc. Normann. 256
Roſmarkinenſ. Epiſc. 168
Roſtandus, 349 371 387
Rotulus Wynton. 79
Rouceſtr. Monaſt. 366
Rout peny, 101
Rualdus, Abb. Novi Monaſt. Wint. 93
Ruford, Monaſt. 181
Ruhford, idem, 200 ſive Ruthford.
Rumeſia, Monaſt. 149
Ruſtandus, v. Roſtand.
Ruthius, Wallenſ. 68
Rynguhus 44
Ryngulf, 47
Rypadium, vid. Rip.

S.

Saladinus R. Babylon. 177
Salamandræ, 237
Saliſberienſis Epiſcop. 93 153
Salomon R. Ungar. 155
Samſon, Abb. S. Edmundi, 254

Saraceni in Hiſpania, 185
Sariſbiria, 253 93
Saxones antiqui, 138
Saxonica manus, 86 95 neglecta, 98
Saxonum Schola, 145
Saxulphus, 1
Saxulphus, Com. 4
Scaccarii Conſuetudines, 261
Scafteſbiri, Monaſt. 145
Schola Saxon. ſive Angl. 145 155
Sciréburn. Epiſc. 93
Sconenſes Canonici, 164
Scotlandus, Abb. S. Auguſt. 93
Scotti, 135
Scot. Reg. ſucceſſio, 158 159 595
Seggeſwold, 15
Seleberia, v. Saresb.
Seleſienſis, ſive Seoleſigenſ. Epiſc. 93 152
Selred, R. Eſtangl.
Selvad. R. Scot. 141 595
Sempecta, 49 51
Seneca de duodecim Gradib. 233
Serjantia, 103 104
Serlo Com. 15
S. Servani Abb. 196
Sewal, Decan. Ebor. fit Archiep. Ebor. 221 excom. 386 ob. 222
Sibilla, Regina Scot. ob. 164
Siciliæ Regn. variis oblatum, & recuſ. 343 v. 372
Sidrok, 21 22 23 cæſ. 25 143 144
Sifert, Regulus, 150
Siga, vel Sigga, Dux 139
Sigburga, Comitiſſa, 10 15 19
Sigebertus, R. Weſtſax. 137
Sigeus, 36
Sigilla, inter Angl. non uſit. 246
Sigredus, Abb. Rip. 137
Sihtricus, R. Northumbr, 37 146. ob. ib.
Silvanus, Abb. Dundrayn. fit Abb. Rievall. 170 ceſſ. 178 ob. ib.
Silvaticus ignis, 57
Silveſter. Epiſc. Carl. ob. 330
Silveſter P. 133
Simon Abb. Croyl. ceſſ. 482
Simon de Baſtona, 100
Simon Dryby, 527
Simon Epiſc. Murev. ob. 176
Simon de Monteforti, ſive Munford, 185
Simon Com. de Monteforti, 185 cæſ. 196
Simon de Monteforti, Com. Leyc. 227 230 412 418 cæſ. ad Eveſham, 231 ejus uxor & liberi proſcripti, 232 Tabulæ de eo, 232 ejus cum Simone Petro inepta comparatio, 234
Simon, ejuſdem filius, 230
Simon de Pateſhill, 463 466 467 468
Simon de Riſe, Abb. Ruthford, 200
Simon Silvanect. 72 73 Com. Northant. 118 119
Simon Silvanect. ejus fil. 73
Simon de Tonei, Epiſc. Murev. 172 226
Simon de Walton, Epiſc. Norwic. 386
Singinus, 37
Siricius, Archiep. Cant. 152
Sitricus, v. Sihtric.
Siwardus, Abb. Croyl. 6 7 8 10 16 17 95
Siwardus Barn, 161
Siwardus Epiſc. Roſ. 92
Siward. Com. ſive Dux Northumbr. 63 148 157 158 ob. 66 158
Siward. Vicedom. 14 15
Skelettæ, 101
Snothryngham (i. e. Nottingh.) 19
Solinus, cap. clxiv. 237 clxxiii 239
Sophronius Patriarch. Hieroſol. 74
Spaldelyng, 18 25 Cella Croyl. 65 66 86 ab illis deſert. 71 94 occupant Monachi Andegav. 72 86 124
Spaldingenſes Croyl. infeſti, 453 457 461 464 501 506 517
Sphæra Croyl. 98
Standard. bellum, 166
Stanfordia, 115
ad Stanford prælium, 553
Stant, Monaſt. 250
Stephanus Com. Bleſ. 130
Stephanus Com. Moretol. 121 130 Regnum occup. 165 249 capt. Lincolniæ, 166 Henricum adopt. 167 451 ob. 167 249 452
Stephanus de Langetun, Archiep. Cant. 182 185 263 473 in Angl. venit, 186 iterum, 196 ob. 200
Stephanus Longeſpee, ſive Lungeſpye, 411 416
Stigandus, Epiſc. Eſtangl. 69 & Wint. ib. 157 Archiep. Cant. 66 69 interdict. 159 161
Stigandus Epiſc. Ciceſtr. 92
Stowenſes Monachi Eynſham tranſlati, 127
Strenwoldus, 152
Suanus, v. Swan.
Sudatoria peſtis, 570 576
Suebricht, R. Eſtſax. 136
Sulini, (Syriani) 241
Sulpicius Severus, 108
Sumerled. Regul. Argath. 169
Swanus R. 56 65 152 153 247 ob. 58 154 247
Swanus R. Norw. 156 & Dan. 157 ob. 160
Swavi, 59
Swithulfus, Epiſc. Lond. 15
Swithunus Presb. 11. Epiſc. Wint. 15 16 45 143
Sydrok, v. Sidroc.
Symon, v. Simon.

T.

Talboys, v. Yvo.
Tartari, 204 208 293 eorum origo, & mores, 302 441 442 444
Talwinus, Archiep. Cant. 135
Talwinus Eremita, 5 11 22 53
Tawiſtoke Monaſt. a Danis incenſ. 152

Taylboys,

Taylboys, v. Yvo.
Teodbaldus, v. Theobald.
Terricus Sophiſta, 114
ad Tewkysbury Prælium, 555
Thadeus de Sueſſa, 213 217
Thedbaldus, ſive
Theobaldus, Abb. Becc. Archiep. Cant. 166 451 ob. 168 256
Theobaldus Com. Bleſenſ. 121 129 130
Theodoricus de Botheby, 119
Theodoricus, ſive
Theodorus Com. Flandr. 165
Theodorus, Abb. Croyl. 17 18 21 ceſſ. 22 23
Theodorus Archiep. Cant. 109
Thomas Apoſtol. 166
Thomas de Aquinia, 402
Thomas Archidiac. Glaſc. 199 ob. ib.
alius, ib. Cancell. Scot. 200
Thomas Arundel, Archiep. Cant. exul, 493 red. 494
Thomas (Becket) Archidiac. Cant. Cancell. Archiep. Cant. 168 250 264 265 452 exul, 170 452 legatus redit, 171 ceſſ. ib. 250 452 canoniz. 172 ejus Tranſlat. 198 474
Thomas (Bourchier) Archiep. Cant. 543 Cardin. 577 ob. 581
Thomas Archiep. Ebor. 86 92 111. 160 ob. 162
alius, 163 ob. ib.
alius, 566
Thomas de Blunvill, Epiſc. Norwic. ob. 290
Thomas Burdet, 561
Thomas de Canna, ob. 218
Thomas Com. Athedle, vel Altheldil, 200 206
Thomas de Colovilla, 183 capt. ob. 197
Thomas Dom. Daker, 521
Thomas D. Clarent. 499 ceſſ. 513
Thomas Epiſc. Linc. Canc. 557
Thomas Holand, Com. Cant. 483 485 490 ceſſ. 495 499
Thomas de Howard, Com. Surr. 575
Thomas March. Dorſ. 568
Thomas Overton, Abb. Croyl. 492 495 cæcus, 496 ob. 512
Thomas Saintleger, ceſſ. 568
Thomas de Strangriſe, Abb. Rievall. 234
Thomas de Stanley, 573
Thomas Wake, ducit Blanchiam ſoror. Henr. Com. Lanceſtr. 483
Thomas Wells, Abb. Croyl. 479 ob. 480
Thomas de Woodſtoke, D. Glouc. 581. ſuffocatus, 493 494
Thomatius de Aquino, Com. Acherr. 381
Thormundus Dux, 140
Thoroldus, Abb. Burg. 71 93 125
Thoroldus, Vicecom. Linc. 6 9
alius, 65 86 95
Thorphinus, fil. Haraldi Com. 180
Thorwius, Norwag. 114
Thured, 47
Thureferd, 47
Thurfrida, v. Turfrida.
Thurſtanus, Abb. Glaſt. 73
Thurſtanus Com. 20
Tibba, 23
Tilbrandus Com. 20
Tivinus, Abb. S. Albani, 19 (f. Wlſinus)
Tochedinus, Saladini nep. 177
Tolius, 20 21
Toretus, Prior Ancarig, 24
Toſtius frat. Haraldi, 158 159 66 69 148 ceſſ. 69 160
Totta, Epiſc. legec. 136 ob. 138
Trekyngham, 21
Trithingæ, 28
Tulba, 23
Tunis capt. a Franc. 241
Turbrandus de Spaldynges, 119
Turci, 177 Conſtantinopolim cap. 528
Turcumanii, 362
Turfrida uxor Herewardi, 67 70
Turgarus, 22 23 32 48 ob. 51
Turgotus Com. 20 25
Turgotus Prior Dunelm. 162 Epiſc. S. Andr. 163 ob. 164
Turketulus, Cancell. 30 51 Abb. Croyl. 25 32 36 ejus genus, & geſta, 36 -- 48 ordinationes, 48 50 105 ob. 52
Turkillus, Com. Dan. 56 154
Turkillus Miniſt. 59
Turoldus Abb. Burg. v. Thorold.
Turſtanus, Abb. Heli.
Turſtanus, ſive
Turſtinus Archiep. Ebor. 129 163 164 a Papa conſecr. ib. red. in Angl. 165 ob. 166
Tutisburiæ Priorat. 441 447
Tylbertus, Epiſc. Haguſt. 139
Tyronenſis Eccleſ. 163

V.

Vacantes Eccleſiæ primum a Wil. Rufo fiſco addict. 111
Vallarus, Soldanus, 209
Ubba, Com. Dan. 21
Uchtredus Com. Northumbr. 148
Udardus, Abb. Cupr. 182
Vecta Inſ. 135 153
Veif, 44 47
Verolamia, 5
Uhctred. v. Uchtred.
Vicecomites, 28
Vicedomini, 28
Virgilius, Scot. Abb. ob. 146
Viſitationum Regulæ, 321 Procurationes, 319
Vivianus Cardin. Legat. 173
Ulfketulus, D. Eſtangl. 153
Ulfus fil. Haroldi, 161
Ulketulus, v. Wlketul.
Ulkil, Regulus, 150
Ulfus, v. Ulfus.
Unnuſt, R. Pict. ob. 137

Vogeſin, 257
Urbanus P. 162 in Gall. 162 Concil. Bar. 162 ob. ib.
Urbanus III. P. 176 ob. 177
Urbanus IV. P. 223 446
Utlagatio, 269
Uxores Clericis interdict. 160

W.

W Epiſc. Candidæ Caſæ, ob. 201
Wada Dux, 140
ad Wakefield, Prælium, 530 550
Walani, 142 159
Waldevus Abb. Croyl. 116
Waldevus Abb. Neubot. 241
Waldevus Com. 66 67 70 148 160 cæſ. 72 76 94 160 ejus corpus incorrupt. 102 116
Waldevus fil. Coſpatr. 170 Com. Dunbar. ob. 175
Waldevus fil. Sim. Silvaneſt. 73 Abb. Mailr. 167 ob. 168 171 205
Walenſes, reliquiæ Briton. Anglis ſubd. 206 207 221
Waleranus Com. de Mellent, 166
Walkelinus, ſive
Walkelmus, Epiſc. Wint. 86 92 ob. 162
Walkerus, Epiſc. Dunelm. 160 cæſ. ib.
Walleranus de Normanvill, ob. 221
Wallevus, Abb. Mailr. v. Waldev.
Wallevus Com. 148
Wallia, a R. Angliæ tenenda, 68 2 206
Walrandus, Com. Warwic. 256 257
Walranus Abb. Der, ob. 201
Walſtodus, Epiſc. Heref. 135
Walterus Abb. Ciſterc. ob. 194
Walterus Abb. Driburc, ceſſ. 204
Walter. Abb. Tiron. 173
Walter. fil. Alani, ob. 174 alius, ob. 205
Walter Archiep. Rotomag. 256
Walterus de Bidon, Canc. Scot. Elect. Epiſc. Dunkeld. ob. 174
Warter. Biſeth, 201 206 207
Walter. de Brena, capt. a Coraſminis, 295
Walter. de Cantilupo, 118 119
Walter. de Cantilupo, Epiſc. Wigorn. 227 290
Walter. Cumin, Com. Maneteth, 221 ob. 222
Walter. Durdent, Epiſc. Coventr. 249 ob. ibid.
Walter. Epiſc. Alban. Legat. 162
Walter. Epiſc. Candidæ Caſæ, 183
Walter. Epiſc. Glaſg. 182 190 197 ob. 201
Walter. Gray. Archiep. Ebor. 202 ob. 221 341
Walter. Epiſc. Heref. 67 92 159
Walter. Hubert, Archiep. Cant. 182 Hubert. Walter.
Walter. de Kyrcham, Decan. Ebor. Epiſc. Dunelm. 219 ob. 223
Walter. de Lindeſeia, 199
Walter. de Ocra, 217
Walter. Tirel, 110 162
Walter. de Wiſebech, Archidiac. Eſtrid. 196
Walteus, v. Waldev. Com.
Walthevus Com. v. Waldev.
Walthevus Abb. v. Waldev.
Walzelinus, Epiſc. Carnot. 146
Wandrageſilus, Abb. Fontanell. 75 76
Wardon ſive,
Waredon, Monaſt. 249
Warewell, Monaſt. 151
Warinus, Abb. Rievall. ob. 184
Warnerus de Luſors, 121
Wenti, 147
Werburga Regina, Abb. ob. 139
Werefridus, ſive
Werfredus, Epiſc. Wigorn. 27 144
Werſtanus, Epiſc. Shirb. 36
Werwlfus, 27
Weſtmonaſt. Eccleſia dedic. 68 160 confirm. 285
Weſtſaxenelae, 88 89 90
Weſtwallia, 142
Wibba, 5
Wibertus, 20
Wibertus Epiſc. Ravenn. P. R. 161 162 ob. 162
Wiccii, 7
Wichtlaſius, R. Merc. 7 11 98 106 141 ejus Cornu, 98 106 & Crucibolum, 9 27 98
Wido, Abb. Clarevall. ob. 186
Wido, Abb. Neubot. 223 cæſ. 241
Wido Cremon. Antipap. 170 ob. ib.
Wido Croun, 112
Widomarus Vicecom. Limog. 255
Wiglaf. v. Wichtlaf.
Wigredus, Epiſc. Lindisfarn. 147
Wihtredus, R. Cant. 137
Wilfridus Archiep. Ebor. 135 ob. 136
Wilfrid. Epiſc. Wicc. 135 alius 147 ob. ibid.
Wilelmus, Wilhelmus, Willielmus,
Wil. Abb. Cupr. 181 fit Abb. Melr. ib.
Wil. Abb. Cupr. ceſſ. 222
alius, 222
Wil. de Binin, Abb. Cupr. 207
Wil. de Pratea, Abb. Ciſterc. 176
Wil. Abb. Clarevall. 192 ob. 207
Wil. Abb. Driburc, 183
Wil. Abb. Dunferml. ob. 203
Wil. Abb. Glengus, vel Glenlus, 186 192
Wil. Abb. Holmcultr. fit Abb. Melr. 190
Wil. Abb. Holmcultr. ceſſ. 201
Wil. Abb. Mailr. 168 ceſſ. 175 ob. 176
Wil. alius, Abb. Mailr. ob. 182
Wil. Abb. Melr. fit Abb. Rievall. 191 193 ob. 200
Wil. Abb. Neubot. 221 ceſſ. 222
Wil. Abb. Rievall. ob. 166
Wil. de Punchard, Abb. Rievall. 181 ob. ibid.
Wil. de Rameſei, Abb. S. Servani, ob. 201
Wil. Ramſey, Abb. Burg. 569 583
Wil.

Wil. Abb. Wardon, 200
Wil. (Epiſc.) Aberden. ob. 218
Wil. de Albiniaco, 477
Wil. Alnwyk, Epiſc. Linc. 522
Wil. de S. Amore, 403
Wil. Archiep. Ebor. 166 depoſ. ib. reſtitut. & ob. 167
Wil. Aſcoth, Epiſc. Sar. 520 525 cæſ. ib.
Wil. de Aubeneio, 261
Wil. de S. Barbara, Decan. Ebor. Epiſc. Dunelm. 166 ob. 167
Wil. de Bares, 336
Wil. de (Bleſenſ.) Archidiac. Buck. Epiſc. Wireceſtr. 196 ob. 203 290
Wil. Bleſenſ. Epiſc. Linc. 181 ob. 182
Wil. de Bois, Canc. R. Scot. 184
Wil. Bonvile, 516 517
Wil. Canc. Scot. Epiſc. Glaſc. 201 205 ob. 222
Wil. Catesby, 572 cæſ. 572 cæſ. 575
Wil. de Clare, veneno abſumpt. 421
Wil. Com. 86
Wil. fil. Com. 205 206 ob. 220
Wil. Com. Albemarl. ob. 205
Wil. fil. Steph. R. Com. Bolon. ob. 168
Wil. Com. de Ferrar. ob. 250 Com. Derb. 271 ob. 310
Wil. ejus fil. Com. ib. ob. 330
Wil. Com. de Moretonio, 163
Wil. Com. Pictav. 112
Wil. Com. Tutisbury, 256
Wil. Com. de Warenn. 166 capt. a Turcis, 167
Wil. Baſtard. Com. vel Dux. Normann. 156 Edwardum R. viſit, 65 73 157 ab eo adopt. 68 84 Angliæ R. 69 160 79 247 Angliam deſcrib. 79 161 ejus leges 88 ob. 94 161 248
Wil. fil. ejus, 160 Rex, 94 106 110 161 248 primus Eccleſias vacantes fiſco addic. 111 cæſ. 110 162
Wil. fil. Henric. I. R. 164 ſubmerſ. ib.
Wil. frat. Henr. II. R. ob. 169
Wil. Cumin, Canc. Scot. 166
Wil. Cumin, Com. de Buthhan. (Buchan.) ob. 201
Wil. de Curbuil, Archiep. Cant. 164 legat. 165 ob. ib.
Wil. Epiſc. S. Andr. 182 183
Wil. Epiſc. Coventr. 270
Wil. Epiſc. Dunelm. 86 160 161 162 ob. ibid.
Wil. Prior Dunelm. 196
Wil. Epiſc. Ergad. ſubmerſ. 206
Wil. Epiſc. Lond. 62 92
Wil. Epiſc. Murav. 168 legat. ib.
Will. Epiſc. Thetf. 161
Wil. Giffard, Epiſc. Wint. 162 ob. 165
Wil. Dom. Haſtings, 557 565 cæſ. 566
Wil. Herbert, Com. Penbr. 542 cæſ. 543 551
Wil. Heworth, Epiſc. Coventr. 448
Wil. de Kilconcath, Epiſc. Brech. 241
Wil. de Kilkenny, Epiſc. Eli. 330 ob. 366
Wil. Longaſpatha, Com. Sar. 191 194 195 270 cæſ. 311
Wil. Longaſpatha, D. Normann. 346
Wil. Longaſpatha, fil. Rob. D. Normann. Com. Flandr. 165 ob. ib.
Wil. de Longo Campo, Epiſc. Eli. Canc. legat. 457 460
Wil. Malettus, 86
Wil. Malevicinus, Canc. 181 Epiſc. Glaſc. inde S. Andr. ib. 186 190 195 196 ob. 204
Wil. Mareſcall. Angl. 195 256 262.
Wil. Junior Mareſc. 194 195 Com. Pembr. ducit Major. ſor. R. Scot. 203
Wil. de Montibus, Canc. Linc. 186
Wil. de Morevilla, Conſtab. Scot. ob. 180
Wil. Pole, March. Suff. 520 521 Dux, 524 cæſ. 525
Wil. de Pratellis, 225
Wil. de Raleya, Epiſc. Norwic. 204
Wil. Rhetor, 114
Wil. de Romara, Com. Linc. 125 455 457
Wil. R. Scot. 159 169 nat. 166 Northumbr. vaſt. 172 173 capt. 173 ducit Ermengard. 176 182 ob. 186
Wil. Scrope, Com. Wilt. 493. cæſ. 494
Wil. Stanley, 573
Wil. de Sumervill, ob. 206
Wil. Taylboys, 522
Wil. de Tuloſa, Abb. Ciſterc. ob. 175
Wil. de Valentia, 410 411
Wil. de Valoniis, ob. 197
Wil. de Veſcy, ob. 328
Wil. Wiſcard, Canc. Scot. Epiſc. S. Andr. 328
Wilredus Epiſc. Dommoc. 11
Wimundus, v. Wymund.
Winchelcumba, Monaſt. 7
Winfridus, v. Bonifac.
Wiſinus, Prior Wig. 150
Wiſtanus fil. Wimundi, 11
Wita, Epiſc. Lichf. 136
Witebi, Monaſt. 160
Witerne, 202
Wivianus, v. Vivian.
Wlfardus, Abb. Eveſh. 15
Wlfardus, Com. 142
Wlfeht, Abb. Beverlac. 138
Wlfedmus, Epiſc. Dorc. 62
Wlfere, Archiep. Ebor. 143 144 ob. 145
Wlferus R. Merc. 1 46 109
Wlfgetus, primus Abb. Burt. 246 ob. 247
Wlfinus, Ep. Dorc.
Wlfius, Abb. Eveſh. 19
Wlfius, Wlfinus, ſive Wlſinus, Abb. Weſtm. 44 45
Wlfinus, v. Wlſin.
Wlfredus, Archiep. Cant. 6 7 141 ob. ib.
Wlfricus Spot, Fund. Abb. Burt. 246
Wlfſtan, Archiep. (Ebor.) 246
Wlgatus, Abb. Pegeland. 58 62 fit Abb. Croyl. 63 86 87 ob. 65
Wlketulus, Abb. Croyl. 65 67 72 83 depoſit. 71 73 75 78 94 Glaſtonia Burgum venit, 78 79 94

Wlketulus Com. 24
Wlnothus Abb. Weſtm. 59
Wlnotus Abb. Chertſ. 93
Wlnotus, frat. Haroldi, 161
Wlſinus, Recluſ. 58 61 Eveſham pet. 61 122 ejus ſermo hortator. 122 Teſtament. 123
Wlſius, Epiſc. Lichf. 156
Wlſtanus, Archiep. Ebor. (v. Wlfſtan) 30 35 41 148 149 ob. ib. alius, 153 ob. 155
Wlſtanus Abb. Glouc. Epiſc. Wigorn. 67 92 159 247 264 ob. 162 248 263
Wlwina, Abb. Werh. 45
Wonwona, Epiſc. Legeceſtr. 7 96
Wuer, R. Wentor. 147
Wydo, v. Wido
Wymundus, 7 8 11
Wynchelcumbá; v. Winchelc.
Wynterden, 17
Wyntonia, Caput Regni Weſtſax. 80
Wyntoniæ Rotulus, 79 80

Y.

YVo Taylboys, 71 Com. 72 73 86 94 95 exlex & exul, 107 125 ejus mors, & mores, 124 125

Z.

ZAcharias P. 136

Quarto
DA
170
.R47
1684
c.1

5751649
60615